



OPERA
D. IOANNIS CHRYSO-
STOMI ARCHIEPISCOPI CONSTAN-
TINOPOLITANI, QUOTQVOT PER GRÆCORVM EXEMPLA-
rium facultatem in Latinam linguam haftenus traduci potuerunt, in
quibus quid hac postrema editione sit præstitum,
ex Præfatione & catalogo licebit
cognoscere.



B A S I L E A E,
M E N S E A V G V S T O
A N . M D X L V I I

terum homiliae nunc primum per me adeptae
ius Latij, sunt nouem, sparsim per tomos iuxta
argumentorum cognationem dispositae, sicut octo
aliae quas nobis communicauit Ioannes Checus
Britannus, a se uersas felicissimae: eas omnes
in tomorum indice discreuimus sua notula. Hoc
igitur deuotionis meae pignus, & reuerentiae qua
tuam reuerendam amplitudinem prosequor, spes
est non fore fastidio. Equidem maluissimam
propriarum lu-

cubrationum aliquid inscribere, quarum unam
atque alteram seruamus dum laetior affulgeat
temporum facies: interim non potui me continere,
quin affectum meum hac occasione apud
Amplitudinem tuam proderem, cui precor omnia
fausta & felicia, meque inter clientelam huius
officuli commendatione admitti percipio. Basiliae Cal.
Augusti, Anno a natali salutis,

M D XLVII.

VITA D. IOANNIS CHRYSOSTOMI EX HISTORIAE QUAM TRIPARTITAM VOCANT, LIBRO DECIMO MAGNA EX PARTE CONCINATA, NONNULLIS ADIECTIS EX DIALOGO PALLADII EPISCOPI HELENOPOLITANI, QUI FUERAT CHRYSOSTOMI DISCIPULUS, & THEODORI ROMANAE ECCLESIAE DIAconi, PER DES. ERASUM ROTTERODAMUM, AD CHRISTOPHORUM EPISCOPUM AUGUSTANUM.

autorem damnatur. Sed permissum. Pide hic in fine =



IOANNES Chryso-
stomus, patria Antio-
chenus, patrem habuit
Secundum, inter eos
qui in Syria militari
dignitate precelebant,
cum primis illustrem:
matrem Anthusam iuxta
nomen suum omni
uirtutum genere flo-
rentem, utrunque nobi-
lem lautaque fortuna. Puer
nondum sacro lauacro
regeneratus, audiuit
ingeniosum, sed insigniter
impium Libanium sophistam.
Sic enim tum rhetores
appellabantur. Iam annum
ingressus decimum octauum
aliosque liberalibus disciplinis
strenuam nauauit operam,
aetatis lubricum assiduis
laboribus coercens. Philo-
sophiae doctorem habuit
Andragathium, iam tum
Aegyptiorum opes ad
dominici templi structuram
comparans, ut teneris
statim annis eloquentiam
cum sapientia coniungeret.
Verum postea quam ante
capitis canos mentis
canicem induisset, mature
ad diuinarum literarum
cognitionem, studiumque
pietatis animum applicuit.
Tam insignem adolescentis
indolem uarijs indicijs
emicantem animaduertens
Meletius Antiochenae
ecclesiae antistes, eum ad
se accitum inter familiares
habuit, quem quum ferme
triennio Christianae fidei
dogmatibus factis imbuis-
set, aqua regenerante tinxit,
moxque lectorem ordinauit.
At iuuenis haudquaquam
tutum ratus in ciuitate
celebri publicis functionibus
implicari, in montes
uicinos secessit, atque
illuc seni cuidam Syro
adhæsit, ut ex eius
contubernio continentiam
uitaeque austeritatem
disceret. Mansit autem
apud hunc annos quatuor,
diuinarum literarum
uigilanti studio iuuenilis
aetatis stimulos æstusque
domans ac reprimens.
Ab hoc gradu tendit
ad perfectiora, abdit se
in remotiora deserti,
sibique speluncae
inclusus biennium ferè
peregit solus, noctesque
diesque uersans in
meditatione sacrorum
uoluminum, eaque
edificans. Verum dum
hic humi cubat, saxo
insidet, ieiunijs ac
peruigilijs utitur,
carnis quidem rebellionem
prorsus edomuit, sed
corporis ualetudinem
uehementer offendit.
Ea res illum compulit,
ut uelut è graui tempe-
state ad ecclesiam portum
redire cogeretur, hæc
omnia moderante
prouidentia numinis
ad publicam hominum
utilitatem. Reuersus
itaque à Meletio
diaconus ordinatus
per quinquennium
sacris ministrat
altaribus. In qua
functione quum ita se
gessisset, ut &

uita continentia & egregia doctrina cunctis
esset perspecta atque explorata, à Flauiano
episcopo presbyter consecratur, præ
singulari animi modestia
tanti muneris dignitate pro
uiribus detrectas: in hoc
munere summa cum omnium
laude summaque ecclesie
utilitate uersatus est annis
duodecim, nondum
episcopus episcopi uices
agens, gregem domini
cum morum integritate,
sermonibus ac libris ad
pietatem erudiendo. Sed
ut his aliquantisper inter-
missis, ad rudimenta
illius recurrat, iuuenis
studio rursus sodali
usus est Basilio Magno,
quod ipse testatur
in libris quos scripsit
de sacerdotio: hoc est,
de munere functioneque
episcoporum. Nam id
temporis soli episcopi
sacerdotes dicebantur,
presbyteri recitabant
atque enarrabant
scripturam Canonicam,
cæterisque sublimioribus
functionibus episcopum
adiuabant. Destinatus
erat causis forensibus:
uerum ille perpendens
hoc uitae institutum
non solum esse
turbulentum, multisque
molestijs obnoxium,
uerum etiam inquinatum
uitijs, partumque
conueniens animo
philosophico, ad
pietatis professionem
se conuertit, Euagrij
exemplo potissimum
prouocatus, quod et ipse
post prophanas
disciplinas, quietum
ac solitarium uitae
genus elegerat. Mox
igitur Chryso-
stomus posito
fastu mundi, atque
ipsa etiam uestitus
ac morum simplicitate,
mentis propositum
præ se ferens,
assiduus erat in
uoluendis sacris
uoluminibus, non
ignarus ex hisce
fontibus petendam
esse ueram sapientiam.
Et ne sibi tantum
magister esset,
frequens erat in
templis audiens
sacras conciones,
à quibus non
arcebantur nondum
in Christo renati.
Porro quemadmodum
ipse tractus erat
exemplo Euagrij,
ita suo iussu ad
idem institutum
pertraxit Theodorum
ac Maximum,
quos apud Libanum
habuerat condiscipulos:
Quorum uterque
post uocatus est
ad episcopi munus,
Theodorus apud
Mopsuestienses,
Maximum apud
Seleuciam Isauriam.
Simul interim se
tradiderunt literis
sacris erudiendis
Diodoro atque
Carterio, qui id
temporis sacris
monasterijs
praesidebant. Nam
in his solis tum
docebantur
sacrae literae,
ac iuuentus ad
pietatem
institutebatur.
Siquidem
scholae multis
post seculis
inuenta sunt
monasteria
uero, ni fallor,
ea aetate
dicebantur
episcoporum
aedes,
in quas se
recipiebant
à popularibus
feriatis
negotijs. Sed
Diodorus
post Tar-
sensem
episcopus
factus,
etiam
libris
editis
inclaruit.
Interea
Ioannes
uersabatur
cum suo
Basilio,
paribus
animis
quietam
uitam
meditante.
Verum
Christus
non passus
est illas
lucernas
diu latere
sub modio.
Nam
Basilium
à Meletio
creatus
est
diaconus,
de-

inde Cæsaream Cappadociæ pertractus coactus est episcopi sarcinam suscipere. Ab huiusmodi tyrocinij olim non irruerant, sed pertraherentur absoluti doctrina uitæq; uiri ad ecclesiã gubernacula: Ioannem uero Meletius Antiochiæ episcopus, ut ante dictum est, lectorem instituit. Miror autem quur quod Palladius refert à Meletio factum, Socrates in historia, quam Tripartitam uocant, dicat à Zenone factum: nisi forte quem admodum Ioannes ob eloquij suauitatem dictus est Chrysothomus, ita Meletius ob insignem uitæ continentiam dictus est Zeno: aut nisi Zeno præcessit Meletius: quanquam & alijs in narrando magna uarietas est. Palladius ita refert quasi ab uno Meletio Ioannes fuerit lector, diaconus & presbyter ordinatus: quum ecclesiastica historia, cui magis fido, narret eum à Flauiano creatum diaconum: ab Euagrio, qui Paulino successit, ordinatum presbyterum. Verum utcumq; hoc habet, Ioannes iam lector in delegato sibi munere egregium specimen dedit, adito libro aduersus Iudeos, quem nos latinum fecimus: paulò post à Meletio creatus est diaconus, in quo gradu scripsit opus de sacerdotio, multosq; psalmos enarrauit. Posteaquam autem Meletius Constantino poli decessisset è uita, Ioannes Chrysothomus ita recessit à Meletianis, Meletij cuiusdam Aegyptiæ ciuitatis episcopi ab ecclesia sua depulsi, peruersum dogma sequentibus, ut tamen nec Paulino, qui Flauiano successerat, cõmunicaret. Erat enim inter hos contentiosa quæstio de Ario & Origene: itaq; neutri se parti admiscens triennium quietam egit uitam. Paulino successit Euagrius, à quo prouectus est Ioannes ad presbyteri dignitatem: quam ita gessit, ut Nestario defuncto, imperiali iussione Cõstantinopolim accitus sit, ac multorum episcoporum quos eò imperatoris autoritas euocarat, autoritate coactus fuerit eius ecclesiæ gubernacula suscipere: prouinciam sanè perdifficilem multis nominibus, ob Thraciæ gentis barbariem, ob ciuitatè opibus, luxuq; diffusentem, ob plebem, Arianorum & Origenistarum dogmatibus infectam. Nec minima malorum pars erat illic aula Cæsarea, plurimam, ut solet, malorum lernam secum trahens, præsertim quum adhuc pro ratione temporum principis familia, ex Paganis, Iudæis, hæreticis, & orthodoxis esset permixta. Ea rerum difficultas egregium quæpiã & impigrũ ducẽ requirebat. Porro quantã uigilantia docuerit, quanto studio pugnarit ad uersus hæreticos, scripta uiri declararunt, de quibus mox suo loco plura dicemus. Sed interim mirabitur aliquis qui factum sit, ut episcopus tam rara doctrina, tam mirabili eloquentia, tam sanctis moribus bis depulsus sit ab ecclesia, ac demum in exilio mori coactus. Zelus domus dei quam amabat, conciliabat apud multos inuidiam integerrimo præfuit. Nam præter sectarum dissidia, clerici & episcopi ad mundanos mores degenerarant, unde factus est talis populus, qualis sacerdos. Ergo

dum ille pro suo officio libera lingua iuxta propheticum sermonẽ euellit, destruit, disperdit, dissipat, ædificat & plantat, barbaricæ gentis odium in se conuertit. Neq; enim unius tantum ciuitatis curam gerebat, sed latissime sese proferebat ignea Chrysothomi charitas, per uniuersam Thraciam, quæ sex præfecturis erat diuisa, totamq; Asiam, quæ ab undecim præsidibus regebatur: hoc agens, ut sacerdotes iuxta ecclesiasticas constitutiones uiuerent, ni facerent, ab ecclesijs arcerentur, indignũ esse predicã eos apostolorũ dignitatem usurpare, qui uitã illorũ nolent imitari. Idem molitus est per regionem Ponticam, quæ & ipsa ab undecim iudicibus gubernabatur. Nam hæreticorum tyrannis & ambitio uitiat omnes earũ regionũ ecclesias. Quin ubi cognouisset in Phœnicæ nondum extinctam idololatriam, delegauit eò monachos spectatæ probitatis, imperialibus etiam edictis armatos, qui pecunijs datis cõducerent operas demoliedis Paganorũ templis. Eam pecuniã Ioannes non acceperat ex ærario publico, sed à pijs fœminis, ultrò in rem sanctam conferentibus. Nec his contentus, ubi sensit cohortẽ Celticã, hoc est, Germanicam, quæ sub Imperatore merebat, Arianorum dogmatibus corruptam, Celticã linguæ presbyteros, diaconos ac lectores aliquot creauit, eisq; unã dedit ecclesiã. Hac arte plurimos eius gentis pellexit ad ecclesiasticã doctrinã. Vbi uero cognouit & apud Scythas esse qui sitirent euangelicam doctrinã, quum ipsi non esset integrum eò proficisci, selegit uiros apostolico zelo feruentes, qui nationem efferã Christi iugo submitterent: quod & euenit. Rursus ubi rescituit in uicis aliquot adhuc spirare pestẽ Marcionis, scripsit eius loci pastoribus, ut ex Cæsaris edicto, qui Marcionis dogmata sequebantur, aut respicerent, aut in exilium ire iuberentur. Nonne hunc meritò dixeris alterum Paulum, tanta solitudine prospicientem omnibus ecclesijs? Sed quò plures ille lucrificabat Christo, hoc uehementius in illum exarsit inuidia diaboli, qui per organa sua moliebatur, ut ab opere sanctissimo depelleretur. Primus in illum impetus ab ipsius clericis exortus est, adeo uetus est, quod hodie quoq; fit, ut collegijs male conueniat cum episcopo. Quidam hoc uno neuo conantur illius obscure gloriam, quòd æquo rigidior fuerit ac præfractor: nõ solum aduersus clericos & plebeios, uerum etiam aduersus magnates & ipsam adeo Augustam. Donec enim tantum clericis suis habebatur exofus, populũ fauore facile tutus erat. Sed excelsa fulmen ab arce uenit, ac populus undarum in morem, quocumq; spirat aura principũ, eò uoluitur. Immodicæ seueritatis exempla hæc ferè commemorant. Eutropius eunuchus præfectus Cæsaris, consulari dignitate, studens supplicium sumere de quibusdam qui ad templa confugerant, persuasit Imperatori, ut lex cõderetur, ut tã ne quis in periculo capitis ad tẽpla cõfugeret: & si qui eò cõfugissent, liceret extrahere. Lata lex

recidit

recidit in caput illius qui procurauerat, iuxta uenit Græcorum prouerbium: Malum consilium, consulari pessimũ. Euenit em̄ ut ipse offensus Imperatore, ad tẽplum confugeret. Is quũ se præ nimio metu sub altare condidisset, Chrysothomus è suggesto unde solet apud populũ uerba facere, multa iurgiose dixit in Eutropiũ. Ea homilia prodita, non parũ inuidiæ conflauit episcopo, quòd hominem in calamitate constitutum non solũ non subleuarit, uerũ etiã oratione seuera grauaret. Extractus igit̄ ab imperatore Eutropius, capite plextus est: nomen eius è numero cõsulum erasum. Ita cuius felicitas erat inuidiosa apud populum, eius calamitas conflauit odium episcopo. Nam quòd Gainæ conatibus fortiter obstitit, feliciter celsit. Is genere Celta, ingenio barbarus ac ferox religione Arianus, tyrannidis affectator, magister militum, tanta potentia, ut ipsi etiam principi ob regni affectati suspicionem esset formidabilis, petijt ab Imperatore ut Arianis intra ciuitatẽ daret unam ecclesiã: Pollicitus est Imperator se uoluntati illius morem gesturum. Interim acciuit ad se Ioanem Chrysothomum, petens ut Gainæ postulationi cõcederet, ne magis irritatus pergeret affectare tyrannidem. Ibi præsul solita libertate: Noli, inquit, Imperator sanctum dare canibus. Non enim potero dei gloriam celebrantes eijcere, & blasphemis tradere ecclesiã. Neẽ est quòd metras hunc barbarum, quin potius anbos, nos accersi iube: tu tacitus audies quæ dicentur, ego sic os occludam homini, ut posthac non aufurus sit petere, quæ dare nefas est. Imperator delectatus hac præsulis fiducia, iussit ambos uocari. Quumq; Gainas proposuisset suam postulationem, episcopus respondit: Nõ licet, o Gaina, Imperatori Christianã sectanti pietatem quicquam persuadere moliri, quod pugnet cum præceptis dei. Gainas respondit esse par, ut ipse quoq; haberet orandi locum. Ad hoc præsul: Vbiuis tibi patet domus dei, neq; quisquã te uetat orare. Tum Gainas: At sum, inquit, diuersæ religionis: itaq; cum meis peculiare templum habere cupio, nec æquum est hanc meam postulationem cõtemni, qui tantum laborum pro Romano Imperio suscepim. Ad hæc præsul: Præmia, inquit, quæ cõpisti longe superant tuos labores: tribunus militum factus es, consulari clauo ornatus. Confer qui pridem fueris, & qui nunc sis: confer pristinã inopiam tuam, cum opibus quas nunc possides: cogita quo cultu trãsieris Histriũ, & quibus nunc utaris uestibus, nec sis ingratus ei qui tibi tantum habuit honoris. His dictis, episcopus Gainæ os obturauit. Ille tamen nõ desit moliri quòd moliebatur: quumq; dolus partum succederet, cõp̄it aperte tyrannidem exercere, per totã Thraciam populans ac uastans omnia: quũq; barbaricã feritatem expauesceret oēs, Ioanni periculo sæ legationis onus imposuere. Is nec ueteris cõtentionis memor, nec hominis immanitate deterritus, profectus est. Ibi quiddam accidit uix credibile. Gainas admiratus episcopi fortitudinem, nullum omnino periculum pro pietate recusantis, occurrit illi longo itinere, ac præsulis dextram oculis suis admouit, quin & filios suos iussit sacra illius genua osculari. Tantũ ualuit etiã apud impiũ barbarum Christianæ fortitudinis admiratio. Apud clericos exasperauit odium episcopi Serapio diaconus, qui præsentib. clericis (uelut omnium nomine loquẽs) clara uocẽ dixit: Nunq̄ episcope poteris hos corrigere, nisi uno baculo percusseris uniuersos: sed maxime grauabat illũ Eudoxiã Augustæ odium. Nã & hæc Ariana fuit, & Arianis ad nocturnos hymnos præbebat cruces argentæas, ac ceteros argenteos, cũ quib. totam noctẽ obambulat per urbẽ, canẽtes sui dogmatis hymnos, ac uelut exprobrantes orthodoxis errorem, qui tres crederent esse natura unũ. Ea p̄pa diluculo exhibant ciuitatẽ ad suam ecclesiã: nam intra mœnia, ut dictum est, illis habere non licuit. Horũ cantiones, quoniam uidebant̄ celebriores, ne seducerent infirmos, Ioãnes item auxit hymnos: sed res in cruentã exijt pugnam, in qua Brisson eunuchus Augustæ, præfectus hymnis exercendis, lapide ictus est in fronte, extinctis etiam utrinque nonnullis. Hac occasione uetuit Imperator, ne post Ariani intra urbem publice canerent hymnos. Accessit oleum camino. Seueriano Gabalensi episcopo, uiro docto, & ad populares conciones accommodato, fauebat Augusta: ei Ioannes in Asiam proficiscens, commendauit ecclesiã suam. At Seuerianus magis se studuit cõmendare multitudinẽ, quã Ioanni, cui in sinu male uolebat, utcũq; coram blandus. Reuerso ex Asia Ioanne, euenit ut præterenti Seueriano Serapio data opera non assurgeret, ueluti nõ agnoscens pro episcopo. Ille hac exacerbatus cõtumelia, Si, inquit, Serapio mortuus fuerit clericus, Christus non est factus homo. Hanc uocẽ quum cõu blasphemam ad Ioannẽ detulisset Serapio, eius autoritate ciuitate pulsus est. Sed Augusta Seuerianũ Chalcedonẽ reuocauit, quẽ tamẽ Ioãnes non prius recepit in gratiã, q̄ post multorũ contẽptas preces Augustã in tẽplo Apostolorũ Theodosiũ filium episcopi genibus imponens, diu supplex obtestationibus extorsit, ut Seueriano reconciliaretur. Ac reuocatus ab exilio Chrysothomus, suãq; redditus ecclesiã, nihilo mitior est factus ergã peccãtes. Eudoxiã Augustæ statua argentea chlamide amicta in columna Porphyretica posita erat, haud procul ab ecclesia Sophia. Ad eam publici ludii solent exerceri. Hoc episcopus ad ecclesiã contumeliam pertinere ratus, solita libertate increpauit proceres qui talia fieri iuberent. Hoc Augusta sic interpretans, quasi in ipsius odium fieret, irritata procurabat, ut denuo aduersus Ioannẽ synodus congregaretur. Id sentiens episcopus homiliã supra modum liberam in ecclesia pronuntiabat, cuius initium est: Rursus Herodias insanit, rursus turbatur, denuo saltat, denuo caput Ioãnis in disco cõcupiscit accipere.

inde Cæsaream Cappadocia pertractus coactus est episcopi sarcinam suscipere. Ab huiusmodi rycinis olim non iruebant, sed pertraherentur absoluti doctrina uitaeque uiri ad ecclesiarum gubernacula: Ioannem uero Meletius Antiochia episcopus, ut ante dictum est, lectorem instituit. Miror autem quod quod Palladius refert à Meletio factum, Socrates in historia, quam Tripartitam uocant, dicit à Zenone factum: nisi forte quem admodum Ioannes ob eloquij suauitatem dictus est Chrysofomus, ita Meletius ob insignem uitae continentiam dictus est Zeno: aut nisi Zeno praecessit Meletium: quanquam & alias in narando magna uarietas est. Palladius ita refert quasi ab uno Meletio Ioannes fuerit lector, diaconus & presbyter ordinatus: quum ecclesiastica historia, cui magis fido, narret eum à Flauiano creatum diaconum: ab Euagrío, qui Paulino successit, ordinatum presbyterum. Verum utcumque hoc habet, Ioannes iam lector in delegato sibi munere egregium specimen dedit, aedito libro aduersus Iudaeos, quem nos latinum fecimus: paulo post à Meletio creatus est diaconus, in quo gradu scripsit opus de sacerdotio, multosque psalmos enarrauit. Posteaquam autem Meletius Constantinopoli decessisset è uita, Ioannes Chrysofomus ita recessit à Meletianis, Meletij cuiusdam Aegyptiae ciuitatis episcopi ab ecclesia sua depulsi, peruersum dogma sequentibus, ut tamen nec Paulino, qui Flauiano successerat, comunicaret. Erat enim inter hos contentiosa quaestio de Ario & Origene: itaque neutri se parti admiscens triennium quietam egit uitam. Paulino successit Euagríus, à quo prouectus est Ioannes ad presbyteri dignitatem: quam ita gessit, ut Nestario defuncto, imperiali iussione Constantinopolim accitus sit, ac multorum episcoporum quos eò imperatoris autoritas euocarat, autoritate coactus fuerit eius ecclesiae gubernacula suscipere: provinciam sane perdifficilem multis nominibus, ob Thracie gentis barbariem, ob ciuitatè opibus, luxuque diffusentem, ob plebem, Arianorum & Origenistarum dogmatibus infectam. Nec minima malorum pars erat illic aula Cæsarea, plurimam, ut solet, malorum lernam secum trahens, praesertim quum adhuc pro ratione temporum principis familia, ex Paganis, Iudaeis, haereticis, & orthodoxis esset permixta. Ea rerum difficultas egregium quæpiam & impigrum ducem requirebat. Porro quanta uigilantia docuerit, quanto studio pugnarit aduersus haereticos, scripta uiri declararunt, de quibus mox suo loco plura dicemus. Sed interim mirabitur aliquis qui factum sit, ut episcopus tam rara doctrina, tam mirabili eloquentia, tam sanctis moribus bis depulsus sit ab ecclesia, ac demum in exilio mori coactus. Zelus domus dei quam amabat, conciliabat apud multos inuidiam integerrimo praesuli. Nam praeter sectarum dissidia, clerici & episcopi ad mundanos mores degenerarant, unde factus est talis populus, qualis sacerdos. Ergo

dum ille pro suo officio libera lingua iuxta propheticum sermonem euellit, destruit, disperdit, dissipat, aedificat & plantat, barbaricae gentis odium in se conuertit. Neque enim unius tantum ciuitatis curam gerebat, sed latissime sese proferebat ignea Chrysofomi charitas, per uniuersam Thraciam, quae lex praefecturis erat diuisa, totamque Asiam, quae ab undecim praesidibus regebatur: hoc agens, ut sacerdotes iuxta ecclesiasticas constitutiones uiuerent, ni facerent, ab ecclesiis arcerentur, indignum esse predicans eos apostolorum dignitatem usurpare, qui uitam illorum nolent imitari. Idem molitus est per regionem Ponticam, quae & ipsa ab undecim iudicibus gubernabatur. Nam haereticorum tyrannis & ambitio uitiat omnes earum regionum ecclesias. Quin ubi cognouisset in Phoenice nondum extinctam idololatriam, delegauit eò monachos spectatae probitatis, imperialibus etiam edictis armatos, qui pecunijs datis conducebant operas demoliedis Paganorum templis. Eam pecuniam Ioannes non acceperat ex aulario publico, sed à pijs foeminis, ultrò in rem sanctam conferentibus. Nec his contentus, ubi sensit cohortem Celticam, hoc est, Germanicam, quae sub Imperatore merebat, Arianorum dogmatibus corruptam, Celticae linguae presbyteros, diaconos ac lectores aliquot creauit, eisque unam dedit ecclesiam. Hac arte plurimos eius gentis pellexit ad ecclesiasticam doctrinam. Vbi uero cognouit & apud Scythas esse qui sitirent euangelicam doctrinam, quum ipsi non esset integrum eò proficisci, selegit uiros apostolico zelo feruentes, qui nationem efferam Christi iugo submitterent: quod & euenit. Rursus ubi rescituit in uicis aliquot adhuc spirare pestem Marcionis, scripsit eius loci pastoribus, ut ex Cæsaris edicto, qui Marcionis dogmata sequebantur, aut respicerent, aut in exilium ire iuberentur. Nonne hunc merito dixeris alterum Paulum, tanta solitudine perspicentem omnibus ecclesiis? Sed quò plures ille lucrifaciebat Christo, hoc uehementius in illum exarsit inuidia diaboli, qui per organa sua moliebatur, ut ab opere sanctissimo depelleretur. Primus in illum impetus ab ipsius clericis exortus est, adeo uetus est, quod hodie quoque sit, ut collegijs male conueniat cum episcopo. Quidam hoc uno uero conantur illius obscure gloriam, quòd aequo rigidior fuerit ac praefractor: non solum aduersus clericos & plebeios, uerum etiam aduersus magnates & ipsam adeo Augustam. Donec enim tantum clericis suis habebatur exosus, populi fauore facile tutus erat. Sed excelsa fulmen ab arce uenit, ac populus undarum in morem, quocumque spirat aura principum, eò uoluitur. Immodicae seueritatis exempla haec ferè commemorant. Eutropius eunuchus praefectus Cæsaris, consulari dignitate, studens supplicium sumere de quibusdam qui ad templa confugerant, persuasit Imperatori, ut lex cõderetur, ut eas ne quis in periculo capitis ad templa confugeret: & si qui eò confugissent, liceret extrahere. Lata lex recidit

recidit in caput illius qui procurauerat, iuxta uerbum Graecorum prouerbum: Malum consilium, consulti pessimum. Euenit enim ut ipse offensus Imperatore, ad templum confugeret. Is quum se praenimio metu sub altare condidisset, Chrysofomus e suggesto unde solet apud populum uerba facere, multa iurgiose dixit in Eutropium. Ea homilia prodita, non parum inuidiae conflauit episcopo, quòd hominem in calamitate constitutum non solum non subleuarit, uerum etiam oratione seuera grauauit. Extractus igitur ab imperatore Eutropius, capite plexus est: nomen eius è numero consulum erasum. Ita cuius felicitas erat inuidiosa apud populum, eius calamitas conflauit odium episcopo. Nam quòd Gainae conatibus fortiter obstitit, feliciter celsit. Is genere Celta, ingenio barbarus ac ferocis religionis Arianus, tyrannidis affectator, magister militum, tanta potentia, ut ipsi etiam principi ob regni affectati suspicionem esset formidabilis, petijt ab Imperatore ut Arianis intra ciuitatem daret unam ecclesiam: Pollicitus est Imperator se uoluntati illius morem gesturum. Interim acciuit ad se Ioannem Chrysofomum, petens ut Gainae postulationi cõcederet, ne magis iritatus pergeret affectare tyrannidem. Ibi praesul solita libertate: Noli, inquit, Imperator sanctum dare canibus. Non enim potero dei gloriam celebrantes ejcere, & blasphemis tradere ecclesiam. Neque est quòd metuas hunc barbarum, quin potius amicos, nos accersi iube: tu tacitus audies quae dicentur, ego sic os ocludam homini, ut posthac non ausurus sit petere, quae dare nefas est. Imperator delectatus hac praesulis fiducia, iussit ambos uocari. Quumque Gainas proposuisset suam postulationem, episcopus respondit: Non licet, o Gainae, Imperatori Christianam sectantem pietatem quicquam persuadere moliri, quòd pugnet cum praecipis dei. Gainas respondit esse par, ut ipse quoque haberet orandi locum. Ad hoc praesul: Vbius tibi patet domus dei, neque quisquam te uetat orare. Tum Gainas: At sum, inquit, diuersae religionis: itaque cum meis peculiare templum habere cupio, nec aequum est hanc meam postulationem cõtemni, qui tantum laborum pro Romano Imperio suscepim. Ad haec praesul: Praemia, inquit, quae cepisti longe superant tuos labores: tribunus militum factus es, consulari clauo ornatus. Confer qui pridem fueris, & qui nunc sis: confer pristinam inopiam tuam, cum opibus quas nunc possides: cogita quo cultu trãseris Histrum, & quibus nunc utaris uestibus, nec sis ingratus ei qui tibi tantum habuit honoris. His dictis, episcopus Gainae os obturauit. Ille tamen non desit moliri quòd moliebatur: quumque dolus parum succederet, coepit aperte tyrannidem exercere, per totam Thraciam populans ac uastans omnia: quumque barbaricam feritatem expauesceret oēs, Ioanni periculosae legationis onus imposuere. Is nec ueteris cõtentionis memor, nec hominis immanitate deterritus, profectus est. Ibi quiddam accidit uix credibile. Gainas admiratus episcopi fortitudinem, nullum omnino periculum pro pietate recusantis, occurrit illi longo itinere, ac praesulis dextram oculis suis admouit, quin & filios suos iussit sacra illius genua osculari. Tantum ualuit etiam apud impium barbarum Christianae fortitudinis admiratio. Apud clericos exasperauit odium episcopi Serapio diaconus, qui praesentibus clericis (uelut omnium nomine loquens) clara uoce dixit: Nunquam episcope poteris hos corrigere, nisi uno baculo percusseris uniuersos: sed maxime grauabat illum Eudoxia Augusta odium. Nam & haec Ariana fuit, & Arianis ad nocturnos hymnos praebat cruces argenteas, ac cereos argenteos, cum quibus, totam noctem obambulant per urbem, canentes sui dogmatis hymnos, ac uelut exprobrantes orthodoxis errorum, qui tres crederent esse natura unum. Ea popa diluculo exibant ciuitatem ad suam ecclesiam: nam intra moenia, ut dictum est, illis habere non licuit. Horum cantiones, quoniam uidebant celebriores, ne seducerent infirmos, Ioannes item auxit hymnos: sed res in cruentam exijt pugnam, in qua Brisson eunuchus Augustae praefectus hymnis exercendis, lapide ictus est in fronte, extinctis etiam utrinque nonnullis. Hac occasione uenit Imperator, ne post Arianam intra urbem publice canerent hymnos. Accessit oleum camino. Seueriano Gabalensi episcopo, uiro docto, & ad populares conciones accommodato, fauebat Augusta: ei Ioannes in Asiam proficiscens, commendauit ecclesiam suam. At Seuerianus magis se studuit commendare multitudini, quam Ioanni, cui in sinu male uolebat, utcumque coram blandus. Reuerso ex Asia Ioanne, euenit ut praetereuntis Seueriano Serapio data opera non assurgeret, ueluti non agnoscens pro episcopo. Ille hac exacerbatus contumelia, Si, inquit, Serapio mortuus fuerit clericus, Christus non est factus homo. Hanc uocem quum ceu blasphemam ad Ioannem detulisset Serapio, eius autoritate ciuitate pulsus est. Sed Augusta Seuerianum Chalcedonem reuocauit, quae tamen Ioannes non prius recepit in gratiam, quam post multorum contemptas preces Augusta in templo Apostolorum Theodosii filium episcopi genibus imponens, diu suppliciter obtestationibus extorsit, ut Seueriano reconciliaretur. Acre uocatus ab exilio Chrysofomus, iuxta redditus ecclesiae, nihilo mitior est factus erga peccatores. Eudoxiae Augustae statua argentea chlamide amicta in columna Porphyretica posita erat, haud procul ab ecclesia Sophia. Ad eam publici ludii solent exerceri. Hoc episcopus ad ecclesiae contumeliam pertinere ratus, solita libertate increpauit proceres qui talia fieri iuberent. Hoc Augusta sic interpretans, quasi in ipsius odium fieret, iritata procurabat, ut denuo aduersus Ioannem synodus congregaretur. Id sentiens episcopus hominiam supra modum liberam in ecclesia pronuntiabat, cuius initium est: Rursus Herodias insanit, rursus turbatur, denuo saltat, denuo caput Ioannis in disco concupiscit accipere.

VITA DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI

Fuerunt qui & illud optimo praesuli uitio uerte-
runt, quod quum inter episcopi uirtutes Paulus re-
censeat hospitalitate, ipse solitus sit solus cibum
capere, nec inuitatus ibat, nec rogabat alios, ne
cum clericis quidem suam mensam habes communem,
quum id summam laudis esse rear: siue hoc tribue-
bat corpufculi ualeudini, quae saepenumero etiam
firmior periclitatur in conuiujs. At eam uir pius in
eremo immodica uitae austeritate uehementer atte-
nuarat: siue modestie fuit, qui singulari ciborum ab-
stinencia noluerit apud alios ostentare: siue temporis
lucrum hac ratione captabat, uir tot distractus curis,
tot distentus negotijs, super haec totus intentus me-
ditationi scripturarum, ut saepe cibum differret in no-
ctem. Quis enim nescit quantum temporis nobis pereat
in frequentibus conuiujs? In quibus, ut a delicijs non
in frequenter conuiujs. In quibus, ut a delicijs non
corruptis, ut sobrietatis ac pudicitiae thesaurum
serues illa sum, multos tamen offendis, quibus tua
parsimonia uideat alij exprobrare crapulam, tuumque
bonum perpetua interpretantur, quod pietatis est,
hypocriti tribuentes: Certe diutius accubendum,
apparatus lautior ob conuiujs apponendus, inter-
dum & audienda fabulae, nec gratiae, nec dignae
pijs auribus. Quanta temporis portio nos perdi-
mus, qui fere tres horas desidemus in praedico, to-
tidem in coena, quum reficendo corpufculo sufficiat
horae dimidium. Ne commemorare interim quod barbari
lauticiarum ostentatores, pro hoste habent si quis
non degustet appositae delicias, si quis calicem por-
rectum recuset, si quis uocanti excuset, quum apud
alios egerit conuiujs. Nec ista est hospitalitas quam
commendat Apostolus, uel assidere diuitum, uel
adhibere diuites lautis mensis: sed aduenas & e-
genos humaniter excipere hospitalitas est episco-
po digna, quam ipsam tamen per alios rectius ex-
ercet, quemadmodum Apostoli praedicando uerbo
dei toti intenti, mensarum curam delegarunt dia-
conis. Quanto uero studio prospexerit egenis
scripta hominis ubique clamant. Quin & clericos
habuit, eius gentis moribus corruptos, qui tam
sobrietatis uitae modum non tulissent. Ob has cau-
sas maluit solus capere cibum: uerum interim epi-
scopo soli accubenti, adstabat diaconus recitans
aliquid de sacris uoluminibus: quo conuiuio quid
esse potest lautius, quum simul & animus & cor-
pus reficitur? Ego sic existimo, meram esse calumnia-
m, quod de illius sequitiam praefractisque moribus ia-
ctatum est. Nam hominis scripta praeseferunt admi-
randam quandam humanitatem ac mansuetudinem,
quum ille & in reprehendendis uitijs sit admodum mo-
deratus, magis quae uideat eblandiri religionis amo-
re, quam exigere. Quod si quoniam seuerius se gessit, dubi-
tandum non est, quin illi constiterit sui consilij ra-
tio. Minatur & Paulus interdum uirgam: ac re-
belle euangelio, tradi satanae. Nec statim uitupe-
randum est, quod a re laudata diuersum est. Sunt
uarij ingeniorum habitus, nec omnibus omnia
congruunt. Dubitari iure possit, utrum plus contulerit
reip. Romanae, Catonis seueritas, an Laelii mitis,
ut ait Flaccus, sapientia. Augustini ciuilitas mul-

tum profuit ecclesiae dei, nec minus tamen utilis
fuit Hieronymi austeritas, uterque diuersis uirtuti-
bus deo fuit gratissimus. Vitaui, inquit, turbam
raroque conspectus est in populo. Sed assiduus fuit
in ecclesia. At nec singulos, inquit, aut paucos
ad colloquium admittebat. Nimirum & unus & pau-
ci interdum turbae sunt. Sed quod ille non alacriter ibat,
si quando pietatis negotium agebat? Quid ille non
faciebat, ut dissidia aut non orirentur, aut citra gra-
uem tumultum componerent? In magnis ac manife-
stis criminibus, fecit quod fecit Ioannes Baptista er-
ga Herodem, quod Christus erga Phariseos, quod
Paulus erga Elymam, Hermogenem et Phygellum. Non
igitur mirum quod has procellas pertulerit Chryso-
stomus, quas omnes ipse nondum episcopus prospexit
omnibus episcopis sincere Christi negotium agen-
tibus imminere. Illud mirum, quod per uiros laudatos
uir laudatissimus dignitate priuatus sit, & in exi-
lium actus. Ego Theophilum Alexandrinum episco-
pum hominem egregie doctum existimo, ceterum
ingenio uastro, & ad conuersationem illorum tempore tu-
multus fortassis accommodum. De sanctimoniam ni-
hil habeo conuicti. Certe in historia tripartita mul-
ta de illo narratur, de studio conuersatione, de
uastitate qua elusit monachos Anthropomorphi-
tas, rursus de impia uerfuita, qua decepit mona-
chos Aegypti, de studio uindictae, de uolentia, a-
lijsque huius generis, quae non conueniunt nisi in ma-
lum uirum. Nam epistolas illas Theophili ad Hiero-
nymum, Hieronymi ad Theophilum, confictas esse
non dubito, quum ob breuitatem qua non solet uti
Hieronymus, tum ob characterem in utrisque simi-
lem, quum Theophilus utique si scripsit, Graece scri-
psit. Quod si uera sunt, ut sunt uerisimilia, quae
de illo in dialogo narrat Palladius, de quo Theophi-
lo, ac ceteris partibus illius sequentibus, nostrorum
temporum episcopi praeseferunt sancti sunt. Epipha-
nius Cypri episcopus, quum adhuc ageret eremi-
tam, ob uitae austeritatem multum honesti nomi-
nis meruisse legitur. Iam ut miracula recipiamus,
de eo qui se mortuum simulauit, pauloque post uere
mortuus repertus est: quod ad Epiphanium atti-
net, nullum erat miraculum, sed erat uindicta dei
in irrisorem, miraculum erat futurum si mortuum
reuocasset in uitam. Et potuit esse *σύνθημα*, cui-
usmodi permulta accidunt in uita mortali, hoc
non minus mirabilia. Itidem quod narrat de au-
ro coniecto in edes oekonomi, tale quiddam esse
potuit, quale fecisse legitur diuus Nicolaus. Sed
ad illius monumentum pellebatur, ut fertur, daemo-
nes. Id magis arguit fidem uiuorum, quam merita de-
functorum, ut ne quid hic tribuamus impiorum
spirituum praestigijs, utque demus esse uera quae
memorantur. Nam monachorum genus, & sim-
plex hominum uulgus hoc genus fabulis solet im-
pensius indulgere. Neque haec eo dixerim, ut Epi-
phanium opinione sanctitatis spoliem: sed arbi-
tror hominem in eremo educati simplicitati im-
posuisse Theophili calliditatem, ut Epiphanius per-
suasus non alio animo persequutus sit Chryso-
stomum

stomum, quam Paulus initio persequutus est Chri-
stianos. Postremo ut centum miracula de Epipha-
nio proferantur, plus apud me ponderis habet a-
nimus ille Chrysostomi, in tot illius monimen-
tis tam uiuide spirans pietatem erga deum, chari-
tatem erga proximum, mirabile quoddam studi-
um erga Christi sponfam Ecclesiam. Denique inter
sanctos quoque deus permittit interdum humanos
quosdam affectus incidere, ne pro dijs habeantur.
Etenim si inter Paulum & Barnabam tam a-
cris incidit concertatio, ut alter ab altero discede-
ret: quid mirum si talis error incidit inter Epi-
phanium & Chrysostomum? Et fieri potest ut si-
mili astu Theophilus imposuerit Hieronymo,
abusus similitudine, quae illi fuit cum Ioanne episco-
po Hierosolymitano, a cuius communione absti-
nebat Hieronymus, quod haberetur Arianae fac-
tionis. Theophilus Dioscorum monachum, opi-
nionem sanctitatis celebrem, fecerat episcopum Her-
mopolitum: duos illius fratres apud se detinuit, com-
mittens illis oekonomiam Ecclesiae. Hi offensi opi-
bus studioque congerendi auri, quod deprehende-
runt in praesule, Aegypti monasteria repetunt.
Theophilus odoratus suam uitam illis displicuisse,
simul odisse cepit & Dioscorum episcopum.
Ardebat Theophilus cupiditate uindictae: uerum
quoniam hos omnes ob uitae sanctimoniam
suspiciebat populis ac monachorum cohortes, cen-
suerit rem astu tractandam, & iuxta prouerbum,
Vulpinam pellem assuendam, si leoniam non as-
sequeretur. Id aetatis quidam sub Origenis titulo
haesim Arianam instaurare conantes, (nam A-
rius damnatus erat, Origenes non erat,) multum
inuidiae conflauerant Origenico nomini. Porro
qui sequebantur Origenem, asseuerabant deum
incorporeum esse, ac monachos secus sentientes
contumelioso nomine appellabant Anthropo-
morphitas. Hinc acris inter eruditos & indoctos
monachos contentio. Porro Dioscorus hac in par-
te sequebatur Origenem, Epiphanium quem appa-
ret parum fuisse literatum, cum turba simplicium
monachorum sentiebat, unde Theophilus quem
in prioribus epistolis haesimarcham appellauerat,
post aduersus Chrysostomum incitatum appella-
uit sanctissimum. Hinc homo uaser Theophilus
ansam arripuit, quum ipse frequenter esset profes-
sus deum esse incorporeum, tamen monachos ali-
quot simplices minusque literis diuinis exercitatos
misit in Aegyptum, qui spargerent deum esse cor-
poreum, & iuxta diuinas scripturas, hominum mo-
re oculos, faciem, os, manus & pedes habere: rece-
dendum esse a Dioscoro & fratribus eius, qui se-
quentes blasphemum Origenis dogma, nega-
rent deum habere membra humana. Ea res tan-
tam seditionem excitauit in Aegypto, ut Theo-
philus cum armatorum cohorte Nitriam profes-
sus sit, oppressurus Dioscorum & fratres illius. Ita
factum est ut Dioscorus comitatus duobus fra-
tribus, & aliquo numero monachorum uenerit
Constantinopolim: In his erat Isidorus, quem
quum

Theophilus prius amicum ob huiusmodi causam
cepit habere exosum. Erat quidam Petrus Ale-
xandrinae ecclesiae archipresbyter, hunc quum
ob priuatas causas Theophilus haberet exosum,
submouere tentauit ab Ecclesia, crimen praete-
rens, quod mulierem Manichaeam ad commu-
nionem recepisset, nondum abiurata haeresi. Id
quum Petrus diceret esse factum iussu Theophi-
li episcopi, isque inficiaretur, Isidorum citauit te-
stem. Is Roma reuersus, testimonium dixit pro Pe-
tro. Quare magis exasperatus Theophilus utru-
que depulit ab Ecclesia. Hanc ob causam Isidorus
& Dioscorus cum alijs eremitis, ut dixi, Constans
Constantinopolim profecti sunt, ut Imperatori & Ioanni
Chrysostomo quid accidisset, referrent. Eos Chry-
sostomus honorifice quidem excepit, communi-
care tamen cum illis noluit, nisi tota causa cogni-
ta. At mendax rumor ad Theophilum detulerat,
Ioannem cum illis communicasse, hoc animo ut
illis aduersus Theophilum ferret suppetias. Moxque
accensus ira, cogitabat de ulciscendo, non solum
Isidorum ac Dioscorum, uerum etiam Ioannem
Chrysostomum, quem cogitabat ab episcopi di-
gnitate depellere. Nec mirum, quandoquidem in-
uitus illum ordinarat. Id quod magis succederet,
dissimulauit quid ageretur animo, scripsitque epi-
stolas ad singularum ciuitatum praesules, de dam-
nandis libris Origenis, hoc furo sibi concilians
Epiphanium Cypri episcopum, qui cum ante ip-
si fuerat similtas ob dogma diuersum. Simula-
uit igitur se poenitere prioris sententiae, & in eam
opinionem pedibus discessisse, cui fauebat Epi-
phanius: eoque hortatus est hominem, curaret Cy-
pri celebrandam synodum, cuius autoritate libri
Origenis damnarentur. Epiphanius pro sua sim-
plicitate non sentiens Theophili dolum, nec ab
episcopo sene tantum expectans uerfuita, coacta
synodo uetuit legi libros Origenis, simulque scri-
psit Ioanni Chrysostomo, ut idem faceret Constans
Constantinopoli, quod ipse fecisset in Cypro. Interim &
ipse Theophilus, posteaquam uideret successisse
se conatum, conuocatis episcopis damnauit li-
bros Origenis. Ne Chrysostomo quidem oboluit
quid uaser ille senex his proemissis moliretur, aut
si quid suspicabatur, pro conscientiae suae sinceri-
tate negligebat, intentus ecclesiasticae doctrinae.
Ceterum ubi iam praeseferret Theophilus quid
ageret, quicumque ex clericis aut proceribus aulicis
male uolebant Chrysostomo, Theophilo uelut
signifero semet adiunxerunt, atque occasionem na-
cti moliebantur, ut aduersus Ioannem episcopum
synodus coiret. Quibus autem de causis clericos
ac proceres aliquot ipsam etiam Augustam habe-
ret infensam, ante dictum est. Paucis post diebus
Epiphanius a Theophilo persuasus uenit Con-
stantinopolim, episcoporum decretum secum ad-
ferens, quo non ipse quidem Origenes, sed illi-
us libri damnabantur. Nec legitimo more res ge-
sta est ab Epiphanio, sed ex Theophili praescrip-
to magis, quam ex ecclesiastica disciplina. Nam
quum

quum Ioannes offerret hospitium ceteraq; necessaria, ille recusavit, in suo sese diversorio continens. Egressus urbem in basilica sancti Ioannis, quae abest ab urbe septem passuum milibus, celebravit illic collectam, quasi Ioannis communionem evitans: ibidem ordinato diacono, reuersus est in ciuitatem. Ibi conuocatis episcopis recitabat Origenicorum librorum damnationem, cui subscribebant nonnulli Epiphanius reuerenti auctoritatem. Plurimi tamen reclamant, praecipue uero Theophilus Scythiae episcopus. At Ioannes quem faciunt tam rigidum, non quidem offensus est, quod Epiphanius in aliena ecclesia celebrasset ordinationem: tantum inuitabat ut cum ceteris episcopis uteretur suo hospitio. Ille uero negabat se uel ipse usurum hospitio, uel cum eo oraturum, nisi Dioscorum & illi adhaerentes urbe pelleret, atq; ipse quoq; damnatis Origenis libris subscriberet. Ad id Ioannes tergiversabatur, negans esse quicquam temere agendum ante catholicam cognitionem. Erat enim Origenes ob admirabilem scripturarum peritiam doctis omnibus gratiosus, quem & ipse Athanasius aliquot locis honorifice citat, distinguens sermonem disputantis, a sermone discernentis. Atq; adeo Theophilus post damnatos Origenis libros compertus est illis legedis incumbere. Quin diuus Hieronymus Origenis ingenio uehementer delectatus uidetur, donec mutato nomine Ariani redderent illum inuidiosum. Proinde uidebatur iniquum eius libros qui uixerat ante ducentos annos, nec ulla haecenus synodo fuerat damnati, nunc infrequenti concilio condemnare. Ergo quum Chrysostomus detrectaret illico damnationi subscribere, callidi quidam Epiphanium animo simplici praeditum huc instigant. Quum in Ecclesia apostolorum esset celebranda collecta, efficiunt ut Epiphanius procedat coram uniuerso populo, & recitata Origenis damnatione, inter Origenistas pronunciauit Dioscorum cum suis comitibus: simul & Ioannis nomen perstrinxit, uelut Origenistarum patroni. Haec quum Chrysostomus essent renuntiata, quum postmodum rursus Epiphanius uenisset ad Ecclesiam, misit ad illum Serapionem, qui illi praesulis uerbis haec diceret: Contra regulas ecclesiasticas multa gessisti Epiphani, Primum, quod in ecclesia quae tui iuris non est, pegeris ordinationem: deinde, quod iniussu meo in ea sacra celebrasti: adhuc, quod inuitatus ad hospitium & communionem recusasti, nunc rursus fidis tibi. Caue ne turbato populo periculum in tuum recidat caput. Hac oratione territus Epiphanius secessit, nec tamen peruenit Cyprum, sed in nauis mortuus est. Iam sperari poterat tranquillitas, uerum Chrysostomus ubi rescituit quicquid egisset Epiphanius, instinctu Augustae fecisse, concionem habuit apud populum dentatam in uituperationem omnium foeminarum. Id Augusta interpretans in odium sui factum, imperatorem instigauit in episcopum, dicens eam contumeliam uxori factam, magis in ipsum recidere. Ad hanc fabu-

lae partem accessit Theophilus, hoc agens cum Seueriano, ut quamprimum aduersus Chrysostomum synodus fieret. Coiere permulti praesules a Theophilo prouocati, & in his episcopi quos Ioannes in Asia ob manifesta crimina, legitime ab officio femouerat. Breuiter, quotquot Ioanni uarijs de causis male uolebant. Chalcedone primum conuenere, ubi Cyrinus eius loci praesul multa inimice in Ioannem Chrysostomum effudit, at non impune. Nam Maruthas Mesopotamiae episcopus Cyrini pedem calcavit imprudens, quamobrem non licuit illi Constantinopolim transire, sed latius serpente malo coactus est pedem amputare, ac paucis post diebus uita defunctus est. Theophilus autem cum uenisset Constantinopolim, noluit ingredi ecclesiam, sed in Placidiana, quae erat domus Augustae, uersabatur, ut agnoscas aulicam esse synodum, non ecclesiasticam. Hic non iam de libris Origenis, sed de criminibus agebatur, quibus Ioannem opprimerent. Quae fuerint crimina, partim ex Palladio, partim ex Chrysostomi epistolis colligitur. Vnum erat, quod Origenistas communicasset. Alterum, quod sedecim in Asia episcopos praeter ius deposuisset: quum sex tantum submouerit, eosq; legitime, nec nisi coactus, quorum praecipuus fuit Antonius Valentinopoleos episcopus. Tertium, quod non esset purus a consortio mulierum. Palladius affirmat omnia esse falsa, uno excepto, nempe quod instituerat, ut qui accessissent ad mensam dominicam, mox aut aquam aut pastillos sumerent, ne quid sacramentorum excrearent. In suburbano Chalcedonensi, quod Rufini dicitur, ubi est basilica in Petri & Pauli honorem extructa, congregati episcopi, citarunt Chrysostomum ad crimina responsurum. Iusserunt simul adesse Serapionem & Tigrium eunuchum presbyterum, & Paulum lectorem, quasi & hi criminibus essent obnoxii. At Ioannes uidens a palam inimicis congregatam synodum, appellauit ad synodum frequentem & generalem. Illi contempta appellatione quater illum citarunt: qui quum non compareret, in absentem pronunciarunt, iam non aliud crimen intendentes, nisi quod citatus non paruerit. Supererat exequutio ut ab ecclesia extraheretur. Id populus non sinebat. Sed urgebat iussio principis. Hoc ubi rescituit Ioannes, ne seditionis praerberet causam, clam populo, se tradidit deportandum tertio a damnatione die. Amicos qui flentes aderant consolatus est, petijtq; ut sibi darent paululum temporis ad quietem. Lumentum illius stabat ad portam qua putabatur exiturus, ut eo conflueret populus, ipse clam per aliam portam euasit. Exulabat autem apud ostium Ponti, quod uocatur Hieron. Sed interim populus odio, ut fit, uerso in misericordiam, desiderio praesulis murmurabat aduersus imperatorem & concilium episcoporum: sed praecipue contra Theophilum, cuius odium in Chrysostomum priuatum hoc argumento omnibus patefactum est, quod illo depulso protinus cum Dioscoro eiusq; fratribus redijt

in

in gratiam. Ceterum quum incrudisset populum tumultus, adeo ut multitudo circum regiam uociferaretur, Augusta metuens exorauit Imperatorem ut Ioannem reuocaret. Ad id missus Bresson eunuchus. Addunt quidam terramotu territos Constantinopolitanos, per multos legatos sollicitasse Ioannem ut reuertetetur, ac precibus suis pericula depelleret. Passus est uir sanctus expugnari animum suum, & redijt ad dignitatem nolens, ad benemerendum uolens, oblitus ingratae multitudinis. Occursum est incredibili frequentia uenientibus. Ingressus urbem, frustra detrectas adactus est improbis populis precibus ut in cathedra praesulis sedens, populo orationem pacis impederet, & concionem haberet apud multitudinem. Existimabant enim quod per inuidiam contra regulas ecclesiasticas actum esset, actum non esse. Iam uidebatur esse tranquillitas. Sed diabolus alias atq; alias causas suppeditabat. Serapionem Ioannes constituerat Heracliae Thracensis episcopum, quem simul cum Ioanne damnarat Theophilus. Hinc rursus odium incanduit. Accessit quod ante narrauimus, de ludis iuxta Augustae statuum agi uetitis, qua occasione mulieris odium recruidit. Coit igitur denuo synodus, in qua aderant Leontius Ancyrae Galatae, Ammonius Laodiciae, Bresson Thraciae Philippensis, Acacius Beroeae Syriae episcopus, alijq; nonnulli. Subornantur accusatores uereres, Ioanne flagitante ut accusatio legitime institueretur. Quorum minis quum nihil moueretur Chrysostomus, episcopi nihil aliud intendebant, nisi quod per concilium abdicatus a munere, nihilo secius confidisset in cathedra. Quicq; respondisset Ioannes, quod post eam damnationem sexagintaquinque episcopi ipsi communicantes declarassent irritam esse depositionem, illi reclamant. Plures, inquit, Ioannes, te deposuerunt. Adhaec Ioannes docuit eam regulam, uero numero aestimaretur decretum, Arianorum esse, non orthodoxorum. Nam Ariani Antiochiae congregati regulam eam studio prodiderant, quod damnarent Athanasium: Quae si ualeret, oportet, inquit, & Athanasium pro damnato haberi, quod a pluribus damnatus sit quam probatus. Sed episcopi, non recepta hac satisfactio, condemnarunt Chrysostomum. Negocio fauebat Imperator, dubium non est quin Augusta ad aures obganniente. Sub natalem enim Christi, non uenit ex more ad templum, sed Ioanni denunciauit se non communicaturum illi donec criminibus esset purgatus, idq; prius quam synodus in eum pronunciaisset. Sub Paschae uero festum, quo tempore iam pronunciatum erat, rursus denunciauit ei imperator, se non posse uenire ad illius ecclesiam, qui duobus concilijs esset condemnatus. Hoc accepto nuncio, & Ioannes ne quid tumultus oriretur, ab ecclesia abstinuit, cui qui fauebant in thermis Constantinianis Pascha celebrarunt. Quod exemplum secuti plures episcopi, presbyteri, clerici, diuersis in locis collectas celebrarunt, qui post dicti sunt Ioanni-

tae. Ioanes autem uitans omnes tumultus occasiones per duos menses nusquam processit in publicum, donec Imperator iuberet illum duci in exilium. Quo die ducebatur, quidam Ioannitarum incendiderunt ecclesiam, quod incendium uento delatum etiam Senatus basilicam corripuit. Palladius refert flammam ex ipsa cathedra in qua sedere consueuit Ioannes, erupisse. Is casus quoniam autore Ioanne putabatur accidisse, effecit ut in longinquius ac durius exilium relegaretur. Hac de causa Opratus uerbis praefectus homo paganus, in Christianos nactus occasionem, plurimos Ioannitarum uarijs tormentorum generibus lacerauit. Intepestius itaq; fauor laetit Chrysostomum, ut durius ac longinquius exilium sortiretur, in pusillum ac desertum Armeniae oppidulum nomine Cucufon, deportatus. Quo ex loco scripsit Cyriaco episcopo exuli, exul. Ibi uixit annum unum, plurimos interim sua uita linguaq; ad euangelicam philosophiam pertrahens: & quoniam eam regionem premebat ualida fames, miro studio subleuauit egenos. Hinc acrior exarsit inuidiae flamma. Itaq; Cucufon Arabissum deportatus est, hoc studio agentibus qui eum deportabant, ut itineris incommodis extingueretur homo tenui corpore. Verum ille spiritu infraeto, & illic plurimos ad Christi fidem conuertit. Quid enim aliud potuit lucerna, spiritus igni accensa, quam ardere et lucere? Ea res mire discruciauit Seueriani & Porphyrii, neq; non aliorum aliquot e Syria episcoporum animos, dum perspicunt uiri gloriam afflictionibus inclarescere, Antiochenam ecclesiam in Armeniam demigrasse, ac rursus rerum in Armenia gestarum gloriam Antiochiae praedicari. Quod se uerte rent inuidia dirupti? Impetrant rescriptum atrocius, ut in desertum angustumq; locum deportaret, unde non liceret prodire, Pityuntem uocant, ubi fines sunt Ponti regionis imperijq; Romani, regio crudelissimis Barbaris finitima. Milites praefecti praetorij, qui illum deducebant, non dissimulabant sibi promissa praemia magnifica, si Ioannes in itinere moreretur. Itaq; mensibus tribus per hymbres, per aestus sine ulla refrigeratione corpore durissimum iter pertulit. Neq; enim Comanae remoratus est, sed per eam perrexit ad templum quoddam, quod milibus plus minus quinque a Comana aberat. Ibi nocte martyr Basiliscus, qui Comanae ciuitatis episcopus cum Luciano Antiochiae presbytero sub Maximiano coronatus fuerat, Ioanni apparuit, dicens: Confide frater Ioannes, cras enim simul erimus. Ferunt eum prius & eius templi presbytero apparuisse ac dixisse, prepara Ioanni fratri locum, uenturus est enim. At uir pius nihil addubitans de oraculo, spirituq; exhilaratus non aliter quam accepto lato nuncio, postmodum rogat milites, ut illic commorarentur usq; ad horam quintam. Qui mentes ne refocillatus uires reciperet, ad iter perurgebant. Verum quum iam stadia ferme triginta peregissent, conspicientes Ioannem iam febribus conuictum, ad templum unde discesserant, redierunt. Hic protinus uelut episcopum acturus candidis

dis sese induit, usq; ad pedes, reliquū amictum in A
eos qui aderant, distribuit. Mox sumptis ecclesiae
sacramētis, & extrema oratione gratijs deo actis,
seipsum consignans expiravit. Quamquam autem
in extrema barbarie uitam finiit, tamen mors eius
preciosa fuit in cōspectu domini. Tanta enim mul-
tudo uirginum, monachorum & aliorum uitae
testimonio insignium, ē Syria, Cilicia, Ponto, Ar-
menia, eō confluxit, ut pleriq; crederent ex condi-
cto cōuenisse. Corpusculeum honorifice iuxta Ba-
siliscum in eadem ecclesiam conditum est, ac mar-
tyri iūctus est martyr. Quir enim uerear illum ap-
pellare martyrem, qui tot iniurijs, tot cōtumelijs,
tot afflictionibus, nec ad impatentiam percelli,
nec a propaganda Christiana pietate depelli po-
tuit? Non percussus est securi, sed calumnijs omni B
securi acutioribus non semel iūctus est. Hoc prae-
mij uir optimus pro tam praclaris in ecclesia me-
ritis retulit per episcopos orthodoxos, & sub Im-
peratore Christiano. At dominus non passus est
famulum suum diutius inter barbaros uiuere, sed
cito illum ad caeleste brabeum euocauit. Tamen si
secundam ad Innocentium Epistolam scripsit an-
no exilij tertio. Nam & nos, inquit, tertium iam
annum in exilio uersamur, expositi pestilentiae, fa-
mi, bello, continuis incurfionibus, solitudinē in-
narrabili, quotidianae mortis, & Isauricis gladijs.
Hanc calamitatem uir sanctissimus forti alacriq;
tulit animo, quod liquet ex his quae scripsit Cyria-
co: Ego, inquit, cum ciuitate eijcerer in exiliū, ni-
hil horum moleste ferebam, sed intra me dicebā:
Si regina uult me exulem, agat in exilium: Domi-
ni est terra & plenitudo eius: & si uult secare, se-
cet, &c. Tantum doluit hac occasione turbari tran-
quillitatem & concordiam ecclesiarum. Nam Io-
annite qui dicebantur, dum Arsacio, quem Augu-
sta in Ioannis locum subrogat, cōmunicare no-
lunt, uarijs afflictionum generibus uexati sunt, a-
deo ut nōnulli presbyteri in carceribus ac tormē-
tis mortui sint, multi praclari ciues, grauesq; ma-
trona Constantinopolim reliquerint. Ad hos scri-
psit epistolam consolatoriam. Chrysofomi uero
celebris fama, & facti indignitas effecere, ut per
Orientis pariter & Occidentis ecclesias negocij
rumor protinus dimanarit. Hinc & inter episco-
pos graue disidium. Siquidem Europe & Illyrici D
praesules refugerunt illorum communionem, qui
Ioannis damnationi consenserant: nec Occiden-
tales ecclesiae, Aegyptiorum, Orientalium, Bos-
phorensium, atq; Thracensium cōmunionem ad-
miserunt, priusquam egregij doctoris nomen, qui
iam decesserat, in episcoporum catalogum repo-
neret. Atqui hoc erat palam rescindere, quod ad-
uersus Ioannem fuerat actum. Arsacium uero qui
eiecto Ioanni substitutus est, ne alloquio quidem
dignati sunt, cum atate maior esset annis octogin-
ta, uir alioqui moderatus. Porro qui successit huic
Atticus, cum crebro missis legatis flagitaret pa-
cem, non prius receperunt, quam in tabulis inter
episcopos scriberet nomen Ioannis. Quamquā in

successoris nomine, scribarum, ut opinor, errore
uariat codices. Nam Chrysofomus in epistola ad
Cyriacū significat Nectarium sibi successisse. Sic
enim loquitur: Audiui enim & ego de deliro illo
Nectario, quē regina in throno collocauit, quod
affligerit fratres & uirgines nolentes ipsi cōmuni
care, quodq; complures illorū propter me in car-
cere mortui sint. Incertum autem an scriba quispi-
am ex Arsacio fecerit Nectariū: nam in senem ma-
gis competit deliri conuicium: an quoniam pro-
cul aberat, rumor falsum nomen detulerit ad Chry-
sofomū. Quin & inter Orientales ecclesias erant
plurimi, qui iudicium illud pro irritō habebant,
sed fatius iudicabant, inultam sinere unius inno-
centis iniuriam, quam scindere tot ecclesiarū con-
cordiam. Chrysofomus exul scriptis ad Innocen-
tium Romę episcopum literis per Demetriū, Pan-
sophum, Pappum, et Eugenium implorauit illius
sedis auxilium, non ad priuati doloris ultionem,
sed ad coercendam eiusmodi licētiam, quae semel
recepta uidebatur uniuersas subuersura ecclesias.
Verum ille praeter misericordiam nihil attulit o-
pis, nisi quod Chrysofomi damnationem nō ap-
probauit, nisi res per legitimam synodum agerēt.
Postea uero & Alexander Antiochiaē episcopus,
uir ob multa praclara dei dona uehementer lau-
datus, Ioannis Chrysofomi nomē retulit in prae-
sulum catalogum. Tandem & huius reliquiae Cō-
stantinopolim Imperatoris iussu deportatae sunt,
miroq; totius populi gaudio ac celebritate excep-
tae, existimantis eam ciuitatem incōparabili the-
sauro locupletata. At nos preciosiorē tenemus the-
saurū, illius sanctissimae mētis uiuas reliquias, in
eius monumentis possidentes ac fruētes. De qui-
bus nunc pauca mihi dicēda sunt, ut quod pollici-
ti sumus, absoluamus. In alijs ecclesiae doctoribus
alias diuini spiritus dotes admiramus, hic sic mi-
scuit utile dulci, ut nemo felicius. Sed inter uaria
spiritus dona praecipue in illo eminet *ὁ διδοκμιδῶν*,
quod potissimū in episcopo requirit beatus Pau-
lus apostolus. Quis enim docet euidentius: Quis
hereticos refellit acrius: Quis in mores declamat
uel frequentius, uel liberius? At contra, quis id
facit popularius? Tanta charitatis suauitate con-
dulcat etiā illa, quae natura sunt amara. Quosdam
uix ferimus aduantes, hunc & obiurgantem pos-
sis amare. Iam quāta ubiq; cura prouidentiaq; pau-
perum, quā sollicita ad humanitatis officia co-
hortatio, quā diligens monachorum commen-
datio, quostum mūdus, opinor, habebat optimos.
Omitto quod uix alius plura scripsit, nec in his ul-
lum est argumētum quod non tractet ea quae sunt
Christianae pietatis, cum Augustinus noster, qui
cum hoc polygraphia fortassis certare possit, tan-
tum operae dederit grammaticae, dialecticae, musi-
cae, ac prophanae philosophiae quaestionibus. Ha-
rum disciplinarum cum Chrysofomus fuerit exa-
cte doctus: Oratoriam enim puer, ut dictum est,
sub Libanio rhetore, philosophia didicit sub An-
dragathio: nullam tamen usquam praebet ostenta
tionis

tionis speciem, sed omnes humanas disciplinas co-
git seruire Christianae pietati, sic admiscens, quasi
uinū generosum aqua modica diluas. Nusquam enī
est aquae uel color, uel sapor, sed tamen sentis ui-
num esse suauis. Cumq; tantus esset, tum uidi-
tione, tum eloquentia: tamen incredibili quodam
iuuandi studio, quicquid ferē scripsit, accommo-
dauit auribus populi, eoq; ad huius captum demi-
sit orationis habitum, quasi praceptor cum pue-
ro discipulo balbutiat. Quod si cuncta dixit apud
populum, quae hoc modo figuraq; scripta sunt, ut-
rum magis admirari debeam nescio, illum ne qui-
tam assiduo concionandi labori suffecerit, an po-
pulum qui tam audis fuerit discendi, quae sunt
pietatis. Adhaec dubium uideri potest, an inter di-
cendum excipi passus sit uoces suas, quod in Au-
gustini scriptis aliquot perspicuum est: aut quon-
iam hoc probabile non est, utri scripserit dictu-
rus: an post dictionem quae dixerat, in literas rede-
gerit. Nam de scripto non dixisse, liquet ex ipsius
homilijs, in quibus multa respondent ijs, quae ca-
sus fortuitus, aut tempus praeter expectationē da-
bat, uelut solito frequentior alacriorq; populi con-
uentus, indecora plebis acclamatio alitūre simi-
le. Fortasse quaedam scripsit, tanquam populo re-
icitanda, qualia sunt Isocratis pleraq;. Nec enim est
uerisimile lectori (nihil enim aliud erat cum scri-
beret aduersus Iudaeos) fuisse ius apud cōcionem
loquendi: nisi forte tali lectori permissum est, ut
extra ordinem sua scripta recitaret populo. Iam ni-
hil est reconditum in diuinis literis, quod ille tra-
ctando non reddiderit theatricum, ut ita loquar,
ac populare. Sic eruit quae sunt abstrusa, sic osten-
tat, sic ingerit oculis, dicas esse quempiam, qui sin-
gulari artificij tabula spectatores remoretur: quā
quo diutius ac propius inspicias, hoc magis ape-
rit sese subinde noui quippiam, quod oculos fefel-
lerat, & animaduersum recreat. Tali reuera tabu-
la similis est diuina scriptura, quam incomparabi-
lis artifex spiritus ille caelesti penicillo nobis de-
pinxit, ut in huius contemplatione iugiter uerfan-
tes, & huius mundi tedia fallamus, & semper ali-
quid nouae uoluptatis percipiamus ex cognitio-
ne rerum aeternarum. Atqui commonstrator ido-
neus huius tabulae non possit esse, nisi qui sit ipse
praclarus artifex, & insigniter oculus. Velut hic D
noster Lazarus ac diuitem producit in theatru:
sit enim hoc exempli causa propositum. Quis ali-
us perspexisset, quae ille ibi commonstrat? Cumq;
iam spectator credens nihil superesse parabitū,
ille reuocat, heus inquires, superest aliud cum pri-
mis annotatu dignum: deinde rursus aliud ex alio
commonstrat, nec te patitur a tabula discedere, tan-
dem adhuc audium & inhiantem dimittit. Meta-
phoris & collationibus, quoniam plurimum con-
ducunt & ad lucem & ad iucunditatem orationis,
frequenter utitur, in quibus inueniendis quidem
mirus est, sed multo mirabilior artifex in tractan-
dis. Tractantur autem ex circumstantijs, a pari,
maiori & minore. Hic mirum quos gradus inue-

nit, uel deprimendi, uel exaggerandi. Addit sub-
inde stimulos, nunc collaudans illorum docilita-
tem, nunc obiurgans segnitatem, nunc pollicens
se digna cognitu prolaturum si cōspiciat attentos
& audios, nunc alijs atq; alijs nominibus cōmen-
dans argumentum, quod tractaturus est. Nōnun-
quam repetens quae pridie dixerat, nec raro faciēs
idem in eadem concione. Dedit hoc uir eloquen-
tissimus multitudinis ingenio, rudi pariter atque
obliuioso, quae nec intelligit, nisi dilucide crasseq;
tradas, nec meminit nisi subinde repetitum infi-
gas. Hoc admonui, ne quis loquacitatis nomine
damnet, quod charitas, quae nihil aliud querit q̄
aedificare, dedit auditorū imbecillitati. Sic & Pau-
lus apud Thessalonicenses, ad illorum ruditatem
i. Thess. 2
submisit sese, factus ut paruulus in medio eorum,
tanquam si nutritrix foueat filios suos. Nec senten-
tias argutas, nec epiphonemata captat usquam,
quibus solet excitari concionis acclamatio, quod
dictionis genus placuit Hieronymo & Ambro-
sio: nec iocos admiscet in quibus frequens est, in-
terim & immodicus Tertullianus, frequentior.
Hieronymus, sed perpetua quadam orationis iu-
cunditate facilitateq; detinet auditorem, pietate
delectans uerius quam faceria. Ecclesiasticus ora-
tor facile reperiet, quo delinuat auditorem, si per-
fecerit, ut norit amerq; populus quod discit. Affa-
tim est in ipsis arcanis literis quod uoluptate de-
mulceat pios animos, etiam si nihil illecebrarum
ex poetarum aut mīmorum salibus accerfatur. Si
qui docet ardet, facile accendet: si uehementer gau-
det ijs quae docet, facile transfundet eundem affe-
ctum in animos auditorū. Hoc pectus, hoc os au-
reū foro prophano destinatum Christus ad euan-
gelij praconium interuertit. Utinam tales orato-
res nunc haberet ubiq; Christianus orbis. Ab his
enim praecipue pendet totius Reipublicae discipli-
na. Ideo tam nihil penē tenemus de dogmatibus
euangelicae philosophiae, ideo sic frigemus ad ea
quae sunt charitatis, ideo tam dubie credimus, quae
debeant esse certissima, quia raro populus audit
concionatores euangelicos, rarius idoneos. Et ta-
men hodie commodior est conditio dicentium,
quā olim fuit. Tum etiam paganitatis reliquiae,
gladiatorum paria, concursus equorum, athletae,
pugiles, aliaq; theatri certamina; plebem auoca-
bant a concione sacra, nec episcopis ullum aliud
ius erat, quā lingua. Ad haec in ipsis concioni-
bus cogebatur quiddam ē theatro pati, sibilos, ap-
plausus, acclamationes, gestulationes frequen-
ter indecoras, quibus uel corrumpi, uel interpel-
lari poterat dicētis impetus. Et tamen Chrysofsto-
mus quotidie loquens populo, frequens habebat
auditorium. Quis enim non mallet talem uirum
audire de rebus diuinis tanta suauitate differen-
tem, quā spectare gladiatores, aut equos curren-
tes, aut ludere aleam? Nunc sublata sunt auoca-
menta publica, populus humilis & quietus ma-
gna religione praebet aures, nihil obstrepens, eti-
am si quid absurdi proferatur ē suggesto: & tamen
con-

concionatorum idoneorum mira est raritas, cum A
episcoporum, sacerdotum ac monachorum tanta
sit ubique copia. Hac in parte præcipue uigilare o-
portuit principum & episcoporum prouidentiam,
ut parentur idonei pastores, qui bona fide dispen-
sent populo euangelicæ doctrinæ dimensum. Hoc
officio multo citius demereantur deum, quam ex-
truendis monasterijs, aut instituendis canonico-
rum collegijs. Erat omni decorum & opum gene-
re florentissima Constantinopolis, uerum Arca-
dius Imperator nõ existimabat suam ciuitatem &
imperij summam sedem sat splendidam, nisi & insi-
gnem haberet euangelij præconem, eoq; Ioannem
Chrysostrum ad sacerdotij functionem, unde
Nectarius decesserat, Constantinopolim euoca-
uit Antiochia. Utinam Arcadij exemplum æmu-
larentur omnes principes, utinam ad Chryso-
strum formam sacerdotes quam plurimi contende-
rent. Id si fieret, nec tot bellis, nec tot opinionum
dissidijs cõcuteretur orbis, ac longius abessemus
omnes à Iudaismo simul & à paganismo: sed re-
gnaret in nobis Christus, & sub illius uexillis felici
tranquillitate frueremur. Deniq; latius sese pro-
ferrent Christianæ ditionis pomœria. Vereor em̄
ne nostri mores partim in causa sint, quò minus
Turcæ, Mahumerani, Saraceni, Moschobite, Gre-
ci, & si quæ aliæ nationes, uel semichristianæ, uel
schismaticæ, sese adiungant ouili Christi, quò mi-
nus Iudæi respiciant à sua cæcitate, qua tot iam se-
culis detinentur, quos equidem demirabor, si tam
dilucidæ Chrysostrum rationes, si tam urgentia
scripturarum testimonia, non saltem huc adigant,
ut pudeat pigeatq; tam diutinæ calamitatis. Apo-
stolo Paulo hoc debet infelix hominum genus,
quod adhuc superest, quod extat seminarium, un-
de possit restitui. Is enim ad Romanos x. i. spem
bonam nobis fecit, fore ut aliquando respiscen-
tes agnoscant nobiscum uerum Messiam, & fiat
Ioh. 10
Rom. 11
Esa. 59
unus pastor, & unum ouile. In hanc spem seruant
à nobis. Nolo enim, inquit, uos ignorare fratres,
mysterium hoc, ut ne sitis apud uosmetipsos elati
animo, quòd ex cæcitate ex parte Israël accidit, do-
nec plenitudo gentium aduenerit, & sic totus Is-
rael saluus erit, sicut scriptum est: Adueniet ex Si-
on, qui liberat, & auertet impietates à Iacob. Ac
mox: quemadmodum enim & uos quòdam incre-
duli fuistis deo, nunc autē misericordiam estis cõ-
secuti per incredulitatem illorum: sic & isti nunc
increduli facti sunt, ex eo quòd uos misericordiam
estis adepti, ut & ipsi misericordiam consequantur.
Rursus in eodem capite docet Iudaicæ gentis rui-
nam non esse desperabilem. Num ideo, inquit, im-
pegerunt, ut conciderent? Absit. Sed per lapsum
illorum salus contigit gentibus, in hoc ut eos ad
æmulandum prouocaret. Quòd si lapsus illorum
diuitiæ sunt mundi, & diminutio illorum diuitiæ
gentium, quanto magis plenitudo illorū? Vobis
enim dico gentibus, quatenus ego quidem sum
Apostolus Gentium, ministerium meū illustro, si
quomodo ad æmulandum prouocem carnē me-

am, ut saluos reddam nonnullos ex illis. Si Iudæis
à Christo deficientibus nos recepti sumus, ut illos
uicissim ad æmulationem prouocemus, conandū
est ut in omni uita nostra resplendeat ueritas, pu-
ritas, & synceritas euangelica. Glorificemus & nos
euangelium nostrum. Id quidem in primis est epī-
scoporum ac sacerdotum, qui dicuntur angeli do-
mini, ex quorum ore populus requirit legem dei
fuit: omnis tamen Christianus pro sua quisq; por-
tione glorificare potest euangelium, si spretis ijs
quæ sunt super terram, conuersionem habeat in
cœlis. Sic enim futurum est, ut Turcæ simul & Iu-
dæi uidentes opera nostra bona, glorificēt patrem
nostrum qui in cœlis est, cupiantq; in tale confor-
tium ascribi. Ad Chrysostrum redeo in cuius li-
bris oportet assiduos esse qui suscipiunt curam ec-
clesiarum. Operum illius certum indicem nõ ha-
bemus: saltem hoc beneficij nobis impendisset ec-
clesiastica historia. Apud Suidam, haud scio quis
non indoctus, primam laudem tribuit operi de sa-
cerdotio, quòd non alibi stylo sit usus grandiore,
nec magis elaborato, proximam commentarijs in
Ioannem, Matthæum, Marcum, & Lucam, quos
libros utinā habemus omneis. In catalogo scri-
ptorum ecclesiasticorum hæc tantum de illo Hie-
ronymus: Ioannes Antiochenæ ecclesiæ presby-
ter, Eusebij Emiseni, Diodoriciq; sectator, multa cõ-
ponere dicitur, de quibus *πρὸς ἰερὸν σὺν ὄνομα* tantum le-
gi. Diuus Augustinus sex librorum contra Iulianum
primo respondet loco cuiusdam per Iulianum
citato ex Homilia de baptizatis, cuius initium est:
Benedictus deus, qui fecit mirabilia solus: & ipse
citatur ibidem testimonium eius ex commentarijs
illius in epistolam ad Romanos. Porro cum nul-
lum nomen apud Græcos fuerit unquam plausibi-
lius quàm Chrysostrum, mirum est nõ plures libel-
los illius prodisse nomine. De opere in Matthæum
imperfecto, suo loco ponemus nostrum iudi-
cium, quòd extra contouersiam est, Ariani cuius-
piam esse, licet eruditi. Commentarium in episto-
lam ad Hebræos, tametsi lectu non indignum, ti-
tulus ipse uerecunde significabat non esse Chryso-
strum, indicans post mortem illius æditum. De cõ-
mentarijs in acta Apostolorum, deq; commenta-
rijs in secundam ad Corinthios epistolam iudicet
me doctiores, ego, prorsus in eis Chrysostrum phra-
sin peccatq; desidero. Nec enim ut Chrysostrum
uidearis satis est, subinde repetere *ὁρᾶς πῶς, τὶ θεὸς
ἔσται; ὁ δὲ λέγει τὸ ἐπιπέτυ θηῖν, σὺ ὡς αἰεὶ ὁ ὕψους*, quibus
tropis ille interdum uel excitat oscitantem audito-
rem, uel adiuuat tardū. Etiam in illis maxime po-
pularibus uis quædam est & spiritus Chryso-
strum: eam simij non possunt exprimere. Nec satis est
post enarratam scripturæ partem in locos commu-
nes excurrere. Hoc pari facilitate facere difficilli-
mum est. Dimittam lectorem, si prius illud admo-
nuero, ne quis offendatur imprudens. Loca quæ
citantur è sacris uoluminibus, in his dūtaxat quæ
nos uertimus, reddidimus iuxta Græcam lectio-
nem, quam in codice comperi. Græcorum autem
lectio

lectio, nõ uidetur tantum Septuaginta, sed ex A-
quila quoq; Symmachi ac Theodotionis æditio-
ne temperata. Cæterum quò minus Latinam ædi-
tionem supposuerim, illud obstitit, qd aliquoties
sententiæ tenor non quadrat ad nostram lectionē.
Id frequenter accidit in nouo Testamento, sed in ue-
tere multo crebrior & insignior est lectiōis uarie-
tas. Et cõsentiunt in citando Græci doctores, Gre-
gorius Nazianzenus, Basilus, Chrysostrum, A-
thanasius, Theophylactus, Cyrillus, aliq; quorū
eruditissimis lucubrationibus uehementer illu-
stratur Christiana philosophia: ut uel ob hanc tan-
tam utilitatem operæ præcium fuerit, noui testa-
menti libros iuxta Græcorum lectionem tradi La-
tinis auribus: quòd à me pridem, magno reclamā-
tium strepitu, sed ingenti studiosorum fructu fa-
ctum est. Idem ut ab alijs curaretur in ueteris Te-
stamenti uoluminibus, maior etiam in uitauit ne-
cessitas. His uero qui nobis Cyrillum, Chryso-
strum, ac Theophylactum uerterunt Latine, quo-
niam uulgatam Latinorum uersionem suppone-
re maluerunt, sæpe ridiculum quiddam accidit, ut
aliud sonet uox contextus, aliud cithara commen-
tarij. Quòd si stulte faciat, qui nunc Cypriani, Ter-
tulliani, Ambrosii, & Augustini lectionem, uelut
ad nostram translationem corrigere, reclamanti-
bus illorum commentarijs, multo minus id fieri
conueniebat in uertendis Græcis, apud quos Hie-
ronymi translatio nunquam fuit recepta. Habes
ornatissime præful, uitam Chrysostrum.
Dominus R. amplitudinem tuam
semper sospitet ac tueatur.

CATALOGVS OMNIUM OPERVM DIVI

IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTAN-
tinopolitani, in quo illustrata asterisci nota, acceperunt huic nouis-
simæ æditioni, aut denuo sunt uersa, aut collata ad
ueritatem Græcorum codicum.

PRIMVS TOMVS QVI EST

VETERIS TESTAMENTI.

* In Genesin, Homiliæ LXVII	1	teritu, sermo	641
De Genesew's lectione, & ieiunijs, sermo	526	In Eliam prophetam, sermones II	643, 647
Quod primus homo omni prælatus sit crea- turæ, sermo	532	De ascensione Eliæ, Homilia	649
De Adam & Eua, Homilia	534	De Naaman Syro ab Elifæo curato, ser.	652
De Genesi, et interditiōe arboris efus ad A- dam, sermo	539	De Elifæo & Syrorum insidijs detectis, ser- mo	654
De lapsu primi hominis, Homil. II	541	De patientia Iob, Homiliæ V	657
De Adam, Sodomitis, Achab, & pœniten- tia, sermo	545	De beato Iob, Homilia	696
Super illud Genesew's, Inimicitias ponam in- ter te & mulierem, sermo	547	In beatos Iob & Abraham, sermo	697
De fide Abraham & immolatione Isaac, ser- mo	549	De Davidicis canticis, sermo	702
De habenda cura salutis proximi, & de mu- tatione nominis Abram, in Abraham, Gen. 17. Homilia	552	De loco Psalms IX. Narrabo omnia mirabi- lia tua domine, Homilia	705
De Iacob & Esau, sermo	560	De loco Psalms IX. Patientia pauperum non interibit in æternum, Homilia	707
De Ioseph, ubi à fratribus uenditur, ser.	562	Expositio Psalms. XXII, & CXVI	709
In Ioseph de continentia, sermo	565	De loco Psalms XXIII. Dirige me in uerita- te tua, &c.	714
De Mose, sermo	568	De loco Psalms XXV. Redime me & mise- rere mei	716
De eo quod scriptum est in Iudicū, cap. XI. Ie- phthe perrexit ad pugnam, & uotum uo- uit &c.	570	De loco Psalms XXVI. Dominus illuminatio mea, & salus mea, &c.	718
De fide Annæ Elcanæ, deq; philosophia, Ho- milia secunda: nam prima desideratur	572	De loco Psalms. XXIIX. Domine deus meus, in æternum confitebor tibi	719
De Anna deq; Samuelis educatione, Homi- lia tertia	581	De loco Psalms XXXIII. Quis est homo qui uult uitam	720
* Item de Anna & cōtinuis precibus, Ho- milia quarta	588	Expositio in superscriptionem Psal. L	723
* De eadem Anna, Homilia quinta	597	Expositio in Psalmum L. Miserere mei deus, Homiliæ II	724, 738
De Dauid & Saule, deq; tolerantia, Homi- lia	604	De loco Psalms LXVIII. Exaudi me domine, quoniam suauis est misericordia tua	751
De uirtute deq; Dauid & Saule, Homil.	614	De loco Psalms LXXI. Descendet sicut plu- uia in uellus, &c.	752
Quod periculosum est adire spectacula, deq; Dauid & Saul, Homilia	622	De loco Psalms LXXXIII. Non in æternū ira scaris nobis, &c.	754
De insigni uictoria beati Dauid aduersum Goliath, Homilia	635	Expositio Psalms XC. Qui habitat in adiuto- rio altissimi	756
De uerbis Dauid, Quis sum ego, quod talem gratiam inuenerim, &c. Homilia	638	De loco Psalms XCIII. Quis exurget mihi ad uersus malignantes, &c.	760
De Absalon patrem persequente, & eius in- gnauit		In Psalmum XCV. Cātate domino canticum nouum, cantate domino omnis terra	764
		Explanatio in Psalmum XCVI. Dominus re- gnauit	

CATALOGVS PRIMI ET SECVNDI TOMI

gnauit, exultet terra	775	Commentariorum in Euāgelium Matthæi, in certo autore, Homiliæ LIII.	
Explanatio in Psalmum CXV. Credidi pro- pter quod locutus sum	778	FRAGMENTORVM EX EVAN- gelio Matthæi, Homiliæ XXVI. hoc ordine digestæ.	
De loco Psalms CXVIII. Bonitatem fecisti cū seruo tuo domine	782	Ex capite II. Cum natus esset Iesus in Beth- lehē Iudææ &c. In Epiphania domini	1137
De loco Psalms CXVIII. In proximo es domi- ne, & omnes uia tuæ ueritas	784	Ex eodem cap. super illud, Angelus domini apparuit in somnis Ioseph &c. In festo In- nocentum	1141
De loco Psalms CXXI. Fiat pax domine in uirtute tua, & abundantia in turribus tuis	786	Ex eodem, de natali sanctorum Innocen- tum	1143
Explanatio in Psalmum CXXII. Ad te leuauī oculos meos, qui habitas in cœlo	789	Ex eodem cap. illud, Defuncto Herode, ecce apparuit angelus, &c. In uigil. Epipha- niæ	1144
De loco Psalms CXLII. Non intres in iudici- um cum seruo tuo domine, quoniam non iustificabitur &c.	791	Ex cap. III. Ductus est Iesus in desertum, &c. In dominica I. quadragesimæ	1146
In Psalmum CL. Laudate dominum in san- ctis eius	793	Ex cap. V. Cum uidisset Iesus turbas, ascendit in montem	1150
Super illud Sapiētiae, Iustorum animæ in ma- nu dei sunt &c.	794	Ex eodem capite. Qui fecerit & sic docue- rit, maximus uocabitur in regno celo- rum	1157
Super illud Esaiæ, Si uolueritis & audieritis me &c.	797	Ex eodē, Audistis quia dictum est antiquis, Diliges proximum tuum &c. In festo san- ctorum Ioannis & Pauli	1158
De uerbis Esaiæ, Vidi dominum sedentem in throno excelfo, &c. Homil. V	799	Ex capite VI. Cum ieiunatis, nolite fieri sicut Hypocritæ. In feria quarta Cine- rum	1161
De loco Esaiæ, cap. IX. Potestatis & pacis e- ius non erit finis	833	Ex eodem cap. super eodem	1164
De loco Esaiæ, cap. XLII. Cantate domino canticum nouū, laus eius in extremis ter- ræ	834	Ex cap. VII. in illud, Cauete à pseudoprophe- tis	1166
De loco Esaiæ, cap. LXII. Gaude Sion, Ecce rex tuus uenit	836	Ex cap. IX. Ascendens Iesus in nauiculam transfretauit &c. Dominica XVIII. post Pentecostes	1169
De Ieremia propheta, sermo	837	Ex eodem super illud, Transiens inde Iesus uidit hominem sedentem &c. De conuer- sione Matthæi	1170
De tribus pueris, Homilia	839	Ex cap. XIII. Herodes apprehensum Ioan- nem posuit in carcere. In decollatione san- cti Ioannis Baptistæ	1172
De sancta Susanna, Homilia	841	De eodem	1178
De Iona propheta, Homilia	842	Ex cap. XV. Egressus Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis &c. De muliere Chana- næa	1180
De loco Zachariæ, capite VI. Ecce uir, Ori- ens nomen eius, sub umbra eius orietur sol, &c.	876	Ex cap. XVIII. Væ mundo ab scandalis, ne- cesse enim est ut ueniant &c.	1188
De natiuitate septem Machabæorum, Ho- milia	848	Ex eodem, super illud, Domine si peccauerit in me frater meus, quoties dimittam eis	1191

CATALOGVS TOMI

SECVNDI, QVI EST IN
Matthæum, Marcum,
& Lucam.

* Commentariorum Chrysostomi in E-
uāgelium Matthæi, Homiliæ LXXXIX.
per Sebastianum Guldenbec ad Græcum
collatæ & emēdatæ parte sui dimidia: nam
reliquum deerat in Græco codice

De eodem dicto 1192
 * De eo quidebebat x. m. talentorum 1199
 Ex cap. XIX. Si licet homini dimittere uxorem suam, quacumq; ex causa, In Inuentio-
 ne sanctæ crucis 1212
 * Laus Maximi, & quales ducendæ sint uxores 1217
 Ex eod. cap. In illud, Ecce nos reliquimus omnia &c. In cōmemoratione S. Pauli 1232
 Ex cap. XXI. Cum appropinquasset Hierosolymā, Dominica I. aduentus domini 1237
 Ex eodem capite, de arbore ficus à domino arefacta 1243
 Ex cap. XXV. Quam diu fecistis uni ex minimis meis &c. De diuite & paupere, & de eleemosyna faciendâ 1246

MARCVS.

In euangelium Marci, Hom. XIII 1249
 EX EVANGELIO LVCAE fragmenta.

De natiuitate sancti Ioānis Baptistæ, sermo, ex cap. I 1286
 Ex cap. II. Et reclinauit eum in præsepio &c. De natiuitate domini, Homilia 1294
 Ex cap. X. De eo qui incidit in latrones, sermo 1298
 Ex cap. XV. De patre & duobus filijs, Homilia 1301
 Ex cap. XVI. De diuite, Homilia 1306
 Ex eodem cap. De Lazaro & diuite, Homilia III 1313
 Ex cap. XIX. De Zachæo, sermo 1363

CATALOGVS TOMI TERTII, QVI COMMENTARIOS habet in Ioannem, Acta apostolorum, & conciones festas.

Commentariorum Chrysostomi in Ioannis euangelium, Homiliae LXXXVII 13
 HOMILIAE ALIQVOT IN IOANNEM secundum ordinem capitum.
 In caput primum, De fide in Christo 421
 Ex eodem, Fuit homo missus à deo, De diuo Ioanne Baptista 423
 Ex cap. III. Veniet hora quando ueri adoratores adorabunt patrem &c. 427
 Ex cap. XI. De Lazaro resuscitato 429

Ex cap. XV. Vos amici mei estis, si feceritis quæ mando uobis, Homil. II 430. 433
 * In Acta apostolorum, Homiliae LV 437
 CONCIONES FESTAE.
 De proditore & mysterijs cœnæ domini, in quinta feriâ Passionis, Hom. VI 805
 De prodicione Iudæ, In cœna domini 816
 De latrone, sermo 824
 De cruce & latrone, In die Parasceues, Homilia II 823. 833
 De cruce dominica, Homilia 836
 De resurrectione, Homilia IX 842
 De ascensione domini, sermo 865
 De pentecoste, sermo 873
 In pentecoste de S. spiritu, sermo 878
 De sancto & adorando spiritu, Hom. 886
 De fide & lege naturæ & S. spiritu, ser. 901
 De sancta Trinitate, sermo 908
 In Encœnijs de Eucharistia, sermo 919
 De præmijs sanctorū diuersisq; honoribus apostolorum, & de gehenna, sermo 921
 De martyribus, sermo 924
 De martyribus, quod aut imitandi, aut non laudandi sunt, sermo 927
 De beato Philogonio, Oratio 929
 In Inuentinum & Maximū martyres, ser. 937

FRAGMENTORVM EX EPISTOLIS Pauli, Homiliae XIII.

* Non solum autē sed & gloriamur 941
 * In locū Pauli ad Romanos, cap. XVI. Salutate Priscam & Aquilam, &c. de colendis sacerdotibus 949
 In dictum Pauli I. Cor. 7. Mulier alligata est legi &c. de libello repudij 959
 In dictum Apostoli I. Cor. 10. Nolo uos ignorare fratres, quod patres nostri omnes sub nube fuerunt, &c. 966
 In dictum Apostoli I. Cor. 11. Oportet hæreses esse 975
 In epistola I. Cor. 13. de fide, spe & charitate, sermo 983
 In dictū Apostoli I. Cor. 15. Cum subiecta fuerint illi omnia, tūc & filius subijcietur ei 986
 Ex epistola I. Cor. 16. De eleemosyna & collatione in sanctos 995
 * Habentes aut eundem spiritum fidei, Homilia 1005
 De eisdem & aduersus Manichæos 1013
 De eisdem & eleemosyna 1022
 In dictum Pauli 2. Cor. 11. Vtinam tolerassetis

tis paululū quiddam insipientiæ meę 1032
 In dictum Apostoli ad Philip. I. Siue occasio ne, siue ueritate Christus annunciat &c. de profectu Euangelij 1041
 * In dictum Apostoli I. Theff. 4. De dormientibus nolo uos ignorare fratres 1049
 De laudibus beati Pauli, Homil. VIII 1059
 De ferendis reprehensionibus, in conuersione diui Pauli 1101

CATALOGVS TOMI QVARTI, QVI EST in D. Paulum.

* In epistolam Pauli ad Romanos, Homilia XXXII 9
 * In epistolam Pauli ad Corinthios priorē, Homilia XLIII 327
 * In epistolam Pauli ad Corinthios posteriorē, Homiliae XXX 681
 * In epistolā Pauli ad Galatas enarratio 881
 * In epistolā ad Ephesios, Hom. XXIII 951
 * In epistolam Pauli ad Philippenses, Homiliae XV 1123
 * In epistolam Pauli ad Colossenses, Homiliae 1229
 * In epistolā Pauli ad Thessalonicenses primam, Homiliae XI 1321
 * In epistolam Pauli ad Thessalonicenses secundam, Homiliae V 1397
 * In epistolam Pauli ad Timotheū priorē, Homiliae XVIII 1429
 * In epistolam Pauli ad Timotheum secundam, Homiliae X 1533
 In epistolam Pauli ad Titum, Hom. VI 1599
 * In epistolam Pauli ad Philemonem, Homiliae III 1641
 * In epistolam Pauli ad Hebræos, Homiliae XXXIII 1661

CATALOGVS QVINTI TOMI, QVI EST VARIORUM argumentorum.

Ad populum Antiochenum, Homil. LXXX quarum argumenta sequuntur.
 1 * Vino modico utendum 9
 2 * De Theodosii magni imperatoris pij imaginum subuersione, & in dictū Apostoli, Diuitibus huius seculi, præcis

pe nō sublime sapere, & contra auaritiam 25
 3 * De legatione Flauiani episcopi, pro ciuitate, & detractioe 37
 4 * De patientia & tolerantia, & de abstinencia à iuramentis 49
 5 * Quod mors non timenda, sed peccatū, & de iuramentis omni studio fugiendis 57
 6 * Quod utilis est principū timor, & de iuramentorum custodia 69
 7 * Quod tristitia ad peccati destructionē utilis, de creatione, & de fugiendo iuramento 79
 8 * Ad uirtutem exhortatio, & de fugiendis iuramentis 84
 9 * De superstitione, & de nō iurando, & de auscultatione uerbi post cibum 89
 10 * Contra gentiles enarratio, & de euitando iuramento 96
 11 * Gratiarum actio ad deum 104
 12 * De creatione hominis 112
 13 * De mutatione tristitiam, & de hominis creatione 120
 14 * De populo liberato ab omni angustia, & constituto in fiducia, & de iuramentorum abstinencia admonitio 127
 15 * De calamitate ciuitatis Antiochiæ 130
 16 * De seditione eiusdem ciuitatis 136
 17 * Ad magistratus à Theodosio imperatore missos, pro inquirendis statuarum euerforibus 153
 18 * De ieiunio, & in illud Apostoli, Gaudeat in domino semper 161
 19 * Ad homines agros colentes 169
 20 * De regis cū ciuitate recōciliatione 177
 21 * Catechesis ad illuminandos, de mulieribus se fertis & auro ornātibus, & uaticinia & incantationes sectantibus 187
 22 De pœnitentia, continentia & uirginitate 196
 23 Quod Christianum oportet uitā rectam habere 214
 24 De optima conuersatione 220
 25 De uita recta 225
 26 Quod ex minimis incipiendâ uirtus 230
 27 De iuramentorum abstinencia 235
 28 De fugiendis iuramentis 240
 29 Contra irascentes 244
 30 De ira 248
 31 De

31 De ira & longanimitate & mansuetudine	254	56 De monachorum uita	376
32 De eleemosyna & misericordia	257	57 De eodem, & de iudicio	380
33 Quod ars est eleemosyna, & omnium artium quaestuosissima	259	58 De uita monachorum, & scripturarum lectione	386
34 Quod oportet multum circa dei desiderium studium habere, & de eleemosyna	265	59 De beneficio quod indigentibus exhibetur, & de uita monachorum	395
35 37 De eleemosyna & misericordia &	271	60 De sumētibz indigne diuina sacramenta	390
36 Quod magnum est bonū dimittere peccata in nos peccantibus, & de eleemosyna	275	61 De sacrorum mysteriorum participatio- ne, & quod communicare nolens nec orationi dignus est interesse	400
38 De humilitate & quiete	285	62 Vtiles esse tentationes moderatas, & qd deo seruiens tribulationem expectare debet	406
39 De humilitate, & quod praesentia, quasi non sint, contemnenda	290	63 Ob amorem Christi omnē oportere tri- bulationem sufferre	412
40 De poenitentia & quod non oporteat de seipso lapsum desperare	295	64 Maximum in tribulationibus lucrū gra- tiarum actio	416
41 De poenitentia, & quod magnum bonū est propria peccata agnoscere	301	65 Deo gratias agere debemus, & quod ni- hil graue praeeperit	420
42 Quomodo propriae animae curam oportet habere, de oratione & poenitentia	305	66 Regnū coeleste absq; tribulationibus & laboribus acquiri non posse	424
43 De uana gloria & ambitione	312	67 Hic affligi, peccatorum exhibet remissio- nem	429
44 De liuore & inuidia	315	68 Infestantem magnanimiter ferre propter deū, maius est, quam benefacere	434
45 De inuidia & liuore	319	69 Peccatores lugēdi uiuētes & mortui	438
46 Quod semper oporteat peccatorum habere memoriam	324	70 Pro defunctis non lugendum, sed oran- dum potius	443
47 Quod supplicio peius est dei regno pri- uari, & de iudicio	329	71 Nihil prodesse ieiunium, si reliqua desint merita, & de oratione	446
48 De tremenda iudicij die, & de dilectio- ne dei,	334	72 Dei beneficia cogitare maximum sacrifi- cium, & de ieiunio	451
49 De iudicio & auaritia, quae non ex ma- gnitudine, sed ex uoluntate iudicatur, & de his qui gehēnalem poenam non credunt	339	73 De sanctae quadragesimae ieiunio, & qd torpentibus nobis nulla erit excusa- tio	454
50 De his qui gehēnales poenas credere no- lunt, & de iudicio	344	74 Vtilem esse paupertatem	to. 1
51 De concordia & charitate, & de benefa- ciendo calumniantibus	350	75 In id euangelij secundum Matthaeum, Cum uidisset Iesus turbas, ascendit in montem	to. 2
52 In mansuetudine Christus imitandus, de malorum obliuione, & quod in uirtute positum laedere nihil potest	354	76 In euangelicum illud, Domine quoties peccabit in me frater meus, & dimit- tam ei?	to. 2
53 De charitate secundum deum, & inui- do	358	77 Quod ad finem usq; stantem concidere non oportet, neque lapsum despera- re	459
54 Contra eos qui ebrietati & delicijs uacant	361	78 Melius esse iniuriam pati, quam inferre	463
55 Contra luxuriantes & deditos delicijs, & de praesentis seculi consummatione	371	79 De oratione	467
		80 De poenitentia	474

DIDACTICA ET

mo	834
De poenitentia, Homilia x	837
De poenitentia, sermo	900
De poenitentia & confessione, sermo	904
De confessione peccati, sermo	908
De ieiunio, sermones ii	909
De eleemosyna & hospitalitate, sermo	919
De misericordia, sermo	922
De misericordia & duabus mulieribus ui- duis, Homilia	927
De dispensatione rerum tuarum per teipsum facienda, & de uita monachorum, ser- mo	929
Ne scrutemur pauperes studiose, sermo	935
* Oratio Calendis habita, cum non uenisset in publicū eo die episcopus Antiochia Flauianus, contra eos qui nouilunia obser- uāt, & in ciuitate choros ducūt, et in dictū Apostoli, omnia in gloria dei facite	937
Quum presbyter esset designatus Ioannes Chrysofomus, de se, ac de episcopo, decq; populi multitudine, sermo	947
De expulsionē sancti Ioannis Chrysofomi, Homilia	953
Post reditum prioris exilij, Homilia	955
De regressu sancti Ioannis de Asia Constan- tinopolim, Homilia	957
Quum Sartonius & Aurelianus acti essent in exilium, & Gainas egressus esset à ciuita- te, & de auaritia, Homilia	961
De recipiendo Seueriano	965
Seueriani episcopi de pace, Sermo	967
EPISTOLAE VII. NAM IN EV- tropium oratio absurde inter epistolas re- lata fuerat, quaerenda circa hu- ius tomi finem.	
Innocentio episcopo Romano	969
Ad eundem Innocentium	973
Cyriaco episcopo exuli	974
Ad episcopos & presbyteros ob impietatem carcere inclusos	977
Ad Theodorū lapsum parænesis prior, uel, De reparatione lapsi	979
Ad Theodorum monachum	1009
Ad Olympiam sceminam illustrem	1018
APOLOGETICA.	
Contra Gentiles, siue in Babylam marty- rem, Lib. I	1033
Aduersus Iudaeos, Orationes v	1077
De incomprehensibili dei natura, cōtra Aro- mceos	
De sacerdotio, Libri vi	484
* De compunctione cordis, Lib. ii	565
De prouidentia dei ad Stagirium monachū, Libri iii	597
* De prouidentia uel fato, serm. vi	667
De orando deum, Libri ii	691
De laude dei, sermo	702
De amore dei & tolerantia in aduersis, ser- mo	708
De gratijs deo reddendis, non solum uer- bis, & c. sermo	711
De oratione dominica, Homilia	715
In symbolum Apostolorum expositio, Ho- mil. ii	718
Ad Neophytos, Homilia	723
Ad baptizandos, Homilia	728
De militia spirituali, Homilia	736
De militia Christiana, Homilia	739
De eruditione disciplinae, Homilia	743
De turture & ecclesia, Homilia	746
Quod nemo laeditur, nisi à semet	750
De uirtutibus & uitijs, Oratio	769
De charitate, quae cuncta dirigit & perficit, sermo	781
De mansuetudine, sermo	783
De amore erga persequentē, sermo	787
Vt benedicamus maledicētibus, sermo	790
Ne scandalum cuiquam fratrum ponamus, sermo	791
De malis à nobis euertendis, sermo	795
De nequitia depulsa, & uirtute inducta, ser- mo	798
De excludenda uitiorum memoria, ser- mo	803
Carnis concupiscentias ne sectemur, ser- mo	805
Virtutibus progenitorum ne confidamus, sermo	810
Contra desperationem & superbiam, ser- mo	812
Bene operando, ne desperemus, sermo	814
De amore & charitate, sermo	817
De inanis gloriae cupiditate, sermo	819
Contra luxum & crapulam, sermo	824
Contra gulam & ceteras uoluptates, ser- mo	828
De leuium peccatorum periculis, sermo	832
De uanitate & breuitate praesentis uitae, ser-	

mceos, Homiliae v	1149	* Aduersus uituperatores uitae monasticae	1247
De anathemate, sermo	1196	Lib. III	
Aduersus Gentiles demonstratio, quod Christus sit deus	1201	* In Eutropium, sermo	1325
Contra Anomceos, sermo	1224	Quod regulares foeminae uiris cohabitent, sermo	1339
Aduersus haereticos, sermo	1230	Contra concubinarios, & eos qui fouent foerorees adoptiuas	1347
Contra Iudaeos, Gentiles & Haereticos, Sermo	1234	Missae D. Ioannis Chrysofomi	1365
De comparatione regis & monachi, Lib. I	1241	CATALOGI FINIS.	

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI SERMO ADMONITORIUS, SVB INITIVM sanctae Quadragesimae, in qua opus sex dierum enarrare coepit,

HOMILIA PRIMA



IAVDEO & Iator, uidentis hodie ecclesiam dei, suorum filiorum multitudine ornari, uosque omnes multa iucunditate concurrisse. Nam quum alacres uultus uestros intueor, quod uoluptatis esse in animabus uestris, coniecturam capio maximam: quemadmodum & Sapiens dicebat, Corde latente uiret facies. Eapropter & ipse hodie ingenti alacritate surrexi, una uobiscum latitiae illius spiritalis particeps futurus, & uolens aduentus sanctae Quadragesimae, remedij, inquam, animarum nostrarum, uobis annuntiator esse. Communis enim nostri omnium dominus, ueluti pater filios indulgenter amans, cupiens ea quae unquam peccauimus nos abluere, hanc quae per ieiunium fit curationem adinuenit. Nullus igitur sit moestus, nullus etiam tristis appareat, sed omnes exultent & gaudeant, ac glorificent animarum nostrarum curatorem, qui hanc optimam nobis aperuit uiam, accipiantque multa cum iucunditate illius aduentum. Confundantur Gentiles, erubescant Iudaei, uidentes uestram charitatem hilari promptitudine illius aduentum salutantem ac excipientem, discantque per experientiam quantum inter nos & ipsos interuallum. Et illi quidem ferias nominent, ebrietatem, omnemque aliam intemperantiam, ac turpitudines, quas uerisimile est inde ipsos attraheret: at ecclesia dei, ea quae illis aduersa sunt, nempe ieiunium, uentris despectum, & omnes alias uirtutes illius comites, ferias appelleret. Haec enim uerae feriae sunt, ubi animarum salus, ubi pax, & concordia est, ubi omnis huius uitae apparatus abigitur, ubi clamor & tumultus, & coquoerum discursus, & pecudum mactationes e medio tolluntur: quies uero omnis & tranquillitas, & charitas, & gaudium, & pax, & mititas, & innumera bona pro illis in usu sunt. De illo igitur pauca obsecro charitati uestrae colloquamur: idque primum rogamus, ut sermones illos nostros placide suscipiatis, quod domum fructum quendam insignem assequuti, redeatis. Neque enim temere & frustra huc conuenimus, ut unus quidem loquatur, alius uero quae dicuntur plausibus excipiat, & sic digrediamur: sed ut & nos frugiferum quiddam & saluti uestrae conducibile loquamur, & uos lucro e dictis nostris accipere, & amplae utilitatis fructum nacti, hinc exeatis. Ecclesia sane locus quidam est medicinae spirituales: & eos, qui huc ueniunt, decet, ne domum redeant, Chryf.

nisi congrua remedia acceperint, illaque suis uulneribus adhibuerint. Audi enim, quomodo audire solent, & operibus nihil praestare, nihil ualeat, beatum Paulum dicentem: Non enim auditores legis iusti apud deum, sed legis factores iustificabuntur. Et Christus concionando dicebat: Non omnis qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnum caelorum, sed qui facit uoluntatem patris mei qui in caelis est. Igitur scientes, nullam porro utilitatem ex auditu esse, nisi & operum sequatur impletio, ne simus auditores duntaxat, sed etiam factores, quod ipsa opera sermones sequentia, multae nobis fidentiae sint fulcimentum. Proinde explicitis uestrae mentis sinibus, sermones de ieiunio suscipite. Et quemadmodum castam quandam & ingenuam sponsam ducturi, thalamis undique tapetibus ornatis, domoque tota purgata, & ingressu omnibus inhonestis ancillis interdicto, in cubiculum illam introducunt: Pari modo uellem etiam uos purificata uestra mente, ualeque delictis & uoracitati dicto, matrem omnium bonorum & prudentiae, aliarumque uirtutum omnium magistram, ieiunium, inquam, explicitis uestrae mentis sinibus suscipere, ut & uos maiori fruamini uoluptate, & illud congruam uobis suam medicinam conferat. Nam si medici, phar maca dare uolentes, ut putridum & corruptum humorem expurgent, a corporali hac ciborum uoluptate abstinere praecipit, ita ut pharmaci efficaciam delicti obstaculum, & operari, suamque uim illa de clarare possint: multo magis nobis spirituale hoc remedium, hoc est utilitatem quae ex ieiunio est suscepturis tenuitate uictus nostram mentem expurgare, & leuiorem reddere conuenit, ut ne ebrietate demersa in frugiferam & inutilem utilitatem quae ex illo est, efficiat. Porro scio quidem quod multis ea quae hodie dicuntur, mira uidentur: sed obsecro, ne consuetudini temere seruiamus, sed ratione res nostras instituiamus. Nunquid enim lucri quidpiam ex quotidiana uoracitate, iugique ebrietate nobis accedit? Et quid dico lucrum: imo multum damnum & iactura intolerabilis inde expectat. Quamprimum enim mens uinolentia multa fuerit obruta, statim & in ipso initio utilitas quae a ieiunio est repellitur. Quid enim instrauimus, dic obsecro, quid item turpius, quam quando usque ad mediam noctem meracum sorbentes, sub aurora, solis iubar oriente, uinum quasi recens ingestum spirant, & occurrentibus quidem iniucundi, ministris uero contemptibiles apparent, & deridentur ab omnibus qui modo quid deceat uel leuiter intelligunt: & quod his maius est, quando propter nimiam illam & immodicam intemperantiamque ac inutilem intemtom. 1 a peran.

perantiam, diuinā quoque in se prouocant indigna-
 tionem: Ebrj enim, inquit, regnum dei nō possi-
 debunt. Quid igit illis miserius fuerit, qui ob par-
 uam & noxiam uoluptatē, a regni uestibulis eijci
 unt? Absit autē ut quis ex his qui hic cōuenerunt,
 hoc morbo implicatus sit: sed utinā omni cum fru-
 galitate & sobrietate etiam hoc die conuiuati, &
 a tempestate ac procella quā ebrietas generare so-
 let, liberati, in portum animarum nostrarum, ieiunium
 inquam, pertinere, & multa cum ubertate
 illius bona consequi possimus. Enim uero sicut
 crapula humano generi innumerorum malorum
 causa est & cōciliatrix, ita etiam ieiunium uentris
 neglectus omnium nobis honorū semper causa
 fuit. Nam deus quum ab initio hominem condi-
 disse, & sciret quod hoc remedio ad animā salu-
 tem multum haberet opus: statim & in principio
 hoc mandatū protoplasto dedit, dicens: De omni
 ligno quod est in paradiso, cōedendo comedere, de
 ligno autem scientiā boni & mali ne comedas de
 ipso. Iam dicere, hoc comedere, hoc ne comedas: ieiunij
 figura erat. Porro hoc mandatū seruare
 oportebat, quod tamen non fecit: sed uentris in-
 temperantia uictus, & transgressionē operatus,
 ad mortem cōdemnatus est. Quoniam enim ma-
 lignus ille dāmon, & nostrj generis inimicus ui-
 dit protoplasti in paradiso cōuersionē, uitamque
 illam laboris expertem, & quod is qui corpori sic
 annexus erat, tanquā angelus super terram age-
 ret, uolens illum supplantare & deijcere, amplissi-
 marum promissionum spe illum etiam his quæ in
 manibus habebat destituit. Tantū est malum nō
 se cōtinere intra proprios limites, sed maioribus
 inhicare. Et istuc ipsum sapiens quidā manifestans
 dicebat: Inuidia autem diaboli mors intrauit in
 mundum. Vides dilectē, quomodo ab initio ita-
 tim ex crapula mors ingressum habuit: Considera
 autem iterum & post hæc diuinam scripturam
 subinde delicias incusantem ac dicentem, alicubi
 quidē, Sedit populus edere & bibere, & surrexe-
 runt ludere. Alibi uero: Et cōedit & bibit, & imp-
 inguatus est & incassatus, & recalcitrauit dile-
 ctus. Quin & Sodomorum incolæ inuitabilem
 illam iram cum ex alijs malis, tum hinc sibi accer-
 serunt. Audi enim Prophetam dicentem, Hęc ini-
 quitas Sodomorum quod in satietate panum la-
 sciuebant. Morbus enim ille, quasi radix & fons
 quidam malorum omnium est. Vidisti crapulæ
 nocumentum, uide etiam ieiunij præclara faci-
 nora. Quadraginta dies quū ieiunasset magnus
 Moyses, tabulas in quibus leges latæ, accipere po-
 tuit: & quoniam ut descendit, uidit populi iniqui-
 tatem, quas cum tanto honore accipere potuit,
 eas abiectas confrēgit, absurdum esse censens,
 ebrjū & præuaricatorem populum leges a do-
 mino conditas accipere: quapropter denuo qua-
 draginta dierum ieiunio opus habuit, ut tabu-
 las propter iniquitatem contractas, iterum recep-
 tas superne deportaret. Tor dierum ieiunium &
 magnus Helias egit, & fugata mortis tyrannide,
 & curru igneo in cœlum raptus, etiā usque in hūc

diem mortem non est expertus. Vir quoque deside-
 riorum peracto multorum dierum ieiunio, admi-
 randa illa uisione dignatus est: qui etiā leonum
 furorem frenauit, & in ouium mansuetudinem
 uertit, non naturam commutans, sed feritate man-
 nente appetitum mutatum cohibens. Hoc ieiunio
 & Niniuitæ usi, sententiam domini reuoca-
 runt, efficientes ut tam iumenta quā homines
 illud suscipere, & sic abscedentes unusquisque
 a malis studijs, ad elementiam uniuersorum do-
 minum prouocarūt. Et quid circa seruos uersorē
 Etenim possemus & alios plurimos cōmemora-
 re, & in Veteri & in Nouo testamēto habitos per
 illud probatos. Verū operæ prætiū est, ut ad com-
 munem nostri omnium dominū ueniamus. Do-
 minus enim noster Iesus Christus, & ipse quadra-
 ginta dierum ieiunio declaratus, sic certamen cō-
 tra diabolum aggressus est, omnibus nobis exem-
 plar dans, ut per illud armemur, indeque robore
 concepto, ita demum aciem in prælio contra il-
 lum instruamus. Porro hic fortassis dixerit quispi-
 am eorum qui acutius uident, & excitatiore
 animo sunt: Quare totidem, quot serui dies, do-
 minum ieiunare uideamus, & numerum illū non
 transcedit? Nō hoc temere, neque frustra, sed etiā
 hoc sapienter & pro indicibili illius benignitate
 factum est: nempe ne existimetur, apparēter tan-
 tum aduenisse, & nō assumpsisse carnem, uel ex-
 tra humanā esse naturā, propter hoc illum ipsum
 numerum ieiunat, & non apponit alios his die-
 bus, sic uolens ora obturare impudenter conten-
 tiorum. Nam licet hoc factum sit, sunt quidam
 etiam nū ista loqui audentes: iam si sua prouiden-
 tia hanc illorum occasionē non amputasset, quid
 non attentassent dicere? propter hoc noluit plu-
 res dies ieiunare, sed totidē quot serui, ut re ipsa
 nos erudiat, quod eadem cum nobis carne ami-
 ctus, & a natura nostra non extraneus fuerit. Cæ-
 terum quoniam nobis manifestum factum est, quæ
 magna sit ieiunij uis, & quā multiplex ex illo
 utilitas, idque per seruos ac dominum est ostēsum,
 proinde obsecro charitatem uestram, ut sciētes,
 quantum ex illo sit lucrum, tantā ex illo utilitatē
 non repellatis per desidiam: ne ue moleste feratis
 illius aduentū, sed gaudete & exultate iuxta bea-
 tum Paulum dicentem: Quanto externus noster
 homo corrumpitur, tanto internus innouatur. Iei-
 unium enim animæ nostræ alimentū est: & sicut
 corporalis iste cibus impinguat corpus, ita & iei-
 unium animam habitiorē elicit & ualentiorē.
 Leues ei pennas producit, ut in sublime feratur,
 & summa contemplari queat, uoluptatibusque &
 omnibus quæ in hoc mūdo habentur suraua, ipsa
 sit superior. Et quemadmodū leuiores naues ma-
 ria uelocius transeunt, cōtra multos oneribus gra-
 uatæ submerguntur: ita ieiunium quidem leuio-
 rem reddens mentem, efficit ut facilius huius ui-
 tæ pelagus transmittat, & in cœlum ac ea quæ in
 cœlis sunt respiciat, & nihili faciat præsentia, sed
 ut umbras & somnia, & si quid minus, diffugere
 censeat. Verum ebrietas & uoracitas, degrauians
 mentem

mentem, & impingans corpus captiuā facit ani-
 mam, undique oppugnatam: neque sinit eam ratio-
 nis iudiciū firmū obtinere, sed impellit, ut in præ-
 ceptis ferat, & omnia contra propriā salutem ope-
 retur. Igitur dilecti, ne segniter instituiamus ea quæ
 ad salutem nostram attinent, sed scientes quanta
 mala hinc nasci solent, fugiamus damnū quod
 illa dat. Neque enim in noua lege solū, ubi rigidior
 philosophia, & spatiosiores metæ, & magni sudo-
 res, & multa præmia, & ineffabiles coronæ, deli-
 cijs nobis interdicitur: sed etiam in ueteri, quādo
 ludæi adhuc umbræ a se habebant, & lucernæ erant
 affixi, & uelut pueri lacte nutriebantur, sic paula-
 tim inducebantur, neque delicijs uacare permitte-
 bant. Et ne existimetis quod nos temere delicias
 accusantes ista dicamus, audite Prophetā dicen-
 tem: Vae ijs qui ueniunt ad diem malum dormien-
 tes in lectis eburneis, & lasciuientes in stratis suis,
 comedētes hædos ex gregibus, & uitulos ex me-
 dio armentorum lactantes, bibentes defecatiū ui-
 num, & primis unguentis uncti: tanquam stantia
 arbitrati sunt, & nō tanquam fugientia. Vidistis
 quantam accusationē contra delicias afferat Pro-
 pheta, idque cum ludæis differens, insensatis, ingra-
 tis, & quotidie uentri deditis. Considerate enim
 uerborum diligentiam. Taxata illorū uoracitate
 & immodica temulentia, tū subdidit: Quasi stan-
 tia arbitrati sunt, & nō quasi fugientia: tantū non
 ostendens, quod gutturis & labiorū tenuis est frui-
 tio, & ultra non progreditur. Veruntamen uolu-
 ptas quidem breuis est ac temporaria, dolor autē
 perpetuus & sine carens. Et hæc, inquit, quæ expe-
 rientia didicerint, quasi stantia arbitrati sunt, &
 manentia, & non quasi fugientia, hoc est auolantia,
 & ne ad momentū quidem permanentia. Ta-
 lia enim sunt omnia humana & carnalia. Prius-
 quam aduenierint, auolant. Tale quiddā sunt deli-
 cias, tale quiddā humana gloria & potentia, tale
 quiddam diuitia: tale quiddam uniuersa huius ui-
 tæ prosperitas, nihil firmū habens, nihil stabile,
 nihil fixum, sed magis quā fluminū fluentia præ-
 tercurrit, nudosque ac solos relinquit eos qui tali-
 bus inhiant. At spiritualia non sunt talia, sed his
 contraria, firma & immobilia, uicissitudinem nō
 accipiētia, ad omne seculū se extendentia. Quan-
 tæ non igitur fuerit despicientia, nutantia cum im-
 mobilibus commutare: temporaria cum æternis:
 perpetuo manentia cū his quæ auolent: & ea quæ
 nobis illic graues pœnas paritura sunt, cum his
 quæ futuro seculo felicitatem summam afferent.
 Hæc sane omnia considerantes dilecti, magnāque
 salutis nostræ curam habentes, aspernemur deli-
 cias & inutiles & noxias: amplexemur ieiunium
 omnemque aliam frugalitatem, & magnam uitæ fa-
 ciamus nouationem, ac quotidie ad agenda bo-
 na opera festinemus: ut quum per omne tempus
 sanctæ Quædragessimæ, spirituales merces nego-
 ciati fuerimus, & multas uirtutum diuitias con-
 gesserimus, sic mereamur & ad dominicum diem
 pertinere, & cum fiducia ad horrendam & spiri-
 Chryf.

mentem, & impingans corpus captiuā facit ani-
 mam, undique oppugnatam: neque sinit eam ratio-
 nis iudiciū firmū obtinere, sed impellit, ut in præ-
 ceptis ferat, & omnia contra propriā salutem ope-
 retur. Igitur dilecti, ne segniter instituiamus ea quæ
 ad salutem nostram attinent, sed scientes quanta
 mala hinc nasci solent, fugiamus damnū quod
 illa dat. Neque enim in noua lege solū, ubi rigidior
 philosophia, & spatiosiores metæ, & magni sudo-
 res, & multa præmia, & ineffabiles coronæ, deli-
 cijs nobis interdicitur: sed etiam in ueteri, quādo
 ludæi adhuc umbræ a se habebant, & lucernæ erant
 affixi, & uelut pueri lacte nutriebantur, sic paula-
 tim inducebantur, neque delicijs uacare permitte-
 bant. Et ne existimetis quod nos temere delicias
 accusantes ista dicamus, audite Prophetā dicen-
 tem: Vae ijs qui ueniunt ad diem malum dormien-
 tes in lectis eburneis, & lasciuientes in stratis suis,
 comedētes hædos ex gregibus, & uitulos ex me-
 dio armentorum lactantes, bibentes defecatiū ui-
 num, & primis unguentis uncti: tanquam stantia
 arbitrati sunt, & nō tanquam fugientia. Vidistis
 quantam accusationē contra delicias afferat Pro-
 pheta, idque cum ludæis differens, insensatis, ingra-
 tis, & quotidie uentri deditis. Considerate enim
 uerborum diligentiam. Taxata illorū uoracitate
 & immodica temulentia, tū subdidit: Quasi stan-
 tia arbitrati sunt, & nō quasi fugientia: tantū non
 ostendens, quod gutturis & labiorū tenuis est frui-
 tio, & ultra non progreditur. Veruntamen uolu-
 ptas quidem breuis est ac temporaria, dolor autē
 perpetuus & sine carens. Et hæc, inquit, quæ expe-
 rientia didicerint, quasi stantia arbitrati sunt, &
 manentia, & non quasi fugientia, hoc est auolantia,
 & ne ad momentū quidem permanentia. Ta-
 lia enim sunt omnia humana & carnalia. Prius-
 quam aduenierint, auolant. Tale quiddā sunt deli-
 cias, tale quiddam humana gloria & potentia, tale
 quiddam diuitia: tale quiddam uniuersa huius ui-
 tæ prosperitas, nihil firmū habens, nihil stabile,
 nihil fixum, sed magis quā fluminū fluentia præ-
 tercurrit, nudosque ac solos relinquit eos qui tali-
 bus inhiant. At spiritualia non sunt talia, sed his
 contraria, firma & immobilia, uicissitudinem nō
 accipiētia, ad omne seculū se extendentia. Quan-
 tæ non igitur fuerit despicientia, nutantia cum im-
 mobilibus commutare: temporaria cum æternis:
 perpetuo manentia cū his quæ auolent: & ea quæ
 nobis illic graues pœnas paritura sunt, cum his
 quæ futuro seculo felicitatem summam afferent.
 Hæc sane omnia considerantes dilecti, magnāque
 salutis nostræ curam habentes, aspernemur deli-
 cias & inutiles & noxias: amplexemur ieiunium
 omnemque aliam frugalitatem, & magnam uitæ fa-
 ciamus nouationem, ac quotidie ad agenda bo-
 na opera festinemus: ut quum per omne tempus
 sanctæ Quædragessimæ, spirituales merces nego-
 ciati fuerimus, & multas uirtutum diuitias con-
 gesserimus, sic mereamur & ad dominicum diem
 pertinere, & cum fiducia ad horrendam & spiri-
 Chryf.

mentem, & impingans corpus captiuā facit ani-
 mam, undique oppugnatam: neque sinit eam ratio-
 nis iudiciū firmū obtinere, sed impellit, ut in præ-
 ceptis ferat, & omnia contra propriā salutem ope-
 retur. Igitur dilecti, ne segniter instituiamus ea quæ
 ad salutem nostram attinent, sed scientes quanta
 mala hinc nasci solent, fugiamus damnū quod
 illa dat. Neque enim in noua lege solū, ubi rigidior
 philosophia, & spatiosiores metæ, & magni sudo-
 res, & multa præmia, & ineffabiles coronæ, deli-
 cijs nobis interdicitur: sed etiam in ueteri, quādo
 ludæi adhuc umbræ a se habebant, & lucernæ erant
 affixi, & uelut pueri lacte nutriebantur, sic paula-
 tim inducebantur, neque delicijs uacare permitte-
 bant. Et ne existimetis quod nos temere delicias
 accusantes ista dicamus, audite Prophetā dicen-
 tem: Vae ijs qui ueniunt ad diem malum dormien-
 tes in lectis eburneis, & lasciuientes in stratis suis,
 comedētes hædos ex gregibus, & uitulos ex me-
 dio armentorum lactantes, bibentes defecatiū ui-
 num, & primis unguentis uncti: tanquam stantia
 arbitrati sunt, & nō tanquam fugientia. Vidistis
 quantam accusationē contra delicias afferat Pro-
 pheta, idque cum ludæis differens, insensatis, ingra-
 tis, & quotidie uentri deditis. Considerate enim
 uerborum diligentiam. Taxata illorū uoracitate
 & immodica temulentia, tū subdidit: Quasi stan-
 tia arbitrati sunt, & nō quasi fugientia: tantū non
 ostendens, quod gutturis & labiorū tenuis est frui-
 tio, & ultra non progreditur. Veruntamen uolu-
 ptas quidem breuis est ac temporaria, dolor autē
 perpetuus & sine carens. Et hæc, inquit, quæ expe-
 rientia didicerint, quasi stantia arbitrati sunt, &
 manentia, & non quasi fugientia, hoc est auolantia,
 & ne ad momentū quidem permanentia. Ta-
 lia enim sunt omnia humana & carnalia. Prius-
 quam aduenierint, auolant. Tale quiddā sunt deli-
 cias, tale quiddam humana gloria & potentia, tale
 quiddam diuitia: tale quiddam uniuersa huius ui-
 tæ prosperitas, nihil firmū habens, nihil stabile,
 nihil fixum, sed magis quā fluminū fluentia præ-
 tercurrit, nudosque ac solos relinquit eos qui tali-
 bus inhiant. At spiritualia non sunt talia, sed his
 contraria, firma & immobilia, uicissitudinem nō
 accipiētia, ad omne seculū se extendentia. Quan-
 tæ non igitur fuerit despicientia, nutantia cum im-
 mobilibus commutare: temporaria cum æternis:
 perpetuo manentia cū his quæ auolent: & ea quæ
 nobis illic graues pœnas paritura sunt, cum his
 quæ futuro seculo felicitatem summam afferent.
 Hæc sane omnia considerantes dilecti, magnāque
 salutis nostræ curam habentes, aspernemur deli-
 cias & inutiles & noxias: amplexemur ieiunium
 omnemque aliam frugalitatem, & magnam uitæ fa-
 ciamus nouationem, ac quotidie ad agenda bo-
 na opera festinemus: ut quum per omne tempus
 sanctæ Quædragessimæ, spirituales merces nego-
 ciati fuerimus, & multas uirtutum diuitias con-
 gesserimus, sic mereamur & ad dominicum diem
 pertinere, & cum fiducia ad horrendam & spiri-
 Chryf.

De principio creaturæ Homilia II
 N principio fecit deus cœlum & ter-
 ram. Vestros ego hodie amabiles
 intuens uultus, ingenti uoluptate im-
 pleor. Etenim patres, quamuis teneri
 ter suos filios ament, nō tantum gau-
 dent ac lætatur circumstantibus illis, & alio atque
 alio decore, ministerioque uoluptatem sibi afferen-
 tibus: quantum ego nunc gaudeo & lætor, quia
 uideo uestram spirituales hanc cōgregationem
 tam compositis ornatisque moribus hic adesse, &
 uehementi audiendi eloquia diuina desiderio fla-
 grare, cōtemptisque carnalibus epulis, ad spiritua-
 le conuiuium contendere, & re ipsa comprobare
 dictum domini, quod dicit: Non in pane solo ui-
 uit homo, sed in omni uerbo quod egredietur per
 os dei. Proinde & nos quoque agricolas imitemur.
 Quemadmodum enim illi, sicubi agrum repur-
 gatum, & ab herbarum nocuentis liberum ui-
 derint, ubertim seminant: ita, quoniam nunc spi-
 rituale hoc uestrum aruum, dei gratia, purum est
 ab affectionibus, quæ interurbare solebant, sub-
 latum quoque est e medio uoluptatis studium, &
 nusquam procella, nusquam tempestas cogitatio-
 num: sed tranquillitas, & magna quies mentis,
 quæ spiritualia præ carnalibus sibi proponens &
 spectans, quasi assumptis alis usque in cœlum ipsum,
 ut ita dicam, subuolat: ideo & nos paucis hodie
 apud charitatem uestrā differentes, depromptas
 e diuinis scripturis nonnullas subtiliorū sensuum
 doctrinas proponere conabimur. Nam si nunc
 hoc non fecerimus, quando est ieiunium & gulæ
 contemptus, & tanta bonarum cogitationū tran-
 quillitas: quomodo talia uestræ charitati appo-
 nere poterimus, quando delicia, ingurgitatio, &
 magna desidia? Quin tunc neque ipsi, ut par est,
 hoc faciemus, neque uos aliquid eorum que dicunt,
 accipere poteritis ceu a caligine quadā cogitatio-
 num procella submersi. Nunc autē, si quod aliud,
 tempus hoc hisce doctrinis idoneum est: quando
 serua iam non insurgit aduersus dominam, sed li-
 benter fert habenas, facile perstradetur, multam
 præ se fert obedientiam, in compositos carnis mo-
 tus cōpescens, & intra suos manens terminos. Iei-
 unium est animarum nostrarum tranquillitas,
 senum decor, adolescentum pædagogus, conti-
 nentiū magister, quod omnem ætatem & sexum
 quasi diademate quodam ornat. Nusquam ho-
 die tumultus, uel clamor, uel carniū concisio-
 nes: uel coquorum discursus: sed omnia illa abie-
 runt, & imitat hæc ciuitas honestam quandam,
 continentem & sobriam matronā. Vnde quum
 tom. 1 a a mecum

Sapient. 2. d.

Exo. 32. d.

Ezech. 16. f.

Exod. 34. d.

Deu. 9. d. c.

10. d.

Ios. 6. b.

Matth. 4. 4

7. mecum cogito repentinā mutationem hodie factam, & repetō memoria hesterni diei perturbationem, admiror & obstupeſco ieiunij vires & potentiam, quomodo in ſingulorum admiſſum conſcientias, transformauerit cogitationes, purificauerit mentem, non magiſtratum tantum, ſed & priuatorum: non liberorum tantum, ſed & ſeruorum: non uirorum tantum, ſed & mulierum: non diuitum tantum, ſed & pauperū: non eorum tantum qui Græcam linguam edocti ſunt, ſed & barbarorum. Sed quid dico magiſtratum & priuatorum: etiam eius qui diadema geſtat, ſimiliter ut aliorum conſcientiam ad hanc obedientiā inſlexit. Et hodie nullū diſcrimen inter menſam diuitis & pauperis: ſed ubiq; frugalis uictus eſt, alienus à luxu & apparatus: maiorq; hodie uoluptate ad menſam tenuem quicq; accedunt, quā quum multa delicata edulia, uinumq; meracum apponebantur. Vidisti dilecti, ex iſtis præluſijs ieiunij uirtutem & potentiam? Idcirco & ipſe maiori hodie alacritate, quā antea, ſermones aggredior: ſciens me in pingui profundoq; aruo ſeminatorum, quod nobis multiſarios fructus pro ſeminibus conceditis protinus reddere poterit. Diſſcamus igit, ſi uideſ, quid uelint ſibi uerba beati Moſis hodie lecta. Sed attendite, obſecro, diligenter his quæ à nobis dicuntur. Non enim noſtra in medium aſſerimus, ſed illa ipſa quæ nobis diuina gratia in ueſtram conceſſit utilitatem. Quæ autem hæc ſunt? In principio fecit deus cœlum & terram. Merito hic dubitatur, quā ob cauſam beatus ille propheta, qui multis ætatibus poſt natus eſt, hæc nobis exponat. Sanè non temere hoc agit, nec fruſtra. Etenim deus humani generis cōditor, ab initio per ſeipſum hominibus loquebatur, quomodo hominibus audire eum poſſibile eſt. Sic enim ad Adam uenit, ſic Cain increpauit, ſic cum Noë loquutus eſt, ſic apud Abrahami hoſpitatus eſt. At ubi in magnam malitiā omnis hominum natura prolapſa eſt, neq; tunc ſe totum ab humano genere auertit opifex uniuersit: ſed quia ſua familiaritate indigni facti fuerunt, ſuam erga illos amicitiam renouare uolens, quaſi longè abſentibus literas mittit, cōſiliaturus ſibi uniuersam hominum naturam. Et has quidem literas dedit deus, reddidit autem Moſes. Quid igitur dicunt hæc literæ? In principio fecit deus cœlum & terram. Conſidera chariſſime, quā heic quoq; eximius ſit ille Propheta. Alij enim omnes prophete dixerunt, uel quæ multis poſtea temporibus futura erāt, uel quæ in futuro ſeculo euenient. Beatus autem hic, natus quum iam multa mundi tranſiſſent ſecula, & duce ac directricem fortitus ſupernam dextram, dignus eſt habitus, ut illa nobis diceret, quæ ante ſuam natiuitatem omnium dominus fabricauerat. Idcirco & ſic incepit, dicens: In principio fecit deus cœlum & terram. Quaſi ad omnes nos clara uoce clamet, & dicat: Num ab hominibus doceor, ut hæc loquar? Minime. Sed qui hæc, quum non eſſent,

fecit ut eſſent, hic & linguam meā ad iſthæc enarranda impulit. Igit, obſecro, ita auſcultemus, ita noſtris rationibus longū ualere dicamus, quaſi hæc nō iam à Moſe, ſed per linguā Moſis ab ipſo omnium deo audiamus. Rationes em̄ hominū timidæ ſunt, inquit, & parum ſecuræ adinventiones eorum. Magna gratitudine accipiamus quæ dicuntur, ne progrediamur ultra quā fert menſuræ noſtræ tenuitas, neue curioſius quæ ſupra noſ ſunt, indagemus: id quod ueritatis hoſtibus euenit, qui uoluerunt proprijs rationibus uniuersa expendere, non cogitantes quod impoſſibile ſit humanæ naturæ dei opificium penitus perſcrutari. Quid inquam dei opificium, quum neq; hominis, qui nobis natura cognatus eſt, artes undiquaq; diſquiri poſſint? Dic enim, quæſo, quomodo per metallicam artem auri natura conſtat: uel quomodo uitri puritas ex arena fit? Verum non habes quæ dicas. Si igitur hæc, quæ ante oculos ſunt poſita, & quæ per dei miſericordiam humana operatur ſapientia, edisci nequeunt, quæ à deo ipſo facta ſunt, curioſitate tua inquireſ hominibus? Quam aſſequeris ueniā, qua te tueberis apologia, ita inſaniens, ut quæ ſupra naturæ tuæ captum ſunt, ſpeculeris? Dicere enim ea quæ ſunt, ex ſubiecta materia eſſe facta, & non conſiteri quod ex nihilo creauerit ea omnium opifex, deſipientiæ extremæ ſignum fuerit. Beatus itaque Propheta ille, obturando inſipientium ora, auſpicaturus librum, ſic cœpit: In principio fecit deus cœlum & terram. Quum igitur audies, fecit, nihil aliud ultra curioſius quære: ſed humum ſpectans, crede ei qui dixit. Nam deus eſt iſ, qui omnia fingit & reſingit, & iuxta uoluntatem ſuam omnia transformat. Et uide quā egregie noſtre paruitati ſermo attemperatur. Nihil de inuiſibilibus uirtutibus diſſerit, neq; dicit, In principio fecit deus angelos uel archangelos. Non ſimpliciter, neq; temere hanc nobis doctrinā uiam parauit. Iudæis enim loquebatur, qui toti præſentibus rebus inhiabant. Itaq; eos interim à ſenſibilibus ad cognoscendum uniuersū opificem inducit, ut ex creaturis fabricatorem mundi edocti, adoret creatorem omnium, & non in creaturis ipſis permaneat & quieſcant. Nam quum licet hæc ita facta ſint, non intermiſerunt ex creaturis deos facere, & diuinum honorem uiliſſimis brutis exhibere: in quam non amentiam prolapſi eſſent; ni tanta erga noſtram humilitatem attemperatiōe fuiſſet uerſus. Nec mireris dilecti, quod Moſes hac uia inceſſerit, in principio, & in præluſijs, craſſioribus locutus iudæis: quando quidem Paulus quoq; tempore gratiæ, quum tantum prædicatiōnis eſſet incrementum, diſputaturus cum Athenienſibus, à uiſibilibus doctrinā cœpit ſic: Deus qui fecit mundum, & omnia quæ in eo ſunt, hic cœli & terræ quum ſit dominus, non in manu factis habitat templis, nec humanis manibus colitur. Et ideo, quia talem eis congruere ſciebat doctrinam, hanc docendi uia arripuit. Ad eos enim qui ſuam

9. qui ſiram ſuſcipiebant doctrinam, à ſpiritu ita dirigebatur & docebat. Et ut ſcias huius cauſam ſiſſe perſonarum uarietatem, & auditorum craſſitudinem, audi illum ipſum. Ad Coloſſenſes enim epistolam ſcribens, non hac ambulat uia, ſed aliter cum eis loquitur, & dicit: Quia in ipſo creata ſunt omnia, quæ in cœlis ſunt, & quæ in terra, uiſibilia & inuiſibilia, ſiue throni, ſiue dominationes, ſiue principatus: ſiue poteſtates, omnia per illum, & in illum creata ſunt. Ioannes autem tonitruū filiū clamabat, dicens: Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum nihil. At non ſic Moſes, & merito. nec enim erat conſentaneum, ut ſolido paſcerentur cibo, quibus adhuc lactis alimonia opus erat. Nam quemadmodū magiſtri ludipueri, qui à matribus ſuis cōmendatur erudendi, prima traduntur elementa: quos qui ab illis poſtea ſuſcipiunt perfectioribus doctrinis imbuunt: ita & beatus Moſes, & doctor gentium, ac filiū tonitruū fecerunt. Nam Moſes quidem cum primus omnium inſtituendam ſuſcepit humanam naturam, docuit auditores prima elementa: Ioannes autem & Paulus hiſ, quos à Moſe acceperunt, poſtea perfectiora tradidit. Igitur iam quidem didicimus, quare ita ſe demiferit ad noſtrum captum: & quod ſpiritu ſancto loquens, prout auditoribus congruebat, expoſuerit, interim omnes hæreſes, quæ ſicut zizania pullulaturæ erant in eccleſia, radicitus euellens per hoc quod dicit: In principio fecit deus cœlum & terrā. Vnde ſi Manichæus te acceſſerit, dicens materiam præexiſtere, uel Marcion, uel Valentinus, uel Gentilis, dic ad illum: In principio fecit deus cœlum & terrā. Sed quid, ſi non credit ille ſcripturæ? Tu poſthac ipſum auerſeris, uelut furibundum & mente captum. Nam qui omnium opifici non credit, & ueritatem mendaci arguit: qua unquam dignū eſt eſt uenia? Habet ille iucatū colorem, & manſuetorum perſonas induit, tegitq; ſub ouilla pelle lupum. Sed tu ne decipiaris, imō hac ipſa de cauſa illum magis exoſum habe, quod manſuetudinem quidem erga te conſeruum ſimulat, contra dominum autem uniuersorum bellum gerit, & contra ſuam ipſius ſalutem currit inſenſatus. Ceterū nos firmam teneamus petram, & ad principium iterū regrediamur: In principio fecit deus cœlum & terram. Attende nūc, quomodo ex ipſo opificij modo diuinæ naturæ dignitas eniteſcat. Nam deus præter humanum morem ſuam perficiens fabricam, prius cœlum extendit, poſtea & terram ſubſternit: prius ſtagnum, & poſtea fundamentum. Quis tale quid uidit? quis audiuit? In hominum ſanè operibus nihil tale unquam fieri poſſit. Sed iubente deo, uoluntati eius parent & cedunt omnia. Ne igitur humanis rationibus diuina opera curioſius excutiamus, ſed ex operibus manuducti, admiremur artificem. Nam inuiſibilia eius ex creatione mundi, dum per opera intelliguntur, peruidentur. Quod ſi ueritatis hoſtes pergant dicere, eſſe impoſſibile, ex nihilo aliquid fieri: inter

10. rogabimus eos, primus homo ex terrāne formatus eſt, an forte aliunde? omnino dicent ac fatentur, quod ex terra. Dicant igitur nobis, quomodo ex terra facta ſit natura carnis. Ex terra em̄ lutum, lateres, & figlinum uas, & teſta fieri ſolet: quomodo ergo natura carnis facta eſt? quomodo oſſa, & nerui, & arteriæ, & adeps, & cutis, & unguis, & pili, & ex una ſubiecta materia diuerſarum ſubſtantiarum qualitates? Sed ad hæc ne hiſcere quidem poterunt. Quid autē dico de corpore noſtro? Dicāt nobis de pane, quo quotidie paſcimur, quomodo quū unius ſpeciei ſit, tranſmutatur in ſanguinem, & phlegma, & choleram, & uarios humores? Et panis quidem ſæpe habet colorem frumenti, ſanguis autem ruſum uel nigrū. Si igitur hæc quæ quotidie ante oculos uidentur, nunquam nobis dicere poterūt, ægre de alijs dei opificijs dicent. Quod ſi poſt tantam demonſtrationem copiam, adhuc ſuam contentionem roborare pergant, nos ne ſic quidem deſiſtemus de nouo eadem ipſis obijcere, dicentes: In principio fecit Deus cœlum & terram. Hoc enim unicum uerbum ſufficit nobis ad ſubuertēdas omnes aduerſariorum turres, & ad reuellendas ab ipſis fundamentis omnes humanas rationes: atq; ſi uellent uel ſero à ſua contentione deſiſtere, poſſent per hoc in ueritatis uiam manuduci.

Terra autem, inquit, inuiſibilis erat & inculta. Cuius gratia, dic quæſo, cœlum clarum & abſolutum creauit: terram autem in formem effecit? Neq; hoc temere factum. Sed ut cum didiceris meliorem creaturæ partem ab eo formatam, poſtea nil dubites, neque putes tale quid uirtutis infirmitate factum. Ad hæc, & alia ratione in formem terram creauit: quoniam ipſa eſt nutritrix & mater noſtra, & ex ea facti ſumus ac educamur, ipſaq; noſtra patria eſt, & cōmune ſepulchrum, (reditus enim noſter ad eam eſt) & innumeris per eam bonis fruimur: ideo ut ne homines ob uſus neceſſitatem plus quā dignum eſt eam uenerentur, oſtendit primum rudem & abſq; forma: ut ne beneficia terræ, telluris naturæ imputes: ſed ei tribuas, qui illā ex nihilo, ut eſſet, creauit: propter hoc ait: Terra autem erat inuiſibilis & inculta. Fortè ſtatim & ab initio mentem ueſtram ſubtilioribus ſententijs deſtrauimus nimium, ideo hic ſermonem ſiſtere congruit. Rogamus autem charitatem ueſtram, ut dictorum ſitis memores, & ſemper horum memoria uobis inſonet. Et poſt ſenſibilem menſam cum hinc abiēritis, apponite & ſpiritualem menſam. Et dicat quidem uir aliqua eorum, quæ nunc hic ſunt dicta: audiat autem mulier, diſcant liberi, diſcant & famuli, fiatq; domus eccleſia, ut effugetur diabolus, fugiat malus ille dæmon, & inimicus ſalutis noſtræ: requieſcat autem ibi ſpiritus ſancti gratia, & omnis pax & concordia munit inhabitantes. Quod ſi eorum quæ iam dicta ſunt, memores eritis, promptius etiam quæ poſthac ſeminaturi ſumus, ſuſcipietis. Et nos quoq; uberius dicemus,

quæ nobis suppeditabit gratia dei, postquam germinare uiderimus, quæ nunc à nobis dicta sunt. Quandoquidem & agricola uidens semina nasci, magna alacritate arua considerat, paratus & alia seminare. Vt igitur alacriores nos reddatis, & iam dictorum certam custodiam demonstrate, & cum rectæ fidei dogmatibus uitam quoque uestram diligenter curate. Fulgeat enim, inquit, lux uestra coram hominibus, ut uideant uestra opera bona, & glorificent patrem uestrum in cœlis: ut & uita consonet fidei dogmatis, & dogmata prædicent uitam. Fides enim sine operibus mortua est, & opera sine fide mortua sunt. Quantum uis enim teneamus dogmata, si uitam negligamus, nihil nobis ea proderunt. Rursus, si uitam diligentem gesserimus, in fidei autem placitis claudicauerimus, neque sic nobis aliquid lucris fuerit. Ideo conuenit utriusque ædificium hoc nostrum spirituale sibi coaptari. Omnis enim, inquit, qui audit hos sermones, & facit eos, assimilabitur uiro prudenti. Vide, quomodo non solum audire nos uult, sed & facere, & operibus monstrare obedientiam. Et hunc prudentem uocauit, qui operibus sermones subsequenter conspicuus est; qui uero non ultra sermones promouet, eum stultum uocauit merito: quia talis domum suam super arenam ædificauit, propterea neque uentorum assultus ferre potuit, sed statim corruit. Tales enim sunt desides animæ, non firmatæ super petram spirituales. Non enim de ædificio, & de domo nunc est sermo: sed de anima, quæ à tentatione quouis agitatur. Nam uenti, imbris, & fluuioꝝ nominibus, tentationes nobis insinuatur. Cæterum constans, & uigil, & sobrius hac ratione magis firmus euadit: & quanto maiores intentantur afflictiones, tanto eius fortitudo magis auget. Deses autem & supinus, si uel tenuis tentationum aura afflarit, statim commouetur, & decidit: non ob naturam tentationum, sed ob propositi infirmitatem. Quocirca oportet sobrios esse, & uigiles, & ad omnia præparatos: ut & in prosperitate modesti ac non effusi, & in afflictionibus que nos urgent sobrii, perpetuas gratias agamus amatori hominū deo. Si sic res nostras insituerimus, multum gratiæ diuinæ assequemur: poterimusque & præsentem uitam secure transmittere, & in futuram uitam magnæ fidutiæ opes reponere. Quod nobis omnibus concedat gratia & benignitas domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul & sancto spiritui gloria, imperium, honor nunc, & semper, & in secula seculorum, Amen.

De his quæ sequuntur hæc uerba: In principio fecit deus cœlum & terram: usque. Et factum est uersum, & factum est mane dies unus. **HOMILIA III**
Merito thesauro cuiusdam confertur diuinarum scripturarum lectio. Nam sicut ex illo, quisquis uel paruam micam capere ualet, multas sibi parat diuitias: ita & in sacra scriptura, etiam in breui dictione uariarum sententiarum uim, & indicibiles diuitias in-

uenire licet. Et non solum thesauro similia sunt diuina eloquia, sed fonti quoque, largis perennibusque scaturienti fluentis: id quod re ipsa heri omnes didicimus. Nam ut proœmiali libri Genesios incepimus, explanando hoc dictum: In principio fecit deus cœlum & terram, totam horam insumpsimus, & neque sic totum comprehendere ualimus. Magna enim est huius thesauri abundantia, & larga fontis huius ubertas. Nec mireris dilecte, si nobis hoc accidat. Etiam qui ante nos fuere, pro uiribus suis aquas inde hauserunt: & similiter qui post nos futuri sunt, idem attentabunt, neque sic totum euacuare poterunt: sed magis interim augetur flumina, & crescit. Hæc enim spiritualium fluminum natura est, ut hoc magis scaturiant, & accrescat spiritualis gratia, quo quis magis inde haurire studet. Propter hoc & Christus dicebat: Si quis sitit, ueniat ad me, & bibat. Qui credit in me, sicut dixit scriptura, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuentis. Quibus horum fluminum dapilitatem & largitatem nobis indicat. Quoniam igitur spiritualium fluminum natura talis est, age asseramus omnes multa mentis nostræ uasa, ut impletis illis, domum redeamus. Nam quando uidet gratia spiritus feruens desiderium, & uigilem mentem, tunc & gratiam suam opulentam liberalius largitur. Abducamus igitur nos ab omnibus huius uitæ curis, & relectis his, quæ cogitationes nostras uelut spinæ suffocant, ad spiritualia desideria mentem nostram totam transferamus, ut magno inde lucro facto, & utilitate percepta domum redire liceat. Cæterum ut dilucidior fiat sermo, pauca quædam ex hesternis dictis in memoriam charitati uestræ reuocabimus, ut sic his quæ heri dicta, hæc quæ nunc dicenda, quali in unum corpus coniungamus. Ostendimus enim heri, ut meministis, quomodo beatus Moyses, enarrans horum uisibilium elementorum creationem & opificium, dixerit: In principio fecit deus cœlum & terram. Terra autem erat inuisibilis & inculta. Et docui uos causam, quare deus terram informem, & nullis figuris expolitam creauerit: quæ opinor omnia exacte tenetis. Necessarium igitur nos ad ea, que sequuntur, progredi hodie. Nam postquam dixit: Terra erat inuisibilis ac inculta, ait:

Et tenebræ erant super abyssum, & spiritus dei superferebatur super aquam. Vide hic, quam nihil superflui admisceat beatus Propheta, & quomodo non omnia particulatim narret quæ facta sunt: sed ut docuit nos de cœlo & terra, quæ plurima in se continent elementa, prætermittit alia. Nam cum de aquarum opificio nihil dixisset, ait: Et tenebræ erant super abyssum, & spiritus dei superferebatur super aquam. Hæc enim tegebant faciem terræ, de tenebris loquor, & abyssus aquarum. Didicimus hic, quod omne quod uidebatur, erat abyssus aquarum, tenebris uelata: & opus habebat sapientem opifice, qui omnem hæc informitatem discutere, & ornatum aliquem inducere

cere posset. Et tenebræ, inquit, super abyssum, & spiritus dei superferebatur super aquam. Mihi uideatur hoc significare, quod affuerit efficax quædam & uitalis operatio aquis, & non fuerit simpliciter aqua stans & immobilis: sed mobilis, & uitalem quandam uim habens. Nam quod immobile, omnino inutile est: quod uero mouetur, ad multa conducit. Vt igitur doceret nos beatus ille Propheta, aquam illam immensam habere uim quandam uitalem, dicit: Et spiritus dei superferebatur super aquas. Idque non absque ratione scriptura diuina præueniendo dicit, eoque postea dictura est nobis, quod animalia ex aquis istis iuxta præceptum Dei omnium conditoris producta sint: propterea auditorem hic nunc docet, quod non solum aqua illa sit condita: sed & quod moueatur, & discurrat, & omnia alluat. Igitur postquam diffusa fuit magna uniuersis uisibilis informitas, præceptoque suo Deus, optimus ille artifex, & quæ informitas erant dispulit, & immensam lucis uisibilis pulchritudinem produxit: tunc tenebras fugauit palpabiles, illustrataque sunt omnia. Et dixit, inquit, Deus: Fiat lux: & facta est lux. Dixit, & facta est: mandauit & tenebræ quidem fugatæ sunt, lux autem producta. Vides ineffabilem potentiam? Verum qui errore præuenit sunt, non attendentes ad dictorum consequentiam, neque audientes beatum Moysen, dicentem: In principio fecit deus cœlum & terram: & mox subdentem: Terra autem erat inuisibilis ac inculta, eo quod tenebris & aquis obtecta: sic enim uisum fuit domino ab initio eam producere: dicunt, quod antea fuerit materia, & prius fuerint tenebræ. Quid hac amentia peius? Audis, quod in principio fecerit deus cœlum & terram, & quod ex nihilo, quæ sunt, facta sint: & dicis quod prius fuerit materia? Quis eorum qui mentem habent, tantam ferret insaniam? Nunquid homo est conditor, ut opus habeat subiecto aliquo ad demonstrandam suam artem? Deus est cui omnia cedunt, qui uerbo & præcepto suo omnia condidit. Attende enim quod dixit solum, & producta est lux, & abscesserunt tenebræ.

Et distinxit deus inter lucem, & inter tenebras. Quid est, distinxit? unicuique locum proprium distribuit, congruumque tempus definiuit. Et postquam hoc factum, tunc suum cuique uocabulum indidit. Vocauit enim, inquit, deus lucem diem, & tenebras uocauit noctem. Vidisti optimam distinctionem, & admirabile opificium: quomodo id quod omnem rationem transcendit, solo sermone & præcepto factum est? Vidisti quantum se nostrorum ingeniorum paruitati attemperauerit beatus ille Propheta, imò misericors deus per prophetam linguam erudiendo omne hominum genus: ut uideat eorum quæ facta sunt ordinem, & quis uniuersis opifex, & quomodo unumquodque produxit? Quoniam enim adhuc imperfectus erat humanum genus, quam ut perfectiora capere posset: propterea pro au-

ditorum imbecillitate, Propheta linguam sanctus mouebat spiritus, inque hunc modum nobis omnia edifferebat. Et ut discas, quod propter mentis nostræ imperfectionem hoc enarrationis attemperamento fuerit usus: uide quod tonitruum filius, cum iam creuisset ad uirtutem hominum genus, non iam hac uia ingreditur, sed in sublimiorem eruditionem auditorem subducit. Nam ut dixit: In principio erat sermo, & sermo erat apud deum, & deus erat sermo: mox subiicit: Erat lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in mundum. Nam quemadmodum hoc loco lux sensibilis præcepto domini producta, & tenebræ illæ uisibiles absconditæ: sic & lux intelligibilis tenebras errorum effugauit, & ad ueritatem errabundos manu duxit. Suscipiamus ergo magna gratitudine à diuinis scripturis doctrinas, & ne aduersum ueritatem, neque in tenebris maneamus: sed ad lucem properemus, operemurque digna luce & die: sicut & Paulus admonet dicens: Sic ut in die honeste ambulemus, & ne operemur opera tenebrarum. Et uocauit, inquit, deus lucem diem, & tenebras uocauit noctem. Quod ferme nos præterierat, necessarium fuerit iterum repetere. Nam postquam dixit, fiat lux, & facta est lux. Et uidit deus lucem, quod bona esset. Vide, quæso hic dilecte, quanta uerborum humilitas. Quid ait? Num priusquam fieret lux, nesciebat quod bona? sed postquam producta fuit, aspectus ostendit opifici pulchritudinem & bonitatem productæ? Et quis cui cor est, tale quiddam diceret? Nam si homo qui aliquid per artem operatur, priusquam fabricet quod uult facere, et priusquam formet, scit usum eius quod elaborare statuit: quanto magis omnium opifex, qui uerbo omnia ex nihilo ut essent produxit, sciebat antequam lucem faceret, quod esset bona? Quare ergo hac dictione ne usus est? Demittit se, & iuxta humanam consuetudinem hæc omnia loquitur beatus ille Propheta. Et quemadmodum homines, cum aliquid magno studio elaborauerint, & finem laboribus suis imposuerint, tunc tandem probant quid fecerint, atque ita opus laudibus extollunt: sic & diuina scriptura solet, & nunc cum se ad nostrarum aurium infirmitatem demisit & dixit: Et uidit deus lucem, quod bona: tunc subiicit: Et distinxit deus inter lucem, & inter tenebras: & uocauit deus lucem diem, & tenebras uocauit noctem. Et suam cuique regionem distribuit. Nam ab initio cuique suos terminos præfixit, quos perpetuo absque impedimento custodiret: quod cuiuslibet, qui mediocriter sapit, contueri licet, quomodo ex illo tempore usque in presens, neque lux terminos suos transgressa sit, neque tenebræ suum ordinem præterierint, confusione & deordinatione quadam introducta. Sanè hoc unum ingratis sufficere deberet, ut credant & obediant his, quæ à diuina scriptura dicta sunt: ita ut uel elementa imitentur, quæ cursum inoffensum perpetuo seruant, & mensuram suam non egrediuntur, sed agnoscunt propriam naturam

naturam. Exin postquam utriq; suum nomen de-
dit, utrunq; in unum coegit: Nam dicit: Et fa-
ctum est uesperum, & factum est mane dies unus.]
Finem diei & finem noctis unum signanter no-
minauit, ut ordinem aliquem & consequentiam
statueret uisibilem, nullaq; fieret confusio. Ve-
rum scire & discere debemus a spiritu sancto per
lingua beati huius prophetæ, quæ primo die con-
dita sunt, & quæ alijs. Nam & istucipsum miseri-
cordis dei cõdescensionem declarat. Neq; enim
inops erat omnipotens illius manus, & infinita
sapientia, ut non posset uno die producere om-
nia. Quid, inquam, uno die? & simplici momen-
to poterat. Sed quandoquidem res non ob suam
utilitatem produxit (nullius enim rei indigus
est sibi sufficientissimus) sed ob suam benignita-
tem, & bonitatem fabricauit omnia: idcirco non
simul, sed successiue & per partes condidit, & do-
ctrinam nobis manifestam de rebus conditis per
linguam beati huius prophetæ tradidit, ut hæc
exacte discerent, non accedamus eorum senten-
tiæ, qui humanis rationibus mouentur. Enimue-
ro non desunt, qui fortuito res omnes factas esse
asserant, quamuis hæc ita sint facta. Quod si non
tanta docedi attemperatione nos dignatus esset:
quid nõ fuissent auli, qui aduersus salutem suam
quæq; & dicere & facere student? Quid enim mi-
serius & insipientius his, qui asserere audent res
per se fieri, fraudantq; omnem facturam diuina
prouidentia? Quo pacto enim rationi cõgruum
fuerit, dic oro, quod tanta elementa, & tantus or-
natus absq; aliquo moderatore, & omnia conser-
uante gubernent? Et nauis quidẽ nunquã pote-
rit absq; gubernatore maris fluctus transire: & mi-
les nihil egregium absq; præfecti ductu gerit: &
domus non exstruitur, nisi sit qui ædificet; mun-
dus autem ille immensus, & elementorum illo-
rum ornatus, fortuito & temere ferri poterit, nul-
lo existente qui omnia possit moderari, & per sua
sapientiã sciat continere & conseruare? Sed quid
contendimus illis monstrare ea, quæ & cæcis, ut
in prouerbio est, perspicua sunt: Veruntamen ne
omitramus proponere eis doctrinas scripturarũ,
omneq; impendamus studium, ut ab errore libe-
rati, ad ueritatem reducantur. Nam licet errori-
bus præoccupati sint, cognati tamen nostri sunt:
& cõgruit, ut magnam eorum curam habeamus,
nunquam torpescerent: sed diligentia summa fa-
cientes ea quæ in nobis sunt, utilem illis medici-
nam adhibeamus, ut saltem tandem aliquãdo ad
ueram sanitatem redeant. Nihil enim ita gratum
est deo, & ita curæ, ut animarum salus, sicut cla-
mat Paulus, dicens: Qui uult omnes homines sal-
uos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire. Et ite-
rum deus ipse ait: Nolo mortem peccatoris, sed
ut cõuertatur & uiuat. Et propter hoc etiam crea-
turã hanc omnem produxit, & nos formauit, nõ
ut pereamus, neq; ut puniẽdos nos tradat: sed ut
saluet, & ab errore liberatis, regno frui nobis cõ-
cedat. Hoc em̃ nobis & præparauit, nõ nõc post-

1. Tim. 2. b

Exec. 18. g

quã factũ est: sed ante iacta fundamẽta mundi,
sicut ipse dicit: Venite benedicti patris mei, & in-
hæritatem accipite præparatum uobis regnum
ab initio mundi. Vide amantissimum dominum,
quomodo etiam antequam formaretur mundus,
& produceretur homo, infinita nobis bona præ-
parauit: ostendens quantã nostri generis curam
habeat, & quod omnes uult saluari. Talem igitur
habentes dominum, tam nostri amantem, tam be-
nignum, tam mansuetum, cum nostræ, tum fra-
trum nostrorum salutis curam geramus. Ea enim
& nostræ salutis erit occasio, si nõ solum pro no-
bis ipsis solliciti, sed & proximo utiles fuerimus,
ipsum ad uiam ueritatis manu ducentes. Et ut sci-
as quantum bonum sit, cum salute nostra & alios
lucrari, audi Prophetã ex persona dei dicentem:
Qui educit pretiosum a uili, quasi os meum erit.
Quid hoc est? Qui ab errore ad ueritatem, ait, ma-
nuduxerit, uel a peccato ad uirtutem proximum
induxerit: quantum homini licet me imitatur. Ete-
nim ipse quum deus sit, propter nihil aliud no-
stram induit carnem, & alia humana omnia susti-
nuit, quandoquidẽ crucem quoq; suscepit, q̃ ut
nos peccato obnoxios a maledicto liberaret. Et
hoc quoq; Paulus clamat, dicens: Christus nos re-
demit a maledicto legis, factus pro nobis maledi-
ctum. Si igitur ipse, qui deus est ineffabilis essen-
tiæ, ob misericordiã ineffabilem hæc omnia pro-
pter nos, & salutem nostram suscepit: cur non &
nos erga fratres iusti sumus, agnoscentesq; eos ut
membra nostra, & eripiẽtes ex diaboli faucibus,
in uiam uirtutis inducimus? Nam ut anima cor-
pore melior est: ita his qui indigẽtibus pecunias
& facultates suppeditant, maioribus præmijs di-
gni sunt, hi qui admonendo & continue docen-
do in uiam rectam supinos & desides inducunt,
monstrando eis diuinarum uirtutum fragrantia,
& uitiorum maleolentiam. Hæc omnia cum scia-
mus, præ omnibus alijs huius uitæ curis, de salu-
te animarũ loquamur proximis, eandem illis so-
licitudinem ingerentes. Bonum enim si anima,
cui hæc cõtinuo insonant, possit reduci ex aby-
so malorum, in quorum medio uersamur, & com-
pescere seditionem, quæ perpetuo animam no-
stram infestat. Idcirco nobis opus est & magna ui-
gilantia, quoniam & continuum nobis est bel-
lum, & induciã nullã; propter quod & Paulus
dicebat, Ephesius scribens: Non est nobis collu-
ctatio aduersus sanguinem & carnem: sed aduer-
sus principatus, aduersus potestates, aduersus
mũdi dominos rectores tenebrarũ seculi huius,
aduersus spiritalia nequitias in cœlestibus. Ne
existimetis, ait, uulgare nobis certamẽ proponi.
Non cum ex nostro genere aduersarijs nobis est
certamen, neq; pares sunt nostre atq; illorũ acies.
Nos enim qui corporibus sumus innexi, præce-
ptum accepimus, ut cum incorporeis uirtutibus
confligamus. Sed ne timeatis: nam licet inæqua-
lis sit pugna, magna tamen armorum nostrorum
uirtus est. Subiũgit enim hæc, quasi diceret: quo-
niam

Hier. 15. d

Galat. 3. b

Eph. 6. b

1. Cor. 13. c

niam nouissis bellatorum naturam, ne concida-
tis animis, neue torpescatis ad pugnam: sed pro-
pter hoc suscipite armaturam dei, ut possitis resi-
stere insidijs diaboli. Multæ enim eius sunt insi-
diæ, hoc est uitæ, per quas negligentiores supplan-
tarentur: quas diligenter cognoscere opera-
rentur est, ut euitemus eius prehensiones, & nul-
lam ipsi subrependi occasionem relinquamus.
Quin & linguæ diligens habenda est custodia, &
oculi muniendi sunt, & mens purganda, & in pe-
tuo certamine uiuendũ est, quali fera aliqua nos
inuadat, & ledere cõnet. Propter quod illa ad cœ-
lum pertingens anima, doctor gentium, lingua
orbis, nihil omittens pro salute discipulorũ, postq;
dixit: Accipite armaturam dei, iterum subiicit, &
nos undique muniens, & inuictos faciens, sic di-
cit: State igitur accinctis lumbis uestris in uerita-
te, & indui thoracem fidei, & calceati pedes uestros
in præparatione Euangelij pacis. In omni-
bus assumite scutum fidei, ut possitis omnia tela
inimici ignita extinguere, & gladium spiritus,
quod est uerbum dei. Vidisti quomodo omnia
membra munierit? Et quasi in prælium egressu-
ros, primum balteo cingat, quod expeditores si-
mus ad cursum: dein induat nos thorace, ne a iaculis
uulneremur. Sed & pedes muniuit, & undi-
que armauit fide. Hæc, ait, ignita quoq; tela ho-
stis extinguere poterit. Quæ autem sunt tela dia-
boli: malæ concupiscentiæ, immundæ cogitatio-
nes, perniciosi affectus, furor, inuidia, inui-
dia, ira, odium, pecuniæ concupiscentia, & om-
nis alia ignauiã. Hæc, inquit, omnia extinguere
poterit gladius spiritus. Et quid dico, extingue-
re? etiam ipsum hostis caput amputare ualebit.
Vidisti quomodo roborauit discipulos? Quo-
modo eos qui cera molliores erant, ferro ualido
res effecit? Quoniam enim nobis bellum est non
aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus in-
corporeas uirtutes: ideo neq; carnalibus nos ar-
mis muniuit, sed arma nostra omnia spiritalia
sunt, sic radiantia, ut eorum ne fulgorem quidem
dæmon malus ferre queat. Talibus armis induiti,
ne horreamus ob pugnam, ne fugiamus cõgres-
sum: sed neq; ignaui sumus. Nam sicut, nobis so-
brĩjs, malignus dæmon nunquam armorum no-
strorum uirtuti praualebit, si uouerimus irritas
facere eius machinatiões: sic si desides fuerimus,
nulla nobis utilitas erit: quandoquidem inimicus
salutis nostræ nunquam dormitat, & omnia quæ
saluandis nobis obstant, indefinenter operatur.
Vndiq; igitur armemus nos ipsos, & a uerbis &
ab operibus abstinendo, quæ nos lædere pos-
sunt: & cum abstinentia a cibis, cum aliarum uir-
tutum, tum liberalitatis in pauperes specimen ex-
hibeamus: scientes, quanta nobis merces ob-
curam illis exhibitam reposita sit. Nam, qui misere-
tur, ait, pauperi, sceneratur deo. Vide usurã rarã
naturam & admirabilem. Alius est qui accipit, &
alius qui se scener obligat: nec hoc solum mirũ,
sed quia in hoc usuræ genere non est locus ingra-

titudini, neq; ulli alij damno. Neq; enim quemad-
modum uulgo simplex modo redhibitio promit-
titur, sed centupla, & amplior, duntaxat in præ-
senti seculo: ceterum in futuro, uita æterna. Et in
præsenti quidem uita, si quis nobis solum dupli-
cia polliceretur pro his quæ a nobis dantur, pa-
rati essemus illi omnem nostram substantiam of-
ferre, ubi magna ingratitude, multæ auarorum
fraudes: & multi qui liceri habent, ne ipsam qui-
dem capitalem summam persoluant, nonnun-
quam præ ingratitude nolentes, sæpe & per in-
opiam non ualentes. De omnium domino nihil
tale cogitari potest: nam & capitalis summa in tur-
to est, & centuplũ hic promittitur eleemosynam
expendentibus, & in futurum uita æterna repo-
nitur. quæ igitur nobis defensio supererit, si negli-
gentes sumus, & nõ festinemus centupla pro pau-
cis accipere, pro præsentibus futura, pro tempo-
ralibus æterna: ac potius pecunias in uis & re-
pagulis includamus, nec sustineamus eas frustra
alioqui repositas egenis impartiri, quorum inter-
cessione in futuro seculo uti licebat. Faciendũ em̃
uobis amici ex mammona iniquitatis: ut cũ defe-
ceritis, recipiant uos in tabernacula æterna. Iam
scio, quod multi non solum nõ admittunt ea quæ
a nobis dicunt, sed ut deliramenta quædam & fa-
bular audientes, minime sunt attentum ad orationẽ
nostram. Vnde ego crucior & doleo, quod neq;
rerum experientia, neq; tot & tales dei promissio-
nes, neq; timor futurorum, neq; quotidianæ ad-
monitiones nostræ talium pectora tangere potue-
runt. Non tamen cessabo, etiam sic, ab hoc consi-
lio, donec multa assiduitate tandem uictor resi-
piscere ipsos fecero: & a crapula & ab ebrietate,
qua laborant, & a pecuniarũ auaritate, quæ men-
tem eorũ obtenebrat, eruerẽ ualero. Scio enim,
scio quod per gratiam dei, sermonum nostrorum
frequentia, & teiuuũ studium poterint ipsos uel
fero, a difficili hoc morbo liberare, perfectaq; sa-
nitati restituere: ut & ipsi a supplicijs, quæ eis pa-
rata sunt, liberentur, & nos a tristitia eruamur, &
pro omnibus gloriam referamus deo patri & fi-
lio, & spiritui sancto, nunc, & semper, & in secula
seculorum, Amen.

Matth. 19. d

Luc. 16. c

Dixitq; deus: Fiat firmamentũ in medio
aquæ, & sit distingrens inter aquam & a-
quam: & factũ est ita Homilia IIII



Idens ego dilecti, alacrem & quoti-
dianum uestrum in hoc templo con-
uentũ, magnã percipio uoluptatẽ,
misericordemq; deum ob profectũ
uestrũ glorificare nõ cesso. Nã sicut
esurire corporalis sanitatis indicium: ita & studio
magno audire diuina eloquia, bonæ animi uale-
tudinũ certissimũ est argumentũ. Propter quod
& dominus noster Iesus Christus in suis beatitu-
dinibus quas in monte pmisit, dicebat: Beati qui
esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi satura-
buntur. Quis igitur dignẽ uos laudare ualet, qui
semel

Matth. 5. a

semel beatitudinē accepistis, & ab ea infinita bona expectatis? Is enim dominus nostri mos est, ut quoties uidet animam aliquam multo desiderio promptitudineq; intenta spiritualibus inhiantē, liberaliter illam gratia, & opulentis donis suis locupletet. Vnde & ego in uestrā utilitatem, & adificationem expecto, ut uberior & mihi doctrina sermo concedatur. Propter uos enim, & propter uestrum profectum, omnē hunc laborem toleramus: ut & uos citius ad ipsum uirtutis fastigium ascendatis, futuri uitae diuināe magistri omnibus qui uos uident: & nobis maior dicēdi fiducia accedat, qui uidemus nō inuanum, nec frustra nos laborare: sed quotidie semen spirituale in uobis crescere, & non sicut in Euangelio seminanti, ita & nobis uobiscum euenire. Ibi enim una tantum pars salua fuit, ceterae tres perierunt. Quia semen quod secus uia cecidit, sterile mansit: & quod inter spinas, suffocatum est: quod autē in petram, in superficie manēs fructū afferre nequiuit. Hic in gratia dei spes est, omne semen in terrā bonam cadere, & alios facturos fructū centuplum, alios sexagecuplum, alios trigecuplum. Hoc nostram alacritatem fouet, hoc mentem excitat, quod scimus nō inuanum, nec frustra sermones nos profundere, sed sobrijs auribus & intenta mente dicta nostra accipi. Atq; haec non adulanter charitati uestra dico, sed coniecto alacritatem ex his, quae heri a nobis dicta sunt. Videbam enim audos doctrinae, ab ore meo pendentes & omnia facientes, ne quid omnino uos dictorū praeteriret. Praeterea continui plausus maxime testabantur, quod dicta magna uoluptate susceperitis. Qui autem aliquid cum uoluptate audit, certū quod illud bene figit in animo: ibiq; reponens, facit ne eradi deleritue queat. Quis igit dignē nos beatos dicere, & uos laudare posset, qui in aures loquimur audientium? **Beatus enim, ait, qui loquitur in aures audientium.** Hoc praclarum opus ieiunio acceptum fertur, hoc remedium salutem operatur animarum nostrarum. Quod si ab initio statim tantum nobis robur ostendit, procedentibus diebus quantam non expectamus utilitatem affuturā? Vnum hoc uos obsecro: In timore & tremore salutem uestrā operemini, & nullū aditum concedite inimico salutis uestrae. Quia uidēs nūc spirituales diuitias insanit & ferocit, & sicut leorugiens circumit, quærens quē deuoret. Verum si sobrii fuerimus, nulli praualebit per gratiam dei. Talia enim sunt arma nostra spiritualia, quibus nos induit spiritus gratia: sicut heri charitatem uestrā docuimus. Si igitur his cōtinuo membra nostra munierimus, nullū telū ab illo emissum ad nos pertingere poterit, sed irrita ad ipsum reditura sunt. Adamante enim solidiores dei gratia nos effecit, & si uolumus, omnino inexpugnabiles. Itaq; sicut qui adamantem tundit, nihil adamanti nocet, sed seipsum fatigat, & robur suum imminuit, & qui contra stimulos calcitrat, suos pedes cruentat: In hunc modum res se habent no-

Luce 8. 4

1. Pet. 5. b

strae cum salutis nostrae aduersario, si armis, quae nobis spiritus sancti gratia exhibet, cōtinuo muniamus. Tanta enim illorū uirtus est, ut neri-dios quidem inde fulgurantes aduersarius sustinere possit, sed illis oculi sui excæcent. His, oro, armis semper nos muniamus, & sic muniti in forum nos cōferamus, inter amicos uersemur, negotia aggrediamur. Et quid dico in forum? etiam ad ecclesiā occurrētes, instructi illis simus, & domum redeuntēs, & dormientes, & euigilantes, neq; unquam per omnem uitam nostrā illa depōnamus. Cōmigrant enim nobiscum, & post hanc uitam magnam fidutiam nobis praestabunt. Non enim sicut sensibilia arma, corpus grauant: sed leuius reddunt & expeditius ac sublimius, roburq; augēt: modo ipsa quotidie abstergamus, ita ut fulgida sint, & radijs excæcent oculos maligni demonis omnia contra salutem nostram machinantis. Age, quoniam satis uos armis instruximus, conuertā nunc uobis mensam apponamus, & ea quae hesternam lectionem sequuntur, deinceps charitati uestrae proponamus, rursum admirabilem illum conuiuij exhibitorē beatum Moysen, magnum prophetam, bonae huius doctrinae ducem faciendo. Videamus igitur quae nam sint ea, quae & hodie nos docere uult, et diligenter dictis eius attendamus. Non enim sua uirtute loquitur, sed quæcunq; illi spiritus sancti gratia insonat, ea per suam linguam docendo humanum genus, profert. Absoluto igitur de die primo sermone, postquam formata luce dixit: Factum est uesperum, & factum est mane dies unus: iterū dicit, dixitq; deus: **Fiat firmamentum in medio aquae, & sit distinguens inter aquā & aquam.** Attende hic charissime doctrinae consequentiam. Quoniam antea nobis dixit, post cœli & terrae creationem: Terra autem erat inuisibilis & inculta, & causam apposuit, quod ppter hoc fuerit inuisibilis, quia a tenebris & aquis obtegebat. Omnia enim erāt aqua & tenebrae, & nihil praeterea. Et postea, q; pracepto domini producta sit lux, factaq; distinctio lucis & tenebrarum: & illa quidem diei appellationem acceperit, haec uero noctis. Iterū nos docere uult, quod dicit tenebras separauit producta luce, & utriq; cōgruum uocabulum indidit: ita & multitudinem aquarum pracepto segreget. Et uide ineffabilem potentiam, quae omnem humanam excedit rationem. Nam solum iubet, & accedit aliud elementorum, & aliud decedit. Dixitq; ait, deus: **Fiat firmamentū in medio aquae, & sit distinguens inter aquā & aquam.** Quid est, fiat firmamentum? Quali quis dicat humana lingua: **Fiat paries quidam & interstitium in medio diuidens & separationē faciens.** Et ut discas magnā elementorū obedientiā, excellentemq; uirtutem opificis, ait: **Et factum est ita.** Dixit solum, & opus sequutum est. Et fecit, ait, deus firmamentum, & diuisit deus inter aquā quae erat sub firmamento, & inter aquā quae erat super firmamentū. **Dicit: Facto firmamento, iussit aquas alias sub firmamentum**

firmamentū ferri, alias autem supra dorsum esse firmamenti. Sed quid tandē dicemus esse hoc firmamentum? Aquane sit cōcreta, an aer quidam conuolutus, an alia quæpiā substantia, nemo sapiens temere asseuerauerit. Oportet enim magna modestia & gratitudine, ea quae dicuntur a nobis accipi, & non ultra naturam nostrā progredi, & scrutari quae supra nos sunt: sed hoc solū scire & tenere apud nos, quod pracepto domini productum est firmamentum, separationem aquarū faciens, quod ualeat alias sub se cōtinere, alias uero in conuexo suo ferre. Et uocauit, ait, deus firmamentū cœlum. Vide quomodo eadem consequentia etiā nunc diuina scriptura usa est. Nam sicut dixit heri: **Fiat lux, & postq; producta fuit, tunc subiecit: Sit distinguens inter lucem & inter tenebras: & sic lucem diem uocauit: Ita & hodie dixit: Fiat firmamentum in medio aquae.** Dein sicut de luce, ita & hic docuit nos usum firmamenti, eo quod diuidat, ait, inter aquam & aquam. Et postquam hunc eius usum declarauit, tunc sicut luci nomen dedit, ita & firmamento suū nomen imposuit. Et uocauit, ait, deus firmamentum cœlum, hoc quod uidetur. Et quomodo dicunt alii, qui factos multos cœlos: Non ex diuina scriptura hoc didicerunt, sed ex suis opinionibus, ut ita dicant, impellunt. Beatus autē Moyses nihil his amplius docet: nam ut dixit: In principio fecit deus cœlum & terram: & dein causam docuit, quare terra sit inuisibilis, nempe quod obtecta a tenebris & aquis abyssi: post formationem lucis, ordine & cōsequentia quadam utens, inquit: **Et dixit deus: Fiat firmamentum.** Dein postquam docuit diligenter usum firmamenti, & dixit, ut distinguat inter aquam & aquam: istuc ipsum firmamentum quod aquarum separationem faciebat, cœlum uocauit. Quis igitur post tantam doctrinam ferret eos, qui ex suo capite loqui, & contra diuinam scripturā multos cœlos dicere audent? Sed dicunt: Ecce beatus Dauid laudem deo offerens, dixit: **Laudate eum cœli cœlorum.** Ne turbis dilecte, neq; putes sacram scripturā sibi ipsi alicubi aduersam: sed discite potius dictorum ueritatem, & tenens diligenter illius doctrinam, obtura aures ad uocem cōtraria dicentium. Et quid hoc sit, quod dicere uolo, audite magna attentione, ut ne facile moueamini a uolentibus talia dicere. Omnes diuini libri Veteris testamenti Hebraeorum lingua ab initio sunt cōpositi, & in hoc nobiscum consentiunt omnes. Et nō multis annis ante aduentū Christi, rex quidam Ptolemæus, in conquirendis libris admodum studiosus, operæpretiū putauit & hos libros colligere: eaq; de causa quosdam Iudaeorū Hierosolymitarū uocauit, qui eos in Græcam linguā uerterent: quod & factum est. Contigit autem hoc nō sine diuina dispensatione, ut non solū Hebraicae linguae periti, sed & omnes qui totū orbē inhabitant, ex eis utilitatem perciperent. Estq; rarum miraculum, quod non Iudaicę religionis quispiā hoc curauit, sed uir idololatriæ deditus, & religioni damnatę

1. 4. 8

multū fauens. Hoc enim modo se habent omnia, quae a domino nostro dispensant, ut per aduersarios semper crescant ueritatis praecipua. Haec autē non temere uestrae charitati narraui, sed ut scire possitis, quod non hac lingua, nostra inquam, sed Hebraica sint hi libri cōpositi. Dicunt igitur qui linguae eius gnari sunt: Cœli nomen plurali numero ab Hebraeis uocari, quod cōsistentur qui & Syrorum linguā sciunt. Et nemo lingua ipsorum dicit cœlū, sed cœli. Et idcirco sic dictū est, quod a beato Dauid dictum: Cœli cœlorum: nō quod multi sunt cœli (nō enim hoc nos docuit beatus Moyses) sed quia mos est linguae Hebraicae, unam rem nominare plurali numero. Quia si multi essent, non omisisset spiritus sanctus per linguam Prophetæ, quin & illorum formationem nos doceret. Haec diligenter seruate obsecro, ut possitis obstruere ora eorum, qui contraria ecclesiasticis doctrinis afferunt, & sciatu uim eorū quae in scriptura continent, nam idcirco frequenter hic conuenitis, & nos uberiorem doctrinam cōmunicamus, ut parati sitis omni petenti uos rationē reddere. Sed ad contextū redeamus, si placet. Et uocauit, ait, deus firmamentū cœlū. Et uidit deus quod bonum. Attende quanta uerborum attemperatio ad hominū infirmitatē. Nam sicut de luce dixit: **Uidit quod esset bona: ita & nunc de cœlo dicit, hoc est de firmamento.** Et uidit, inquit, deus, quod esset bonū: docens nos per huius pulchritudinem suam immensitatem. Quis enim nō obstupesceret ac admiraretur, quod firmamentū tanto tempore uigentem seruat pulchritudinem: & quantū creuit tempus, tantū & pulchritudo? Quid em̄ speciosius eo, quod laudē ab ipso opifice accepit? Nam si nos hominis opus uidentes absolutum, admiramur figurā, situm, pulchritudinem, proportionem, elegantiam, aliaq; omnia: quod factū est a deo, quis digne laudari, praesertim quū ab ipso dño laudem accepit? Haec enim ita ad nostrum captum sunt dicta. Videbisq; hoc per singulas facturas dici, & ita multis antea seculis confici linguas eorū, quae acuturae se erant contra opificiū dei, & dicturae: **Quare hoc & hoc factum est: Talia igitur dicturos ante cōprimis, dicens: Et uidit deus quod bonū.** Quando autē audis, quod uidit deus, & laudauit: intellige dictū, prout dignū est de eo loqui. Nā qui produxit cœlum, etiā priusquā formaret sciebat eius formandi pulchritudinem. Sed quia nos homines tanta imbecillitate circūdati, aliter hoc intelligere non potuimus, ideo sic direxit spiritus beati prophetae linguā, ut ad erudiendum humanū genus tanta uerborum uteretur cōsuetudine. Quando igitur subleuas oculos, & spectas cœli pulchritudinem, magnitudinē, utilitatem: tūc inde ad opificem ascende, sicut & sapiens quidā dicebat: **Ex magnitudine & pulchritudine creaturarum unī uerū conditor decenter cōsiderat.** Et uide dñi uirtutem, etiā ex horū elementorū formatione, quāta sit. Nā cui sagax est animus, si uoluerit per singula uisibilia scrutari (& quid dico per singula quae facta

Sapient. 13. 8

quæ facta sunt: suam solam formationem si uoluerit considerare, uidebit ex paruis illis indicibilem & ineffabilem dei potentiam. Quod si uisibilia sola sufficiunt nobis ad docendâ potentiae conditoris magnitudinem, ubi & ad inuisibiles ueneris uirtutes, & mentem extenderis ad angelorū exercitus, archangelorum, supernarū uirtutum, thronorum, dominationum, principatum, potestatum, Cherubin, Seraphin: quæ mens, quis sermo sufficiet enarrare magnificentiam eius inenarrabilem: Nam si beatus propheta Dauid, quū dispositionem uisibilium considerasset, exclamabat dicens: Quam magnificata sunt opera tua domine. Si, inquam, uir tanto spiritu præditus, & cui incerta & occulta sapietie diuine manifestata sunt, sic exclamabat: quid dicemus nos, qui terra & cinis sumus, & debemus continuo uultū submittere & obstupescere uniuersorum domini indicibilem misericordiam? Et quid dico prophetam? Beatus ipse Paulus, anima illa ad cælum usque pertinet, corpore circumdatus, & uirtutū incorporatū æmulus, in terra ambulans, & mentis promptitudine in cælo uagans, cum in unâ partem dispensationū dei incidisset (de Iudeis & Gentilibus loquor, quod illi quidem eieci, hi autē introducti fuissent) & perplexus hæreret, & interiorum oculorū uertigine laboraret, exclamauit, dicens: O profunditatē diuitiarū & sapientie & scientie dei, quæ imperscrutabilia sunt iudicia eius, & imperuestigabiles uiae eius. Sed hic libet rogari eos, qui de natiuitate filij curiosius exquirunt, & sancti spiritus dignitatē imminuere attentat: unde uobis, obsecro, tantę audaciæ petulantia: à quo delirio in tantū prorupistis furorē? Nā si Paulus tātus & talis, & iudicia eius (hoc est, dispensationes & gubernationes) imperscrutabilia esse dicit: nec dicit incomprehensibilia, sed imperscrutabilia, ita ut scrutari ea nemo possit: & imperuestigabiles dicit uias eius, iterum idem dicens, uias mandata uocās & præcepta: quomodo uos essentiam unigenitæ ipsam curiosius explorare, & spiritus sancti dignitatem, quantum in uobis est, imminuere audeatis? Videte dilecti, quantum malum sit non diligenter attendere ad ea quæ in diuinis scripturis sunt contenta. Hi enim si cum gratitudine doctrinas diuinæ scripturæ accepissent, & nō sua ex proprio capite excogitassent, nequiquam in tantā prolapsi fuissent amentiam. At nos neque sic cessamus diuinæ scripturæ testimonia ipsis obijcere, & aures nostras ad pestilentias eorum doctrinas obsepere. Et quia nescio quomodo iterū impetu orationis in hæc euecti sumus, & à cōtextu excidimus, ad priora redeat sermo. Et uocauit, ait, deus firmamentum cælum: & uidit deus quod bonū. Et factum est uesperum, & factū est mane dies secundus. Appellatione indita firmamento, & laudato opere, finem imposuit diei secundo, & dixit: Et factum est uesperum, & factum est mane dies secundus. Vidisti quanta diligentia nos docet, finem lucis uesperam uocans, & finem noctis mane, & totum illud diem: ut ne erremus nos, neque

Psal. 103. c

Rom. 11. d

putemus uesperam finem esse diei: sed manifeste sciamus, quod utriusque spatium unum diem implet. Et uesperum finem lucis recte dixerit, mane autē, hoc est finem noctis, cōplementū diei. Quod enim ita absoluitur, uult diuina scriptura, dicens: Et factum est uesperum, & factum est mane dies secundus. Fortē, prolixius sermonem extendimus non uolentes, sed ab ipsa uerborū consequentia, quasi rapido quodam amne, uel abstrahenti. Vosque huius causa estis, qui cum uoluptate dicta nostra auditis. Nihil enim sic excitare potest dicentem, & sententiarum magnam copiam illi afferre, ut auditorū alacritas. Et sicut supini & desiderantes auditores etiam multū eloquio ualentem reddunt segnitiam: ita uos per dei gratiam, etiam si lapidibus effemus uisiores, possitis nostrum torporem excitare, & somnolentiam discutere, cogereque ut dicamus ea quæ uobis conducunt, & ad uestram ædificationem pertinent. Quoniam igitur tales estis, ut qui à deo docti positis iuxta beatum Paulum & alios admonere: age obsecramus uos, ut si per quod aliud, maxime per ieiunij tempus magnam bene uiuendi curam geratis: nec sit uobis fastidio, si quotidie de eisdem differamus. Eadem enim dicere mihi quidem non tediosum, secundum beatum Paulum, uobis autem securum. Opus enim habet anima segnis continua admonitione. Et sicut corpus hoc quotidie opus habet corporali alimento, ut ne in magnam agilitudinem lapsum ignauum decumbat: ita & anima opus habet spiritali cibo & optima diæta, ut uirtuti assuefacta, inuicta sit in posterum, & resistere possit maligni hostis insidijs. Quotidie igitur eius uires perscrutemur, & nostrum experimentum capere nunquam desinamus. Rationarium quoque nobis faciamus eorū quæ accipimus & quæ expēdimus: quid nam utiliter loquuti simus, & quod otiosum uerbum protulerimus. Item quid utile per aures in animā admiserimus: contra quid quod nocere possit: & linguæ quidē modum quendam finemque certos præfigamus, ut prius ruminentur uerba, atque ita demum proferantur sermones: mentem uero ita assuefaciamus, ne quid nocuum promat: & si forte aliquid tale à foris inferat, id ut superfluum & damnosum rejiciat: & si intrinsecus nascatur, statim pia cogitatione illud expellat. Et ne existimemus inedia usque ad uesperam ad salutem nobis sufficere. Nam si peruersis Iudeis dicebat deus misericors per Prophetam: Ecce annis septuaginta non ieiunabitis mihi ieiunium. Et si comederitis & biberitis, nōne uos comeditis & bibitis? Hæc dicit dominus omnipotens: Iudicium iustum iudicate, misericordiam & miserationem faciat unusquisque cum proximo suo: & uiduam, & orphanum, & adueniam, & pauperē non opprimite: & malum uniusquisque erga fratrem suum non cogitet in cordibus suis. Si igitur illis qui in umbra mortis sedebant, & tenebris errorum affixi erant, nihil proderat solum ieiunium, quum hæc bona opera nō facerent, & e corde maliciam erga proximum non eliminarent

Zach. 5. g

Philip. 1. d

Luc. 6. c

Rom. 12. c

Luc. 6. d

rent: qualem habituri nos sumus defensionem, à quibus maiora exiguntur: & non solum hæc facere iubemur, sed & inimicos diligere, & eos demereri, & dominum precari, & orare, ut salutis illorum curam gerat. Hoc enim potissimum in die illo terribili nobis patrocinabitur, & redemptio maxima erit peccatorū nostrorū, si sic affecti fuerimus erga inimicos nostros. Licet enim magnum sit & arduum præceptum, si tamen præmiū cogites repositum strenue id exequentibus, nihil omnino uidebitur, etiā si ualde arduum sit. Et quod nam hoc? Si hoc feceritis, ait, similes eritis patri uestro qui in cælis est. Et ut manifestius hūc sermonem nobis declarat, subdit: Quod solum suum oriri facit super malos & bonos, & pluit super iustos & iniustos. Imitare igitur, dicit, pro humanis uiribus deum. Nam sicut ille nō solum iustis, sed & his qui mala operantur, solem oriri facit: & pluriam & hymbres annuos nō bonis solum suppeditat, sed & malis: sic & tu si non solum diligentes diligis, sed & inimicos, pro uirili dominum tuū imitaris. Vidisti quō in supremū fastigiū eduxit eum, qui hac uirtute strenue perfungi possit? Sed ne difficultatem rei solum cogites, sed prius supputa tecum quantum honorem habiturus sis: & hæc honoris occasio leue faciat quicquid graue est & onerosum. An nō pro beneficio habendum, quod occasio tibi præbetur, dum inimico benefacis, ut aperiantur tibi tanque fiducia ueniendi ad deum, & redimēdi peccata tua? An forte de inimico ulcisci, & eum qui malis te afficit, paribus uel maioribus plecti uis? Et quid inde commodi? nec aliquid inde utilitatis habiturus es, & in super propter hoc iudicaberis apud horrendū illud tribunal, ceu qui leges tanti iudicis obliteraueris & infregeris. Dic, oro, si rex aliquis terrenus legem tulisset, ut uel inimicorum curam geras, uel morte puniaris: an non metu mortis corporalis omnes properaret ad implendam, legem? Quanta igitur accusatione dignus fueritis, qui ob corporalem mortē, quā alioqui naturæ necessitas afferret, omnia facere paratus, pposita poena mortis quæ nullā inuenit cōsolationem legē minus curat ab uniuersorū dño latā? Sed mei oblitus sum dum hæc loquor his, qui ne amantem quidem ex æquo redamāt. Quis igitur posthac è supplicio illo nos eripiet, quando non solum ab hoc mandato longe distamus, sed neque ea facimus quæ publicani? Si diligitis diligentes uos, ait, quid magni facitis? nōne & publicani hoc idem faciūt? Quum igitur neque hoc à nobis sit, quæ salutis nostræ spes? Ideo oro, ne simus immisericordes, sed nostras cogitationes domemus, & primum quidem discamus uincere proximum charitate: & iuxta præceptum beati Apostoli, honore mutuum præueniamus, & queramus ut illos superemus: neque toleremus, ut succumbamus: sed uincamus, & non uincamur, ut maiorem & feruentiorē erga diligentes affectionē demonstramus. Hoc enim omnium maxime uitā continet & conseruat. Et in hoc bruti

ra & feras antecellimus, quod possumus, si uolumus, congruum in nobis conseruare ordinem, & magnā in proximos concordiam declarare. Quoniam autem strangulanda est nostra praua cogitatio, & mulcenda truculenta illa fera (irā dico) & certamen, quasi ante tribunal terribile staremus, aggrediendum: docendi sumus, quod, si fortiter hosti resistimus, magna nos expectant bona: si minus, graue sustinebimus iudicium. Neque enim temere & inutiliter tempus expendere oportet: sed singulis diebus & horis ante oculos nostros proponere iudicium, & quæ sint ea quæ magnam nobis tunc fiduciam afferre queat, quæ item quæ poenā inferant. Et ita hæc uersantes in nostris cogitationibus, superabimus affectiones, & compescemus carnis lasciuias: & mortificabimus, iuxta beatum Paulum, membra nostra quæ super terrā sunt, stuprum, immundiciam, passionem, concupiscentiam malam, auaritiā, furorē, uanā gloriam, inuidentiam. Quod si has affectiones in nobis mortuas fecerimus, ita ut in nobis nihil operari ualeant: poterimus accipere fructus spiritus, qui sunt charitas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia. Hoc Christiani ab infidelis discrimen sit. His signaculis internosci possumus, ne sola appellatione ornemur, neque habitu externo inflemur & superbiamus, immo si possideremus omnia quæ nunc enumerauimus, superbiamus nunquam, imò magis nos humiliemus. Nam quum omnia feceritis, ait, dicite: inutiles serui sumus. Si ita solliciti nostram salutem curauerimus, poterimus & nobis ipsis prodesse plurimum, atque à futuro supplicio eripi, & his qui nos uiderint magistris esse rerum utilium: ut diligenter exacta hac uita, assequantur eam, quæ in futuro seculo erit: misericordiam: quæ nobis omnibus cōcedat gratia & benignitas domini nostri Iesu Christi, cum quo patri & sancto spiritui gloria, imperium, honor nūc, & semper, & in secula seculorum, Amen.

Colof. 3. d

Galat. 5. d

Luc. 7. c

Et dixit deus, Congregetur aqua quæ sub cælo in cōgregationem unam, & appareat arida.

A Homilia v Ge & hodie ex beati Moseos uerbis cōuiuium instruamus uestræ charitati, & quæ à domino facta sint die tertio, diligenter consideremus. Nam si hi qui in aurifodinis laborant, ut diuites uenas quasdam conspiciant fuerint, à fodiendo non desistunt, donec quæ obstant amouerint, & in profundum descendentes, copiam inde auri perceperint: multo magis nos non auri ramenta inquirentes, sed inenarrabilem thesaurū inuenturos sperantes, decet quotidie illum inuestigare: ut multis spiritalibus diuitijs in sinum nostrum collectis, domum redeamus. Nam illic quidē diuitiæ sensibiles dominis suis multorum periculorum fuerunt auctores, multaque ante uoluptates pericula illis prestantes, statim auolarunt, uel scycophantis insidiantibus, uel latronibus parietes effringentibus, uel cur

tom. 1

stodibus

Chryf.

stodibus famulis surripientibus & fuga elabentibus. Hic aut nihil tale suspicari licet. Diripi enim spiritualis hic thesaurus nequit, & ubi in promptuaria mentis nostrae reconditus fuerit, ab omnibus insidijs est securus: modo non per ignauitiam locū demus ei, qui illū nobis auferre cupit. Quandoquidem inimicus noster, malignus inquam demon, cū uideret uos spirituales collegisse diuitias, furit & dentibus fremit, multumq; uigilat, ut opportunū tempus caperet, quō furari queat in tus reconditas: nullum aut accōmodum illi tempus est praeterquā dum ignauū fumus. Ideo perpetua nobis uigilantia opus est ad excludendas illius insidias. Nam eos quos uiderit sobrios & uigiles, & semel atq; iterū frustra aggressus fuerit, relinquit tandē pudefactus, & sciens quōd nihil proficit, si in custodia persistimus. Proinde quū sciamus, quōd per omnem hāc uitā nobis certandū est, sic nos armemus, quasi assistentē semper habeamus inimicum, qui absq; intermissione obseruet, num aliquando uel parū dormitemus, insidiandi occasionem ei praebentes. Non uides, opulenti cū hostium metuunt incursionē, quanta cura & prouidentia res suas custodiāt? alij seris & repagulis inuas muniant & occludunt: alij in terrā defodiunt, ita ut nemo scire possit ubi lateat. Eadem diligentia, & modo collectā uirtutū gazam custodire congruit, & non ante omnium oculos proponere: sed in tutissimo mētis promptuario reponere, & omnes rapere uolentis insidias excludere: ut quum inde praedabilem eam seruauerimus, sit nobis uaticū ad futurā uitam hinc migrātibus. Etenim sicut hi qui in terra aliena sunt, & in patriam suam redire cupiūt, multo tempore paulatim studēt, & curant tantum corradere uaticū, quantū ad uicē prolixitatem eis sufficere queat, ut ne fame seipsos perdāt: ita sanē facere & nos oportet, quia peregrini hic sumus & aduenae, ut prouideamus & reponamus nobis spiritualit uirtutū uaticā: ut quando iusserit nos dñs in nostram redire patriam, parati simus, & alia quidem nobiscū afferamus, alia autē iam praemissa habeamus. Horum enim uaticorū talis natura est, ut ea quae per bonorum operū actionē uoluerimus ante nos praemittere, quū illuc nos prouenerint, ianuas nobis aperiant ad dominū, & introitū facilem, & absq; pauore, & magnam apud iudicem beneuolentiā procurēt. Et ut discas dilecte, quōd hāc in hunc se modum habent, collige hinc, quōd qui liberaliter eleemosynam dispendit, & hic bona conscientia uersatur, & ubi hinc transierit, magnam apud iudicem misericordiā inuenit, auditq; uerba illa *Math. 25. c* beata cum ceteris: Venite benedicti patris mei, accipite in haereditatem regnum, quod uobis preparatum est ab origine mundi: quia esuriui, & distis mihi māducare. Id ipsum certē & in alijs uirtutibus contingere inueniet quispiā. Sic & in confessione peccatorum, & in continuitate precum euenturum est. Quando em in praesenti uita per confessionem peccata abluere, & remissionem a

domino assequi poterimus: abibimus hinc a peccatis puri, & magnam quae nobis donatur fidutiā inueniemus. Neq; em qui in praesenti uita peccata non abluerit, postea consolationem aliquā inuenturus est. In inferno enim ait, quis confitebit tibi? & merito: hoc enim est cauearū tempus, & luctarum & certaminum: illud uero coronarum, retributionum & praemiorū. Proinde certemus uti in stadijs uersantes, ne in tempore, quo coronae & laborum retributiones sumuntur, confundamur. Hoc prooemio apud charitatem uestram non temere, neq; in uanum utimur: sed quotidie de bonis operib; uos admonere cupimus, ut fiat perfecti, consummati, uirtutibusq; praedita uita spectabiles, irreprehensibiles & synceri, immaculati filij dei; & appareatis sicut luminaria in mundo, sermonem uitaē habentes in nostri gloriationem, in die Christi; & his qui qualiter cumq; ad uos ueniunt, & sermone uobis cōmunicant, luce & fragrantia spiritualis optimaeq; uestrae uitaē profitis. Etenim sicut mali sua consuetudine familiaribus multum nocent, quemadmodum beatus Paulus inquit: Corruptunt bonos mores colloquia praua: sic & bonorum familiaritas cōiunctis sibi maxima cōmoda affert. Quamobrem & misericors dñs noster inter malos permisit bonos uiuere, ut mali lucrū habeant ex ea consuetudine, nec semper in sua permanēt malitia: sed bonos cōtinuo ante oculos spectantes, multū utilitatis ex eorū quorum recordantur familiaritate capiāt. Tanta enim uirtutis potentia est ut reuerentur, & multum laudent eam, etiā qui illa carent. Sicut & uirtutum etiā ab his qui mali sunt, subinde accusatur & carpitur. Hoc sanē omnibus est manifestum & perspicuum, neq; ullum facile reperias qui palam malus esse uelit; sed, quod mirum est, ipsimet ea quae operibus facere attentāt, uerbis mala esse fatentur, multisq; occulta uellent. Quod & ipsum diuinā misericordiā est, quae hominū generi concessit, ut unicuiq; nostrū insitū sit indeprauabile iudiciū conscientiae, habentis iustū inter bonum & malū discrimen: id quod potissimū omnem nobis defensionē tollit, q; non per ignorantia in peccata incidimus, sed per animae delictā, & uirtutis negligentia. Hāc singulis horis nostro uersemus animo, magnā salutis nostrae habentes sollicitudinem, ne praeterente tempore, ignorantes nobis ipsis maximū inferamus damnū. Sed prooemiorū satis. Audiamus aut, si uidef, quae & hodie nos docere uult spiritus sancti gratia per beati Mosis linguam. Et dixit, inquit, deus: Congregat aqua, quae sub caelo, in congregationē unā, & appareat arida. Et factū est ita.] Vide hic, obsecro dilecte, ordinem & consequentiam optimā, quia dixerat in principio: Terra erat inuisibilis & inculta, eō quōd tenebris & aquis obtegebat: & deinde iussit die secundo, ut esset firmamentum, quod aquarum separationem faceret, uocauitq; firmamentum caelum: nunc iterum docet nos, quōd praeparit in die tertio aqua, quae sub caelo, hoc est firmamento

mamento, ut in unā congregationem cōueniat, & faciat apparere locum aridā. Et factum est sic: Quia enim omnia completa erant aquis, iussit in unam cōgregationem, aquarum multitudinem concedere, ut sic appareret arida. Vide quomodo paulatim nobis pulchritudinē ornatus ostendit. Et factum est, ait, ita: quomodo? sicut praeparat dominus. Dixit solum, & opus subsequitū est. Hoc enim peculiare dei est, ut secundum uoluntatem suam facturas suas moderetur. Et congregata est, inquit, aqua, quae sub caelo, in congregationes suas, & apparuit arida. Quemadmodum de luce dictū, quōd cum essent undequaq; tenebrae, iusserit produci lucem, & separationem fecerit lucis ac tenebrarū, & hanc tribuerit diei, istas uero nocti: similiter quōd cum produxisset firmamentum, aquarum alias superiorem locum occupare, alias autem sub firmamento esse iusserit: sic & nunc illas ipsas aquas sub firmamento, in unam congregationem iussit coire, ut appareat arida, & postea eodem modo suum illi nomen impositum: sicut de luce & tenebris dictum est. Congregatae enim sunt, ait, aquae quae sub caelo, in congregationes suas, & apparuit arida: & uocauit deus aridam terrā. Vidisti dilecte, quomodo deus terram, quae inuisibilis erat ac inculta, & aquis quasi uelaminibus quibusdam obtegebat, despoliauit, ut sic dicam, & faciem illius nobis monstrauit, proprio etiam nomine imposito: Et congregationes, ait, aquarum uocauit maria. Ecce & aquae nomen suū sortitae sunt. Nam quem admodum optimus quispiam artifex arte sua uas aliquod facturum, non antea illi nomen imponit, donec absoluat: ita & misericors dominus nomina elementis non antea imponit, donec ea in propria loca suo praeparato ponat. Igitur postquam terra nomen suum accepit, & ad propriam formam peruenit, etiam aquae congregatae proprio uocabulo nominatae sunt. Vocauit enim, ait, congregationes aquarum maria.] Subdit iterum: Et uidit Deus quōd bonum.] Nam quia humana natura imbecillis est, & opera ei digne laudare non sufficit, diuina scriptura acceptam ab ipso opifice laudem nos docet. Igitur quando dicitis, quōd & ipso conditori creaturae probantur, & bona apparent: maius habiturus es miraculū, nihilq; amplius afferre poteris. Talem enim fortis es dominum, qui talia facit, quae a nobis neq; laudari satis possunt. Quomodo enim unquam opus dei pro dignitate laudare posset humana natura? Ceterum per ea quae subiunguntur, considera ineffabilem dei sapientia. Quia postquam nobis apertam terrae faciem monstrauit, consequenter suo praeparato decentem ei cōcedens speciem, & seminum uarietate eius adornat faciem. Et dixit, ait, deus: Germinet terra herbam foeni, seminantem semen secundum genus & similitudinem; & lignum frugiferum faciens fructum, cuius semen in semetipso secundum similitudinem, secundū genus super terrā. Et factū est ita.]

Chryf.

Quid est quod factum est ita? Praeparat, inquit, dominus, & statim terra suos partus maturans, ad germinanda semina seipsam sollicitauit. Et protulit terra herbam foeni, inquit, seminantem semen secundum genus, & secundum similitudinem; & lignum frugiferum faciens fructum, cuius semen suū in ipso secundum genus super terrā. Hic animaduerte dilecte, quomodo uerbo domini omnia facta sunt super terram. Non enim erat homo qui operaretur, non aratrum, non boum cooperatio, non aliud eiusmodi studium: sed solum audiuit praeparatum. & statim quod suū erat, fecit. Ex quo discimus, quōd etiam nunc neq; cura, neq; labor agriculturalum, neq; alia in colendis agris erumnae, fructuum nobis proventus concedunt: sed praehis omnibus uerbum dei, quod ab initio ad terram factum est. Quin & futuram hominum ingratiudinem taxans diuina scriptura, ut diligenter omnia, ita etiam nobis ordinem factorum narrat, ut compescat nugacitates & deliramenta eorum, qui uanitates suorum signentorum commentantur, & dicere audent, quōd Solis cooperatione ad fructuū prouentum opus sit. Sunt & alij, qui haec astris aliquibus ascribere nituntur. Propterea docet nos spiritus sanctus, quōd ante formationem horum elementorū sermoni & praeparato dei obtemperans tellus, omnia semina adiderit, nullo alio ad cooperationem opus habens. Satis enim sufficiebat ei pro omnib; uerbum illud dei, quod dicebat: Germinet terra herbam foeni. Quocirca diuinā scripturae uestigia sequamur, neq; feramus eos qui temere quiduis blaterant. Etiam si homines terram operentur, & iumentorum auxilio fruuntur, & magnam terrae curam habeant, & magna sit caeli temperies, & omnia alia concurrant, nisi nutus domini accedat, omnia alia frustra & in uanum fierent: & nihil proficeret omnis labor & desidatio, nisi manus domini superne adiuuaret, & perfectiorem his quae sunt, tribueret. Quis non obstupesceret ac admiraretur, cogitans quomodo uerbum domini, quod dicit, Germinet terra herbam foeni: in ipsum uterū terrae descendat, & quasi admirabili quodam peplo terrae faciem uarijs floribus adornet? Videre potuisses subito terram, quae antea informis & inculta erat, decore suo & ornatu quasi cum caelo certare. Et sicut caelum paulo post ornandum erat astrorū uarietate, ita & tellus florum multijuga uarietate ornabatur, ita ut & opifex in laudem eius prorumperet. Etenim uidit, ait, deus quōd esset bonū. Vidisti quomodo per singula quae facta sunt, ostendit laudantem opificem, ut homines postea hāc discerentes, ex facturis ad factorem recurrerent. Nam si creature superiores sunt, quam ut ab homine pro dignitate laudari queant: quid aliquis de opifice ipso dicere poterit? Et uidit, ait, deus quōd bonū. Et factum est uesperum, & factū est mane dies tertius.] Vide quomodo iterando frequēter doctrinam menti nostrae ditorū uim infigere uult.

tem.

b

oportet

Oportebat enim dicere: Et factus est dies tertius. Sed uide quomodo de singulis diebus sic dicit: Et factum est uesperum, & factus est mane. Non simpliciter, nec absque causa: sed ne ordinem confundamus neque putemus uespere ingruente finem accepisse diem: sed sciamus quod uespera finis est lucis, & principium noctis: mane autem finis noctis, & impletio diei. Hoc enim docere nos uult beatus Moses dicens: Et factum est uesperum, & factum est mane dies tertius. Et ne mireris dilecte, si haec saepe & continuo dicit diuina scriptura. Etenim si uel post tantam crebritatem errore praecipitatis Iudaei & excacati corde contendere conantur, & uesperam initium sequentis diei esse opinantur, decipientes semetipsos, & adhuc in umbra sedent, ueritate omnibus manifestata: & ad lucernam assident. Sole iustitiae totum orbem undique illustrante: nisi tanta diligentia docuisset, quis tam indocilium contentionem ferret? At illi quidem malitia suae praemia expectant; nos autem, quibus donatum est Solis iustitiae radijs illustrari, diuinarum scripturarum doctrinas auscultemus: & haec canonem sequentes, salubres doctrinas in mentis nostrae promptuaria reponamus, & una cum his magnam curam nostrae salutis facientes, ea quae animae nostrae sanitatem laedunt, tanquam letale uenenum fugiamus. Multo maius enim hoc damnum, & tanto maius damnum, quanto anima corpore melior. Illa enim uenena corporalem hanc mortem inducunt; haec autem sanitatem animae offendunt, aeternam nobis mortem afferunt. Quae autem sunt, quae nos offendunt? multa & uaria, maxime autem ad humanam gloriam spectare, & nescire eam contemnere: hoc enim multorum nobis malorum causa fit: & si quas spirituales habemus diuitias, eas deracuat, & utilitate quae ex eis capi potest, nos destitutos facit. Quid igitur fuerit damno hoc perniciosius? Quando quidem a nobis auolare facit etiam ea quae nos habere putamus. Sic pharisaeus ille publicano minor factus est, eo quod linguae suae imperare non potuit: sed per istam, sicut per fenestram aliquam, omnes diuitias suas effudit. Tantum est inanitis gloriae malum. Dic enim mihi, quare ita humanae laudi inhias? Nescis, quod sicut umbra, & si quid illa uisus, ita & illorum laus in aerem diffusa euanescit? Alias quoque inconstans & mutabile est hominum genus, & illi ipsi quem nunc laudant, non multo post utiuperant. Quod in sententia dei nunquam usum euenit. Ne igitur ita desipiamus, ne temere & absque fructu fallamus nos ipsos. Nam & si bonum quid facimus, non autem propter hoc solum agimus, ut mandatum domini nostri impleamus: eo solo conuincemur laborem nostrum frustra factum, priuabimusque nos fructu, quem assequi liceret. Nam is qui ut ab hominibus gloriam ueniat, quid boni operatur, siue ea frui poterit, siue non (saepe autem & qui propter inanem gloriam multa facit, etiam ipsa frustratur) siue autem ea potatur, siue non, satis hic retributionis accepit, & alibi nihil acci-

piet praemiorum. Quare hoc? quia praefrens futuris praesentia, & iusti iudicis calculo humana gloriam, & honorem sibi ipsi tribuens, indignum se facit qui a iudice honoretur. Contra, si propter hoc solum operemur spirituale aliquod bonum, ut placeamus oculo illi soli, qui sopiri nescit, & cui nuda & aperta sunt omnia: & thesaurus noster inde praedabilis, & incorrupte retributiones, & suauis expectatio manebunt. Et hinc nobis multa consolatio erit, dum in promptuario, quod nemo diripere poterit, illa nobis salua custodit retributio: sequetur enim etiam ultro gloria humana, qua tunc multo uberius fruimur, quando eam despiciamus, quando eam non quarimus, quando eam non sectamur. Et quid miraris, si hoc eueniat his qui spirituales philosophos agunt, quum & hi qui huius mundi studia sectantur, hos maxime contemnant & despiciant, qui ab hominibus quaerunt gloriam: inueniuntque uulgo conuictis incelsi eos, qui humanae gloriae inhiant? Quid igitur miserius nobis, qui spirituales uideri uolumus, si similes illis fuerimus, celebrari ab hominibus cupientes, & si non suffecerit nobis laus a domino: sicut & Paulus dicit: Cuius gloria non ex hominibus, sed ex deo. Non uides dilecte, in Circensibus ludis, quomodo hi qui equos agitant, non aduertunt plausum populi conuidentis & celebrantis, neque ex plausu uoluptatem capiunt: sed ad unum solum spectant Imperatorem in medio sedentem, & ad nutum illius attendentes, totam multitudinem despiciunt: & tunc solum animo extolluntur, cum ille eos corronauerit. Hos igitur & tu imitatus non magni momenti facito hominum famam, neque propter eam exerceas uirtutem: sed a iusto iudice sententiam expecta, & ad illius nutum intentus esto. Sic omnem uitam tuam dispensa, ut & hic continuo bona spe pascaris, & illic aeternis fruiare bonis: quae ut nos omnes assequamur, faxit gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri & spiritui sancto sit gloria & imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Et dixit deus, Fiant luminaria in firmamento caeli ad illuminationem super terram, ut diuidat inter diem & inter noctem. Et sint in signa & in tempora, & in dies, & in annos. **Homilia VI**

Molo solitam tractare doctrinam, & moram traho ac recuso. Mentem enim meam confudit, & conturbauit superueniens tristitia nubes: imò non solum tristitia, sed & ira, ita ut nesciam quid faciendum: itaque mentem tenet magna haesitatio. Quonia cum cogito, quod omnem illam nostram doctrinam, & quotidianam admonitionem ad modicum diaboli flatu obliuioni tradideritis, & ad satanicam illam Circensium pompam omnes concurreritis: qua alacritate potero iterum de praedictis uos docere, quae tam statim animo exciderunt? Hoc enim est quod potissimum me contristat, & bilem mihi mouet, quod cum nostra admonitione, reuerentiam etiam

Luc. 18. c.

1. Theol. 1.



tiam etiam, quam sacrae Quadragesimae debetis, ex animo uestro simul eiecistis, uosque sic diaboli retibus inuoluistis. Quomodo quis queat, etiam cui saeuum cor, tantum contemptum non grauatim ferre? Pudet profecto ac piget, cum uideo nos frustra laborare, & in petra sementem facere. At mihi quidem, siue dicta mea auditis, siue audire contemnitis, merces mea integra erit. Nam omne quod meum est, facere non destitit: pecuniam dinumeravi, admonitiones adhibui: timeo autem, & anxius sum, ne hoc uobis ad maiorem accusationem cedat. Seruus enim, ait, qui scit uoluntatem domini sui, & non facit, uapulabit multis. Nul lum enim uobis ad ignorantiam erit refugium, dum nos quotidie insonamus, & ostendimus diabolicos laqueos: & magnam, si sobrius esse uoluerimus uirtutis facilitatem. An nescitis quod qui sic suam salutem negligunt, & aliquando huc ueniunt, aliquando autem in daemum retia se inijciunt, a scriptura diuina canibus assimilantur? Homo enim, inquit, qui conuertitur a peccato suo, & iterum in idipsum redit, similis est cani ad uomitum suum redeunti. Vides cui similes sunt, qui ad illicitum hoc spectaculum cucurrerunt? Non audistis Christum dicentem: Omnis qui audit sermones meos, & non facit eos, similis erit uiro stulto, qui aedificauit domum super arenam, & uenerunt flumina, & flauerunt uenti, & irruerunt in domum illam, & cecidit: & fuit ruina illius magna? At qui ad Circenses ierunt, illo longe deteriores facti sunt. Illius enim domus deiecta, sed post ualida impulsione: flumina enim & uentos tulit: quod dicit, non ut uentorum impetus & aquarum multitudines doceat, sed ut tentationum uolentiam insinuet: & ruinam domus, non ut sensibilem domum, imaginemur. De anima enim sermo est, quae grauibus afflictionibus deijcit, neque his resistere potest. Vos autem neque uentus inuasit, neque fluium perculerunt: sed tenuis modo quaedam aura diaboli spirauit, & omnes uos subuertit. Quid hac insipientia peius fuerit? Quae ieiunij utilitas, dic oro? Quod lucrū ex hac ce congregatione? Quis non & uos uestro nomine deploraret, & nos miseros diceret? Vos, inquam, qui omnia quae collegistis, simul effudistis: & ianuas mentis uestrae diabolo aperuistis, ut facilis ei aditus esset ad effundendas omnes uestras spirituales diuitias. Nos uero miseros, quod tam mortuis auribus concionamur, & tantam iacturam facimus: quotidie seminamus, & nullum percipere fructum possumus. Non enim hac sola de causa tam studiosi in dicendo sumus, ut aures uestras oblectemus, uel quod laudari a uobis cupiamus: nisi uerum uobis sit ex sermonibus nostris, satius fuerit posthac silere. Nollem enim uobis maioris damnationis causa fieri. Enim uero sicut negociator, cum multis mercibus & opibus congregatis nauem implerit, subito orta tempestate, & praeualente uentorum uolentia merca cum nauis nauem, sit omnibus miserabile spectaculum, nudus repente apparens, & post plurimas indicibus

lesque diuitias in extremam redactus egestatem: ita & uobiscum diabolus nunc egit. Nam quia inuenit nauem uestram multis spiritualibus diuitijs oneratam, & uidit grandem thesaurum, quem ex ieiunijs & continuis doctrinis colligere potuisset: quasi tempestate quapiam immissa, inutile & perniciosum illud equestre certamen dico, omnibus uos diuitijs spoliavit. Scio quod uehementiore increpatione uos, sed ignoscatis oro. Sic enim dolens anima solet. Neque enim ex inimico peccatore haec loquor, sed ex sollicita, uestrisq; amantissima anima. Propterea ex seueritate remitto aliquid: & quia ulcus serpens cohibui, charitatem uestram iterum bona spe animare uolo, ne desperetis, ne despondeatis animum. Non enim sicut in sensibilibus rebus, ita & hic usu uenit. Illic enim is qui ex diuitijs in extremam redactus fuerit inopiā, breui eas reparare nequit: hic autem per misericordiam dei (si modo condemnare facta nostra, & iam sistere ignauiam uoluerimus) poterimus statim ad pristinam abundantiam redire. Talis enim est dominus noster, tamque magnificus & liberalis. Vnde & clamat per Prophetam dicens: Nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur, & uiuat. Scio quod non stupidi estis, sentitis ruinam uestram. Non parua ad uirtutis reditum uia est, scire peccatorum magnitudinem. Iam ne quis mihi iterum diabolici illius erroris uerba afferat, dicens: Quid enim mali est, uidere currentes equos? Si uolueris prudenter omnia considerare quae ibi fiunt, inuenies nihil absque satanica operatione fieri. Non enim uidentur solum equi currentes, sed & clamores & blasphemiae, & multi intempestiui sermones audiuntur, & mulieres prostitutae in medium prodeunt, & spectantur molles & effeminati. Num parua tibi haec uidentur; & quae ad capiendas animas parum faciunt? Nam cum fortuito occursum deiciant, & supplantent; & in perditionis profundum saepe trahant non bene aduertentem: quid uerisimile est accidere illis, qui illuc ea de causa ueniunt, & oculos pascunt illicitis huiusmodi spectaculis, & inde perfecti adulteri discedunt? Misericors enim dominus noster, sciens naturam nostram impelli facilem; & daemones uersutam & uariam malitiam, longe nos praemunens & aegre illaqueabiles reddere uolens, legem hanc posuit, dicens: Qui inspicit mulierem ut concupiscat eam, iam adulteratus est eam in corde suo: adulterium consummatum uocando aspectum cum curiositate factum. Ne igitur dic ultra: Quid mali ex illa frequentatione? Istuc ipsum enim uidere equorum certamen sufficit ad inferenda animae damna. Nam cum in inutilia, & ea quae animae nihil conducunt, quin & damnosa sunt, tempus insumimus, & contendimus, & innumera uerba, & quae loqui non oportet, loquimur: quam habebimus ueniam? quam excusationem? Et hic quidem si paulo prolixius docemus, multi agrefecerunt, & pandiculantur, & infirmitatem corporis & defatigationem praetexunt, licet admittant: **1** **3** **tabile**

Exech. 18. g.

Matth. 5. b.

Chryf.

rabile huius templi tectum multum soletur, pro-
hibeatq; frigus, pluuias, & uentorū asperitatem:
illic uero, licet cōpluantur & a uentis uexentur,
& calore solis alio tempore afluant, non unam,
neq; duas tantum horas, sed bonam diei partem
uerfantur. Et neq; senex canos suos reueret, neq;
iuuenem pudet ad canorum irritamenta ire: sed
tanta est deceptio, ut cum uoluptate hęc esca ani-
marū admittatur. Nec cogitatur, damnosam hęc
uoluptatem breuem esse & temporariam, dolo-
rem uero perpetuum, & grauius accusaturā con-
scientiam. Video enim nunc aliquorum facies, &
coniecto qualis animae eorū status, quantaq; nūc
pœnitudine teneantur. Verum ne iterum in ea-
dem recidatis, neq; post tantam nostram admoni-
tionem iterum ad diabolicos illos cōfessus & spe-
ctacula curratis, necessariū est hęc testari. Neq;
enim semper expedit pharmaca lenia adhibere:
sed quando ulcus curationi resistit, oportet stypti-
ca & mordacia admouere, quō morbo occurrat-
ur citius. Sciunt igitur omnes his criminibus ob-
noxij, si post hanc nostram admonitionem in ea
negligentia manserint, non toleratos nos, sed
legibus ecclesiasticis usuros, & magna austerita-
te docturos, ne talia posthac negligant, neue tan-
to contemptu diuina audiant eloquia. Quamuis
hęc non de omnibus hic cōgregatis dico, sed de
reis. Omnibus quidem loquimur, sed suum audi-
tores quicq; remedium capiant. Reus quidem, ut
a delicto desistat, & non ultra progrediat, sed po-
steriore diligentia seipsum reuocet, & errata cor-
rigat: innoxius uero cautior fiat, ut ne capiatur,
& aliquando reus fiat. Cæterū ut per hęc uestræ
charitati persuadeamus, quōd amore studioq; ue-
stri is nostri animi fuerit dolor, & quōd multum
saluti uestræ timentes, ad hęc dicenda impulsū si-
mus: iterum ut uos bona spe foueamus, consueta
repetimus doctrinam, declarātes paternam,
quam erga uos gerimus beneuolentiam: sed oro
diligenter auscultate, ut maiore cum fructu do-
mum redire liceat. Operæpretium autem, ea quæ
nūc lecta charitati uestræ dicere. Dixit, inquit,
deus: Fiant luminaria in firmamento cœli ad illu-
minationem super terram, ut diuidāt inter diem
& inter noctem. Et sint in signa & in tempora, &
in dies, & in annos: & sint ad illuminationem in
firmamento cœli: ita ut luceant super terram. Et
factū est sic.] Postquam heri nos docuit beatus
Moses quomodo in formem terrā ornauerit uni-
uersi conditor, herbis & florum uarietate, & semi-
num germine: hodie sermonem ad ornatum cœli
uertit. Nam sicut terra ornatur per ea quæ ex ipsa
proueniunt, sic cœlum hoc uisibile clarius & ful-
gidius fecit, astrorū uarietate illud interpolans:
præsertim formatione duorum magnorum lumi-
narium, solis inquam & lunæ. Et fecit Deus, ait,
duo luminaria magna, luminare magnū in præfe-
cturas diei, & luminare minus in præfecturas no-
ctis, & stellis. Vides sapientiam opificis: dixit so-
lum, & productum est hoc admirabile elementū,

solem dico, Hoc enim uocat luminare magnum,
& dicit ipsum factum esse ut prælit diei. Sol enim
clariorem diem efficit, rutilans aureo suo iubare
& radijs, & quotidie speciem suam uige centem
ostendens: & simul atq; mane exortus fuerit, om-
ne hominum genus ad suorum operum studia
excitans. Huius formositatem declarans beatus
Dauid, inquit: Et ipse tanquam sponsus egrediens
de thalamo suo: exultabit ut gigas ad currendam
uiam. A summo cœlo egressus eius, & occursum
eius usq; ad summū cœli. Vides quomodo eius &
pulchritudinem, & in operando uelocitatem de-
clarauit: Quia ut dixit, A summo cœlo egres-
sus eius, & occursum eius usq; ad summum cœli:
significauit nobis, quomodo in uno rēporis mo-
mento per totum orbem discurret, & a finibus in
fines suos radios mittit, multū utilitatis præstans.
Nam non solum calefacit, sed & arefacit. Et non
solum arefacit, sed & adurit, multosq; alios & ua-
rios nobis usus præbet. Atq; adeo magnū est mi-
raculum elementum hoc, neq; est qui laudes eius
pro dignitate prædicauerit. Hęc autem dico, &
extollo sermone elementum: non ut in eo substi-
stas dilecte, sed inde ascendas, & in elementi opi-
ficem admirationē transferas. Nam quanto ma-
ius ostenditur elementū, tanto admirabilior opi-
fex eius apparet. Verum Gentiles admirantes &
obstupescentes tantum elementum, ulterius non
prospexerunt, neq; eius conditorem laudauerūt:
sed in elemento conuiescentes, ipsum pro deo
consecrauerunt: propterea & Paulus dicit: Et ue-
nerati sunt, colueruntq; creaturam magis quam
creatorem. Et quid insipientius illis, qui non po-
tuerunt ex creaturis agnoscere creatorem, sed in
tantum perueniunt errorem, ut creaturam & fa-
cturam in ordinem creatoris referrent: Quapro-
pter diuina quoq; scriptura præuidens propen-
sos ad errorem ignauos, docet nos, post tertium
diem hoc elementum esse conditum, postq; terra
omnigena femina protulit, & suum accepit orna-
tum: ut nulli posthac dicere liceat, quōd sine solis
cooperatione non absoluantur prouentus terræ.
Et idcirco monstrat tibi, antequam sol formaretur,
omnia fuisse complera, ut ne soli fructuū pro-
uentus adscribas, sed omnium opifici deo, qui di-
xit ab initio: Germinet terra herbam sceni. Quōd
si dixerint, quōd sol cōferat etiam aliquid ad fru-
ctuum maturitatem, neq; ego cōtra dico. Nam si-
cut si de agricola dicunt, quōd cooperet unā cum
terra: non ideo tribuo uniuersum agricolę, etiam
si sexcenties suum agat officium. Nisi enim is qui
suo mandato ab initio terram ad faciendos fru-
ctus idoneā fecit, ad hoc eam quoq; mouere uel-
let: nihil proficeretur laboribus. Similiter dico, qd
& si cum labore rustici cōspiret solis & lunæ ope-
ratio, & cœli temperies, neq; sic quicquam profi-
cient, nisi superne dextra domini adiuuerit. Vo-
lente igitur manu hac ualida, etiam elementa plu-
rimum conferunt. Hęc bene tenete memoria, &
compscrite eos qui adhuc errare uolunt, neq; fir-
mitate

stinate ut creatoris honore creatura concedatur. A
Eapropter & diuina scriptura non solum pulchri-
tudinem eius & magnitudinem, & utilitatē osten-
dit, dicendo: Sicut sponsus: & Exultabit sicut gi-
gas ad currendam uiam: sed & imbecillitatem &
uanitatem. Audi em̄, quid alibi dicat: Quid sole
lucidius: & hic deficit. Ne te decipiat, inquit, spe-
ctaculum. Nam si uoluerit conditor ei imperare:
quali nunquam fuerit, ita dispabit. Hęc si con-
siderassent Gentiles, haudquaq; in tantū incidis-
sent errorem, sed uidissent bene, quōd ex creatu-
rarum contemplatione cōueniat ad creatorem se
cōferre. Propter hoc & quarto die solem fecit, ne
putes illum diei autorem. Nam quod de seminis
a nobis dictū est, hoc & de die licet dicere, quōd
fuerunt tres dies ante solis formationem. Voluit
autem dñs & per hoc elementū clariorem diei lu-
cem fieri: id quod & de minori luminari, hoc est
de luna, dixerimus: factę em̄ sunt tres noctes ante
eius formationem: attamen & hęc producta surā
affert utilitatem: dissipat enim noctis tenebras, &
fermē (ut ita dicam) eadem quæ sol ipse facit. Sol
enim ordinatus est ad hoc ut prælit diei, luna autē
ut prælit nocti. Quid est, in præfecturas diei, & in
præfecturas noctis? Hoc est, ut sol diē suis radijs
clariorem reddat: luna autē ut dispellat tenebras,
& hominum generi lumine suo præbeat cōmodi-
tates utendi suis studijs. Tunc enim uiator fiden-
tius iter facit, & nauta nauim regit, & mare tran-
sit, & suum quicq; studium metu posito aggredit.
Deinde postquam docuit nos horū luminarium
utilitatē, inquit: Et stellis, & posuit deus illas in
firmamento cœli, ita ut luceāt super terrā, & præ-
sint diei ac nocti, & separent inter lucem & tene-
bras.] Animaduerte hic quātum & istarū usum
nobis declarauit. Posuit illas, inqt, in firmamēto
cœli. Quid est, posuit: Nunquid quasi diceret ali-
quis, fixit: Ablit. Videmus enim ipsas unico tem-
poris momento magnum transire spatiū, & nun-
quam in uno loco stare, sed suum, quem illis do-
minus præcepit, cursum perficere. Quid igit est,
posuit: id est imperauit ut ipsæ essent in cœlo. Ete-
nim hoc ex processu scripture licebit uidere, quia
alibi dicit, Posuit deus Adā in paradiso: nō quōd
infixerit eum paradiso, sed quōd præcepit ut esset
in paradiso. Similiter & de stellis quispiam dixe-
rit, quōd imperauit eis ut sint in firmamēto cœli,
& suum lumen super terram emittant. Animad-
uerte (obsecro) dilecte, an nō omnibus pratis &
hortis iucundius sit spectare in media nocte cœ-
lum stellarū uarietate quasi floribus quibusdam
uariogatum & ornatum, multum lucis super ter-
ram effundere: nam & in hoc ordinatae sunt, lu-
cere super terrā, & præesse diei & nocti, quod ge-
neraliter & de magnis luminarijs dictum est.
Nam postquā docuit nos, quomodo formata fue-
rint duo lumina magna, & de stellis omnibus in
genere dicit: Et ut præsent diei ac nocti, & distin-
guerent inter lucē & tenebras, Entm̄ uero sicut in

terdiu stellæ in cœlo non uidentur discurrere: il-
larum enim usum lumen solis multa claritate ob-
tegit: ita neq; noctu sol apparet, sufficiente luna
suo lumine ad illustrandas noctis tenebras. Itaq;
elementa quæq; intra suos terminos manent, &
nunquam suam mensuram transgrediuntur: sed
dispositionē & ordinem domini custodiunt, suū
opus faciēdo. Jam quid memorem, & alia omnia,
quæ horum luminarium & stellarum usus huma-
no generi cōfert? Sint, inquit, in signa & in tem-
pora, & in dies, & in annos.] Quid est, in signa,
& in tempora, & in dies, & in annos? Docere nos
uult diuina scriptura, quōd horum cursus scien-
tiam nobis concedit temporum & uicissitudinis
uersionum, numerum dierum, anni curriculum.
Et ex his possumus dignoscere omnia. Etenim gu-
bernator ad horum cursum spectans, & in cœ-
lum intentus diligenterq; discens omnia, nauiga-
tionem aggreditur, maria transit, & in densissi-
ma nocte, uisa stella nauim dirigere, & sua arte sa-
lutem nauigantibus dare solet. Sic & agricola ex
illis discit, & uidet quando cōgruit ut semina ter-
ræ cōmittat, quando terrā pascinet ac aret, quan-
do falcem acuat ut fruges demetat. Et in summa,
non paucas uitæ huius cōmoditates, temporum
scientia, dierum numerus, & anni circulus, adfe-
runt: neq; est, qui recensere singulas possit: ex pau-
cis tamen, quantus eorū sit usus, cōiectandū est:
& cum admirati fuerimus creaturas, earū opifex
quoq; adorāndus est, celebrādaq; ineffabilis illius
misericordia, quā humano generi cōtulit. Quip-
pe propter nihil aliud hęc omnia produxit, qd pro-
pter hominē, quē nō multo post quasi regē et prin-
cipē omnibus a se cōditis præfecturus erat. Et ui-
dit, ait, deus qd esset bonū.] Vide qd singulis dieb.
ostēdit diuina scriptura, deo placere creaturas, ut
omnem amputet occasionē eorum, qui accusare
audent quæ ab illo sunt facta: & quia huius gratia
unoquoq; die scriptura diuina hoc assignat, per-
spicū est: sufficiebat alioqui de omnib. creaturis
semel dicere, qd omnia quæcumq; fecit, sunt bona
ualde: sed sciens quanta sit mentū nostrarū infir-
mitas, particulatim hoc facit, ut discas qd sapiētia
quadā omnipotenti, & misericordia inenarrabili
producta sint omnia. Et factū est uesperum, &
factum est mane dies quartus.] Postquam absol-
uit ornatū cœli, & stellis illud decorū fecit, duoq;
luminaria magna produxit, finem diei imposuit,
& dixit: Et factū est uesperum, & factū est mane
dies quartus, Vide quōd & hoc per singulos dies
cōmemorat, diuinas doctrinas frequenti admo-
nitione nos insingere uolēs. Hęc igit omnia bene
commendemus memoriæ, scribentes ea in latitu-
dine cordis, quōd omni negligentia excussa, & nos
sana teneamus dogmata, & Gentili errore præ-
occupatos omni mansuetudine doceamus, ne or-
dinē confundant, neq; relicto creatore creaturas
adorent, quæ ob nostrā incolumitatē & utilitatē
factæ sunt. Et si id quod doces male habeat Gen-
tiles

tiles, tu tamen clara uoce clama, quod propter A
humanū genus omnia hæc facta sunt. Opulentis-
simus enim opifex nullo istorū opus habet: sed ut
erga nos suam benignitatem ostendat, hæc om-
nia produxit, monstrans quanti faciat humanum
genus, & ut his manu ducti, ad cōuenientem sibi
adorationem ascendamus. Quantæ enim stulti-
tiæ est, procidere ante pulchras creaturas, & eis
assidere, & non sustollere oculum ad illum qui
eas produxit, nec credere Paulo dicenti: Inuisibi-
lia illius ex creatione mundi per opera intellecta
peruidentur. Quid ais homo? Cum uideris cœ-
lum, admiraris eius formositatem, astrorum ua-
rietatem, claritatis eminentiam: ne ibi subsistas,
sed ad opificem ipsum extende mentem. Obstu-
pescere te facit solis lux, & admiraris eius multi-
plicem usum: & quia uides radios illustrâtes tuos
oculos, suspicis elemēti pulchritudinem: sed neq;
hic subsistas. Quia si factura tam admirabilis est,
& supra omnium opinionem & intellectum; quan-
tus est qui ipsam solo uerbo & præcepto produ-
xit? Id ipsum & de terra tecum considera, quan-
do uides eam floribus ornari, & sicut ueste uario
herbarum germine undiq; tegi: ne adscribas po-
tentia terræ ea quæ ex ipsa nascuntur, neq; solis
cooperationi, uel lunæ: sed cordatè cogita, quod
ante illorum creationem dixerit tantummodo,
producat terra herbam foeni: & mox omnis ter-
ræ facies nitida facta est. Si hæc singulis diebus
nobiscum uerfaremus, & ipsi grati essemus, & do-
mino ut crederet, imò ut nostræ uires paterentur
gloriam daremus. Glorificabimus autem eum,
non per hoc solum, sed & per optimam uitam, si
non in eadem peccata recidamus, sed longū ua-
lere dicamus diabolicis illusionibus, si diligent-
dei uerborum attentione multoq; studio & con-
tinua confessione supernam curam nobis conci-
liemus. Sufficit enim illi ob magnam suam mise-
ricordiam, ut desistamus a peccatis. Si enim hoc
ualuerimus, facile & honorū operum actionem
aggrediemur. Ne quis, obsecro, postea in Circē
sibus appareat, ne quis in conuenticulis in tem-
pore diei partem infumat: ne quis talorum ludo,
& clamori qui inde oritur, posthac se admisceat.
Quæ enim utilitas ieiunij, dic obsecro, si toto die
impastus perdures, ludis autem & nugis, sæpe
etiam periturijs & blasphemijs occupatus diē per-
das? Ne ita negligentes simus, obsecro, in nostra
ipsorū salute: quin potius sermo noster sit de spiri-
tualibus. Et librum diuinum accipiat aliquis in
manus: conuocatisq; proximis per diuina elo-
quia riget & suam, & eorum qui adsunt mentem:
ut sic diabolicas insidias effugere ualeamus, &
multos percipere ieiunij fructus, & frui miseri-
cordia dei. Quod ut nobis prestetur, oremus, gra-
tia & miserationibus unigeniti filij eius, cum quo
patri & spiritui sancto sit gloria, imperium,
honor nūc, & semper, & in secula
seculorum, Amen.

Rom. 1.4

Et dixit deus, Educant aquæ reptilia ani-
marum uiuentium, & uolatilia uolantia
super terram secundum firmamentū cœ-
li. Et factum est sic. Et fecit Deus cete ma-
gna, & omnem animam animalium repti-
lium, quæ prodixerunt aquæ secundum
genera sua. Et uidit Deus quod esset bo-
num, & ait. Homilia VII



MEri eos, qui ad equestris ludj specta-
culum abierūt, satis perstrinximus,
demonstrata eis iacturā, quam fece-
runt, magnitudine: nempe quod spi-
ritualium thesaurum ex ieiunio colle-
ctum, simul effuderunt, & ex magna abundantia
in extremam inopiam subito seipos coniecerunt.
Age, leniore hodie utamur remedio, & illorū spi-
ritualia uulnera, quasi membra nostra essent, ob-
ligemus: quia & heri asperiora medicamina im-
posuimus, non ut quæ contristare & affligere ueli-
mus, sed ut uehementia uulnus ipsum attingere
possemus. Etenim & medici & patres sic facere
consueuerunt. Medici enim primū apponunt ca-
taplasmata magis efficacia: & dein rupto ulcere,
ea quæ leniunt: patres quoq; cum uiderint filios
suos incompositis moribus, primum grauiores
castigationes, atq; ita demū monita & præcepta
adhibent. Hoc modo & nos, quamuis heri ue-
hementiori sermone usi fuerimus, hodie tamen
blandius uobis loquemur, & sicut nostra ipso-
rum membra curabimus. Nam ut profectus uester
maior loquendi fidutiam nobis conciliat:
& spiritualis noster thesaurus est, uidere uos spi-
ritualibus esse deditis, & uirtutibus spectabiles,
& ab his quæ nocere ualent, cauentes: sic quan-
do uidemus uos supplantari, & diabolicis illu-
sionibus seduci & subijci, mœstitia implemur,
& confusio quadam, ut sic dicam, animam no-
stram deijcit. Iuxta beatum enim Paulum: Tunc
uiuimus, si uos statis in domino. Igitur ut perfe-
cti & repleti intellectu, sic eorum quæ retro sunt
obliuiscamini, ut ad ea quæ ante uos sunt, enita-
mini. Et fœdera quæ cum Christo inijsitis, renoua-
ta, stabilia & inuiolata posthac custodite: & pru-
denter excluso diabolicis machinationibus adi-
tu, subsequente studio inscriptam uobis desidia
maculam abstergite. Vincite, oro, prauam & per-
niciosam consuetudinem: & cogitate, quod non
hoc solum graue est, quod qui illo confluunt, sibi
damnū adsciscunt, sed & quod multis alijs scanda-
lo sunt. Quippe Gētilis & Iudæi uidētes eos qui
quotidie in templo uersantur, & doctrinas audi-
unt, simul ibi comparere, & sibi cōmisceri: quo-
modo res nostras pro deceptionibus non habe-
bunt, & non idem de omnibus nobis suspicabun-
tur? An nō audis beatum Paulum admonentem
& consulentem clara uoce, Absque offendiculo
estote: Deinde, ne putes de nostris tantum admo-
nere, subdidit: Et Iudæis & Gentibus. Et tandem
adijcit

Rom. 14

41
adijcit: Et ecclesia dei. Nihil enim ita offendit & A
nocet religioni nostræ, ut scandali ansam præbe-
re infidelibus. Nam quando uident aliquos è no-
stris uirtute conspicuos, huius uitæ negotia & cur-
ras è sublimi cōtemnere: multos ex ipsis male ha-
bet: pleriq; admirant & obstupescunt, quod cum
eiusdem naturæ nobiscum sint, non concedan-
tur ipsis eadem. Deniq; quando uident paruū ali-
quod delictum nostrorum, statim linguam exa-
cunt simul contra nos omnes, & ex unius deli-
cto totam Christianorum gentem iudicant. Ne-
que hoc contenti sunt, sed statim aduersus caput
suum loquentes, ob feruorum delicta etiam com-
munem dominum blasphemare audent, & putāt
uelamenta eorum suorum esse aliorum desidi-
am. Quod autē hoc maxime periculosum sit his
qui blasphemiam occasionem præbent, audiamus
Prophetam clamantem, & ex persona dei dicen-
tem: Væ uobis, quia propter uos nomen meum
blasphematur in gentibus. Terribile hoc uerbum
est, & horrore plenum. Væ enim hoc est quasi la-
mentantis supplicium illud non euasuros. Porro
sicut hos qui per suam negligentiam causam illis
præbent blasphemiam, tanta poena manet ac con-
demnatio: ita ediuerso uirtutum studiosis fit mul-
tarum coronarum materia: quod docens Chris-
stus dicebat, Luceat lux uestra coram homini-
bus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent
patrem uestrum qui in cœlis est. Nam quemad-
modum illi delictis aliquorum offensi, linguam
acurrunt contra dominum nostrum: sic, inquit, si
uirtutem exercueritis, uidentem uos homines, nō
uos tantum laudabunt: sed cum uiderint opera
uestra lucentia, & facies uestras illustrantia, ad
glorificandum patrem uestrum in cœlis prorumpent.
cumq; hoc ab illis fit, rursus nostræ retribu-
tiones augebuntur, & multa nobis bona conce-
det deus, eò quod ab illis laudatur. Eos enim qui
me glorificant, ait, glorificabo. Omnia igitur fa-
ciamus dilecti, ut glorificetur dominus noster, et
nulli simus offendiculi occasio. Id quod perpe-
tuo nos docet magister orbis beatus Paulus inte-
rim sic dicens: Si cibus offendit fratrem meum,
nunquam in æternum carnem comedam, & ite-
rum in alio loco inquit: Sic autē peccantes in fra-
tres, & percutientes infirmam eorum conscien-
tiam, in Christū peccatis. Minæ illæ austeræ sunt,
& magnam secum condemnationē afferunt. Di-
cere enim uult: Ne opineris, quod damnus hoc
ad illum qui offenditur solum pertineat, transit
etiam ad Christum ipsum, qui propter illum cru-
cifixus est. Igitur si dominus tuus propter illum
crucifigi non detrectauit, non tu omnia feres, ne
quam scandalum occasionem illi præbeas? Hoc
ubiq; inuenies illum discipulis cōsiliū dare. Hoc
enim est quod uitam nostram conseruat, propte-
rea & alibi scribēs dicebat: Nec quæ sua sunt spe-
ctent singuli, sed quæ aliorum. Et iterum alio lo-
co: Omnia mihi licent, sed non omnia ædificant.
Vides apostolicam sapientiam? Etiā si liceat, in-

1. Cor. 5.2

1. Cor. 5.2

1. Cor. 8.2

1. Cor. 8.2

1. Cor. 8.2

1. Cor. 10.2

quit, mihi aliquid facere, nihilq; hinc mihi damni
accedat: tamen quia hoc non facit ad proximū
ædificationem, nequaquā hoc fieri sinam. Vides
animā suauiter nos amantem, quomodo nusquā
quod suum est querit, sed omnibus modis ostendit,
uirtutum longè maximam esse, magnam cura
gerere quomodo proximus ædificet? Hæc
obsecro omnia sciētes obseruemus, caueamusq;
ab his, quæ spirituales uirtutum thesaurū offen-
dere possunt: & nihil unquam faciamus, quo in-
commodetur proximo. Hoc enim & peccatum
auget, & grauius nobis adducit supplicium. Neq;
ut rem paruam cōtemnamus, frigida hæc uerba
dicentes: Quid mea refert, si ille uel ille offenda-
tur? Dic, obsecro, quid dicis: quid tua refert? Sic
tuam fulgere uitam præcepit Christus, ut non so-
lum uidentibus te sis admirationi, sed ut & domi-
nus tuus glorificetur: tu uero omnino contrariū
agis, & pro gloria dei blasphemias introduci fa-
cis, & hoc cōtemnis: Hoccine fuerit animæ piæ,
legēsq; diuinas scientis? Cæterum qui prius hæc
per malam consuetudinem dicere solitus fuit, su-
scepra nunc admonitione hac, desistat oro ab il-
licitis huiuscemodi sermonibus: & sic omnia fa-
cere studeat, ut neq; ab oculo qui nunquam sopi-
tur, neq; a conscientia sua condemnentur: neq; eos
qui se uident, in blasphemias aduersus dominum
inducat. Quod si hac obseruatione dispensabi-
mus ea quæ nostra sunt, multa fruemur & apud
dominū misericordia, & diaboli insidias effugie-
mus. Videns enim nos ita sobrios & uigiles, & cō-
gitans se operam perdere, abscedet & occultabi-
tur. Sed sat fuerit proceriorum. Age charitati ue-
stræ propositis his quæ lecta sunt, spirituale con-
uiuium apparemus: ut & hodie aliquid discamus,
quod beatus Moses, imò spiritus sanctus
per eius linguam docere nos uult. Itaq; quid di-
cit? Et dixit Deus: Educant aquæ reptilia ani-
marum uiuentium, & uolatilia uolantia super ter-
ram secundum firmamentum cœli. Et factum est
sic. Vide humanitatem domini, quomodo ordi-
dine quodam & consequentia omne opificium
suum nos docet. Prius docuit nos, quomodo ad
fructuum prouentus suo mandato terram idole-
neam fecerit: postea, ubi docuit duorum lumi-
narium formationem, apposuit & stellarum ua-
rietatem, per quas cœli pulchritudo facta est cla-
rior: hodie consequenter ad aquas transit, & o-
stendit nobis, sermone & præcepto suo ex aquis
ipsis animata animalia prodijisse. Educant enim,
ait, aquæ reptilia animarum uiuentium, & uo-
latilia uolantia super terrā secundum firmamen-
tum cœli. Obsecro, quis sermo miraculi digni-
tatem potest assequi? Quæ lingua ad opificis præ-
conia sufficet? Dixit tantum, Germinet terræ:
& statim illam parturire fecit. Nunc dicit: Edu-
cant aquæ. Vide quā consonant præcepta? Il-
lic, Germinet: hic, educant aquæ, inquit, repti-
lia animarum uiuentium. Nam sicut de terra di-
xit solum, Germinet: & uaria statim ac mul-
tiplex

quit, mihi aliquid facere, nihilq; hinc mihi damni
accedat: tamen quia hoc non facit ad proximū
ædificationem, nequaquā hoc fieri sinam. Vides
animā suauiter nos amantem, quomodo nusquā
quod suum est querit, sed omnibus modis ostendit,
uirtutum longè maximam esse, magnam cura
gerere quomodo proximus ædificet? Hæc
obsecro omnia sciētes obseruemus, caueamusq;
ab his, quæ spirituales uirtutum thesaurū offen-
dere possunt: & nihil unquam faciamus, quo in-
commodetur proximo. Hoc enim & peccatum
auget, & grauius nobis adducit supplicium. Neq;
ut rem paruam cōtemnamus, frigida hæc uerba
dicentes: Quid mea refert, si ille uel ille offenda-
tur? Dic, obsecro, quid dicis: quid tua refert? Sic
tuam fulgere uitam præcepit Christus, ut non so-
lum uidentibus te sis admirationi, sed ut & domi-
nus tuus glorificetur: tu uero omnino contrariū
agis, & pro gloria dei blasphemias introduci fa-
cis, & hoc cōtemnis: Hoccine fuerit animæ piæ,
legēsq; diuinas scientis? Cæterum qui prius hæc
per malam consuetudinem dicere solitus fuit, su-
scepra nunc admonitione hac, desistat oro ab il-
licitis huiuscemodi sermonibus: & sic omnia fa-
cere studeat, ut neq; ab oculo qui nunquam sopi-
tur, neq; a conscientia sua condemnentur: neq; eos
qui se uident, in blasphemias aduersus dominum
inducat. Quod si hac obseruatione dispensabi-
mus ea quæ nostra sunt, multa fruemur & apud
dominū misericordia, & diaboli insidias effugie-
mus. Videns enim nos ita sobrios & uigiles, & cō-
gitans se operam perdere, abscedet & occultabi-
tur. Sed sat fuerit proceriorum. Age charitati ue-
stræ propositis his quæ lecta sunt, spirituale con-
uiuium apparemus: ut & hodie aliquid discamus,
quod beatus Moses, imò spiritus sanctus
per eius linguam docere nos uult. Itaq; quid di-
cit? Et dixit Deus: Educant aquæ reptilia ani-
marum uiuentium, & uolatilia uolantia super ter-
ram secundum firmamentum cœli. Et factum est
sic. Vide humanitatem domini, quomodo ordi-
dine quodam & consequentia omne opificium
suum nos docet. Prius docuit nos, quomodo ad
fructuum prouentus suo mandato terram idole-
neam fecerit: postea, ubi docuit duorum lumi-
narium formationem, apposuit & stellarum ua-
rietatem, per quas cœli pulchritudo facta est cla-
rior: hodie consequenter ad aquas transit, & o-
stendit nobis, sermone & præcepto suo ex aquis
ipsis animata animalia prodijisse. Educant enim,
ait, aquæ reptilia animarum uiuentium, & uo-
latilia uolantia super terrā secundum firmamen-
tum cœli. Obsecro, quis sermo miraculi digni-
tatem potest assequi? Quæ lingua ad opificis præ-
conia sufficet? Dixit tantum, Germinet terræ:
& statim illam parturire fecit. Nunc dicit: Edu-
cant aquæ. Vide quā consonant præcepta? Il-
lic, Germinet: hic, educant aquæ, inquit, repti-
lia animarum uiuentium. Nam sicut de terra di-
xit solum, Germinet: & uaria statim ac mul-
tiplex

triplex florum, herbarum & seminum apparuit copia, unoque sermone producta sunt omnia: sic & hic dixit, Educant aquae reptilia animarum uiuentium, & uolatilia uolantia super terram secundum firmamentum caeli: & continuo tot reptilium uolatiliumque genera condita sunt, quot neque sermone recenseri possunt. Et uerbum quidem breue est, & uerbum unum, genera autem animalium diuersa & uaria. Sed nulla te admiratio teneat dilecte. Verbum enim erat dei, & sermo ipsius his quae fiebant substantiam largitus est. Vides quomodo omnia ex nihilo, ut essent producta sunt? Vides quam diligenter docet? Vides quanta se a temperatione ad nostram usque humilitatem dominus demittit? Unde enim nos haec tam accurate discere potuissimus, nisi ipse magna & ineffabili misericordia sua humanum genus per prophetam linguam docere dignatus esset: ut scire possimus & factorum ordinem, & factoris potentiam, & quomodo sermo suus effecerit opus, et uerbum suum substantiam, & essentiae ingressum praebuerit. Verum sunt insensati nonnulli, qui & post tantam doctrinam discredere non formidant: fatenturque nolunt, esse aliquem istorum inuisibilem opificem: sed fabulantur, fortuito ea & per se esse, & ferri. Alij uero ex praecae materia esse facta contendunt. Considera quanta diaboli illusio, quomodo abusus est facili erroribus seruientium credulitate. Eapropter beatus Moses, spiritu diuino afflatus, tanta diligentia nos docet, & haec auribus inculcat, ne idem & nobis eueniat: sed sciamus manifeste & creaturarum ordinem, & quomodo creatae sint. Nisi enim nostrae salutis curam habuisset deus, & ita direxisset prophetam linguam: satis erat dixisse, Fecit deus caelum & terram, & mare, & animantia: neque posuisset ordinem dierum, & quid primo, & quid secundo factum fuerit. Sed ut ingratis & male sentientibus nulla relinqueretur excusatio, ita distinguit manifeste & factorum ordinem, & dierum numerum: & omnia nos docet tanta mansuetudine, ut cognita omni ueritate, non ultra erroribus implicemur, loquentes quae ipsi excogitamus: sed sciamus conditoris nostri inenarrabilem potentiam. Et factum est, inquit, sic. Dixit: Educant aquae reptilia animarum uiuentium, & uolatilia uolantia super terram secundum firmamentum caeli. Et obtemperauit elementum, & impleuit praecceptum. Et factum est, inquit, sic ut imperauit dominus. Et fecit deus cetera magna, & omnem animam animalium reptilium, quae prodixerunt aquae iuxta genera sua, & omne uolatile pennatum secundum genus. Et uidit deus, quod bona. Benedixitque ea deus dicens: Crescite & multiplicamini, & implete aquas quae in pelagis: & uolatilia multiplicentur super terram. Iterum uide hic, obsecro, quanta sapientia spiritus: quia ut dixit beatus Moses, quod factum est sic, docet nos particulatim, addens & dicens: Et fecit deus cetera magna, & omnem animam animalium reptilium, quae prodixerunt aquae

secundum genera sua, & omne uolatile pennatum iuxta genus. Et uidit deus quod bona. Hic denuo temeritatem omnia absque ratione blaterantium comprimit. Nam ut nullus dicere possit, cuius gratia cetera facta sunt? quae nobis utilitatem conferunt? quid commodi ex eorum creatione? idcirco postquam dixit, Fecit deus cetera magna, & omnem animam animalium reptilium & uolatilia: statim addidit, Et uidit deus quod bona. Quasi diceret: Non enim quia tu rationem ignoras factorum, accusandae sunt creaturae. Audisti dominum laudantem sententia sua, & dicentem quod bona sunt: & quomodo tu infans dicere audes, quare factae sunt, quasi deum ob suum officium accusans? Nam si cordatus esses, posses etiam ex horum creatione, & potentiam domini, & ineffabilem misericordiam addiscere: potestiam quidem, quia sermone & praeccepto ex aquis talia animantia produci fecit: misericordiam autem, quia ut ea produxit, propriam eis regionem attribuit, in nauigabilem maris partem illis decernens, ita ut nemini possint nocere: sed uersentur in mari, & sui spectaculo supereminentem opificis potentiam doceant, nullumque humano generi damnum inferant. An paruam putas misericordiae partem, geminam tibi utilitatem hinc exoriri? Etenim sapere uolentes, ad dei notitiam introducunt, & admirari faciunt misericordiae eius magnitudinem: quod ab eorum nocentis humanum genus liberauit. Neque enim ob nostram duntaxat utilitatem ea omnia facta sunt, sed & ob immensam ipsius magnificentiam. Alia enim propter nostram utilitatem fecit, alia propter suam magnificentiam, ut magis factoris praediceretur potentia. Audito itaque, quod deus uidit quia bona: ne aulis ultra diuinae scripturae obmurmurare, & curiosus inquirere, & dicere: Quare deus hoc uel illud fecit? Et benedixit illa deus, inquit, & dixit: Crescite & multiplicamini, & implete aquas, quae in pelagis: & uolatilia multiplicentur super terram. Ipsa benedictio est, in magno numero & multitudine illa augeri & multiplicari. Nam quia animatae creaturae erant animalia, uolebatque illa perpetuo esse, ideo subdidit: Et benedixit illa deus, Crescite & multiplicamini. Verbum enim illud usque in praesentem diem illa conseruat, & tantum praeterijt tempus, neque unum horum genus imminutum est. Nam benedictio dei, & uerbum quod dicebat, Crescite & multiplicamini: ut subsisterent & durarent, illis contulit. Et factum est, inquit, uesperum, & factum est mane, dies quintus. Vides quomodo diuina scriptura docuit nos, quae & die quinto facta sunt animantia: parumper expecta, & iterum uidebis domini tui misericordiam. Neque enim aquas solum animalium productione fecundae fecit, sed ex terra denuo praecipit ut terrestria producantur animalia. Neque enim absurdum hodie attingere ea: quae die sexto sunt facta. Et dixit, inquit, deus: Producat terra animam uiuentem secundum genus, quadrupes, & reptilia, & bestias super terram

terram: & pecora secundum genus, & omnia reptilia terrae, secundum genus. Et factum est sic. Vide quomodo & terra iterum duplicem nobis affert fructum, & madatae dominico ministrat. Tunc quidem seminum & debet germina: nunc autem animata animalia, quadrupedia & reptilia, pecora & feras. Ecce uerum est quod dixit, quod non omnia propter nostram utilitatem produxerit, sed & propter suam magnificentiam: ut uidentes copiam & multitudinem creaturarum, opificis uirtutem obstupescamus, & sciamus sapientia quadam, & misericordia inenarrabili, propter futurum hominem omnia esse producta. Et fecit, inquit, Deus bestias terrae secundum genus suum, & pecora secundum genus suum, & omnia reptilia terrae secundum genus suum. Et uidit deus quod bona. Vbi nunc sunt qui dicere audent: Quare fere, quare reptilia creata sunt? Audiant diuinam scripturam dicentem: Et uidit deus quod bona. Dic, obsecro, ipse qui creauit, laudat facta: & tu audes reprehendere? Quanta hoc fuerit infaniam? Quia & in seminibus, & in plantis non solum fructuosas arbores, sed & syluestres & steriles: & non solum inutiles herbas, sed & incognitas nobis profert, saepe etiam nocuas. Sed propterea non sunt arguendae creaturae. Neque enim temere, neque inuani formatae sunt. Sane neque laudem apud conditorem inuenissent, nisi ad utilitatem aliquam conditae essent. Itaque sicut in arboribus non omnes fructuosae, sed & infructuosae multae: attamen illae ipsae non minorem nobis quam fructuosae utilitatem, eamque admirabilem, & quieti nostrae seruientem conferunt. Etenim ex ipsis aedificia, & multa alia ad quietem nostram pertinentia fabricamus. Et omnino nihil quod non ratione aliqua formatum est, etiam humanae naturae omnia illa exacte scire possibile non sit. Proinde sicut in arboribus, ita & in animalibus: alia quidem ad cibum nostrum pertinent, alia ad ministerium. Ferarum item & reptilium genera non minorem nobis praestant utilitatem. Et si quis uellet sapienter cognoscere, inueniet etiam nunc, cum principatu eorum ob primi parentis inobedientiam priuati sumus, magnam ex illis nobis utilitatem provenire. Multa enim inde colligunt medici, quae ad nostrorum corporum medicinam & sanitatem conducunt. Alioquin etiam quid nocenti ex ferarum productione, quando sicut domestica animalia, sub potestate futura erant hominis, non multo post formandi? Hoc enim nunc dico, ut discas omnium domini supereminentem misericordiam, quam erga nostrum genus declarat. Postquam enim expandit caelum, extendit terram, condidit firmamentum, ut quasi interstitium aliquod diuisionem inter aquas & aquas faceret: & deinde ut iussit aquarum fieri congregationes, eas mare appellauit: aridam autem terram, quam seminum herbarumque prouentu ornauit. Indeque transit ad duorum magnorum luminarium formationem, & stellarum uarietatem, quibus pulchritudinem caeli

decentiorem reddidit. Postea autem productis aquatilibus animantibus, & uolatilibus, quae uolarent super terram secundum firmamentum caeli: & impleto quinque dierum numero: quonia oportebat & terrestria animalia formari: imperauit ut & ipsa aederentur, & quae ad cibum, & quae ad ministerium conducibilia, & ferae, & reptilia. Denique ubi omnia suo ornatu excoluit, & conuenienti ordine uisibilia disposuit, & mensam largam instruxit, uarijs & omnigenis refertam edulis: & palatium, ut ita dicam, extruxit, unde quae supra & infra uarijs modis splendidum: tum demum fructurum his omnibus format. cui uisibilem omnium potestatem tradat: & ostendit quanto dignius ceteris omnibus animal formet, quandoquidem praecipit, omnia quae fiebant sub illius esse imperio & potestate. Verum ne prolixior fiat sermo, his contenti dictis, in sequentem diem reponamus ea quae pertinent ad formationem admirabilis huius animalis, rationalis & animati, hominem dico: nunc consuetam admonitionem adhibentes, ita ut ne dictorum memoria elabatur: sed per omnia uisibilia ad glorificandum dominum nos ipsos excitemus. Quod autem ad eum pertinere, & creaturarum omnium rationem comprehendere non possumus, ne sit nobis incredulitatis occasio, sed potius glorificationis incitabulum. Quando enim deficit ratio, & mens non est capax, cogita quam magnus est dominus tuus, quanta eius uirtus, cum neque rationem eorum quae ab illo facta sunt, scire queamus. Hoc fuerit grati animi, & sobriae mentis. Quoniam & Gentiles sic errauerunt: suis enim cogitationibus omnia permittentes, & ad imbecillitatem naturae suae non respicientes: sed quae ultra captum suum imaginantes, & limitum suorum fines egredientes, etiam a sua dignitate exciderunt. Nam qui ratione insigniti, primatum acceperant praefactoris creaturisque omnibus, utpote omnibus uisibilibus digniores: hi in tantam absurditatem deducti sunt, ut canes, & simias, & crocodilos, & foediora adorarent. Et quid dico bruta animalia? Multi eorum in tantum stuporem & amentiam inciderunt, ut & cepe, & allia, & his uisiora colant. Propterea propheta illos designans, inquit: Comparatus est iumentis insipientibus, & similibus factus est illis. Qui ratione, inquit, insignitus est, & tanta sapientia praeditus, is brutis factus est similis, forte & deterior. Illa enim, utpote irrationabilia, nullis poenis obnoxia sunt. Qui autem ratione pollet, & in illorum inciderit absurditatem, merito poenas luit, ingratus existens post tot beneficia. Hinc denique & lapides & ligna deos appellauerunt, & haec inuisibilia elementa deos dixerunt: quia mox ut semel a recta uia aberrauerunt, in praecipitium iuerunt, & in malitiae profundum inciderunt. Veruntamen nos neque sic de salute illorum desperemus, sed afferentes doctrinas nostras, cum omni longanimitate & alacritate illis loquamur: monstrantes tum rei absurditatem

Psal. 48.6

tatem

tatem, tum damni grauitatem, & nunquam salutem illos assequi posse negemus. Probabile enim, quod processu temporis Christo auscultent, & maxime si nos ita uiuamus, ne a nobis offendantur. Multi enim illorum cum uiderint nostrorum aliquos, uerbo quidem & uocabulo Christianos appellari, ceterum sicut ipsos rapere, pecunie cupidos esse, inuidere, insidiari, dolos plectere, aliaq; omnia facere, crapulae uoluptatiq; uacare: non iam nos audiunt, neq; si rationabiles sint admonitiones nostrae, sed existimant omnia nostra deceptiones, & isdem criminibus omnes obnoxios. Cogita, obsecro, quatis illi digni sint supplicijs, quando quidem non solum sibijplis inextinguibilem ignem coaceruant, sed & alijis autores sunt, ut in errore perseverent: & ne uirtutem ad discant, obturēt aures: & ad haec in causa sunt, ut etiam uirtutum studiosi accusentur & reprehendantur, & (quod omnibus grauius) per ipsos dominus blasphemaf. Vides quanta malitiae pernicies? Vide quomodo non uulgari poenae reos se faciunt, qui malū sectantur: sed & multo grauius supplicia pro omnibus luituri sunt, nō solum pro sua perditione, sed & pro errantiū scandalo, & pro sugillatione iustorū, & pro blasphemia in deum. Haec omnia cogitemus, ne simus nostrae salutis negligentes: sed magna nobis sit cura, ut iuxta deū uiuamus, scientes nos inde uel condemnandos, uel illius misericordia beandos. Sic omnia faciamus, ut & nos in pura conscientia uersemur, & eos qui adhuc errant, nostra ad deū conuersatione ad ueritatē manu ducamus: ut & nos, & alij omnes, qui nobis connumerantur, bona fama fruamur: & ante omnia glorificetur dominus noster, maioremq; nostri curā agat. Nam quando in nos respiciunt homines, & laudem in deum referunt, inde & nos diuinā gratiae assequemur. Quid enim beatius homine, qui sic uiuit, ut homines obstupescant, & dicāt, Gloria tibi deus. Quam multi sunt Christiani, quantā praeseferunt philosophiam, quomodo despiciunt praesentia, quomodo omnia ipsis umbra & somniū reputantur, & nulli uisibilem sunt affixi: sed omnia, sicut hi qui in terra aliena agunt peregrini, & quotidie migrare ex hac uita cupiunt & anhelāt? Quantā putas uerba haec his, qui sic uiuunt, etiā hic a deo retributionē asserere? Et quod ualde admirabile & rarum, etiam hi qui talia de nobis iudicant, breui ab errore desistūt, & ad ueritatē redeunt. Hoc quantam illic fiduciam asseret, nulli non manifestum est. Proinde scientes quod & de damno, & de lucro proximorum iudicabimur: sic uitam nostram instituamus, ut non solum nobis sufficiat, sed & alij inde erudiantur, ut & hic magnam dei gratiam nobis conciliemus, & in futuro gloriae per dei misericordiam fruamur. Oremus, ut haec nobis concedantur gratia & miserationibus unigeniti eius filij, cum quo patri simul sanctoq; spiritui sit gloria, imperium, honor, nūc, & semper, & in secula seculorum, Amen.

Et dixit deus, Faciamus hominē secundum imaginem nostram, & secundum similitudinē: & domine piscibus maris, & uolatilibus caeli, & pecoribus & bestiis & uniuersae terrae, & omnibus reptilibus reptantibus super terram Hom. VIII



Quonia alacres heri, quae diximus, audivistis, age & hodie, quae recens lecta sunt, charitati uestrae proponamus. Prius tamen uos obsecrauerimus, ut diligenter auscultetis ea quae dicuntur: & quae prius dicta sunt, bene in mente uestra reponatis, ut ne frustra & incassum laborem hunc feramus. Hoc enim studiū nostrū est, ut uim ac sensum eorum, quae scripta sunt accurate sciatis: atq; ita ut nō solum teneatis, sed & aliorū magistri possitis, iuxta beatū Paulum, unus alterū edificare. Nam si uos profeceritis in dño, & in spirituali doctrina factos & prestantes ostenderitis, etiam nos ingenti afficietis laetitia. Haec enim nostra fuerit tota prosperitas, & summa festiuitas. Quae nostra spes, uel gaudium, uel corona, inquit, gloriationis? an nō & uos, & uestrum in diuinis studijs incrementū? Omnes enim doctores, qui uidēt discipulos priorum lectionum memoriā animo bene tenere, operibusq; ipsis fructū aliquē asserere, maiore alacritate & sequentiū scientiā concredunt. Et nos quoque quanto magis mentem uestrā erigi, & desiderium crescere, rationeq; alas assumere uideamus, tanto alacriores reddimur, ut uberiorem doctrinam proponamus. Porro quanto plus profundius fluentorū horum spiritualium, tanto nobis & fluenta sunt auctiora: nimirū propter aedificationem uestrā, & propter uestrarum animarum utilitatem. Non enim in hac causa cōtingit, sicut in pecunijs. Illic enim qui numerauit uicino, imminuit suam substantiam: & quanto plus expendit, tanto minus possidet pecuniae. Hic autē planē secus agitur. Tunc enim facultatibus nostris plus accrescit, tunc spirituales haec opes magis augentur, quando audire uolentibus, doctrinam liberatiter profundimus. Igitur quia nobis abundantius & opes, & substantiae affluunt, & uos spiritualibus alimentis satiari nō potestis: age, uideamus quid & hodie beatus Moses in his quae lecta sunt nos doceat, imō quid gratia spiritus per eius linguam nobis dicat. Et dixit, inquit, deus: Faciamus hominem secundum imaginem nostrā, & secundum similitudinem. Ne simpliciter praeteramus charissimi, dicta haec, sed disquiramus uerba singula: & ad infima descendentes, uim in breuiculis hisce uerbis latentem inuestigemus. Nam licet pauca sint uerba, magnus tamē thesaurus est in illis reconditus: neq; decet sobrium ac uigilem auditorem superficie sola eorum cōtentum esse. Quonia & hi qui sensibiles thesauros effodere conantur, nō in superficie solum fodiunt, sed in profundū descendunt, & penitiores terrae sinus scrutantur: atq; ita arte sua aurum a terra segregant, tamen si saepe post labores sudoresq; multos uix pauca

pauca quaedam micas afferunt. Hic autē nil tale est, sed labor minor & ineffabilis ubertas. Nā spiritualia omnia in hunc modum se habent. Ne igitur simus deteriores his qui sensibilia admirant: sed inquiramus & nos diligenter thesaurū hunc spirituales in uerbis istis reconditū. Et primum uideamus quid nouū & admirandum dicat: dein quare tanta uerborum uariatione utatur beatus hic propheta, imō misericors deus per Prophetā loquens. Et dixit, Faciamus hominē secundum imaginem nostram, & secundum similitudinem. Prius quidem, quum cœlum terramq; formasset, audiuius illum dicentem: Fiat lux: & fiat firmamentum in medio aquae. Et iterum: Cogantur aquae in congregationem unam: & appareat arida: & fiant luminaria: & Educantur aquae reptilia animarum uiuentiū. Vidisti sermone solo & praeepto omnem creaturam quinq; diebus formari? Vide hodie, quanta uerborū diuersitas. Non enim iam dicit, Fiat homo: sed quid? Faciamus hominē secundum imaginem nostram, & secundum similitudinem. Quid hoc nouū? quid rari? Quisnam ille qui formandus, ad quem faciendum opifici tanto consilio & circumspectione opus? Ne mireris dilecte. Homo enim inter uisibilia omnia dignitate praecellit, propter quem cōdita sunt haec omnia: cœlū, terrā, mare, sol, luna, stellae, reptilia, iumenta brutaq; animalia omnia. Et quare, inquis, tardius creatus est homo, si cetera dignitate praestat? Merito. Nam ut ingressuro in ciuitatem aliquam rege, operapretij est praemittere satellites aliosq; omnes, ut bene adornato palatio rex honestius ibi agat: Ita simili modo, quasi regem & principem aliquem rebus terrenis praefecturus, prius omnem hūc ornatum fabricauit, & tandem praeficiendum hominem introduxit: declarans factis istis, quanti animal hoc faciat. Ceterū rogemus hoc loco iudicium: & uideamus quid respondeat: ad quem dixerit deus, Faciamus hominem secundum imaginem nostram. Scripta enim sunt haec a Mose, cui se credere dicunt quidem, non credunt autē: sicut & Christus inquit: Si crederetis Moysi, crederetis & mihi. Sed litera quidem apud illos sunt, sensus uero apud nos. Ad quem igitur dictū est, Faciamus hominem: cum quo consilium hoc habuit dominus? Nunquid cōsilio & circumspectione opus habet? Absit. Quid ergo? Figura uerborum declarare uoluit, quam excellentem honorem homini qui formabatur, impendat. Quid ergo dicunt hi, qui adhuc habent uelamen super corda sua positum, & nihil eorū quae hic contenta, intelligere uolunt? Ad angelum & archangelum, inquit, haec dicta sunt. O insaniam, o magnam impudentiā. Et quomodo rationi consentaneum est, bone uir, ut angeli consilium dent domino, & creaturae creatori? Non enim est angelorum consilium dare, sed asistere & ministerium adimplere. Et ut discas, audi uocalissimū Esaiam, dicentem de supernis angelicis uirtutibus: Vidit Cherubim stantia a dextris dei, & Seraphim, & Chryf.

obtegebant facies pedesq; suos alis. Quod ideo factum esse liquet, quia fulgur maiestatis diuinæ inde egrediens, ferre nequiterūt, steteruntq; cum timore & tremore. Etenim creaturis peculiare est domino asistere. Verum illi nihil praesentium intelligentes, simpliciter quod occurrit, effutiūt. Et ideo refutatis illorum deliramentis, dictorum ueritas ecclesiae filijs discenda est. Quis igitur hic, ad quem inquit, Faciamus hominem? Quis alius, q̄ ille magni consilij angelus, ille admirabilis consiliarius, princeps pacis, pater futuri seculi, unigenitus dei filius, patri aequalis secundum substantiam, per quem omnia producta sunt? huic dicit, Faciamus hominē secundum imaginem nostrā, & secundum similitudinem. Hic Arianis quoq; letalem insiguit plagam. Non enim imperatiue dixit, fac, ut subdito & inferiori, uel ut minori secundum essentia: sed par honor declaraf, cum dicit, faciamus. Quin & quod sequitur, magnā substantiae similitudinem ostendit: Faciamus enim, ait, hominem secundum imaginem nostram & similitudinem. Sed hic rursum alij contra nos insurgunt haeretici, ecclesiae dogmata populantes, & dicētes: Ecce dicit, secundum imaginem nostrā. Et inde uolunt deo humanam formam tribuere: id quod extremi fuerit stuporis, ut is qui forma speciei caret, & nulli alterationi obnoxius est, sub humanam redigatur formam, & in corporeo membra & linamenta attribuantur. Quae huic insaniam par fuerit: quum non solum nihil uerū a scripturis diuinitus inspiratis referunt, sed & plurimum inde offenduntur: simili modo affecti, sicut hi qui morbo laborant, & corporalibus oculis caecutiunt. Illi enim ob oculorum suorum infirmitatem solis lucem aegre ferūt, & ob aduersam corporis ualitudinem, etiā optimos saluberrimosq; cibos auersant: Ita & hi anima aegrotantes, & mentis oculis capti, lumen ueritatis intenti aspicerē nō possunt. Idcirco nostro fungētes munere, manus eis porrigamus, magnaq; eis mansuetudine loquamur. Nam & beatus Paulus ita nos monuit, dicens: Ut in mansuetudine erudiantur aduersarij, si forte det eis deus poenitentia in agnitionem ueritatis, & emergant a laqueo diaboli, capti ab ipso in illius uoluntate. Vides quomodo uerbis declarauit, quod quasi ebrietate obruti sint? Nam quod dicit, emergant, ostenditq; in profundo aliquo merli sint. Et iterū: Capti, inquit, a diabolo: quasi diceret, laqueis irretiti sunt. Vnde & nobis gemina opus est mansuetudine & longanimitate, ut possimus eos eripere, & educere ex laqueis diaboli. Dicamus igitur eis: Emergite & respicite paulisper, aspiciete lumē iustitiae, expendite uobiscum uerborum diligentiam. Neq; enim cum dixit: Faciamus hominem secundum imaginem nostram, & secundum similitudinem: hic sermonem finiuit: sed per ea quae adiungit, manifestum nobis facit, quo sensu nomen imaginis posuerit. Quid enim dicit? Et dominantur piscibus maris, & uolatilibus caeli, & omnibus reptilibus super

peditat pro sua magnificentia, ultra etiam quam petere audeamus. Hæc igitur cum sciamus dilecti, purificatis cogitationibus uestris à secularibus negotiis, & dilatata mentis uestre latitudine, magna alacritate suscipite quæ à spiritu sancto suppeditantur: ut sicut terra pinguis & fecunda multipliciter concredita semina, & faciatis fructum; alius quidem centuplum, alius sexagecuplum, alius trigecuplum. Audistis superioribus diebus ineffabilem sapientiam eius qui uisibilia hæc omnia fabricauit, & quomodo uerbo solū & præcepto omnia produxit. Dixit enim, Fiat; & factum est. Statimque producta sunt omnia elementa, & sufficit uerbum, ut subsistere possent omnia: non quoniam simpliciter erat uerbum, sed quia uerbum dei. Memores eorum estis, quæ tunc à nobis mouebantur, contra eos qui ex præiacente materia res factas esse contendunt, & ad ecclesiastica scita, etiam sua deliria afferre non uerentur. Didicistis cuius gratia cælum quidem perfectum, terram autem informem produxerit. Duras enim tunc causas diximus: unam, ut in elemento hoc potiori potentiam domini agnoscens, non ultra ambigas propter impotentiam illius factum esse; alteram, quia terra mater & nutrix nostra facta est, & ex ipsa pascimur & sumus alijsque omnibus fruimur, & ad ipsam redimus: ipsa enim nobis est & patria & sepulchrum. Et ne quis ob utilitatem & necessitatem illius maius aliquid de ipsa sentiat, ostendit ipsam ab initio informem conditam: ut erudiamur per res ipsas, prædicta omnia non naturæ telluris ascribenda, sed potius conditoris uirtuti. Didicistis item, quomodo aquarum separationem fecerit, producto uisibili hoc firmamento. Scitis, animantia & ex terra, & ex aquis ædita. Hæc non absque causa & temere nunc charitati uestre cogor repetere; partim ut auditorum animis hæc magis insideant, partim ut his qui tunc non affirere, nihil damni absentia sua attulerit: quia benignus pater etiam absentibus filiis reliquias mensæ referuat, ut cum aduenierint, ex earum reservatione suam consolentur absentiam. Vnde & nos omnium qui huc confluunt, non minorem quam membrorum nostrorum curam gerentes, & perfectum uestrum nostram existimantes gloriam, cupimus omnes perfectos & consummatos fieri in gloriam domini, & laudem ecclesie & nostram gloriationem. Et nisi molestum est, paucis charitati uestre & hesternæ dicta commemorabimus. Vidistis quanta diuersitate homo & creature aliæ conditi sunt. Audistis, quanto honore principem nostri generis dignatus sit: & informatio ipsa, quomodo per uerba dictionumque crassitudinem declarat honorem formando tribuendum, dicens: Faciamus hominem secundum imaginem nostram, & secundum similitudinem. Didicistis, quid sit secundum imaginem, nempe quod non sit substantiæ dignitas, sed domini similitudo: & quod non secundum imaginem forme, sed secundum rationem domini dixerit: ideo & subdidit, Et domi-

56
nentur piscibus maris, & uolatilibus cæli, & bestijs, & reptilibus terræ. Verum hic Gentiles in nos insurgunt, & dicunt, quod compertum sit hoc non esse uerum. Non enim dominamur feris, quem admodum pollicitus est, sed ipsæ nobis potius. Imò non uerum est quod hi obijciunt. Nam mox ut apparuerit homo, feræ fugam capiunt. Quod si quando uel fame sollicitate, uel à nobis laeserit lædunt, hoc non fit ideo, quod illis in nos sit imperium, sed ob aliam causam. Nam & armamur, & delidiam excutimus, ne latrones nos impetant; non quod illi nostri domini sint, sed quod tanta nobis salutis nostræ sit cura. Audiamus autem nunc quæ sint dicta: Faciamus hominem secundum imaginem nostram & secundum similitudinem. Sicut imaginem dixit ob principatus rationem, ita et similitudinem, ut pro uiribus humanis similes fiamus deo, mansuetudine, inquam, & lenitate, & uirtutibus deo similes efficiamur: quod & Christus dicit, Similes estote patri uestro quod est in cælis. Nam quem admodum in terra hac spatiosa & lata, animantium alia mansuetiora sunt, alia ferociora: ita in latitudine animæ nostræ, cogitationum alia sunt magis pecuinæ & irrationales, alia ferociores & aggressiores. Domandæ igitur illæ sunt, & rationis imperio magistrandæ. Et quomodo quis cogitationem ferociorem cõpesceret? Quid dicis homo? Leonibus imperamus, & animos eorum mansuetos facimus: & dubitas, num mentis ferociam in mansuetudinem mutare possis? quamuis natura bestiarum feroces sint, & præter naturam mansuetæ: contra tu præter naturam ferox, natura autem mitis: & qui bestijs id quod natura eis inest auferre, & quod eorum naturæ aduersum, inferere potes: id quod natura tibi præstitit, conseruare non potes? En quantum hoc cõdemnationem meretur? Iam quod his admirabilius est, leonum naturæ & alia quædam difficultas inest. Rationis enim participes non sunt, & nihilominus uidemus sepe duci eos mansuetos per foram, multique ex officinis stipem, ut mercedem artis & industriæ, mansuetario iactant, & feram mansuefecerit: animæ uero tuæ ratio concessa est, & dei timor, & alia undequaque adminicula: ne igitur prætextus & causationes afferas. Potes enim, si uis, mansuetus esse, & placidus & æquus. Faciamus, inquit, hominem secundum imaginem nostram, & secundum similitudinem. Ad propositam quæstionem iterum redeamus. Ostendit enim dictis illis, quod ab initio homo plenus & perfectum super bestias principatum habuerit. Domine enim ait, piscibus maris, & uolatilibus cæli, & reptilibus terræ. Quod autem nunc terrori nobis sint bestiarum, & timeamus, & dominio exciderimus, neque ipse contradico. Verum hoc non arguit falsam dei promissionem. Nam ab initio res non ita habebant, sed timebant & tremebant bestiarum, & suspiciebant dominum: ubi autem per inobedientiam, libertatem & dignitatem nostram amisimus, etiam principatus noster mutilatus est. Subiecta enim homini animalia omnia fuisse, accipe ex scriptura, quæ dicit: Adduxit

Chryf.

57
Adduxit deus bestias, & omnia bruta ad Adam, ut uideret quid uocaret ea. Et cum uideret iuxta se bestias, non resistit: sed tanquam dominus aliquis feruis subditis nomina imposuit. Et omne quod uocauit Adam, inquit, hoc nomen est illi. Quod utique domini signum. Et deus uolens per hoc docere ipsum substantiæ suæ dignitatem, nominum impositionem illi permisit. Atque hæc quidem satis indicant, ab initio feras homini terribiles non fuisse. Est tamen & aliud quiddam non minus, uel etiam manifestius argumentum. Et quod nam hoc? Colloquium serpentis cum muliere. Nam si terribiles fuissent hominibus bestiarum, mulier serpente conspecto non mansisset, neque consilium accepisset, neque in tanto pauore illi loquuta fuisset: sed statim ad aspectum illius obstupefacta, profugisset. Verum colloquitur, nec metuit: nondum enim erat timor ille: ceterum ubi peccatum intrauit, ablata est hæc potestas & dignitas. Et quemadmodum inter seruos fieri solet, ut probatiores & honestiores conseruis terrori sint, qui autem deliquerunt, socios & seruos timeant: sic & de homine factum est. Nam salua illius in deum fiducia, terribilis erat & bestijs: ubi autem deliquit, timere cœpit & conseruorum extremos. Quod si quæ dicimus non fers, demonstrat tibi ubi terribiles fuerint homini bestiarum: sed non poteris. Quod autem postea subiit timor, etiam hoc diuinæ misericordie maximum argumentum est. Nam si postquam homo mandatum præuaricatus est, integer illius mansisset honor & immobilis, haud facile à lapsu resurrexisset. Quandoquidem cum obedientiam & inobedientiam pari dignitate fruuntur, malitiæ assuescunt magis, quam iustitiam ab ea desistunt. Cum enim nunc tot terroribus, poenis & supplicijs non continerentur in officio: quales fuissent, si nihil graue pro suis delictis paterentur? atque ita principatus nobis à deo ob magnam nostri curam ablatus est. Tu autem charissime, & inde misericordiam dei ineffabilem considera, quomodo Adam totum mandatum subuerterit, & totam legem transgressus sit: misericors autem deus bonitate sua nostra uincens delicta, non omnem honorem abstulerit, neque toto dei ceteris principatum: sed ea duntaxat animalia à nostra potestate alienauerit, quæ non multum ad huius uitæ utilitatem nobis conducunt: quæ uero uitæ nostræ multum seruiunt, & utilia & necessaria, ea in seruitute & subiectione sua reliquerit. Reliquit itaque nobis bouum armenta, ut aratrum trahamus, seramus, terram sulcemus. Reliquit & subiugalia multa genera, ut nos adiuuent ad utilia quæque conuehenda. Reliquit ouium greges, ut haberemus quæ ad uestiendum nos sufficerent: reliquit & alia animalium genera, unde multa nobis suppeditantur comoda. Nam puniens hominem ob inobedientiam suam, dicebat: In sudore faciei tuæ uescaris pane tuo. Ut ne sudor & labor hic noster intolerabilis foret, sudoris molestias, & laboris onus alleuauit iumentorum multitudine, quæ unà nobiscum laborant, & molestias ferunt: idem faciens quod

benignus & humanus paterfamilias, qui flagellato seruo, etiam curationem quandam congruam flagellis adhibet. Nam ut condemnauit peccatorem deus, leniorem etiam cõdemnationem esse uoluit: quia ad laborem & sudorem adiudicato, subsidiaria fecit multa brutorum genera. Atque ita, quod honorem nobis dedit & abstulit, & bestiarum nobis metum immisit, & omnia si quis diligenter & cordate inquirat, offendet plena sapientiæ, prouidentie & misericordie. Quocirca pro his omnibus gratias ei agamus, qui tantam in nos beneficia contulit. Neque enim graue aliquid & onerosum à nobis requirit: sed solum ut testemur & fateamur beneficia sua, & pro his gratias agamus: non quod ipse his opus habeat, qui nullius indigus est: sed ut nos discamus autorem honorum diligere, & non ingrati simus, dignamque tantis beneficijs & prouidentia uirtutem asseramus. Nam sic ipsum ad maiorem nostri curam prouocabimus. Oro igitur ne desides simus, sed unusquisque pro uirum si supputet apud se singulis horis, non solum communia beneficia, sed & priuatum in se collata: non ea tantum quæ omnes fatentur, & quæ omnibus manifesta, sed & propria ac latentia. Hinc enim ad continuam gratiarum actionem domino referendam incitabitur. Hoc maximum sacrificium, hæc perfecta oblatio est, hæc fiducia nostra ad deum materia. Et quomodo, dicam, qui hæc continuo in mente sua uersat, & suam tenuitatem agnoscit, & eminentem diuinam misericordiam cogitat: quomodo res nostras gubernans & dispensans, non attendat quid mereantur nostra peccata, sed ad suam bonitatem: is nimirum mentem humiliat, cor conterit, omnem fastum & arrogantiam castigat: discit modeste agere, cõtemnere præsentis uitæ gloriam, ridere uisibilia omnia, cogitare futura uitæ immortalis bona. Qui sic afficitur animo, uerum & acceptum sacrificium deo offert, sicut Propheta dicit: Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum deus non despiciet. Cordatos enim famulos non tam poenæ & supplicia emendant, ut beneficia, & agnoscere quod non iuxta delictorum merita poenam luerint. Contemnamus igitur peccatum nostrum, humiliemus, obsecro, mentem, & maxime nunc cum hoc ieiunij tempore multa nobis præbet subsidia. Nam si ita affecti fuerimus, poterimus & magna sobrietate preces facere, & confitentes peccata multum gratiarum supernè obtinere. Et ut sciatis tales animas deo placere, audi ipsum dicentem, Ad quem respiciam, nisi ad humilem & quietum, & trementem sermones meos: Idcirco & Christus dicit: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Nam qui uere seipsum humiliat, nunquam poterit ira commoueri, & proximo succensere: quia anima eius in sui consideratione occupata est & humiliata. Anima autem quæ sic se habet, quid esse possit beatus? Qui cumque talis est, is in portu continuo sedet ab omni tempestate liber, & oblectatur in serenitate cogitationum

com. 1 c. 3 rationum

Mat. 11. d

tationum. Et ideo Christus dicebat, Et inuenietis requiem animabus uestris. Itaq; sicut qui affectio nes illas sopit, multa requie fruatur: ita deses & supinus, & qui nequit seipsum, ut decet, moderari, perpetuo perturbationibus & affectionibus obnoxius est: domi bellū habet, nemine persequente turbatur, & grauem sustinet tempestatem: & propterea fluctibus se eleuantibus, & exorientibus malorum spirituum procellis, saepe nauis illius ob imperitiam gubernatoris demersa simul submergitur. Proinde decet nos esse sobrios & uigiles, & perpetuam indefinentemq; animæ nostræ curam habere. Christiani enim est aduersus concupiscentias carnis semper in acie stare, & leges domini nostri nobis datas, semper in auribus sonare, & his muniri, & illius longanimitate non abuti: & non expectare, ut re ipsa iræ illius periculum faciamus, ut ne & de nobis dicatur, Quam do occidebat eos, tunc inquirebant eum. Charissimi, adiumento nobis nunc est ieiunij tempus, omnes ad confessionem peccatorum nostrorum festinemus, & ab omni quidem malitia abstineamus, exerceamus autem uirtutes omnes. Nam sic & beatus David docet, dicens: Declina à malo, & fac bonum, Quod si in hunc modum uitam nostram instituerimus, & abstinentiæ ciborū abstinentiam à malis adiunxerimus, poterimus & nos magna fiducia frui, & uberiorem à deo misericordiam assequi, & in præsentī seculo, & in futuro illo die terribili, precibus & intercessionibus eorum, qui deo maxime placuerunt: gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul & spiritui sancto sit gloria, imperium, honor, nunc, & semper, & in secula seculorum, Amen.

Exhortatio ad eos, quos pudet post cibum sumptum accedere synaxim uespertinam: & in reliquum textum post Faciamus hominem secundum imaginem nostram & secundum similitudinem: & de his uerbis, Et fecit Deus hominem, secundum imaginem dei fecit illum: masculum & feminam fecit illos. Homilia x



Vidnam sibi uult, quod minor est hodie uester conuentus, & infrequens theatrum eorū qui ad nos cōfluunt: Fortassis aliqui erubuerūt, post carnalem mensam ad spirituale hoc uenire conuiuium, & hæc eius absentiae causa. Sed

Ecl. 4. e

audiant sapientem quendam dicentem: Est confusio quæ inducit peccatum, & est cōfusio ad gloriam & gratiā. Non est confusione dignum, eum qui corporalis mensæ particeps fuit, uenire ad spirituale conuiuium. Non enim ut humanæ res, ita & spirituales ad defnita tempora distinctæ sunt. Sermoni spirituali omne diei tempus idoneum fuerit, Et quid dico diei tempus? Neq; si nox ingruat, spirituale doctrinam impedit. Propterea & Timotheo dicebat Paulus, scribens: Insta tempestiue, intempestiue; argue, increpa, obsecra. Et

Timot. 4. d

iterum audi beatum Lucam, dicentem: Discessurus crastino Paulus à Troade, differebat eis, & sermonem produxit usq; ad mediam noctem. Nunquid tempus obfuit, dic quæso? num propterea doctrinæ sermo impeditus? Sobrius auditor etiam pransus, spirituali cōuentu dignus est: sicut supinus & deses, etiam si ieiunus permaneat, nihil inde utilitatis capiet. Et hæc dico, non ut ieiunij rigorem soluam. Absit: nam multum laudo proboq; ieiunantes: sed ut doceā, sobrio esse accedendum. Non enim turpe fuerit, eum qui cibum antea accepit, adesse spirituali sermoni: sed ignauo animo adesse, & ab affectionibus uexari, & carnis lasciuas non comprimere. Num comedere malum est absit: sed gula damnosa est, & impleri plus quàm satis, & disrumpere uentrem: id quod ipsam etiam, quæ ex cibo haberi potest, uoluptatem offendit. Itaq; nihil mali est, uinum ad mensuram bibere: sed ebrium fieri, & intemperantia rationis subuertere iudicium. Etenim dilecte, si ob corporis imbecillitatem non potes ieiunus diem producere, nullus qui sapit propter hoc te arguere poterit. Dominum enim habemus manuetum & misericordem, & nihil supra uires nostras à nobis exigentem. Neq; enim ieiunium & abstinentiam simpliciter à nobis exigit: neq; hoc ipsum, ut ieiuni permaneamus: sed ut à secularibus operibus nos abdicantes, omne nostrum otium in spiritualia collocemus. Quod si sobria mente uitam nostrā instituerimus, & quicquid otij datur, in spiritualia impenderimus: & cibos ita sumpserimus, ut tantum satiemur quantum usus exigit, & uitam omnem in bonis operibus dispensemus, iam nullo opus fuerit ex ieiunij adiumento. Sed quia negligens est humana natura, & delictis gaudet, & relaxationes querit: idcirco misericors pater & dominus hanc ex ieiunio medicinam excogitauit, ut & delicata è medio tollantur, & secularium curam ad spiritualia opera transferamus. Si igitur sunt aliqui præfentes, quos corporis uetat infirmitas ieiunos & impransos permanere: eos hortor ut & corporis infirmitatē curent, & spirituali hac doctrina non solum non priuentur, sed & pransi plus exhibeant studij. Sunt enim, sunt profecto uia, quibus fidutiæ ad deum ianuæ aperiri possunt multo maiores quàm ciborum abstinentia. Igitur qui cibum accipit, & ieiunare non ualet, largiorem det eleemosynam, feruentior sit in precibus, maiorem habeat alacritatem in audiendis diuinis eloquijs, in quibus corporis infirmitas nihil obitare potest: inimicis reconcilietur, omnem iniuriarum memoriam ex animo effuget. Qui hæc fecerit, uerum ieiunabit ieiunium, quod à nobis exposcit dominus. Propter hæc enim hanc à cibis abstinentiam fieri præcipit, ut refrenantes carnis lasciuas, eam obedientem faciamus, & ad mandata dei implenda sequacem. Quod si ob infirmitatem corporis subsidium hoc, quod ieiunium præstat

Acto. 20. b

Mat. 14. b

præstat nobis, adhibere nolumus, & desidia detiores sumus, maxima nobis ipsis damna afferimus. Iam si ieiunium absentibus alijs prædictis operibus nihil nobis prodest, quanto magis si etiam ieiunij pharmacum nobis deest? Proinde scientes hæc, oramus uos, qui ieiunare ualetis, ut ipsi quantum possibile, bonam & laudatam hanc uestram intendatis & augeatis promptitudinem. Quanto enim externus noster homo corrumpitur, tanto internus renouatur, nam ieiunium corpus comprimit, & lasciuas inordinatas refrenat, animam autē clariorem efficit, & sublimem & leuem facit. Fratres quoq; nostros, quotquot ob corporis ualitudinem ieiunare nequeunt, exhortemini ne propterea spiritualem hanc mensam relinquunt: & ad illos referte quæ à nobis didiceritis, docentes quod pransus non indignus sit hoc auditorio, sed deses & dissolutus. Et dicite eis apostolicum hoc dictum: Et qui manducat, domino manducat: & qui non manducat, domino non manducat. Igitur qui ieiunat, gratias agat domino, qui uires ei tribuit ad ferendos ieiunij labores: & qui manducat, iterum gratias agat deo, quia hoc nihil ipsum offendere potest, quo minus animæ salutis curam agat, modo uelit. Neque dici potest, quod nobis uias pararit misericors dominus, per quas, si uolumus, summam fiduciam assequi licet. Hæc propter absentes dixisse contenti sumus, ut tollatur eis confusio nis occasio: & sciatur, quod non oportet propter hoc confundi. Neq; enim comedisse, confusio nem nobis affert, sed mali quidpiam egisse. Peccatum magna confusio est: si hoc admittimus, non solum erubescere, sed & nos occultare, & miseros dicere & reos: imò neq; tunc despondere animum, sed ad confessionem & respicientiam festinare debemus. Is enim est dominus noster, ut nihil aliud requirat, admissio peccato, si quando per focordiam deliquimus, quàm ut errata confiteamur, nec ultra progrediamur, nec in eadem recidamus. Cæterum quum cibo nostræ mensuræ congruo utimur, non opus ut erubescamus. Nam dominus nos huic corpori coniunctos esse uoluit, quod alioqui consistere nequit, nisi cibo pascatur, tantum intemperantia ne admittatur: id quod nobis ad sanitatem quoq; & corporis bonam habitudinem plurimum conducit. An non uidetis quotidie, & sumptuosius mensis, & immodica ingluuie infinita morborum genera induci? Vnde podagræ: unde capitis dolores: unde corruptorum humorum abundantia? Vnde innumeri alij morbi: nonne ab intemperantia, & largiore uini ingurgitatione quàm oportet? Nam sicut nauis, quæ aquis ita impletur, ut exhauriri nequeat, statim submergitur: ita & homo quando crapulæ & ebrietati seipsum exponit, in præceps uadit, & rationem suam submergit: deniq; iacet quasi uiuum cadauer, ad mala quidem operanda saepe potes, ad bona aut omnia nihil se melius habens quàm mortui. Idcirco obsecro, ut secundum

beatum Paulum, carnis prouidentiam ne feceritis in concupiscentijs: sed ut possitis subsistere, & maiori alacritate rebus spiritualibus operam dare. Hæc omnia fratribus uestris dicite, & persuadete, ne unquā spirituali hoc alimento se priuent: sed & si pransi sint, ueniant omni cum alacritate: ut accepta hic spirituali doctrina, diabolicis assaultibus fortiter resistere possint. Cæterum uobis consuetā spiritualem mensam nos apponemus, charitatis uestre in audiendis diuinis studium sic remuneraturi, & debitum quod promissimus exoluturi. Scitis enim omnino & meministis, quod de hominis formatione dicere cepimus, & angustia temporis præpediti, lectionem totam perficere non ualentes, in doctrina de ferarum utilitate finem fecimus: ostendendo quod homo propter inobedientiam à principatu, quem prius super eas habebat, exciderit. Vnde hodie quod reliquum est, absoluemus, atq; ita uos dimittemus. Et ut manifestior sermo noster sit, operapretium meminisse, ubi tūc missum fecerimus sermonem: ut inde factio initio, quæ reliqua sunt suppleamus. Vbi igitur missum fecimus? Vbi diximus de illis uerbis, Faciamus hominem secundum imaginem nostram, & secundum similitudinem, & dominetur piscibus maris, & uolucris cœli. Quia tunc sermo prolixior fuit, & natum est nobis pelagus quoddam sententiarum, nec concessum ut ulterius progredieremur, sed subsistendum ibi erat, sequentia non attigimus. Vnde nunc necessarium, ut charitati uestre ea legantur: ut scire possitis quæ nam uobis dicturi simus. Statim igitur diuina scriptura subdit: Et fecit deus hominem, secundum imaginem dei fecit illos. Et benedixit illis Deus, dicens: Crescite & multiplicamini, & implete terrā, & dominemini ei: & dominemini piscibus maris, & uolatilibus cœli, & omnibus pecoribus, & omni terræ, & omnibus reptilibus reptantibus super terram. Breuia sunt uerba, sed magnus recōditus thesaurus in tam breuibus uerbis. Spiritu enim loquens beatus hic Propheeta, nunc nos arcana quædam docere uult. Nam postquam dixit, Faciamus hominem: & consilium & ut dicitur, studium adhibuit omnium opifex, ut ipsa formandi figura hominis dignitatem ostenderet: & ante formationem etiam doceret, quantum principatum formando homini daturus esset. Itaq; ut dixit, Faciamus hominē secundum imaginem nostram, & secundum similitudinem: subdidit, Et dominantur piscibus maris. Vide quomodo statim ab initio latentem nobis thesaurum demonstrat. Spiritu enim loquens Propheeta, & quæ nondum subsistebant, quasi subsistentia & facta uidet. Quare ergo, dic obsecro, ut dixit, Faciamus hominem: nunc dicit, Et dominantur? Occultum nobis sacramētum hic iam consequenter declarat, Qui dominantur. Vides quomodo nihil est in diuinis literis temere & absque causa positum: etiam uerbum quod fortuitum uideri posset, magnum thesaurum in se latentem

Rom. 13. e

63
 tentem continet. Et ne mireris quod dictum est. A Mos enim hic est prophetarum omnium, de non factis ut de factis loqui: quia mentis oculis uidebant, quae post multorum annorum curricula erant futura: & idcirco quasi nunc ob oculos posita spectaret, ita narrabat. Et quod manifeste hoc scias, audi beatum Dauid dicentem, & ante haec secula uaticinationem de cruce Christi, & clamantem: Foderunt manus meas & pedes meos. Et iterum: Diuiserunt uestimenta mea sibi. Vides quomodo post longum tempus futura, quasi iam facta praedixit? Sic & beatus ille Propheta iam insinuans nobis mulieris formationem, aenigmatice & obscure dicit. Et dominetur piscibus maris. Et progressus ultra manifestus inquit: Et fecit Deus hominem, secundum imaginem dei fecit illum, masculum & foeminam fecit illos. Animaduerte quanta usus est diligentia, semel atque iterum idem dicens, ut in mentibus auditorum bene reponi possint quae dicuntur. Nam nisi hoc ei curae fuisset, sufficiebat dicere, Et fecit deus hominem: sed iterum apponit, Secundum imaginem dei fecit illum. Postquam enim nos docuit per praecedentia, quid sit secundum imaginem: denuo ea de causa hic eundem repetit sermonem, & dicit: Secundum imaginem dei fecit eum. Et ut ne impudenter quidem defensionis praetextum relinquat ecclesiae dogmata impugnare uolentibus, paululum progressus idem iterum docet, quod ideo imaginis nomine usus sit, quod imperaturus, & sub se creaturas oes habiturus esset. Iam uideamus quid dicit: Et fecit deus hominem: secundum imaginem dei fecit illum, masculum & foeminam fecit illos. Id quod supra insinuauerat dicens, Et dominentur: hic manifestus dixit, id ipsum tamen recedentiori modo nos docens. Nondum enim de formatione docuerat, neque dixerat, unde mulier producta. Masculum, inquit, & foeminam fecit illos. Vidisti quod, quod nondum factum, quasi iam factum narrauit: Tantum ualent oculi spirituales. Neque enim illis corporeis oculis res uisibiles aequae conspicuae sunt, atque spiritualibus illis res inuisibiles, & quae nusquam existunt. Igitur, ut dixit, Masculum & foeminam fecit illos: quasi utriusque benedictionem daret, dicit: Et benedixit illis deus, dicens: Crescite, & multiplicamini, & implete terram: & dominemini illi, & imperate piscibus maris. Ecce quam eminens benedictio. Nam hoc, Crescite & multiplicamini, & implete terram: etiam de brutis animalibus & reptilibus dictum est: sed, Dominemini & imperate: de uiro & muliere dictum. Vide misericordiam domini. Antequam mulierem producat, participem illam facit imperij, & benedictionis honore dignat. Et imperate, ait, piscibus maris, & uolatilibus caeli, & omnibus pecoribus, & uniuersae terrae, & omnibus reptilibus quae reptant super terram. Vidisti inenarrabilem potestatem? Vidisti principatus magnitudinem? Vidisti condita omnia sub huius potestatem redacta? Nihil posthac mediocre de rationali hoc animante ima-

64
 gineris, sed cogita honoris magnitudinem, & domini erga illud beneuolentiam, obstupescens illius insuetam & indicibilem misericordiam. Et dixit Deus: Ecce dedi uobis omnem herbam fatiuam, afferentem semen, quod est super terram: & omne lignum quod habet in seipso fructum seminis satiuum, uobis erit in cibum: & omnibus uolatilibus caeli, & omni reptili reptanti super terram, quod habet in seipso animam uitae, & omnem herbam uiridem in cibum. Et factum est sic. Vide, obsecro, charissime, uerborum diligentiam, & ineffabilem dei misericordiam, & ne quid dictorum simpliciter praetereas. Et dixit, inquit, deus, Ecce dedi uobis omnem herbam fatiuam: quasi ad duos sermo fit, quamuis nondum muliere producta. Deinde ut discas excellentem bonitatem, uide quomodo eminentem humanitatem, & miram liberalitatem non in uiro & muliere solum declarat, sed & in ipsis brutis. Nam ut dixit, Vobis erit in cibum: subdidit, Et omnibus bestiis terrae. Vide iterum aliam abyssum misericordiae, non solum brutis domesticis, & nostro usui seruentibus, uel pascendo, uel ministrando, sed & feris. Et quis pro dignitate attigerit immensam illam bonitatem? Vobis erit in cibum, inquit, & omnibus bestiis terrae, & omnibus uolatilibus caeli, & omni reptili reptanti super terram, quod habet in semetipso animam uitae, & omnem herbam uiridem in cibum. Magna domini erga hominem, quem condidit, ostenditur prouidentia. Nam postquam ipsum produxit, & omne ei dominium creaturae tradidit, ut ne statim ab initio iumentorum multitudinem uidens, moleste ferre possit, quasi non sufficeret ad alenda tot & tanta animalia: priusquam de hoc cogitare, bonus deus praueuendo demulcet eum (ut ita dicam) & ostendit quod tam ipse quam iumenta & bruta omnia, praeepto domini omnem copiam terra suppeditate sit habiturus. Nam postquam dixit, Erit uobis in cibum: mox subiunxit, Et omnibus bestiis terrae, & uolatibus caeli, & omni reptili reptanti super terram, quod habet in semetipso animam uitae, & omnem herbam uiridem in cibum. Et factum est ita. Omnia quaecumque imperauit conditor, inquit, opere perfecta sunt, & omnia in congruo ordine sunt constituta: propterea statim subdit: Et uidit deus omnia quaecumque fecit, & ecce bona ualde. Quis pro dignitate laudari diuinae scripturae diligentiam? Ecce enim & hic uerbo uno, Et uidit deus omnia quaecumque fecit, linguam omnium contradicere conantium compescuit. Et uidit Deus, inquit, quaecumque fecit, & erant ualde bona. Et factum est uesperum, & factum est mane dies sextus. Quoniam de unaquaque creatura dicebat: Et uidit Deus quoniam bonum: nunc quando omnia completa sunt, etiam diei sexti opera finem acceperunt: & qui creaturis omnibus fruiturus erat, productus est, inquit. Et uidit Deus omnia quaecumque fecit, & ecce ualde bona. Considera quomodo creaturas omnes

65
 omnes uerbo, omnia simul complexus, omnes simul magna laude prosequutus est. Neque enim, ut dixit, omnia, contentus fuit eo uerbo: sed subdidit, Quaecumque fecit. Et neque haec tantum dixit: sed, Et ecce bona, & ualde bona. Igitur cum deus, qui res ex nihilo ut essent produxit, eas bonas & ualde bonas dicit: quis tam infanus, ut uel os aperire, & contradicere dei uerbis audeat? Quoniam enim in uisibilibus non solum lumen condidit, sed & tenebras aduersas luci: & non solum diem, sed & noctem contrariam diei: & in seminibus quae ex terra nascuntur, non solum herbas utiles, sed & perniciosas, & arbores non solum fructuosas, sed & infructuosas: & animalia non solum mansueta, sed & syluestria & truculenta: & in his quae aquae prodixerunt, non solum pisces, sed & cete, & alias marinas beluas. Terra non solum habitabilis est, sed & inhabitabilis. Et non solum planities sunt & campi, sed etiam montes & colles. Et inter aues, non solum domesticae & altilis, sed & ferae, nullumque commodum afferentes, & milui & uultures, & alia quaedam. Praeterea in his quae terra profert, non sunt tantum mansueta & innoxia animalia: sed & serpentes & uiperae & dracones & leones & pardii. Quin & in aere non solum pluuiae & uenti utiles, sed & gradines & niues. Et si quis singula pertractare uellet, multa in unaquaque creaturarum inueniet, quae non solum non utilia, sed & nocua existimentur. Vt ergo nulli posthac liceat ob creaturas accusare conditorem, & dicere, Quare hoc & hoc: ad quid istud? hoc bene factum est, hoc non bene: sacra scriptura oes ingratis obloqui tentantes compescere uolens, sexto die, absolutis creaturis omnibus, inquit: Et uidit Deus omnia quaecumque fecit, & ecce ualde bona. Quid igitur, obsecro, par fuerit tam fidelibus testimoniis? cui iustius fides habenda, quam conditori, qui ipse calculum suum affert, & dicit, Omnia quaecumque facta sunt, bona sunt, & ualde bona? Quocirca cum uideris aliquem, qui suis rationibus moueri, & obloqui diuinam scripturam audet, eum quasi insanum auertere: imò ne auerferis, sed misericordiam ignorantiae eius, cita aliquid ex diuina scriptura, & dic: Vidit deus omnia quaecumque fecit, & dixit, Ecce ualde bona. Fortassis in domitam illius linguam continere poteris. Nam si in humanis rebus, cum uidemus uiris grauibus ea quae sunt probari, calculo illorum non obstitimus, sed ad stipulamur, & illorum sententiam nostrae praeferrimus: quanto magis in his uisibilibus, quae ab omnium opifice facta sunt hoc fieri oportet, ut cum ab ipso met suam de his acceperimus sententiam, sopiantur rationes nostrae, & nihil illi ultra praeferratur: idoneis autem & crebris argumentis persuasum sit, quod omnia ratione quadam & misericordia ab eo producta sunt, & in summa, nihil temere & absque causa factum. Verum licet nos, ob nostrae rationis imbecillitatem, ignoremus factorum causam: ipse tamen iuxta suam sapientiam & potentissimam misericordiam omnia produxit. Et factum est, inquit, uesperum, & factum est mane, dies sextus. Finis diei sextae etiam finem formandi creaturas addidit, & propter hoc subdidit & dicit, Et perfecta sunt caelum & terra, & omnis ornatus eorum. Considera quam nihil sit superfluum, nec onerosum in diuinis literis. Postquam elementorum cuncta completentium meminit, non ultra particulatim reliqua commemorat, sed ut dixit: Perfecta sunt caelum & terra, inquit, & omnis ornatus eorum. Quo significat, omnia & quae in caelo, & quae in terra. Ornatus enim terrae sunt ea quae ab illa proferuntur, ut herbarum genera, fructuum proventus, arborum fructus, aliaque omnia quibus illa deus ornauit. Ornatus autem caeli, sol, luna, stellarum uarietas, creaturaeque omnes intermediae. Et idcirco sacra scriptura, caelum terramque commemorans, omne dei opificium per haec elementa complectitur. Et perfecit, inquit, Deus die sexto opera sua quae fecit. Considera quomodo semel & iterum idem dicit, ut discamus quod intra sextum diem absoluta sunt omnia. Et perfecit, inquit, die sexto opera sua quae fecit. Et requieuit deus die septimo ab omnibus operibus suis, quae fecit. Quid est, quod dicit, Requieuit deus die septimo ab operibus suis quae fecit? Vide quomodo humano more, & quadam attemperatione ad nostram imbecillitatem diuina scriptura loquitur: alioqui nisi hac ratione usa fuisset, non possibile erat ut aliquid dictorum suorum intelligeremus. Et requieuit deus die septimo ab omnibus operibus suis, quae fecit: Quasi diceret, Substitit, & cessauit a formandis productis: ex nihilo rebus ut essent. Omnia quaecumque oportebat, produxerat: & eum qui his fruiturus erat, formauerat. Et benedixit, inquit, Deus diem septimum, & sanctificauit illum, quia in illo requieuit ab omnibus operibus suis, quae coeperat deus facere. Nam postquam substitit opifex, & omnia quaecumque uoluit, secundum misericordiam suam produxit in mediis suis praeepto, tunc finem formandi fecit die sexto. Nihil enim aliud die septimo producere uoluit, eo quod omnia quae facere uoluerat, iam perfecta erant. Et ut habeat etiam dies ille aliquod dei uerbum, & ne uideatur minus aliquid habere, eo quod nihil in eo factum sit, benedictione ipsum dignatus est. Et benedixit, inquit, Deus diem septimum, & sanctificauit illum. Quid igitur, non erant & ceteri dies benedicti? Erant profecto, sed sufficiebat illis pro omni benedictione, quae in singulis illis creaturae productae fuerunt. Et ideo de illis non inquit, Et benedixit: in solo autem septimo hoc dixit, & apposuit: Et sanctificauit illum. Quid est, & sanctificauit illum? ab alijs illum segregauit. Deinde docens nos diuina scriptura causam, propter quam dixit, Et sanctificauit illum: adijcit, Eo quod in illo requieuerat ab omnibus operibus suis, quae coeperat deus facere. Iam hinc ab initio doctrinam hanc nobis insinuat Deus, erudiens in circulo hebdomadis diem unum integrum segregandum, &

66
 dum, &

dum, & reponendum in spiritualem operationē. **A** post conuiuium acceptis in manus diuinis libris, Quippe ob hoc dominus, completo in sex diebus opificio suo, septimū benedictione dignatus est & sanctificauit, eo quod in illo quieuerat ab omnibus operibus suis quæ facere cœperat. Verū hic iterū uideo immensum nobis cogitationum pelagus nasci, quod simpliciter præterire nolim, quin & uos harum spiritualium mercū participes fieri cupio. Quæ igitur illa est, quæ hic existit quæstio? **D**iuina scriptura dicente, quod deus requieuit ab operibus suis, in euangelij Christus inquit, Pater meus usq; nunc operatur, & ego operor. Non uidentur tibi ex uerborum prolotione hæc dicta esse contraria: sed absit. Nihil contrariū in sacris scripturis continetur. Nam hic quidem, cum scriptura dicit, Quod requieuit deus ab operib. suis: **B** docet nos quod d. a formando, & ex nihilo res, ut essent, producendo, requieuerit die sexto: Christus autem dicens, Pater meus usq; hodie operat, & ego operor: continentem suam prouidentiam nobis declarat, & operationem uocat conseruationem factorum, quibus largitur ut permaneant, dum totū gubernat mundū. Nisi enim hoc esset, quomodo uniuersum subsisteret ac duraret, non gubernante & dirigente superna manu, cum uisibilia hæc omnia, tum humanum hoc genus? Et si quis uoluerit prudenter & speciatim considerare omnia, quæ quotidie in nostrum beneficium ab omnium opifice perficiuntur, abyssum inueniet misericordiae. Quis enim sermo, quæ mens ad ineffabilem hæc bonitatem pertingere poterit, quæ humano generi perpetuo ostendit: oriri facies solem suum super malos & bonos, & pluens super iustos & iniustos, omnemq; aliam copiam suppeditans? Fortē prolixius quam oportebat, sermonem produximus: uerum hoc non absq; ratione, neq; temere factū est: sed ut absentes ex uobis discant, quantum sibi metipsis nocuerint, ob corporalem cibum semetipsos a spirituali doctrina subducentes. Cæterum ne ualde contristentur, fraterna illos beneuolentia prosequamini, recensentes his quæ a nobis dicta sunt. Hoc enim germanæ charitatis argumentum. Nam si inter magna charitatis indicia habet, qui ita de sensibilibus edulij hoc faciunt: multo magis in spiritualibus hoc agendo, magnam nobis laudem paramus: reditq; ad nos ipsos utilitas. Nam cuius studium est docere proximum, is nō tam illi benefacit, quam sibi ipsi magnā mercedem acquirit: dupliciq; augetur lucro, primum retributione a deo, deinde quod dum fratrem docere conat, interim sibi ipsi memoriam eorum quæ audiuit renouat. Igitur cogitantes tantum lucrum uestrum, ne inuideatis fratribus uestris, sed a uobis discant quæ nunc a nobis dicuntur. Ne autem posthac uestro beneficio hæc discant, ipsos ad nos pertrahite, persuadentes eis, qd nihil obest spirituali mensæ, si præcedat corporalis cibi sumptio: sed haberi debet omne tempus spirituali sermone idoneū. Hæc si recte tenemus, poterimus & domi uersantes, &

10th. 5.c

Matth. 5.g

post conuiuium acceptis in manus diuinis libris, utilitatem inde capere, & spiritualem cibum animæ præbere. Nam sicut corpus indiget sensibili cibo, ita & anima quotidiana spiritualium ciborum refocillatione: ut roborata aduersus carnis insultus & continuum bellum, quo urgemur, resistere possit: quod periculum sit ne in seruitutem redigatur anima, si uel parum desides esse uoluerimus. Proinde propheta Dauid beatum illum dixit, qui in lege domini meditatur die ac nocte. Et beatus Moses Iudaici populi doctor dicit, Cum comederis & biberis, & satiatus fueris, memor esto domini dei tui. Vide, quomodo & tunc potissimum congruit, post sumptum corporalem cibum, spirituale conuiuium apponi: ne post satietatem corporalis cibi, anima segnior facta in perniciem aliquam ruat, & locum dei diaboli machinationibus, qui nullo nō tempore obseruat num ferire letaliter queat. Quin & in alio loco dicebat idem ille Propheta: Cubitum euntes & surgentes mementote domini dei uestri. Vidisti qd nunquam uos deceat hanc memoriam ex anima uestra amittere, sed insculptam in conscientia habere, ac in perpetuo certamine uiuere, nullasq; unquam admittere inducias: imō ut bene scientes, quantus sit furor inimici nostri erga nos, sobrios esse & uigilare, & omnes illius insidias impedire, & nunquā spiritualem negligere alimoniam? Hæc nostra salus est, hæc spirituales diuitiæ, hæc securitas, si sic nos ipsos quotidie muniamus & perlectionem, & per auditionē, & per dissertationē spiritualē. Poterimus em̄ sic etiā ipsi in expugnabiles fieri, & maligni dæmonis technas eludere, celestiaq; pregrna assequi, gratia & misericordia dñi nostri Iesu Christi, cum quo patri, simul & spiritui sancto sit gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Psal. 114

Deut. 8.b

Quod oporteat uirtutem magni facere, sanctosq; imitari, qui cum eiusdem cuius nos naturæ essent, eam exacte præstiterunt: & quod si segnes fuerimus, nullam excusationem habeamus Hom. XI



SCio quod superioribus diebus mētem uestram grauioribus sententijs intenderim, & exercuerim: eam ob rem hodie animus est faciliore proponere doctrinam. Nam sicut corpus ieiunio emaceratum nonnulla indiget refocillatione, ut sic recenti alacritate ad ferendos ieiunij labores redeat: ita & anima uestra remissione indiget & quiete. Neque enim semper intendere, neq; semper remittere oportet: sed nunc hoc nūc illud faciendum, ad regendum animæ statum, & domandam carnis petulantiam. Nam sicut semper intentum esse laboribus lassitudinem affert, & succumbere facit: ita subinde remittere, ad ignauiam inducit. Id quod & in anima & in corpore usu euenire, uidere licet. Propterea modus ubiq; bonus est. Quod erudiens nos omnium deus, & per creaturas suas nostram harmoniam temperauit. Discere hoc licet a die

a die & nocte, hoc est a luce & tenebris. Quandoquidem diem segregauit in operationē hominibus, & noctem in requiem & remissionem laborum: mensurasq; & terminos utriusq; præfixit, unde nobis beneficia quædam proueniret. Nam & lux, diurnæ operationis est tempus, de quo autem di David dicentem: Egredietur homo ad opus suum, & ad operationem suam usq; ad uesperam. Et bene inquit, Usq; ad uesperam: nam ingruente uespere lux abscedit, & succedentes tenebræ humanam naturam sopiunt: & corpus delassatum quiescere faciunt, ac sensus omnes remittunt: & quasi nutrix optima, sensorijs omnibus quietem a laboribus fatigationibusq; concedunt. Cū uero mensura noctis impleta fuerit, superueniens lux excitat, & facit ut recentes sensibus, ad solis radios feruenti & iuuenili quadam promptitudine consueta aggrediatur opera. Idem etiam in anni curriculum fieri cernimus. Hyemem enim excipit uer, & exactæ æstati succedit autumnus: ut per uicissitudinem temporum & mutati aeris refocillata corpora nostra neq; frigore nimium congelata corrumpantur, neq; caloris uehementia nimium calefacta dissoluant: & ut ad hoc nos præparet, hyemi præmittit autumnum, & æstati uer. Et si quis prudenter hæc omnia secum expendere, inueniet in omnibus creaturis ordinem & rationem quandam, & nihil temere & absq; ratione factum. Hoc & in seminibus, quæ ex terra nascunt, uidere licet. Neq; enim omnia eodem tempore tellus profert, neq; omne tempus ad excolenda terræ germina idoneum est. Nouit agricola opportunū tempus, quod a sapientia a deo data habet, quando serendum, quando plantandæ arbores, quando uites terræ sinibus concrendæ: & quando ad messem acuendæ falces, quando decerpenti uinearum fructus, & botri demendi, quando oliuarum bacca colligendæ. Et inuenies, si hæc omnia diligenter uolueris inquirere, magna sapientia etiam agricolas esse præditos. Iam nō solum in terra hoc uidere potes, sed etiam in mari. Nam & hic aliam admirabilem sapientiam spectare potes. Scit em̄ gubernator, quando e naualibus deducenda sit nauis, quando e portu soluendum, quando traijcienda maria. Et maxime in nautis deprehenditur intellectus, quem diuina sapientia humanæ naturæ indidit. Neq; enim qui per uias publicas discurrūt, ita diuerticula sciunt, ut hi in aquis certū iter faciunt. Propter hoc & scriptura obstupescēs eminentem sapientiam dei, dicit: Qui dedit in mari uiam, & in aquis magnis semitam. Quæ humana ratio potest hæc per noscere? Eandem rationem inueniet quispiam etiam in cibus, quos accipimus: nam singulis temporibus & anni partibus uaria & diuersa nobis alimenta dominus largitur. Terra enim quasi optima nutrix, dona sua nobis profert, præcepto dominico seruans. Verum ne prolixius sermonem extendam, licebit uobis pro uestra prudentia per se recensere alia omnia. Da enim, inquit;

103.c

104.d

sapientiam occasionem, & sapientior erit. Neq; in nostris tantummodo cibus hoc cōspicuum est, sed in brutorum quoq;. Et potestis si uultis, etiā ex multis alijs inquirendo discere optimi artificis dei ineffabilem sapientiam, & excellentem bonitatem, & qd creaturæ singulæ ratione quadam conditæ sunt. Similiter igitur & in hac sacra Quadragesima constitutum nobis inueniemus. Nam quem admodum in uijs publicis sunt stabula & diuersoria, in quibus fessi uiatores & respirant & quiescunt, ut alacrius postea pergant: & sicut in mari littora sunt, & molles oræ, & portus, ut in eos e iactatione se recipiant nauigantes, atq; ibi recreati sedata procella denuo nauigationem aggrediantur: ita & nunc his, qui in hac Quadragesima ieiunij cursum susceperunt, quasi stabula & diuersoria, & littora & portus, per duos hebdomadæ dies dominus quietem largitus est, ut & corpori aliquantulum ieiunij labores remittantur, & animam refocillent ieiunantes, & exactis duobus illis diebus in pulchre cœpto itinere alacriter currant. Age igitur, quia hodie remissionis dies est, obsecramus uestram charitatem, ut magna diligentia lucra ex ieiunio collecta custodiat: & sumpta parumper respiratione, mox iterū priora nouis incrementis cumulate, & sic paulatim multis mercibus comparatis ad statutū diem occurrere, & spirituales uestram nauim in portum sanctæ festiuitatis adducite. Nam quemadmodum omnia quæ a domino sunt facta, sicut & uerbis ostendimus, & res ipsa indicat, ratione & sapientia quadā facta sunt, usum necessarium exhibent: ita & quæ a nobis fiunt, decet ne absq; causa & frustra fiant, sed in utilitatem & lucrū nostræ salutis. Quippe quum secularibus negotijs dediti, adduci nequeunt ut rem aliquam incipiāt, nisi prius aliquid lucrari suboleat: multo magis iustū est, ut nos hoc faciamus. Et ne ita temere ieiuniorum hebdomadæ prætereant, scrutemur suam quisq; cōscientiam, & rationem examinemus, & cōsideremus quidnam in hac hebdomada probè actum sit, quid in alia, & quale augmentū fecerimus ad sequentem, quas in nobis affectiones correxerimus. Quod si non uitam nostram instituerimus, magnam animæ nostræ curam habentes, nihil nobis usui erit ieiunium, uel inedia, quam toleramus: præsertim si compertū fuerimus inferiores his, qui tantū studium colligendis opibus impendūt. Nullum em̄ horum inuenies, qui uel non summa uigilantia laboret, quod prioribus quotidie aliquid adijciat, uel unquam satiatur: sed quanto facultatū maior est accessio, tanto & curam & studium suum amplius intendit. Quod si ubi studium est inutile, & diuitiæ nonnunquam magnam salutis animæ iacturam faciūt, tanta uigilantia res agitur: & præter hæc magna illic est formido, & instabilis opū possessio: non solum qd ueniente morte, ipsæ hie manentes, nullam eis qui illas collegere, utilitatē cōferunt, sed manentibus hic illis, magna seueritate cogent de ipsis alibi rationē reddere: quāuis sape &

Proth. 9. b

sape &

sape & ante mortem post multos labores, & sudores, & erinas, quasi procella quadam ingruente negotiorum difficultate, repente qui plurimas possidebat diuitias, pauperrimis factus est pauperior: qualia singulis diebus uidere contingit. At qui in spiritali negotiatione nihil tale formidatum est unquam: stabilis enim & immota manet. Talibus enim bonis & hic multum egemus, & alibi adiuramur plurimum. Igitur dum tempus habemus, obsecro, uel saltē iditidij impendamus spiritalibus mercibus cōquirendis, quod alij in perituras collocant. Nec ab hac sollicitudine cessemus, si recte quid actum fuerit, uel si aliquam affectionum molestarum magna uigilantia expugnauerimus, ut conscientiae digna certitudine habita, multiplicis uoluptatis fructū percipiamus. Neque enim hoc solum quaeritur, ut huc quotidie conueniamus, & de iisdem continuo audiamus, & totam Quadragesimā ieiunemus. Quādoquidem si nihil ex huius loci frequentatione, & iugi admonitione, & ieiunij tempore lucraturi essemus: tunc non solum nihil utilitatis afferrent haec, sed & maioris condemnationis occasio fierent: si quidem tanta tractati diligentia iisdem permanemus, & neque ferox sit mitis: neque iracundus, mansuetus: neque inuidens, beneuolus: neque insaniens in diuitias desistit a suo morbo, & eleemosynis dispertendis & alendis pauperibus uacat: neque intemperans sit castus: neque uanae gloriae inhians illam contemnere, & ueram gloriam desiderare discit: neque charitatis in proximum negligens, seipsum excitatum erudit non solum ne deterior sit publicanis: nā si diligitis eos qui uos diligunt, inquit, quid amplius facitis? nōne & publicani hoc faciunt: sed ut seipsum affuefaciat etiā inimicos humaniter aspicere, magnaque charitate fouere. Quod si affectionibus illis, & alijs quae in nobis subnascuntur mala, superiores non fuerimus, licet quotidie hic conueniamus, & continuo doceamur, & tantū a ieiunio administratum nobis datum sit, qualis erit uenia? qualis defensio? Dic mihi, obsecro, si puerum tuum quotidie uideres in ludum ire, & nihil lucri facientem multo tempore, patienter ne ferres? Nōne & puerū uerberares: & magistrū argueres: & deinde comperto quod magister omne suum officiū fecisset, & planē intermisisset nihil, pueri autem ignauia causa sit omnī, nōne indignationem omnem in puerum transferres, magistrum absolueres? Id ipsum & hic iuste fieret. Nos enim quia gratia diuina huic loco destinati sumus, quasi spirituales filios in hac scholas uos quotidie uocamus, salutarem uobis doctrinam proponentes: & non nostra cōmenta, sed eas quae a domino per diuinas scripturas nobis donatae sunt, doctrinas in medium afferimus, illasque uobis inculcamus. Si ergo cum nos uigilanter omnem adhibeamus diligentiam, & quotidie in uiam ueritatis ducamus, uos in iisdem perseveratis moribus: cogitate quātus & noster sit dolor, & uestrum dedecus, ne quid

dicam acerbius. Quamuis enim alieni simus a negligentiae crimine, ut qui nihil praetermittimus, quod ad uestrā pertineat aedificationem: tamen quia uestrae salutis curam gerimus, nō possumus aequo animo ferre uestram ignauiam. Quia & doctor cum uidet discipulū, nullum studio suo fructum facere, nō uulgariter dolet & gemit, uidens se omnem laborem perdere. Haec nunc dico, non ut charitatem uestram contristem, sed ut excitem & instruam, non simpliciter ieiunij corpus castigare, neque temerē & inuauū dies Quadragesimae sanctae transmittere. Et quid dico dies Quadragesimae sanctae transmittere, cum prorsus nullā nos diem unquam transigere oporteat, si possibile est, per omnem uitam nostram, in qua non lucrū aliquod spirituale nobis reponamus, uel per preces, uel per cōfessionem, uel per eleemosynas, uel aliqua alia spiritalia bona opera? Nā si Paulus uir tantus & talis, qui arcana illa uerba audiuit, quae usque in hodiernū diem nullus cognouit, clamabat dicens, Quotidie morior per uestrā gloriationem: docens nos, quod sic seipsum pro pietate periculis exposuit, quod quotidie morti uicinus esset: & quod natura nō fert (uni enim morti obnoxij sumus omnes) hoc ipse pertinaci suo instituto agebat, tametsi deus illum quotidie in aliorum salutem cōseruaret. Si ergo ille tot rebus praecclare gestis insignis, & quasi angelus terris affulgēs, quotidie studebat lucrari, & pro ueritate stare in acie contra pericula, & sibi colligere spirituales merces, & semper progredi: qualem habebimus nos defensionem, qui non solum bonis operibus omnibus destituti sumus, sed & malis grauati, quorum unū duntaxat in ipsum perditionis profundum detrudere nos sufficeret: nullumque praeterea studij nobis est, ut uel saltem haec emendemus? Et quū idē saepe nō uni uitio, sed pluribus est obnoxius; nempe & iracundus est. & intemperans, & auarus, & inuidus, & ferox: & neque haec corrigere, neque uirtutis opera attingere uult, qualis posita erit salutis spes? Haec dico, & dicere non desinam, ut auditores suum quisque remedium accipiant ex nostris dictis, & studeant ut statim ab affectionibus mentem turbantibus liberentur, conualescentesque uirtutum studijs posthac se accommodent. Sicut & in his fieri solet qui corporali morbo laborant: quamuis sexcenties medicus remedia afferat, & ualitudinarius medicinae curam respiciat, & saepe succēseat, si medicus imponat phar macum, & impatiens doloris illud reijciat, nulla inde utilitate suscepta: nemo prudens medicū arguerit qui suum egit officium. Eodem modo & hic nos medicamentū ex spiritali doctrina confectum imponimus. Vestrum autem posthac fuerit ferre dolores, & curam cum utilitate admittere, ut a morbo liberati ad ueram ingrediamini sanitatem. Sic enim & ipsi magnam percipietis utilitatem, & nos mirum in modum refocillabimur, si uiderimus eos qui prius laborabant, tam cito bona sui ualitudine. Obsecro igitur omnes uos, ut unusquisque

ut unusquisque, si non antea, uel certe iam operam det, ut uitium quod sibi magis quam cetera infestum sentit extirpet, & pia cogitatione, quasi spiritali quodam gladio utens, seipsum ab eo liberet. Dedit enim nobis deus rationē quae sufficiat, & possit, si uelimus parum oculos aperire, ad edomanda omnia quae in nobis nascuntur uitia. Propterea etiam in diuinis scripturis perscriptam spiritus sancti gratia reliquit, ut discētes, quod licet eiusdem fuerint naturae, uirtutibus tamen studuerunt, ne simus nos ignaui & desides in ijs exercendis. An non naturae nostrae fuit & beatus Paulus? Flagro amore huius uiri, & propterea continuo uersatur ipse in ore meo: & quasi in archetypū aliquod exemplar, ita in illius animam respiciens, obstupescit in hoc uiro miram affectionum calcationem, fortitudinis excellentiam, amoris in deum feruorem: & arbitror quod unus homo suo studio uniuersum uirtutum chorum absoluerit: uerum nos ne unum quidem bonum opus, uel mediocre facere curamus. Quid igitur nos eripiet a supplicio in euitabili? Nam cum eiusdem ille nobiscum fuerit naturae, & iisdem obnoxius affectionibus, & in tanta temporum difficultate quotidie, ut ita dicam, traheretur, laceraretur, & publice raperetur ab his qui praedicationem oppugnabant, qui & saepe ipsum mortuum existimabant, & quasi destitutam animo caedem perpetrassent, ipsum relinquebant: inuenitur ne aliquis nostrum, qui sic desides sumus, & tot peccatis impliciti, tantam uirtutum magnitudinem praesefere? Verum quanta beatus ille praecclare opera fecit, & fortitudinē quam pro religionis praedicatione quotidie declarauit, nō a nostra audite lingua, sed ipsummet audite dicentē: Quando enim in eā deuenit necessitatem, ut propter pseudapostolorum imposturas res suas enarrare cogeretur, tam graue & molestum ipsi erat, ut excusaret, & nunquam in medium ea afferre uellet: sed & seipsum audebat uocare blasphemum & persecutorem. Quia autē magnum quid erat, ita ab impostoribus uituperari, & in faciem caedi, & discipulos interim pusillanimes fieri: sic ferē cepit post multa alia dicere: In quo autem quis audeat, per insipientiā loquor, audeo & ego. Considera piā animam, non solum audeat, sed & insipientiam rem eam uocat: docens & nos ne unquam citra necessitatem, & nullo uirgente, quae a nobis facta sunt euulgemus: si quidē aliqui ex nobis sunt qui bonum aliquod sunt operati. In quo autē quis, inquit, audeat, per insipientiam loquor, audeo & ego: hoc est, quoniam multum uideo necessitatem, audere uolo, & insipientiae opus facere. Hebraei sunt, sum & ego: Israelitae sunt, sum & ego: semen Abraham sunt, sum & ego. Ob hoc, inquit, sublime sapiunt & gloriantur: ne putent ea nobis deesse, etiā nos eorundem participes sumus. Deinde subiicit: Ministri Christi sunt, delirans loquor, excellentius sum ego. Vide hic, quāso, beatae huius animae uirtutem. Nam

Chryf.

postquam se audacem esse, & insipientiam dixit quod a se factum, quamuis in tanta esset necessitate constitutus, neque sic tamen dictis contentus fuit: sed quū demonstraturus esset quod illos magno interuallo superaret, ut ne quis eum putet ob philautiam & sui ipsius amorem haec dicere, iterū delirium uocat quod a se dicebat: quasi diceret, Non sum nescius quod rem facio multorum cauellis exposita, neque me decentem: sed me cōpellet magna necessitas, ideo ignoscite mihi insipientiae uerba loquenti. Huius uel umbram imitemur nos, qui tantis premimur peccatis, & saepe si partū quid recte faciamus, neque ipsum in promptuario mentis nostrae repositum manere patimur, sed ut gloriolam aliquā ab hominibus uenemur, inuulgamus, & ob intempestiua nugacitatem diuina retributione nosmetipsos fraudamus. At nihil tale beato Paulo accidebat. Sed quid? Ministri Christi sunt: delirans, inquit, loquor, excellentius sum ego. Deinde adducit in mediū ea quibus pseudapostoli planē carebant. Neque enim ea habebant hi qui ueritatem impugnabant, & praedicationi religionis obstitabant: & propter hoc omnia faciebant, ut mentes simpliciorum subuertere possent. Igitur ut dixit, Excellentius sum ego: enumerat postea fortitudinis suae res praecclare gestas, & inquit: In laboribus copiosus, in uerberibus supra modum, in mortibus frequēter. Quid dicis? Est hoc rarum & admirabile, quod a te dicitur: Est ne possibile, ut quis saepe moriatur? Et tiam, inquit, quamuis nō mortis experientia, attamen moriēdi proposito: docēs nos, quod subinde se illis exposuerit mortiferis periculis ob praedicationem, sed dei gratia in medijs periculis athleram seruauit, quod discipulis magis prodesset. In mortibus, inquit, frequenter: a ludaeis quinquies quadraginta plagas unam uis accepi, ter uirgis caesus fui, semel fui lapidatus, ter naufragiū feci, noctem ac diē in profundo egi, in itineribus saepe, in periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis ex falsis fratribus, periculis in bellis, periculis in solitudine, periculis in mari. Ne simpliciter praetereamus dicta haec dilecti: nam quodlibet horum per se, pelagus aliquod tentationum secum fert. Non enim simpliciter iter unum dixit: sed, in itineribus saepe: neque unum periculum in fluuijs, sed multa & uaria: & omnia tulit magna quadam constantia. Et post haec omnia iterum inquit: In labore & molestia, in uigilijs saepe, in fame & siti, in frigore & nuditate, absque his quae extrinsecus accidunt. Vide iterum aliud pelagus tentationū nobis aperiri. Ut enim dixit, Absque his quae extrinsecus accidunt, insinuaui praetermissa plura esse uerisimiliter, quam quae dicta sunt. Et neque hic cōtentus, praeterea alia nos docet, pressuras & curarum uortices, quas tolerauit, sic dicens: Incumbens mihi quotidiana cura omnium ecclesiarum. Ecce & hoc bonum opus uel unicum sufficiens est ut summus ipsi uirtutum apex tribuatur, cura omnium ecclesiarum, non

tom. 1

d

paruae

parua unius, uel duarum, uel trium, sed omnium in toto orbe: & quantam terrā sol radijs suis illustrat, tantam curam & sollicitudinem habuit Paulus. Vidisti latitudinem animae: uidisti mentis magnitudinem: iam quod subsequitur, omnia superiora obscurat. Quis enim infirmus, inquit, & ego non infirmor? Quis scandalizat, & ego non uror? Papē, quantus in filios amor & indulgentia: quanta uigilantia: quanta cura? Quae mater sic luget uiscera filij febricentis, & in lecto decumbentis, ut beatus ille pro quouis infirmo, quocumque ille loco est, infirmatur, & pro scandalizatis urit? Considera, quāso, uerborum latentem uim & emphasis. Non dixit, Quis scandalizat, & ego non contristor: sed uror, inquit, intensum nobis dolorem declarans: quasi demonstraret, quod intrinsecus accenderetur & ureretur pro his qui offendebantur. Scio quod in magnā prolixitatem extendi doctrinam, quamuis stauerā hodie breuior esse, ut paululū a seipij labore possitis respirare: sed nescio quomodo, ut in diuitias bonorū operū huius sancti incidi, linguam mihi quasi rapidi fluminis uis rapuit, & propterea hucusque sermo profluxit. Oro charitatem uestrā, ut continue illū in mente circumferatis: & subinde cogitetis, quod eadem nobiscum natura cōmunicans, isdem affectionibus obnoxius, opifex uilis & contemptibilis, pelilium sutor, & in officinis frequens: quia uoluit & decreuit uirtutum studio se mancipare, & idoneum se cōstitueret receptaculum spiritus sancti, largius quoque superna liberalitate potitus est. Et nos item, si uoluerimus quod nostrum est facere, nihil prohibebit eadem nos bona consequi. Liberalis enim dominus, & uult oēs homines saluos fieri,

1. Tim. 2. b. & ad agnitionem ueritatis uenire. Idoneos igitur nos ipsos exhibeamus, & feruenti alacritate uirtutem uel nunc saltem apprehendamus, & affectiones nostras corrigētes, efficiamus ut spiritus sancti commoda simus habitacula. Quod ut mereamur, concedat gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre simul & spiritu sancto sit gloria, imperium & honor, & nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

De ijs quae sequuntur de creatura: Iste est liber Generationis caeli & terrae, quādo facta sunt, quo die fecit deus caelum & terram. Hom. xii

A Ge promissum nostrum hodie impleamus: & consuetam doctrinam tractantes, dicenda nunc his, quae supra dicta sunt, contexamus. Scitis enim quod semel atque iterum hoc facere decreuerimus, & ad hoc properauerimus: sed linguā nostram cura frastrum, quā gerimus, in illorū admonitionē aliō rapuit. Quādoquidē modo infirmis fratribus, quibus sumpto cibo corporali, sequestrare se ab hoc spiritali conuentu, & mutilare nobis sanctae festiuitatis gaudia mos fuit, suafimus cōsulendo & exhortādo, ne ab ouili Christi absint, & extra caulam hanc spiritalē aberrant: nomine quidē & appellatione nobis uniti, reuera autē ludaeos se-

stantes, qui orto sole iustitiae adhuc umbrā asistent, lucernaeque additi sunt. Modo obsecraui eos qui ad sunt, sed parū adhuc de sacris instructi, ut in spiritali uocatione currant, excusosque ignauitiae somno, feruenti desiderio, & intēta alacritate paratos se ad suscipiēda regia munera praesent, & properent ad eum qui remissionē donat peccatorū, & liberaliter innumera bona suppeditat. Itaque cū uulneribus, prout requirebat necessitas, medicamenta imposuerimus, & nobis congruam curam impenderimus: partim arguentes illos qui de paschali festo male sentientes labuntur, & obseruationē quadam multū sibi incommodant: partim admonentes alioqui rudes, indoctos, & tepidos: nunc autem, qui a morbis qui urgebant, discedimus, utpote nostro impleto officio, reliquum fuerit ut omnibus uobis spirituale pareretur conuiuiū. Nam sicut iure quis nos reprehendisset, ut temporis opportunitatem & rationem negligentes, si priusquam fratrum nostrorum curam habuissemus, infirmitate ipsorum contempta, coepitā materiā sectati essemus: ita nunc, quia nihil praetermissum est, quantum nostrae uires sinunt, uerbum doctrinae adhibuimus, pecuniā dinumerauimus, semina terrae spiritali cōmendauimus: consentaneum est, ut iterum in mediū afferantur, quae ex beato Mose sunt lecta, quod fructu inde collecto, domum proficisci liceat. Et quae noua haec? Audiamus. Iste est liber, inquit, Generationis caeli & terrae, quādo facta sunt, quo die fecit deus caelum & terram, & omne uirgultū agrī, antequam oriretur super terram: omnemque herbam agrī, priusquam oriretur. Non enim pluerat deus super terram, & homo non erat qui coleret eam. Fons autē ascendebat de terra, & irrigabat uniuersam faciem terrae. Considera, obsecro, beati huius prophetae admirabilem sapientiam in dō sancti spiritus doctrinam. Nam postquam nobis per partes enarrauit creaturas omnes, & sex dierum pertractauit opera, & formationem hominis, potestatemque uisibilium omnium illi concessam: nunc iterum summam omnia recapitulās, inquit: Iste est liber Generationis caeli & terrae, quando facta sunt. Operapretium hic fuerit inquirere, quare scriptura librum hunc uocauerit caeli & terrae, quamuis multa alia in se contineat, & doceat nos de pluribus alijs, nempe de iustorū uirtutibus, & de misericordia dei, & indulgentia, quam erga protoplastum, & omne humanum genus declarauit: & de alijs multis, quae huius temporis non fuerit enumerare. Ne mireris dilecti: mos enim hic est sacrae scripturae, ut non ubique omnia particulatim enarret: sed cum generalissima, & ea quae plurima complectuntur, dicere coeperit, relinquat sequentia studiosis auribus consideranda. Et ut dicas, quod ita sit, manifestū faciā ex his quae nunc sunt lecta. Ecce enim in superioribus cū nos docuisset diuina scriptura particulatim formationem omnium: nunc non omnium meminit, sed inquit: Iste est liber generationis caeli

nis caeli & terrae, quando facta sunt, die quo fecit A deus caelum & terrā, & caetera. Vide quomodo totum sermonem ad caelum & terram conuertit, in illis alia omnia nobis cōtenda relinquens. Cū ergo dicit, caelum & terram: omnes creaturas simul comprehendit, tam eas quae in caelo, quam quae in terra. Sicut igitur in enarratione creaturarum non omnia deinceps dicit, sed maxime generalia tantum cōmemorat, nō etiam omnia singulatim enarrat: ita & librum totum, libellum generationis caeli & terrae appellauit, nostrae memoriae quod reliquum est cōiectandum relinquens, contineri in hoc libro de uisibilibus, tam his quae in caelo, quam quae in terra. Et omne uirgultum agrī, antequam fieret super terrā, & omnem herbam agrī antequam oriretur. Non enim pluerat deus super terram, neque homo erat qui coleret illam: sed fons ascendebat ē terra, & irrigabat uniuersam faciem terrae. Grandis thesaurus in pauculis uerbis illis reconditus est. Unde magna prudentia, quae dicuntur, iurante nos dei gratia, congruit explicare, & facere uos spiritalium harum diuitiarū copiae participes. Spiritus enim sanctus futurorum praecius, ut nulli posthac contendere, & ecclesiasticis dogmatibus, ex proprijs sensibus, aduersa diuinis scripturis immiscere liceat: etiam nunc denuo, postquam creaturarum ordinem docuit: quod hoc quidem primum, istud autē secundū productū: & quod semina sua tellus uerbo mandatoque domini ministrans adidit, & producendi uim accepit: cum neque solis cooperatio ne egeret, qui nondū erat, neque pluuia, neque hymbrium, neque hominis cultura: nam & ille nondum in medium prodierat: ideo iterum repetit particulatim omnia, ut in domitā imprudenter blaterantium linguarū compescantur. Quid autē inquit? Die quo fecit caelum & terrā, & omne uirgultum agrī priusquam fieret super terrā, omnemque herbam agrī, priusquam oriretur. Non enim pluerat deus super terrā, nec erat homo qui coleret illam. Fons autē ascendebat ē terra, & rigabat uniuersam faciem terrae. Hoc uult dicere, quod sermone & praeccepto illius quae prius nō erant, ut essent prouenerunt: & quae non erant, subito cōparuerunt. Herba est, quae ex terra prouenit: hic autem herbam dicens, semina omnia dicit. Et de pluujs docens nos iterum scriptura subdit, Non enim pluerat deus super terram: hoc est, nondum pluuia desuper deferebantur. Denique ostendit, quod neque hominis operatione habuit opus (non enim erat homo qui operaretur terram) quasi clamans & dicens posteris omnibus: Audite haec & discite quomodo ab initio omnes terrae prouētus sint producti, & ne terram colentium diligentiae omnia tribuite, neque eis hanc germinandi uim adscribite: sed mandato & praeccepto, quod à conditore suo audiūt. Haec autē omnia sunt, ut sciamus terram ad aedenda semina sua aliorū elementorum cooperatione non egere, sed conditoris mandato contentam esse. Est & hoc minime uulgare & Chryf.

admirandum, quod is qui nunc terram uerbo ad tot semina producenda fecundam faciens, declarauit potentiam suam, quae humanae rationis caput transcendit, hanc tam grauem & tantum ferentē ornatū super aquas fundauit, sicut & Propheta dixit: Qui fundauit terrā super aquas. Quae humana ratio comprehendere hoc potest? Nam cū homines domus aedificaturi, fundamenta iacere uolunt, prius fodiunt: & ubi ad profunda peruenierint, si uel paruū humorem uiderint, omnia faciunt ut omnem ipsum exhauriant, & sic fundamenta locent. Propterea opifex omnium omnia secus quam homines facit, ut ex hoc discas ineffabilem eius potentiam, & quod quodcumque uoluerit, elementa haec plane contrarium quam solent effectum iuxta conditoris praecceptum ostendunt. Et ut id quod dicitur dilucidius nobis fiat, iam de hoc aliquid differamus, postea ad aliud transaturi. Hoc enim cōtra aquarum naturā est, ferre corpus tam graue: & iterum contra naturam terrae, sedem suā in tali fundamento habere. Et quid miraris? In quacumque creatura scrutari uolueris, inuenies immensam opificis potentiam, & quod sua uoluntate gubernat omnia. Videre enim hoc licet in igne quoque, cui absumptiua natura est: oia enim domat, materiam lignorum, lapidum, corporum, & ferri, idque magna facilitate: at postquam imperauit dominus, corpora tenera & corruptibilia non tetigit, sed illaefos pueros seruaui in media fornace. Et ne miremini quod corpora illorū non tetigit, sed irrationale elementum tam obsequens fuit, ut nullus dicere queat: nam nec capillis illorum nocebat, sed circumdabat illos, & intra se clauderat: ignis autem essentia tanquam obedientiam exhibēs, & domini mandato seruiens, illaefos & intactos seruabat admirabiles illos pueros, qui quasi in prato & horto ambulantes, tanta fortitudine in fornace uersabant. Et ne quis haec spectans putaret ignem operatione carere, idcirco misericors deus illius efficaciam non impediuit: sed uim illam urendi illaefam seruaui, & seruos suos inuictiores fecit, quā ut illius nocumento laederentur. Caeterum ut scirent qui pueros iniecerant, quanta esset omnium dei potentia, in illos ignis suam operationem exercuit. Et illis quidem qui intra fornacem erant, & circa quos stabat, pepercit: eos autem qui foris erant, exussit & absumpsit. Vidisti quod quando dominus uult, elementa omnia in contrariam mutat operationem? Conditor enim est & dominus, & pro sua uoluntate omnia dispēsat. Vultis & in aquis id ipsum uidere factum? Nam sicut ignis hic his qui intus erant nihil nocebat, sed illis parcebat, oblitus suae operationis, in eos autem qui foris erant, saeuiebat more suo: sic & aquas uidebimus alios quidē submergere, alios autem cedere & uiam dare, ita ut absque noxa transeant. Mementote hic Pharaonis & Aegyptiorum, & ex alia parte populi Hebraeorum, quomodo hi ad mandatū domini, magno Mose duce, per mare rubrum, quasi per aridam

Psal. 23. 4

tom. 1 d 2 dam

dam transferunt: Aegyptij autē qui eandem viam cum Pharaone ire uolebant, aquis obruti submerfi sunt. Ita solent elementa reuereri seruos domini, & à suo se continere impetu. Audiamus nos, quotquot seroces & iracundi, & alijs affectionibus ob nostram ignauiam impliciti, nostram salutem pessundamus, & imitemur tantā ratione carentium elementorum obedientiā nos qui ratione insigniti sumus. Nā si ignis, ita edax, ita uehemens, corporibus corruptibilibus & tam teneris pepercit: quam meretur ueniam homo, suum refrenare furorem propter mandatum domini, & irā erga proximū ē pectore suo eliminare nolēs? Et quod maius est, ignis tantā urendi uim habet, & suam operationem non ostendit; homo autem mansuetum animal, & rationale, & benignū, contraria suae naturae facit, & negligentia mores suos in ferinos uertit: Idcirco & diuina scriptura propter affectiones illas interurbantes, ab irrationalibus & à feris agnominationes his qui ratione insigniti sunt, imponit. Interdum canes ob impudentiā & impetum uocat, dicēs: Canes muti, non ualentes latrare. Interdum ob libidinem equos. Hier. 5. c. Nam equi in foeminam insanientes, uniuersique uxori proximi sui adhiuiebat. Interdum uero asinos, ob stupiditatem & ruditatem. Comparatus est enim, inquit scriptura, iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Interdum etiam leones & pardos uocat, ob rapacitatem & habendi auaritia. Aliquando autem aspides, ob fraudulentiam. Psal. 13. b. Venenum, inquit, aspidum sub labijs eorū. Nonnumquam serpentes & uiperas, ob latens uentū & malitiam: sicut & beatus Ioannes clamabat, dicens: Serpentes, progenies uiperarū, quis uobis demonstrauit fugere à uentura ira? Insuper & alia affectionibus respondētia nomina imponit, ut sic uel tandem confusi, ad suam aliquando redeant nobilitatē, & suo generi confederentur, affectionibus suis diuinas leges praeferant, quibus sese delinquendo permiserunt. Sed nescio quomodo à sermonis orbita in hac digressus sum. Age nūc ad institutum redeamus: etiam aliud quid docere nos uult beatus ille Propheta. Nam, ut dixit, iste est liber generatiōis; progressus ultra, narrat iterum diligenter hominis formationem. Et quia superius breuiter dixerat, inquit: Et formauit deus hominem puluerē de terra, & inspirauit in faciem eius spiraculum uitae, & factus est homo in animam uiuentem.] Magnum est hoc quod hic dixit, & stupore plenum, ac humanam transcendens mentem. Et formauit, inquit, deus hominem puluerem de terra. Sicut de omnibus creaturis uisibilibus dicebam, quod omnia praeter naturae morem agat omnium opifex, quod & per hoc ineffabilis ipsius monstratur uirtus: ita & in hominis formatione inueniemus nunc factum. Vide enim quomodo super aquas terram fundauit, id quod citra fidem humana ratio non capit: & quomodo quandocumque uoluerit, sicut ostendimus, omnes substantiae diuersae earum naturae

ut agant, efficit. Simili modo & in hominis formatione nunc nobis quid factum sit declarat. Formauit deus, inquit, hominem puluerem de terra. Quid dicis? Acceptōne de terra puluere formauit hominem? Etiam, inquit, & non simpliciter, nec quamuis fortuito terrā dicit, sed puluerem: quasi si quis dicat, tenuissimum & uilissimum quod est in terra. Magnū tibi & admirabile uideat quod dictum est. Verum si cogites quis opifex, neutiquā dubitabis de facto, sed miraberis & adorabis conditoris potentiam. Quod si haec iuxta cogitationum tuarum imbecillitatem emetiri uolueris, & curiosius explorare: probabile est quod tibi in mentem ueniat, ex terra corpus nunquam fieri, sed uel laterem, uel testam, & non tale corpus. Vi des, quod si potentiam conditoris nostra mente existimare uolumus, & si nostris rationibus tam imbecillibus innitimur, non possumus dictorum capere sublimitatem. Nam quae dicuntur, fidei oculis indigent. Suntque haec ob nostram infirmitatem tanta uerborū attemperatione descripta. Quandoquidem istuc ipsum quod inquit, Formauit deus hominem & inspirauit, indignum deo fuerit: sed propter nos, & propter infirmitatem nostram haec sic narrat scriptura, ad nostrā se tenuitatem submittens: ut quoniam nos tanta familiaritate dignatē, ad fastigium illud redire posse confidamus. Et formauit, inquit, deus hominem puluerem de terra. Hinc, si attendere uolumus, non parua nobis humilitatis offertur doctrina. Nam cum cogitauerimus unde constitutionis suae initium natura nostra suscepit, etiam si sexcenties supercilia furrigamus, ea reprimemus, & humiliabimur, & substantiae nostrae qualitatem perpendentes, modestiam discemus. Et propterea deus, cui tanta salutis nostrae cura, ad nostri eruditionē Propheta linguam sic direxit. Quippe cum superius dixisset diuina scriptura, Et fecit deus hominem, secundū imaginem dei fecit eū, & dedit illi omnium uisibilitū potestatem: ut ne ignorando quod constitutus sit, magnus sibi uideat, & prescriptos sibi limites transeat: propterea repetēdo docet & formationis eius originē, & unde primus homo productus sit. Nam quum post hanc doctrinam, qua agnouit se à terra habere originem, ex qua & cetera animalia, quamuis formatio animaeque substantia multo excellentior per misericordiam dei concessa sit, eo quod rationalis sit, & omnibus alijs dominetur: quū, inquit, post hanc doctrinā serpentis deceptione parem aliquā cum deo aequalitatē imaginatus sitis, quod de terra formatus est: si priori narratione contentus fuisset Propheta, & non repetitis omnibus diligenter nos docuisset, in quā non incidissemus insaniam? Atque adeo plurimum ad erudiendum nos conducit scire, unde substantia nostra primum originem acceperit. Et formauit, inquit, deus hominem puluerem de terra, & insufflauit in faciem eius spiraculum uitae. Quoniam hominibus loquitur, aliter audire non ualentibus, uerborum simplicitate & crassitudine uti, quam

quam audire & accipere possemus. Et ut doceat nos, quod formatū illū de terra, misericordia domini & rationalem animae essentiam habere uoluerit: per quā animal hoc absolutū & perfectum fieret: Inspirauit, inquit, in faciem eius spiraculum uitae.] Vitalem dicere uult operadi efficaciam, ei qui de terra formatus est, spiraculum datū esse, & hoc substantiam animae constitutā. Vnde subdit: Et factus est homo in animā uiuentem.] Ille fictilis, inquit, ille pulueres, accepto spiraculo uitae, factus est in animā uiuentē: hoc est, efficaciter operatus, cui membra corporis seruiat, cuiusque uoluntati ac efficaciae auscultent. Ceterū haud scio, quomodo eum inuenterim ordinē, & usque adeo inualuerit malitia, ut illam cogat carnis concupiscentijs obsequi, ut deturbetur à throno suo regina, cuius erat praesidere, & imperare. Cogimus enim illam carnis parere uoluptatibus, ignorantem ipsius generositatem, & quantum praestitā emmentiam sortita sit. Nam cogita, obsecro, formationis ordinem: & expende tecum, antequam inspiraretur à domino spiraculum uitae, quis erat formatus ille? simpliciter inaninis quaedam imago, operatione carens, & ad nihil utilis. Ad totū illud quod in tantum honorem ipsum prouehit, non est nisi spiraculum illud à deo inspiratum. Ceterum ut hoc non solum ex his quae tunc facta sunt, sed & ex his quae nunc quotidie contingunt, uideas: cogita tecum, quomodo post animae emigrationem, corpus hoc tam insuaue & iniucundum apparet. Et quid dico, insuaue & iniucundum? quomodo foetore impletum, & deformitate horrendum fugitur, illud antea cum ab anima regeret, amabile, hilare, speciosum, ad bona opera faciēda ualde accommodum? Haec utique omnia nobis cogitanda sunt, & maxime animae nobilitas quantā sit, ne quid ea indignum operemur, ne coinquinemus eam illicitis operibus, ne sub carnis seruitutem eam subiugemus, ne tam nobilem, tantaque dignitate sublimem, sic crudeliter & immisericorditer tractemus. Nam propter illius substantiam nos qui corpore inuoluti sumus, possumus cum incorporeis uirtutibus, adiuuante nos diuina gratia, certare: & in terra obambulantem, quasi in caelo uiuere, & nihil minus quam caelestes facere, & quodammodo aliquid amplius. Et quomodo haec? Ego dicā. Quando enim quis inuentus fuerit corruptibili hoc corpore circumdatus, eodem modo uitam agens, ut supernae illae uirtutes, quomodo non propensioem dei gratia sortitus fuerit, quia & corporis necessitatibus obnoxius, in corruptā & inuiolatam animae generositatem seruauit? Et quis unquam, dicis, poterit inueniri talis? Merito impossibilis nobis haec res uidetur, ob immodicam uirtutis arduitatē. At si uis discere quod non sit hoc impossibile, cogita, oro, omnes iustos, qui domino ab initio usque ad praesens tempus placuerunt: magnum illum etiam, & infecundae filium eremicque ciuem Ioannem: Paulum quoque magistrū orbis, & omnem sanctorum numerū, qui eandem

Chryf.

quam audire & accipere possemus. Et ut doceat nos, quod formatū illū de terra, misericordia domini & rationalem animae essentiam habere uoluerit: per quā animal hoc absolutū & perfectum fieret: Inspirauit, inquit, in faciem eius spiraculum uitae.] Vitalem dicere uult operadi efficaciam, ei qui de terra formatus est, spiraculum datū esse, & hoc substantiam animae constitutā. Vnde subdit: Et factus est homo in animā uiuentem.] Ille fictilis, inquit, ille pulueres, accepto spiraculo uitae, factus est in animā uiuentē: hoc est, efficaciter operatus, cui membra corporis seruiat, cuiusque uoluntati ac efficaciae auscultent. Ceterū haud scio, quomodo eum inuenterim ordinē, & usque adeo inualuerit malitia, ut illam cogat carnis concupiscentijs obsequi, ut deturbetur à throno suo regina, cuius erat praesidere, & imperare. Cogimus enim illam carnis parere uoluptatibus, ignorantem ipsius generositatem, & quantum praestitā emmentiam sortita sit. Nam cogita, obsecro, formationis ordinem: & expende tecum, antequam inspiraretur à domino spiraculum uitae, quis erat formatus ille? simpliciter inaninis quaedam imago, operatione carens, & ad nihil utilis. Ad totū illud quod in tantum honorem ipsum prouehit, non est nisi spiraculum illud à deo inspiratum. Ceterum ut hoc non solum ex his quae tunc facta sunt, sed & ex his quae nunc quotidie contingunt, uideas: cogita tecum, quomodo post animae emigrationem, corpus hoc tam insuaue & iniucundum apparet. Et quid dico, insuaue & iniucundum? quomodo foetore impletum, & deformitate horrendum fugitur, illud antea cum ab anima regeret, amabile, hilare, speciosum, ad bona opera faciēda ualde accommodum? Haec utique omnia nobis cogitanda sunt, & maxime animae nobilitas quantā sit, ne quid ea indignum operemur, ne coinquinemus eam illicitis operibus, ne sub carnis seruitutem eam subiugemus, ne tam nobilem, tantaque dignitate sublimem, sic crudeliter & immisericorditer tractemus. Nam propter illius substantiam nos qui corpore inuoluti sumus, possumus cum incorporeis uirtutibus, adiuuante nos diuina gratia, certare: & in terra obambulantem, quasi in caelo uiuere, & nihil minus quam caelestes facere, & quodammodo aliquid amplius. Et quomodo haec? Ego dicā. Quando enim quis inuentus fuerit corruptibili hoc corpore circumdatus, eodem modo uitam agens, ut supernae illae uirtutes, quomodo non propensioem dei gratia sortitus fuerit, quia & corporis necessitatibus obnoxius, in corruptā & inuiolatam animae generositatem seruauit? Et quis unquam, dicis, poterit inueniri talis? Merito impossibilis nobis haec res uidetur, ob immodicam uirtutis arduitatē. At si uis discere quod non sit hoc impossibile, cogita, oro, omnes iustos, qui domino ab initio usque ad praesens tempus placuerunt: magnum illum etiam, & infecundae filium eremicque ciuem Ioannem: Paulum quoque magistrū orbis, & omnem sanctorum numerū, qui eandem

Et plantauit Dñs paradisum in Edem secundum orientem, & posuit illic hominem quem formauit. Hom. XIII

M Idens uestrum in explebile desiderium, & immodicā auaritia mentemque intentissimam, nec non omnes ad spirituales hanc doctrinam anhelantes & accelerantes, quamuis ualde sim meae inopiae mihi conscius, quotidie tamen in opem & tenuem hanc mensam uobis proponere studeo, cōfidens quod flagrantem desiderio, maiori promptitudine quae dieuntur, suscepturi sitis, quandoquidem & in sensibilibus, edulij hoc contingere uidemus. Excitato enim cōiuarū appetitu, etiam si paupercula mensa sit, & frugalis conuiuator, magna tamen cum uoluptate sumuntur apposita. At si fastidiosus epulantiū fuerit stomachus, etiam si sumptuosum fuerit epulum, & uaria & copiosa edulia, nullū inde commodū, cum nemo sit qui uti appositis queat. Hic autem quia gratia dei alacres & famelicī ad spirituales mensam acceditis, & ipsi magno desiderio dicimus, scientes quod sobrijs auribus apponimus diuinas haec narrationes. Quoniam & agricola, qui pingue & cultura aptum aruum inuenit, nihil sui officij intermittit, sulcos secat, aratrum ducit, sentes extirpat, largiter seminat, spes suas manibus contrectans: & quotidie agri fertilitatem cōsiderans, sementisque germen, ad multiplicatam segetū messem se parat. Similiter & nobis, cum uidemus alacritatem uestrā quotidie in crescere, desiderium uigere, studium incrementa sumere, egregia ex uobis spes est. Vnde & maiorā studio ac promptitudine, quantum uires nostrae suppetunt, in aedificationem uestrae charitatis, in gloriam dei, in gloriationem ecclesiae dei aliquid afferre anhelamus. Age igitur, si placet, repetitis breuiter his quae heri dicta sunt, cōsequenter hodie lecta tractemus. Quid autē est quod pridie tractabat, & quousque sermonem extendimus, & ubi missum fecimus? Et formauit deus hominē puluerem de terra. Et inspirauit in faciem eius spiraculum uitae, factusque est homo in animā uiuentem. Quod tunc dicebam, id & nunc dicā: & subinde memorem.

tom. 1 d. 3 rare

rare nō cessabo, quōd magna & ineffabilis est mi-
sericordia communis domini erga ge-
nus nostrum, & ob salutem nostram usus est mul-
tum nobis congruenti dicendi modo, magnoq;
animal hoc, hominem dico, honore prosequutus
est; necnon uerbis & rebus declarauit, quōd ma-
iorem eius quā uisibilem omnium curam ha-
buerit. Quid igitur prohibet etiam hodie de ipsi-
dem inuestigare apud charitatem uestram? Nam
sicut aromata quanto magis digitis atterunt, tan-
to maiorem natura sua fragrantiam reddunt; ita
& in scripturis usu uenit, quanto quis illis est fa-
miliarior, tanto magis uidere potest latentem in
ipsis thesaurum, pluresq; percipere ineffabilem
diuitiarū fructus. Et formauit, inquit, deus ho-
minē puluerē de terra.] Animaduerte differen-
tiam mox ex ipso uerborum proœmio. In omni-
bus enim alijs creaturis docuit nos beatus Moses
modum formationis, dicendo: Dixit deus, Fiat
lux, & facta est lux: fiat firmamentum, congre-
gatur aqua, fiant luminaria, germinet terra herbam
foeni, producant aquae reptilia animarum uiuen-
tium, & producat terra animam uiuentem. Vidi-
sti quomodo uerbo omnia formata sint? Sed ui-
deamus quid postea, quum hominem format, in-
quit: Et formauit deus hominē. Vide quomodo
uerbis quae nostrae paruitati congruunt, usus est:
simul & modum formationis, & in formando
potentiam docens, & quasi, ut humano more di-
cam, manib. dei ipsum formari depingit: sicut &
alii propheta inquit, Manus tuae fecerunt me, &
plasmauerunt me. Nam si imperasset simpliciter
ex terra produci hominē, nōne productus fuis-
set? Sed ut modum quo formauit, continuo me-
morijis inculcaret, & non supra quā oportet de
nobis sentiremus, ideo tanta diligentia singula
enarrat, & inquit, Formauit deus hominē pulue-
rem de terra. Vide & in hoc huius dignitatē. Non
enim simpliciter terram accipit, sed puluerem, &
tenuissimū, ut ita dicā, de terra. Et hūc puluerem
terrae suo praecepto in corporis naturā uertit. Nā
sicut substantiam terrae quum nō esset produxit:
ita & nunc quum uellet puluerem terrae in corpus
uertit. Hic exclaimare iuuat pulchrum illud beati
Dauid dictum: Quis loquetur potentias domini,
& auditas faciet laudes eius: quia de puluere tale
animal produxit, & tanto honore uenustauit, tan-
tisq; beneficijs statim ab initio prosequit⁹ est, de-
clarans per omnia suam misericordiam. Et inspi-
rauit in faciem eius spiraculum uitae: & factus est
homo in animā uiuentem.] Hic insensatorū ali-
qui suis moti opinionibus, nihilq; deo dignum co-
gitantes, neq; uerborū dispensationē animadu-
erentes, dicere audent, animā ex dei essentia esse.
O insaniam, o delirium. Quot perditionis uias dia-
bolus suis cultoribus peperit? Et ut discas, confi-
dera quomodo diuersis inter se uisus incedunt. Nā
alij animam ex uerbulo inspirauit rapientes, asse-
runt ex dei essentia esse animas: alij autem, quōd
animae in uilissimorū brutorum substantiā tran-

Psal. 105.

Psal. 105.

seant. Quid hac amētia peius? Nam quoniā ob-
tenebrata est ratio eorū, & ueram scripturam men-
tem ignorāt, sicut capti oculis in diuersa praeci-
pia feruntur: & illi quidem supra dignitatem ani-
mam efferunt, alij autem contra dignitatem de-
honestant. Nam si ideo quōd scriptura dicit, Inspi-
rauit in faciem eius spiraculum uitae: os deo affi-
gimus, necesse erit & manus ei tribuere, quando-
quidem inquit, Et formauit hominem. Sed ne illo-
rum ineptias in medium proferentes, etiā ipsi in-
decora dicere cogamur: age ipsorum stultitiā &
multifariam dementiam deuittantes, ad ipsum di-
uinae scripturae scopū pertendamus, quae seipsam
interpretatur, tantum ne crasis uerbis ad dictū si-
mus; sed cogitemus, crassorum illorū uerborum
causam esse nostram hebetudinem & infirmita-
tem. Neque enim aliter humanae aures quae di-
cuntur accipere, nisi tantum adhibeatur tempera-
mentum. Proinde animaduertentes tantam nos-
tram imbecillitatem, & quia de deo sunt dicta,
ita illa accipiamus, ut par est ea de deo accipere,
non subiiciendo deum membrorum compositio-
ni, & figurarum deliniationi, sed honeste de deo,
& ut de illo cōuenit, cogitando. Simplex enim &
incōpositus & insignurabilis est deus. Nam si deo
membra & linamenta attribuamus, nostris opi-
nionibus impulsū, mox in gentiliū impietatem
incidemus. Igitur quum audieris scripturā dicen-
tem, Formauit deus hominem: cogita uirtutem
eandem, quam, dum dicit, fiat. Et iterum quando
audis, Inspiraui in faciem eius spiraculum uitae:
hoc iterū cogita, quod uisum est sibi. Et sicut in-
corporeas uirtutes produxit: ita certē corpus il-
lud ex puluere factum rationalem animam habe-
re iussit, quae corporeis membris uti possit. For-
matum enim corpus hoc iuxta praecipitū domini,
quasi instrumentū erat, quod egebat aliquo se mo-
uente: imō sicut lyra, quae opus habet aliquo, qui
possit arte & scientia sua conuenientem illi melo-
diam representare. Inspiraui in faciem eius spira-
culum uitae, & factus est homo in animam uiuen-
tem. Quid est, inspiraui spiraculum uitae? Voluit
& imperaui, ut hoc corpus haberet uitalem uim,
quae facta est animalī in animā uiuentem: hoc est,
efficaciter operantem, & suam artem membrorū
motu ostendere ualentem. Et uide etiā in hoc ipso
differentiam inter hoc admirabile rationale ani-
mal, & ceterorum irrationalium creationē. De
illis enim inquit, Producant aquae reptilia anima-
rum uiuentium; & prodierunt ex aquis animan-
tia animata. Sic & de terra, Producat terra animā
uiuentem. De homine autem nō sic, sed prius de
terra corpus formatur, & postea uitalis illi uirtus
datur, quae scilicet animae est substantia. Et idcirco
de brutis dicebat Moses, Sanguis eius anima eius
est. In homine autē substantia quaedam est incor-
porea & immortalis, multo interuallo corpus ex-
cellens, & tanto, quanto corporeis praeminent
incorporea. Et forte diceret aliquis: Quare si ani-
ma dignior est corpore, indignius primō forma-
tum est,

Leu. 7.

17.

tum est, & postea quod eminentius? Non uides
dilecte, quōd & in creaturis hoc idem usu uenit?
Sicut enim coelum & terra, & sol & luna, & cate-
ra omnia formata sunt, & irrationalia animalia,
& post haec omnia homo, horum principatum su-
cepturus: ita & in hac hominis formatione prius
corpus producit, & postea anima, quae dignior.
Et sicut animalia ministerio hominis utilia futu-
ra ante hominem formantur, ut paratum haberet
ministerium is ad cuius usum creabantur: ita etiam
corpus ante animam formatur, ut cum secundum
ineffabilem conditoris sapientiam anima produ-
ceretur, posset suas potentias proferre per corpo-
ris motionem. Et plantauit deus hortum in E-
dem secundum Orientē, & posuit illic hominem
quem formauit.] Postquā dominus uniuersam
suam nobis declarauit benignitatē, & illum pro-
pter quē omnia uisibilia formata sunt in medium
adduxit, statim incipit in illū beneficia collocare.
Et plantauit deus hortum secundum Orientem.
Considera & hic dilecte, quōd nisi ut dignū est,
de deo uerba haec recipiant, necesse est ut in pro-
funda errorū detrudamur. Quid enim dicere po-
terint & de his uerbis, qui omnia quae de deo di-
cuntur, humano more accipere audent? Et plan-
tauit deus hortum. Quid dic oro, ligone opus ha-
bit & agricultura, & alia cura, ut paradisi hortū
excoleret? absit. Iterum enim etiā hoc loco uerbū
illud, plantauit, sic intelligendū, quōd impera-
uit hortum in terra fieri, ut productus homo in eo
degeret. Hac enim de causa hortum produxit, de
quo audi scripturā, dicentem: Et plantauit deus
hortum in Edem, secundum Orientem, & posuit
illic hominem quem formauit. Et idcirco nomen
loci scripturis inseruit beatus Moses, ut nō liceat
nugari uolētibus imponere simpliciorū auribus,
& dicere, nullum esse in terra hortū quem uocant
paradisum, sed in caelo, & fabulas quasdam eius-
modi somnare. Si enim cū diuina scriptura tanta
usa sit diligentia, nō uerent quidam facundia sa-
pientiaq; peregrina inflati, aduersa scripturis lo-
qui, & dicere, nō esse super terrā paradisum: mul-
taq; alia quae dicta sunt, censent non sicut scripta
sunt, sed alia ratione intelligenda: & quōd ea quae
de terra, de his quae in caelis sunt, dicta esse arbi-
trandū sit: nisi humilitate & congruenti nobis ser-
monū familiaritate beatus Moses usus foret, spiri-
tu sancto lingua eius mouente, quō non excidisset:
Quamuis sacra scriptura, cum nos tale quid
dam docere uult, seipsam exponit, & auditorem
errare nō sinit. Sed quia pleriq; non ut commodi
quippia ex sacris literis aucupentur, sed uolupta-
tis gratia aures accomodant his qui talia tractāt,
& propterea non eos qui magis profunt, sed qui
magis oblectant, ut audire possint, quarunt: oro
igitur, ut omnibus illis praclusis auribus, ada-
mu sim canonem sacrae scripturae sequamur. Et
quando audis dilecte, quōd plantauit deus hor-
tum in Edem secundum Orientem: hoc quod di-
cit, plantauit, ut decet, de deo intelligas, nempe

quōd praecipit. At quod reliquū est crede, quōd
& paradisi factus sit, & in illo loco ubi scriptura
significauit. Ceterum non credere his quae in di-
uina scriptura continent, sed alia quaedam ex pro-
pria sententia inferre, opinor plurimum periculū
secum aduehere his qui talia audent. Et posuit il-
lic hominem quem formauit. Vide, quantum ho-
norē statim homini habuit. Extra paradisum qui-
dem formauit illū, sed mox introduxit, ut re ipsa
sensu beneficiorum frueret, sciretq; quantus illi
honor esset exhibitus. Et posuit hominē illic quē
formauit. Verbum, posuit, iterū sic intelligamus,
pro eo quod praecipit illi ut esset illic, ut ex aspe-
ctu & habitatione multam perciperet uolupta-
tem, prouocareturq; ad gratitudinem, intelligēs
quantis sit affectus beneficijs, quum nullū adhuc
boni specimen praebuisset. Ne mireris ergo uer-
bum hoc, posuit. Perpetuus enim scripturae mos
est, propter nos, & propter nostrā utilitatem hu-
manis uti uerbis. Et ut scias, uide quomodo super-
ius cum de formatione stellarum ageret, eadem
dictione sit usus, cum dixit: Et posuit ea in firma-
mento caeli. Non quōd affixerit ea caelo, cogitan-
dum (nam unum quodq; eorum suum perficit cur-
sum, de loco ad locum transiens) sed ut discas, quā
in caelo ea esse praeeperit, quomodo & hominē
in paradiso uoluit uersari. Et oriri fecit deus
praeterea ex terra omne lignum pulchrum ad ui-
dendum, & bonum ad edendum. Et lignum uitae
in medio horti, & lignum ad sciendum notitiā bo-
ni & mali.] Ecce secundā beneficentiae speciem
& honorem, quem in hominem recēs formatum
collocauit. Nam postquam illum in paradiso de-
gere uoluit, praecipit uarias arbores ex terra pro-
uenire, quae simul & oblectare illum possent, ut
pote spectatu iucunda, & alimenta subministrare.
Omne enim, inquit, lignum pulchrū ad uisionē,
hoc est ad spectaculum: & bonum ad esum, hoc
est, quae poterant exhilarare aspectu, & uolupta-
tem praebere esu: & tam multa, & copiosa, ut miri-
ficam fructuro afferret uoluptatem. Omnium enim
lignorum, quaecumq; nominare queas, prouen-
tum fecit. Vidisti miseriae nesciam conuersatio-
nem? Quasi angelus aliquis uiuebat homo super
terram, corpore quidem amictus, sed extra cor-
poris necessitates constitutus: & sicut rex palu-
damento & diademate ornatus, & purpura uesti-
tus, ita in paradiso impauide uersabatur in ma-
gna deliciarum copia. Et lignum uitae in medio
paradisi, & lignum sciendi notitiam boni & mali.
Postquam nos docuit, quōd terra produxit om-
ne lignum iuxta mandatū domini, & iucundum
uisu, & bonum esu, tūc ait: Et lignum uitae in me-
dio paradisi, & lignum ad sciendum notitiam bo-
ni & mali. Misericors enim dominus, cum ut opi-
fex praesciret ex multa copia, procedente tēpore
nocumentum subnaſci, produxit lignum uitae in
medio horti, & lignum sciendi notitiam boni &
mali: & non multo post abstinere ab isto iussurus
erat, ut scire possit quōd gratia & liberalitate illis
frueretur

frueretur, essetq; dominus aliquis & naturæ suæ, & omnium uisibilium: propter hoc iam ligni memoriam fecit, & narravit nobis consequenter fluminum nomina, & illorū separationem quādam, & quod ex illo quo rigat paradisus, alia per quatuor origines diuiduntur, atq; ita plagas orbis distepserit. Sed forte sunt qui ex propria sententia que libet dicere uolunt; hi iterum neq; flumina, concedunt esse flumina: neq; aquas, aquas; sed persuadere conantur ijs qui sibi aures accommodare uolūt, ut aliud quiddam imaginentur. Ceterū uos obsecro, ne feramus tales, sed obturemus aures, credamus diuinæ scripturæ, & ea quæ in illa dicuntur scemur: sanas doctrinas in pectora nostra reponamus, & cum his etiam uitam diligēter instituamus, ut uita testificet doctrinæ, & doctrinæ longe fideliores uitam declarent. Nam neq; si recta sciamus fidei dogmata, uitam autē negligamus, aliquid nobis profuerit: neq; si uitam habeamus, & rectas negligamus doctrinas, lucrificare aliquid quod ad salutem nostrā sit utile, profuerit. Nam si uoluerimus & gehenna liberari, & regnū assequi, operæ pretiū est utriusq; ornari, & dogmatum rectitudine, & uitæ diligētia. Quid enim utile fuerit, obsecro, arbori, quæ in proceritatem erigitur, & folijs frōdet, si fructu careat? Sic & Christiano nihil profuerit recta dogmata, si uitā suā non bene instituat. Propter hoc & Christus tales

Matth. 5. c beatos dixit, inquit: Beatus qui fecerit & docuerit. Multo enim fidelior & certior doctrina operū, quā sermonum. Nam qui talis est, etiam silens, & cum nō uideretur, docere potest, & alios quidem qui illum uident, alios uero qui de illo audiunt: & multa fruatur dei gratia, nō solum propter se, sed & propter alios qui illum uident, & incitantur ut glorificent dominum suum. Talis per mille linguas, & multo plures, gratias & laudes referet deo. Neq; enim noti soli testes sunt uitæ illius, & ipsum mirantur ac ipsius dominum: sed & qui nō cognoscunt, & ab alijs discunt, & qui ualde procul habitant, & diuisi sunt: & non amici soli, sed inimici reuerentur uirtutis eminentiā. Tanta enim huius uirtus, ut & compescat ora & linguas eorum qui uirtuti infesti sunt. Et sicut ad solis radios infirmi oculis non audent respicere, ita neq; uirtutem malitia contueri audebit unquam, sed tergo dato discedet, uictamq; se fatebit. Id quod & persuasum nobis sit, ut uirtutem arripiamus, & diligenter nostram uitā instituamus, & a peccatis, cum adhuc parua apparent, siue in sermone, siue in opere statim desistere studeamus. Neq; enim unquam in maiora incidemus peccata, si a paruis nobis cauerimus: & sic procedente tēpore poterimus, superna gratia fauente, & summa uirtutis apprehendere, reconditamq; effugere peccatam, & æterna consequi bona, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri spirituiq; sancto sit gloria, nūc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Et accepit dominus deus hominem quem formauit, & posuit eum in orto uoluptatis, ut coleret illum & custodiret. *Homilia XIII*

NTerum, si libet, etiā hodie ex contextu eorum quæ heri dicta sunt, spiritualem uobis doctrinam ut contexamus, dabitur operam. Multa enim & in his quæ commodum lecta, recondita sunt: & opus est ut in profundiora descendamus, diligēterq; scrutemur omnia, quod fructū aliquem lucrificāmus. Nam si id agunt qui pretiosos lapides in mari inuenire cupiunt, magnum laborem & molestiam ferentes, periculoq; indomitā aquarū se exponentes, quod desideratis potiantur: multo magis nostrum fuerit, animū intendere, ut uis quæ in profundo dictorū latent, pretiosos illos lapides comprehendamus. Sed ne timueris dilecte, quū audis profunditatem. Non enim hic est tanta uis æstruantū uindarū, sed spiritus sancti gratia mentem nostram illustrans, & facile inueniri desiderata concedens, omnem laborem alleuiat. Et gemas alias inuenisse, inuentori nō multū prodest, sæpe autem & nocuit, & innumerorū naufragiorum occasio fuit: neq; tantā in inueniendo habuit lætitiā is qui inuenit, quantam inuentis illis in iucunditate, aduersus se inuidorum oculis conuictis & avaris ad bellū armatis. Et adeo nequit nostræ uitæ prodesse tales reperire, ut & multorum bellorū sit causa. Auaritiæ enim materia est, & fornacem cupiditatis succendit, captorumq; animā expugnat. Atqui de spiritualibus nostris thesauris nihil tale formidare oportet: sed & diuitiæ quæ inde colliguntur ineffabiles, & uoluptas immarcescibilis, ex multo intervallo superat omnium lætitiā. Et quod hoc uerum sit, audi beatum Dauid dicentem: Desiderabilia eloquia tua super aurum & lapidem pretiosum multum. *Psalm. 138.* Vides quod cum in medium attulerit materias, quæ pretiosiores reputantur, non solum hac comparatione non contentus fuit, sed & apposuit, multum: atq; ita excellentiam eorum nobis manifestauit. Super aurum, inquit, & lapidem pretiosum multum: non quod in tantum duntaxat sint desiderabilia eloquia dei, sed quia solas hæc materias uidit apud homines in maiori pretio haberi præ alijs: propter hoc adductis illis in medium, ita excellentiam monstrauit, quod desiderium eloquiorum spiritus uehementius sit. Et ut sciatis quod semper is mos sit sacræ scripturæ, utilitatem quæ hinc est, sensibilibus rebus conferre, & sic excellentiam ostendere, audi & quæ deinceps subdit: Et dulciora super mel & fauum. Et hic, non quod tantam, & non maiorem possint præbere uoluptatem: sed quia nihil aliud habetur in rebus sensibilibus, quod diuinorum eloquiorum uoluptati opponeret: idcirco cum hoc commemorasset, iterum sic excellentiam docuit, & maiorem uoluptatem esse docuit spiritualium doctrinarum. Eadem regula inuenies & Christum in euangelijs usum. Nam cum discipulis loqueretur,

cupientibus

Matth. 13

cupientibus discere interpretationem parabolæ eius qui seminauit bonū semen in agro, & inimici zizania inter triticum seminantis; particulatim omnem edisseruit parabolam: Quis fuerit qui seminauit bonū semen, & quæ ager, & quæ sint zizania, & qui alia interferit, & qui messor, & quæ messis. Et quando omnia illis manifeste detexit, tunc dixit: Iusti fulgebunt sicut sol in regno cœlorum: non quod non maiorem claritudinem habituri sint iusti, sed monstrat quod multo maiorem. Tantam autem dixit, quoniam maiorem hac similitudinē in rebus uisibilibus inuenire non licebat. Quando igitur tale aliquid audierimus, nō tantum maneamus in his quæ dicuntur: sed ex sensibilibus & uisibilibus, spiritualium maximā eminentiam colligamus. Itaq; quando quidem hic uehementius desiderū inueniri potest, & uoluptas suauior & certior: diuina enim eloquia sunt hæc & spiritalia, & quæ multo maiorem parere possunt lætitiā spiritualem: modō dictis attendamus magna promptitudine uehementiq; desiderio, ut ueras diuitias hinc nobis acquirentes, ad philosophiam Christi plurimis susceptis seminibus, tandem domum redeamus. Audiamus igitur quæ hodie sunt lecta: sed, obsecro, attentam mentem, & excusis curis secularibus, omniq; ignauia deposita, hæc quæ dicuntur accipite. Diuinæ enim leges sunt, & cœlitus allatae ob salutem nostrā. Iam si cum regia leguntur literæ, ubiq; est silentium, abestq; strepitus & tumultus, omnibus adstantibus, & aures arrigentibus, ut sciant quæ regis literis manifestentur: & quisquis uel parum tumultuatus fuerit, in magno periculo est: Multo magis cum magno timore & tremore adstantem, & altum habendum silentium, & pellendæ cogitationes turbulentæ, ut que dicuntur, intelligere possitis: quod rex cœlestis approbata obedientia uestra, maioribus uos muneribus remunerare dignetur. Videamus itaq; quid nunc nos doceat beatus ille Moses, nō sua lingua hæc dicēs, sed à spiritu sancto afflatus. Et accepit dominus deus hominē quē formauit.] Bene statim ab initijs duo hæc posuit. Non enim dixit, dominus, & tacuit: sed adiunxit, deus: occultum ali quod mysterium hic nos docens, ut scire possimus, siue dicamus dominum, siue deum, nullam in nominibus esse differentiam. Hoc autem nunc non absq; ratione commemorauit: sed ut cum audieris Paulum dicentem, Vnus deus pater ex quo omnia, & unus dominus Iesus per quē omnia: ne putes in dictionibus esse diuersitatē, & hanc maius aliquid significare, istā minus. Et idcirco scriptura absq; discrimine illis utitur, ut contentiosis ea quæ ex sua sententia excogitarunt, ad dogmatum rectitudinem afferre non liceat. Et quod diuina scriptura neutrum horū cum singulari quadam obseruatione & superstitione enuntiet, ex isthoc ipso quod nunc dicitur, diligenter considera. Et accepit dominus deus. De quo uult hæreticus esse dicitur: De patre solus: Est: sed audi Paulū

A dicentem: Vnus deus pater ex quo omnia, & unus dominus Iesus per quē omnia. Vides quō nomen domini filio attribuitur: Quare ergo dicit nomen, dominus, maioris esse momenti, q̄ nomē, deus? Videte quāta absurditas, & quanta blasphemia, quando quis non ipsum diuinæ scripturæ canonem sequitur, sed suis opinionibus locū dat, quæ mentem disturbent: & uerborum pugnas, & infinitas quæstiones sanis rectisq; dogmatibus immiscet. Et accepit dominus deus hominē quē formauit, & posuit illum in orto uoluptatis, ut coleret illum, & custodiret. Vide quantam formati hominis curam habuit. Postquā enim heri docuit beatus Moses, dicens: Plantauit deus hortum, & posuit illic hominē: id est, uoluit illum illic habere domicilium, & uersari ibi, ac horti delitijs frui: hodie iterum ostendit nobis ineffabilem misericordiam dei, quam in illum contulit: & repetens sermonem, inquit: Et accepit dominus deus hominē, quem formauit, & posuit eum in orto uoluptatis. Non simpliciter dixit, in orto: sed appositum fuit, uoluptatis, ut excellentem uoluptatem, qua fruiturus esset in habitando, nobis declararet. Et ut dixit, Posuit illum in orto uoluptatis: addidit, ut coleret illum, & custodiret. Etiam hoc magnæ curæ & prouidentia: nostri argumētum est. Nam cum omnibus delicijs potirentur, ibi uitam agentes, tam oblectamentis eorum quæ uidebāt, quā lætitiā eorum quibus fruebantur, ut ne immodica prosperitate homo insoleceret, omnem enim malitiam docuit otium, propterea præcepit deus ut operaret illum, & custodiret. Quid aut, dicit aliquis, illius cura indigebat paradisus? Nō hoc dico, sed uoluit tum ut paruam quandam, si biq; congruam gereret curam, partim custodiendo, partim operando. Erat autem operatio tunc citra laborem. Dederat enim occupationē quandam, quæ neq; dolorem neq; molestiam afferret. Ceterum quod dicit, custodiret: non absq; causa appositum est, sed congruū uerba, ut plane scire possit, quod sub domino agat, qui hanc largitus sit fruitionem, & cum illa etiam custodiam commiserit. Deus enim omnia facit & operatur propter nostram utilitatem, & cum illa etiam fruitionem & refocillationē præbet. Nam cum ob excellentem suam misericordiam, etiam priusquā nos produceret, ineffabilia bona præparauerit, sicut ipse dicit: Venite benedicti patris mei, possidete in hereditatem præparatū uobis regnū ab initio mundi: multo magis præsentia omnia largiter præbebit. Postquam igitur tanta beneficia in conditum contulit: primum, cum nō esset, dedit illi ut esset, & ex puluere corpus formare dignatus est: & post hæc dominam, animam dico incorporeā, per inspirationem dedit: dein paradisum fieri iussit, & illic illum uiuere præcepit: post hæc iterum, sicut clemens pater tenero filio omni copia fruētis, ne insolens fiat, paruam & congruam quandam curam excogitat: sic & dominus Adæ operationem & custodiam præcepit, ut in tanta uoluptate uertate

Matth. 25. c

frueretur, effectq; dominus aliquis & naturæ suæ, A
 & omnium uisibilium: propter hoc iam ligni me-
 moriam fecit, & narrauit nobis consequenter flu-
 minum nomina, & illorū separationem quādam,
 & quod ex illo quo rigat paradysus, alia per qua-
 tuor origines diuiduntur, atq; ita plagas orbis di-
 spescit. Sed forte sunt qui ex propria sententiā que
 libet dicere uolunt: hi iterum neq; flumina, conce-
 dunt esse flumina: neq; aquas, aquas: sed persua-
 dere conātur ijs qui sibi aures accommodare uolūt,
 ut aliud quiddam imaginentur. Cæterū uos obse-
 cro, ne feramus tales, sed obturemus aures, creda-
 mus diuinæ scripturæ, & ea quæ in illa dicuntur
 sectemur: sanas doctrinas in pectora nostra repo-
 namus, & cum his etiam uitam diligēter institua-
 mus, ut uita testificet doctrinæ, & doctrinæ lon-
 ge fideliorē uitam declarent. Nam neq; si recta
 sciamus fidei dogmata, uitam autē negligamus,
 aliquid nobis profuerit: neq; si uitam habeamus,
 & rectas negligamus doctrinas, lucrifacere ali-
 quid quod ad salutem nostrā sit utile, profuerit.
 Nam si uoluerimus & gehenna liberari, & regnū
 assequi, operæ pretiū est utrinq; ornari, & dogma-
 tum rectitudine, & uitæ diligētia. Quid enim uti-
 le fuerit, obsecro, arbori, quæ in proceritatem eri-
 gitur, & folijs frōdet, si fructu careat: Sic & Chri-
 stiano nihil profuerit recta dogmata, si uita suā
 non bene instituat. Propter hoc & Christus tales
 beatos dixit, inquit: Beatus qui fecerit & docue-
 rit. Multo em̄ fidelior & certior doctrina operū,
 quā sermonum. Nam qui talis est, etiam silens,
 & cum nō uidetur, docere potest, & alios quidem
 qui illum uident, alios uero qui de illo audiunt: &
 multa fruetur dei gratia, nō solum propter se, sed
 & propter alios qui illum uident, & incitantur ut
 glorificent dominum suum. Talis per mille lin-
 guas, & multo plures, gratias & laudes referet
 deo. Neq; enim noti soli testes sunt uitæ illius, &
 ipsum mirantur ac ipsius dominum: sed & qui nō
 cognoscunt, & ab alijs discunt, & qui ualde pro-
 cui habitant, & diuisi sunt: & non amici soli, sed
 inimici reuerbuntur uirtutis eminentiā. Tanta
 enim huius uirtus, ut & compescat ora & linguas
 eorum qui uirtuti in festi sunt. Et sicut ad solis ra-
 dios infirmi oculis non audent respicere, ita neq;
 uirtutem malitia contueri audebit unquam, sed
 tergo dato discedet, uictamq; se fatebit. Id quod
 & persuasum nobis sit, ut uirtutem arripiamus,
 & diligenter nostram uitā instituamus, & a pec-
 catis, cum adhuc parua apparent, siue in sermo-
 ne, siue in opere statim desistere studeamus. Neq;
 enim unquam in maiora incidemus peccata, si a
 paruis nobis cauerimus: & sic procedente tēpore
 poterimus, superna gratia fauente, & summa uir-
 tutis apprehendere, reconditamq; effugere pœ-
 nam, & æterna consequi bona, gratia & miseri-
 cordia domini nostri Iesu Christi, cum quo
 patri spirituiq; sancto sit gloria, nūc
 & semper, & in secula seculorū, Amen.

Matth. 5. c

Et accepit dominus deus hominem quem for-
 mauit, & posuit eum in horto uoluptatis, ut cole-
 ret illum & custodiret. Homilia XIII
Terum, si libet, etiā hodie ex contextu
 eorum quæ heri dicta sunt, spirituales
 uobis doctrinam ut contexamus, dabi-
 mus operam. Multa enim & in his quæ
 commodum lecta, reconditiōra sunt: & opus est
 ut in profundiora descendamus, diligēterq; scru-
 temur omnia, quod fructū aliquem lucrifaciamus.
 Nam si id agunt qui pretiosos lapides in mari in-
 uenire cupiunt, magnum laborem & molestiam
 ferentes, periculoq; indomitarū aquarū se expo-
 nentes, quod desideratis potiuntur: multo magis
 nostrum fuerit, animū intendere, ut uis quæ in
 profundo dictorū latent, pretiosos illos lapides
 comprehendamus. Sed ne timueris dilecte, quū
 audis profunditatem. Non enim hic est tanta uis
 æstuantū undarū, sed spiritus sancti gratia men-
 tem nostram illustrans, & facile inueniri desidera-
 ta concedens, omnem laborem alleviat. Et gem-
 mas alias inuenisse, inuentori nō multū prodest,
 sæpe autem & nocuit, & innumerorū naufragio-
 rum occasio fuit: neq; tantā in inueniendo habuit
 lætitiā is qui inuenit, quantam inuentis illis in-
 iucunditatem, aduersus se inuidorum oculis con-
 citatis & auaris ad bellū armatis. Et adeo nequit
 nostræ uitæ prodesse tales reperire, ut & multo-
 rum bellorū sit causa. Auaritiæ enim materia est,
 & fornacem cupiditatis succendit, captorumq;
 animā expugnat. Atqui de spiritualibus nostris
 thesauris nihil tale formidare oportet: sed & diui-
 tiæ quæ inde colliguntur ineffabiles, & uoluptas
 immarcescibilis, ex multo intervallo superat om-
 nium lætitiā. Et quod hoc uerum sit, audi bea-
 tum David dicentem: Desiderabilia eloquia tua
 super aurum & lapidem pretiosum multum. Vi-
 des quod cum in medium attulerit materias, quæ
 pretiosiores reputantur, non solum hac compa-
 ratione non contentus fuit, sed & apposuit, mul-
 tum: atq; ita excellentiam eorum nobis manife-
 stauit. Super aurum, inquit, & lapidem pretio-
 sum multum: non quod in tantum duntaxat sint
 desiderabilia eloquia dei, sed quia solas hæc ma-
 terias uidit apud homines in maiori pretio haberi
 præ alijs: propter hoc adductis illis in medium,
 ita excellentiam monstrauit, quod desiderium
 eloquiorum spiritus uehementius sit. Et ut sciatis
 quod semper is mos sit sacræ scripturæ, utilita-
 tem quæ hinc est, sensibilibus rebus conferre, &
 sic excellentiam ostendere, audi & quæ deinceps
 subdit: Et dulciora super mel & fauum. Et hic,
 non quod tantam, & non maiorem possint præ-
 bere uoluptatem: sed quia nihil aliud habetur in
 rebus sensibilibus, quod diuinorum eloquiorum
 uoluptati opponeret: idcirco cum hoc comme-
 morasset, iterum sic excellentiam docuit, & maio-
 rem uoluptatem esse docuit spiritualium doctri-
 narum. Eadem regula inuenies & Christum in e-
 uangelij usum. Nam cum discipulis loqueretur,
 cupientibus

Psalm. 136.

1 Cor. 8. b

cupientibus discere interpretationem parabolæ A
 eius qui seminauit bonū semen in agro, & inimici
 zizania inter triticum seminantis: particulatim
 omnem edisseruit parabolam: Quis fuerit qui se-
 minauit bonū semen, & qs ager, & quæ sint ziza-
 nia, & qui alia interferit, & qui messoris, & quæ
 messis. Et quando omnia illis manifeste detexit,
 tunc dixit: Iusti fulgebunt sicut sol in regno celo-
 rum: non quod non maiorem claritudinem habi-
 turi sint iusti, sed monstrat quod multo maiorem.
 Tantam autem dixit, quoniam maiorem hac si-
 militudinem in rebus uisibilibus inuenire non li-
 cebat. Quando igitur tale aliquid audierimus, nō
 tantum maneamus in his quæ dicuntur: sed ex sen-
 sibilibus & uisibilibus, spiritualium maximā emi-
 nentiam colligamus. Itaq; quando quidem hic ue-
 hementius desiderū inueniri potest, & uoluptas
 suauior & certior: diuina enim eloquia sunt hæc
 & spiritalia, & quæ multo maiorem parere pos-
 sunt lætitiā spirituales: modò dictis attenda-
 mus magna promptitudine uehementiq; deside-
 rio, ut ueras diuitias hinc nobis acquirentes, ad
 philosophiam Christi plurimis susceptis semini-
 bus, tandem domum redeamus. Audiamus igitur
 quæ hodie sunt lecta: sed, obsecro, attenda-
 tis mente, & excusis curis secularibus, omniq;
 ignauia deposita, hæc quæ dicuntur accipite. Di-
 uinæ enim leges sunt, & cœlitus allatæ ob salu-
 tem nostrā. Iam si cum regis legū tur literæ, ubiq;
 est silentium, abestq; strepitus & tumultus, omni-
 bus adstantibus, & aures arrigentibus, ut sciant
 quæ regis literis manifestetur: & quisquis uel pa-
 rum tumultuatus fuerit, in magno periculo est:
 Multo magis cum magno timore & tremore ad-
 standum, & altum habendum silentium, & pel-
 lendæ cogitationes turbulētæ, ut quæ dicuntur,
 intelligere possitis: quod rex cœlestis approbata
 obedientia uestra, maioribus uos muneribus re-
 munerare dignetur. Videamus itaq; quid nunc
 nos doceat beatus ille Moses, nō sua lingua hæc
 dicēs, sed a spiritu sancto afflatus. Et accepit do-
 minus deus hominem quē formauit. Bene sta-
 tim ab initijs duo hæc posuit. Non enim dixit, do-
 minus, & tacuit: sed adiunxit, deus: occultum ali-
 quod mysterium hic nos docens, ut scire posse-
 mus, siue dicamus dominum, siue deum, nullam
 in nominibus esse differentiam. Hoc autem nunc
 non absq; ratione cōmemorauit: sed ut cum audie-
 ris Paulum dicentem, Vnus deus pater ex quo om-
 nia, & unus dominus Iesus per quē omnia: ne
 putes in dictionibus esse diuersitatē, & hanc ma-
 ius aliquid significare, istā minus. Et idcirco scri-
 ptura absq; discrimine illis utitur, ut contentiosis
 ea quæ ex sua sententiā excogitarunt, ad dogma-
 tum rectitudinem afferre non liceat. Et quod di-
 uina scriptura neutrum horū cum singulari qua-
 dam obseruatione & superstitione enuntiet, ex
 isthoc ipso quod nunc dicitur, diligenter conside-
 ra. Et accepit dominus deus. De quo uult hereti-
 cus esse dictū: De patre solū: Esto: sed audi Paulū

dicentem: Vnus deus pater ex quo omnia, & unus
 dominus Iesus per quē omnia. Vides quō nomen
 domini filio attribuit: Quare ergo dicit nomen,
 dominus, maioris esse momenti, q̄ nomē, deus?
 Videte quāta absurditas, & quanta blasphemia,
 quando quis non ipsum diuinæ scripturæ cano-
 nem sequitur, sed suis opinionibus locū dat, quæ
 mentem disturbent: & uerborum pugnas, & infi-
 nitas quæstiones sanis rectisq; dogmatibus immi-
 fect. Et accepit dominus deus hominē quē forma-
 uit, & posuit illum in horto uoluptatis, ut coleret
 illum, & custodiret. Vide quantam formati homi-
 nis curam habuit. Postquā enim heri docuit bea-
 tus Moses, dicens: Plantauit deus hortum, & po-
 suit illic hominem: id est, uoluit illum illic habere
 domicilium, & uersari ibi, ac horti delitijs frui: hō
 die iterum ostendit nobis ineffabilem misericor-
 diam dei, quam in illum contulit: & repetens ser-
 monem, inquit: Et accepit dominus deus homi-
 nem, quem formauit, & posuit eum in horto uo-
 luptatis. Non simpliciter dixit, in horto: sed appo-
 suit, uoluptatis, ut excellentem uoluptatem, qua
 fruitorum esset in habitando, nobis declararet.
 Et ut dixit, Posuit illum in horto uoluptatis: ad-
 dit, ut coleret illum, & custodiret. Etiam hoc ma-
 gnæ curæ & prouidentie nostri argumētum est.
 Nam cum omnibus delicijs potirentur, ibi uitam
 agentes, tam oblectamentis eorum quæ uidebāt,
 quā lætitiā eorum quibus fruebantur, ut ne im-
 modica prosperitate homo insoleceret, omnem
 enim malitiam docuit otium, propterea præcepit
 deus ut operaret illum, & custodiret. Quid autē,
 dicit aliquis, illius cura indigebat paradysus? Nō
 hoc dico, sed uoluit tum ut paruam quandam, si-
 biq; congruam gereret curam, partim custodiēdo,
 partim operando. Erat autem operatio tunc
 citra laborem. Dederat enim occupationē quan-
 dam, quæ neq; dolorem neq; molestiam afferret.
 Cæterum quod dicit, custodiret: non absq; causa
 appositum est, sed congruū uerba, ut plane scire
 possit, quod sub domino agat, qui hanc largitus
 sit fruitionem, & cum illa etiam custodiam cōmi-
 serit. Deus enim omnia facit & operatur propter
 nostram utilitatem, & cum illa etiam fruitionem
 & refocillationē præbet. Nam cum ob excellen-
 tem suam misericordiam, etiā priusquā nos pro-
 duceret, ineffabilia bona præparauerit, sicut ipse
 dicit: Venite benedicti patris mei, possidete in hæc
 reditatem præparatū uobis regnū ab initio mun-
 di: multo magis præsentia omnia largiter præbe-
 bit. Postquam igitur tanta beneficia in conditum
 contulit: primum, cum nō esset, dedit illi ut esset,
 & ex puluere corpus formare dignat⁹ est: & post
 hæc dominam, animam dico in corporeā, per in-
 spirationem dedit: dein paradysum fieri iussit, &
 illic illum uiuere præcepit: post hæc iterum, sicut
 clemens pater tenero filio omni copia fruētī, ne
 insolens fiat, paruam & congruam quandam cu-
 ram excogitat: sic & dominus Adæ operatio-
 nem & custodiam præcepit, ut in tanta uoluptate
 ubertate

Matth. 25. c

ubertateque ac iucunditate hæc duo haberet, quæ a procliuatate illius sensim morarentur & impedirent. Porro ut hæc quæ iam erant condito homini, ita & quæ sequuntur magnam & excellentem dei in illum nobis declarant misericordiam, quam sola bonitate sua exhibuit. Et quid est quod inquit scriptura, Et præcepit dominus deus Adæ? Ecce iterum hic etiam eadem consuetudine utitur: ut cum sæpe idem inculcatur, diligentiori memoria doctrina suscipiatur: neque ultra feramus temere nomina discernentes, qui aliud patri, aliud filio tribuunt, quorum una tamen est essentia. Et idcirco in discrimina tribuit scriptura hæc appellationem nunc patri, nunc filio. Et præcepit dominus Deus Adæ, dicens. Dignum & hic fuerit obstupescere misericordiam dei, quæ omnem transcendit rationem, quam breui hoc uerbo nobis exhibet. Et præcepit, inquit. Vide statim ab initio, quanto honore hominem prosequitur. Neque enim dixit, imperauit, uel iussit: sed quid? Præcepit. Sicut amicus amico de rebus necessarijs præcipiens, loquitur, ita & deus humanæ naturæ, quasi hoc honore ad obediendum his, quæ a se præcipiebantur, tracturus. Et præcepit dominus deus Adæ, dicens. De omni ligno quod est in paradiso comedendo comedere, de ligno autem sciendi bonum & malum, ne comedatis. Quocumque autem die comederitis ex eo, morte moriemini. Magna huius præcepti facilitas est. Sed dilecte, graue malum est desideria, facitque ut facilia omnia, uideantur difficilia: sicut studio & uigilantia, etiam omnia ardua & difficilia, facilia nobis fiunt. Quid enim, dic quæso, hoc mandato facilius? quid hoc honore maius? Concedebat uersari in paradiso, & uisibilium formositate oblectari, & aspiciendo exhilarari, & fruendo magnam uoluptatem percipere. Cogita quam iucundum fuerit uidere arbores fructibus oneratas, florum uarietatem, herbarum diuersitatem, foliorum comas, atque alia quæ uerisimile est in paradiso esse, & in paradiso a deo plantato. Propter hoc enim superius diuina scriptura dicit, Orii quæ fecit adhuc ex terra omne lignum pulchrum ad uidentium, & bonum ad comedendum: ut scire possimus, quomodo fruens tanta ubertate, per magnam intemperantiam & desidia, datum sibi mandat præuaricatus sit. Cogita, obsecro, honoris eminentiam, qua illum prosequutus est, data illi mensa propria & separata in paradiso, ut ne putaret eandem sibi & iumentis instrui: sed haberet, quasi rex in paradiso agens, deliciarum copiam, & quasi dominus aliam quam ministri habitationem sortiretur. Et præcepit dominus deus Adæ, dicens, Ex omni ligno quod est in paradiso comedens comedere: ex ligno autem sciendi bonum & malum, ne comederitis ex eo. Nam quocumque die comederitis, morte moriemini. Quasi diceret ad illum, Non molestum aliquid & graue petam ex te: frui enim omnibus tibi permitto. Vnum præcipio ne tetigeritis. Et magnam poenam decerno, ut uel timore coercitus, datam me

mandatum custodias. Hæc faciebat, quasi dominus alicuius liberalis domum magnam alicui concederet, & ut dominium sibi saluum maneat, parum tantum pecuniæ dandum ab illo præscriberet. Sic sanè & misericors noster dominus, concessit omnium que in paradiso sunt fructum, ab uno tantum ligno abstinere iussit, ut scire possit, quod sit sub dominio, cui obedire debeat, & parere si quid ille imperarit. Quis pro dignitate admirabitur communis omnium nostri patris liberalitatem? Quum nullum adhuc bonitatis specimen præ se ferret Adam, tanta a deo beneficia accepit. Neque enim dimidiatam illi dedit rerum fruitionem, neque a pluribus abstinere iussit, & cæteris frui: sed participem omnium quæ sunt in paradiso esse uoluit: ab uno solo ligno abstinere præcipit, monstrans re ipsa, nullius alterius gratia hoc ipsum se facere, & ut tantorum beneficiorum autorem agnoscere possit. Et considera cum alijs etiam hic bonitatem dei, quanto honore etiam mulierem prosequitur, que ex illo formanda erat. Nondum ea enim producta, quasi utriusque mandaret, dicebat, Ne comederitis ex eo: & quocumque die comederitis, morte moriemini: manifestans iam inde ab initio, quoniam unum sunt, uir & mulier, sicut & Paulus inquit, Caput uiri mulier. Et propterea quasi utriusque loquitur, ut posthac formata ex uiro muliere occasione illi præbeat docendi illam præcepta. Iam scio quidem uulgatissimum esse de hoc ligno quæstionem: & quod multi temere loquuntur, & culpam ab homine in deum transferre nituntur, audentemque blaterare, Cuius gratia dedit mandat, quod sciebat hominem transgressurum? Et iterum, Quare iussit lignum fieri in medio paradisi? Et multa alia. Sed ne nunc ante tempus præuaricationis uideamur profligare ad ea enarranda, operæ pretium ut & nos expectemus beatum Moysen enarrantem: ut quæ ad eum locum peruenimus, tæpestiuæ, quæcumque dei gratia dederit, de ea re dicentes, uerum scripturæ sensum uestram doceamus charitatè: quod scientes scripturarum ueritatem, debitam domino gloriam offeramus, & non peccatorum nostrorum culpam inculpatissimo deo imputemus. Iam autem sibi libet, de præsentis lectione quod sequitur prosequamur. Et dixit dominus deus, Non est bonum homini esse solū.] Ecce iterum similiter dicit sicut & prius, Dominus deus: ut bene figentes animo dicta, ne putemus diuina scriptura nostras opiniones præstantiores esse. Dixitque dominus deus, Non est bonum esse hominem solum. Considera, quomodo non cessat bonus deus, sed beneficia beneficij cumulatur, & diuitias bonitatis omni honore circumdat, & uult animali huic rationali præstare, ut non solū honeste, sed & commode uiuat. Et dixit dominus, Non est bonum hominem esse solum, faciamus illi adiutricem secundum illum.] Ecce iterum etiam hic dicit, faciamus. Sicut enim in principio cum de homine formando diceret, Faciamus hominem secundum imaginem nostram, & secundum similitudinem: ita & nunc mulierem formaturus, eodem uerbo

Ephes. 5.

uitur

uitur, & inquit, Faciamus. Cui hoc dicit? Non a creatæ alicui potentia, sed ei qui ex se natus est, consiliario admirabili, potèti, principi pacis, unigenito filio suo. Et ut sciret Adam, quod animal formandum æqualis cum ipso dignitatis esset futurum, idcirco dicebat, Faciamus illi adiutorium simile sibi. Nolo, inquit, illum solum esse, sed producendum erit adiutorium sibi congruum, mulierem insinuas: & propterea dicit, Faciamus illi adiutorium simile sibi: ut cum uideris statim adduci bestias, & omnia uolatilia cœli, ne putes de illis esse dictum. Nam licet adiuerit illum in laboribus suis multa irrationalia animantia, nullum tamen par est rationali mulieri. Unde ob hoc quæ dixisset, adiutorium simile illi, subdit: Et formauit deus adhuc de terra omnes bestias agri, & omnia uolatilia cœli, & duxit illa ad Adam, ut uideret quid uocaret illa. Et omne quodcumque uocauit Adam animam uiuentem, istucipsum est nomen illi.] Non temere, neque absque causa hoc factum est, sed propter futura. Deus enim præsciens quid non multo post euenturum, ostendit nobis quantum sapientiam condito homini dedit: ut cum præuaricatione mandat a deo dati contingat, non putetur per ignorantiam peccasse: sed scire possis, quod lapsus ille ex desidia fuerit. Et quod magna sapientia præditus fuerit, discere ex his, quæ nunc fiunt. Et adduxit illa, inquit, ad Adam, ut uideret quid uocaret illa. Fecit hoc Deus, demonstraturus nobis magnam illius sapientiam. Et iterum, Quod uocauit, inquit, Adam, hoc est nomen illi. Factum autem hoc est, non ut discamus illius sapientiam solum, sed ut & symbolum dominij per nominum impositionem cognoscatur. Nam & hominibus mos est hoc facere in signum dominij, ut cum seruis emerint, ipsorum nomina mutent. Unde & Adam instruit, ut omnibus brutis tantquam dominus nomina indat. Ne igitur hic subito prætereas dilecte, quod dicitur: sed cogita quantum fuerit sapientia, uolatilibus, reptilibus, feris, iumentis, & alijs brutis domesticis, & agrestibus, & in aqua uitam agentibus, & a terra productis, & in summa omnibus, congrua & convenientia suæ naturæ imponere nomina. Nam quodcumque uocauit Adam, inquit, hoc nomen est illi. Vidisti consummatam potentiam? uidisti dominij autoritatem? Perpende cum alijs etiam hoc, quod & leones, & pardus, & uiperæ, & scorpj, & alia omnia etiam illis truculentiora, ad illum quasi dominum omni cum subiectione accesserunt. Ne igitur arguat aliquis, quod a deo sunt creatæ, neque contra opificem linguam acuat, imò contra suum caput, dicendo illa inutilia uerba: Cuius gratia feræ productæ sunt? Nam omnia perinde ac mansuetæ seruitutem agnouerunt & dominium: id quod monstrat manifeste nominum impositio. Nomina quæ imposuit illis, usque in hodiernum diem permanent. Ita enim hæc firmavit dominus, ut perpetuam habeamus memoriam, quem honorem in initio, cum adhuc obediens esset Adam, a domino

omniū accepit: & ablati huius causam illi adscribamus, qui peccato suo hanc suam potestatem mutauit. Et uocauit Adæ nomina omnibus peccatoribus, & omnibus uolatilibus cœli, & omnibus bestijs terræ.] Hic iam considera uoluntatis libertatem, & sapientia eius eminentiam, Et non dic, quod ignorarit quid bonum, quid malum. Nam qui potest congruis nominibus iumenta appellare, & uolatilia cœli, & alias bestias, neque ordinem confundit, neque mansuetis animalibus conuenientia feris imponit: sed omnibus sua dat nomina, quo modo non omni sapientia & industria pollet? Expendite tandem, quanta huius spiraculi in illo potentia, & quanta incorporea animæ sapientia, quam dominus illi dedit: quam admirabile sit rationale animal hoc, ex duabus naturis constitutum, & incorporea animæ substantia, corpori quasi optima artifex instrumeto cōiuncta. Igitur cum tecum cogitabis tantam huius animalis sapientiam, obstupescere & admirare opificis sapientiam. Nam si cœli pulchritudo a cordato spectatore uisita, illum in conditoris glorificationem producit: quanto magis rationale hoc animal, cum suam formationem & gloriam a deo sibi datam, eminentiamque & magnitudinem donorum, & ineffabilia beneficia considerat, autorem horum continuis laudibus prædicare, & pro suis uiribus glorificare deum poterit? Vellem & de sequentibus ageres: sed ne multitudinem eorum quæ dicuntur, dictorum obruam memoriam, operæpretium fuerit sermonem hoc loco claudere. Neque enim hoc solum nobis curæ est, ut multa dicamus: sed ideo dicimus, ut bene ea animis uestris commendentur, nec solum sciatur quæ in diuinis scripturis continentur, sed ut & alijs fratis doctores, possitisque & alios admonere. Hoc oro, ut omnes qui hinc egressi uentur, cum proximis de nunc dictis inter se mutuum conferant: & ita omnia colligentes, ac recentia memoria tenentes, domum concedite, apud uos ipsos ruminantes diuinas hæc doctrinas: ut huc omni cura uestra cōuersa, mentesque in his occupata, possitis facile & turbulenter animi affectiones uincere, & diaboli insidias effugere. Nam cum malus ille daemon uidet animam de diuinis rebus sollicitam, & perpetuo illas uersantem, ne accedere quidem propius audeat, sed celeriter resilit, a spiritus operatione, quasi a successu rogo abactus. Ut igitur & nobis plurimum sit lucri, & illum uincere ualeamus, & supernè nobis copiosior præstetur gratia, his uacet animus noster. Nam ita prosperabuntur in manibus nostris omnia, & erunt facilia omnia quæ difficilia erant: & bonum exitum sortientur, quæcumque constitabant. Quandoquidem si nobis curæ fuerint diuina, & ipse quoque deus pro nobis sollicitus erit, ut magna securitate per pelagus huius uitæ nauigemus, duce & gubernatore deo ipso, in illius misericordia portum occurruri. Cui gloria & imperium, cum unigenito suo filio & deo, simulque sancto & uiuifico illius spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Adæ uero

Adæ uero non inuentus est adiutor simili illi, & immisit deus excessum in Adam & dormiuit. Homilia xv

Ngētes uobis habeo gratias, quod tanta alacritate hesternam meā accepistis admonitionem: & dictorū prolixitate non solum non estis offensi, sed & eodem rigoris tenore perpetuū audiendi desiderū, usq; ad finem seruastis. Vnde in magna expectatione sumus, quod & opera ipsa, quæ uobis consulumus, facturi sitis. Nā qui tanta uoluptate audit, declarat ad opera quoq; faciēda se paratum. Alioqui creber ille uester conuentus, certū argumentū est quā bene ualeatis anima. Nam sicut esurire, signū est bonæ ualitudinis: ita amare diuina eloquia, spiritalis sanitatis indicium fuerit maximum. Quoniam autē fructus uestri studij pollicetur, quod & obediendo adimpleturi sitis; age & nos mercedem, quā heri pollicebamur, hodie dinumerabimus. Spiritualem doctrinam mercedem dico, quæ potest & meā augere substantiam cum dinumerauero, & uos qui recipitis, ditiores efficiere. Hoc enim modo se habent spiritalia omnia. Id quod in rebus sensibilibus non est. Nam in illis ij qui dinumerant pecuniā, suam imminuunt substantiam, & locupletiores fiunt qui recipiunt: hic autem nō sic. Sed & is qui dinumerat, suas facultates magis auget, & recipientiū diuitijs non nihil accedit. Itaq; cum & nobis prompta sit bene uolentia, & uos spirituales illas opes suscepturi, si nus mētis habeatis capaces: age præstemus quod recepimus, & iterū in manus acceptis his quæ ex contextu beati Moysi lecta sunt, inde uobis mercedem dinumeremus. Quæ igitur sunt, quæ hodie lecta in medium afferri debent, ut thesauros sensuum in uerbis latentes, diligenter quæsitos, charitati uestre proponamus. Audite nunc scripturā dicentē, Adæ uero nō inuētus est adiutor similis illi. Quid sibi uult breuis hæc dictio, Adæ uero: quare apponit coniunctionē: an non sufficiebat dicere, Adæ: Non absq; ratione, neq; curiositatis gratia inquirendi talia nobis studiū est: sed ut diligenter omnia uobis interpretantes, doceamus uos, neq; dictionem paruā, neq; syllabam in diuinis literis contentam, esse prætereundam. Non enim uerba tantū sunt, sed & spiritus sancti uerba. Et propterea magnum in his thesaurū inuenire licet, etiam in una dictione. Auscultemus igit, obsecro, magna diligentia, nullus deses, nullus somniculosus sit, omnes uigili animo adeste. Nullus externis occupationibus mentem distrahat, nullum seculares curæ sibi uendicent. Sed cogitet unusquisq; spiritalis huius congregationis dignitatem, & quod ea quæ audiuimus deus per prophetarū linguas nobis loquitur: atq; sic arctas simul mentē & aures adhibeat, ne fenum aliud quod iactamus, in petram cadat, uel secus uiam, uel inter spinas: sed integrum semen in terram bonam, latitudinē dico mentis uestre, proiectum, largum nobis fructū afferre queat, & a no-

bis cōcredita multiplicet. Cæterū uideamus quid sibi uelit huius coniunctionis copula, Adæ uero non inueniebatur adiutor similis illi. Vide, obsecro, diuinæ scripturæ accuratā diligentiam. Nam postquam dixit, Adæ uero non inuentus est adiutor: non ibi substituit, sed adiecit, similis illi; additamento illo causam nobis declarans, ob quā coniunctionis copulam addiderit. Existimo acutiores cōiectare posse, & præuidere quid dicturi simus. Verū quia nostri officij est, quoniam communem omnibus doctrinam proferimus, omnibus etiam manifesta facere quæ a nobis dicuntur: age docebimus uos cuius gratia sic dixerit: sed paumper sustinete. Nam postquā in superioribus dictis, sicut memores estis, scriptura diuina dixit, Faciamus illi adiutorium secundum eum: statim docuit nos bestiarum, & reptilium, & brutorum omnium formationem: inquit enim, Et formauit deus adhuc de terra oēs bestias, & uolucres cœli, & duxit illa ad Adā, ut uideret quid uocaret illa. Et quemadmodum dominus omnibus imposuit nomina, & unicuiq; bestiarū, & uolucrū, & brutorum omnium generi, suum uocabulum, iuxta concessam sibi sapientiā distribuit: ut scire possimus quod omnes illæ creaturæ, licet homini ministrant, & nos adiuuent cooperando nobiscum, irrationabilia tamen sunt, & homine longe inferiora. Vnde ne putemus illum de illis dixisse, Faciamus illi adiutorium. Nam licet adiuuent, & in multis ministerio suo seruiant, ratione tamen carent. Sanē quod inuenit nos, rerū docet experientia: alia enim utilia sunt ad conuehenda necessaria, alia ad colendam terrā. Quandoquidem bos aratrum trahit, sulcos fecat, & uaria agriculturæ opera exercet. Asinus autem ad conuehenda necessaria utilis est, & pleraq; animalia alia corporis nostri usus seruiūt. Etenim oues lanam ad parandas uestes præbent, & capræ ex suis pilis aliquid nostro ministerio afferūt, lacteq; & alio quoq; modo nos pascūt. Proinde ne existimes, quod supra dicit: Faciamus illi adiutoriū: ad hoc dictū: Ideo nunc sermonē incipiēs, inquit, Adæ uero non inuentus est adiutor similis ei. Quasi doceret nos beatus Moyses, & hæc diceret uerba, Hæc oīa quidē producta sunt, & ab Adam sua acceperunt nomina, nihil tamen ex his omnibus dignū fuit inuentum illius adiutorio. Ideo uolens nos docere producendū animalis formationem, & quod animal hoc producendū, istucipsum sit de quo dicebat, Faciamus illi adiutoriū secundum illum: simile illi, inquit: hoc est eiusdem substantiæ, dignitateq; illo nihil inferius: & hanc ob rem dicebat, Adæ uero nō inueniebatur adiutor similis illi: monstrās nobis beatus ille, q̄ quantumcunq; nobis ministerium exhibent hæc bruta, aliud tamen quoddam adiutorium est multis numeris excellentius, quod a muliere Adæ præstat. Itaq; omnibus animalibus iam productis, & suū nomen a Protoplasmo sortitis, misericors deus similē illi adiutricem ut produceret, inquirebat. Qui omnia a se facta,

per se

per se gubernat, & omnē uisibilem creaturā produxit, is cum alijs omnibus & mulierem format. Et uide quā diligenter formationē nos doceat. Nam postquam nos docuit, quod uellet producere illi adiutorium simile ipsi: nam superius dixerat, Faciamus illi adiutorium secundum illum: & hic inquit, Non inueniebatur similis illi: eam ob causam ex illius substantia ipsam format, & inquit, Et immisit dominus deus excessum in Adam, & dormiuit: & accepit unam costarū illius, & impleuit carnem pro illa. Aedificauitq; dñs deus costam, quam accepit de Adam, in mulierem, & duxit illam ad Adam. Magna uerborū uis est, & omnem humanū captū transcendens. Non enim aliter possunt hæc magna intelligi, q̄ fidei oculis conspecta. Et immisit deus excessum in Adam, & dormiuit. Videte diligentia doctrinæ: utraq; posuit beatus ille Propheta, imō spiritus sanctus per illius linguam, docens nos factorum seriem. Immisit, inquit, excessum in Adā, & dormiuit. Quod tunc fiebat, neq; excessus solus erat, neq; somnus solitus. Sed quia sapiens & potens nostræ naturæ opifex, unam ex costis illius ablaturus erat: ut ne sentiendo dolorem, mulieri ex se formata postea doloris memor infensus fieret: eapropter immisso excessu, tanto illum somno oppressit, ut quasi grauedine quadam correptus, nullum rei quæ fiebat sensum caperet: & sicut optimus artifex auferebat quod sibi uidebatur: & supplebat ubi quid deerat, & quod inde sumpserat, iuxta suam formabat misericordiam. Immisit, inquit, excessum in Adam, & dormiuit: accepitq; unam costarum illius: & impleuit carnē pro illa: ut ne posset discusso somno, quod factum erat, ex uacuitate sentire. Nam quamuis eo tempore quo auferebat, ignorauit, postea tamen cogniturus erat. Itaq; ut ne illum in auferendo, dolore: neq; ob ablationem, tristitia afficeret, utraq; sic dispensauit, ut & citra cruciatum illius auferret, & impleto eo loco unde abstulerat, factorum sensum percipere non sinneret. Igitur acceptā hanc costam, aedificauit dominus deus in mulierem. Admirabile dictum, nostram rationem nimia excellentia uincens. Eiusmodi enim sunt omnia, quæ a domino. Nam hominem ē puluere formari, non erat illo miraculo minus. Et uide iterum quomodo diuina scriptura uerbis nostræ infirmitati accommodis usa sit. Et accepit, inquit, unam costarū illius. Ne humano more accipias quæ dicuntur, sed crassa uerba hæc humanæ imbecillitati conuenire cogites. Nam nisi his uerbis scriptura fuisset usa, quomodo tam arcana mysteria discere potuissemus: Ne igitur uerbis tantum addicti simus, sed omnia, ut par est, de deo sentiamus. Quandoquidem dum dicitur, accepit, & omnia talia, propter nostram infirmitatem ita dicta sunt. Animaduerte autem & quomodo & hic eadem usa est consuetudine, qua supra quum de Adam ageret. Nam ut sibi semel ac iterum, & sapius dixit, Et accepit dominus deus hominem: & iterum, Et præcepit dominus deus

Chryf.

Adæ: & iterū, Dixitq; dominus deus, faciamus illi adiutorium simile illi: sic & nūc inquit, Et aedificauit dominus Deus costam, quam accepit ab Adam, in mulierem. Et paulo superius, Et immisit dominus deus excessum in Adam: ut dicas quod nullam patris & filij diuersitatē hæc dictiones indicent: sed quia utriusq; est una essentia, in discriminatim nominibus istis scriptura utitur. Vnde & hanc consuetudinem, cum de formatione mulieris agit, similiter obseruauit, dicens, Et aedificauit dominus deus costam, quā accepit ab Adam, in mulierem. Quid ergo hic dicent hæretici, qui omnia curiosius explorare uolunt, & conditoris omnium generationem cōprehendisse se putant? Quis sermo hoc explicare poterit? Quæ mens cōprehendere? Vnam costā, inquit, accepit, & quomodo ex hac unica costa totū animal formauit? Dic, obsecro, quomō ablatio facta est: quomodo Adam, cum auferretur costa, nō sensit? Sed nihil horum dicere poteris. Vnus enim tantū scit, qui ipse est cōditor. Quod si hæc quæ in manib. sunt, & animalis illius quod nobis carne cognatū est, formationem non comprehendimus: quanti delirij & amentię fuerit, curiosius inquirere, quæ ipsius cōditoris sunt, & dicere quod illa comprehendis, quorum neq; incorporeæ & diuinæ uirtutes iustā scientiā habet: sed perpetuō cū timore & tremore glorificantes eminus cōtemplant? Et aedificauit dñs deus costam, quā accepit ab Adā, in mulierem. Vide scripturæ diligentiam. Non enim iam dicit, formauit: sed, aedificauit: quia etiam formato partem accepit: & quasi diceret aliquis, quod deerat dedit. Et propter hoc dixit, Et aedificauit: nō aliam formationem fecit, sed ex eo quod iam formatū, accepta portiuicula quadam, hanc partem aedificauit, & perfectū fecit animal. Quanta optimi architecti dei potētia, quæ ex tantilla particula, tam elegantia membra concinnaui, tantos formauit sensus, & perfectum, & integrum, & absolutum animal fecit: quod possit & colloqui, & cōmunionē substantię uiro multa afferre solatia? Nam ob eiusdemodi cōsolationem animal hoc formatum est. Vnde & Paulus dicebat, Nō enim formatus est uir propter mulierē, sed mulier propter uirū. Vides quomodo omnia propter uirum fiunt. Condita enim creatura, productis brutis, & cibo & ministerio utilibus: quia formatus homo indigebat aliquo confabulatore, & eo qui particeps suæ substantiæ multū solatiū afferre posset, ideo ex latere illius hoc rationale animal format, & secundum induriam suam & sapientiam perfectum & absolutum hoc facit, per omnia homini simile, & rationale, quod posset in necessarijs & commoditatibus huius uitæ subsidio esse. Deus enim omnia sapienti quadam ratione condidit & moderatur. Et nos qui tam imbecillamente sumus, tamen modum, quo facta, scire non possumus, credimus tamen quod uoluntati illius omnia cesserint, & paruerint, & quicquid imperauerit factum sit. Et aedificauit deus

1. Cor. 7. b

1. Cor. 7. b

1. Cor. 7. b

coffam, quā accepit ab Adam, in muliere: & adduxit illam ad Adam.] Ostendens quod propter illum istam condiderit, adduxit illam ad Adam. Quoniam nullus, inquit, in omnibus brutis adiutor tibi similis, ecce hoc quod pollicebar: promisi enim tibi facturū me adiutorū simile tibi, nūc perfectum trado tibi. Adduxit illam ad Adam. Et dixit Adam, Hoc nunc os ex osibus meis, & caro ex carne mea.] Obsecro dilecte, uide hic quod cum ineffabili illa sapiētia sibi à deo suppeditata, cuius nobis indicia demonstrata sunt per nomen impositionē, quæ tot brutorum animalium generibus indidit, & prophetica gratiam accipit. Nam idcirco docuit nos beatus ille Propheta, quod & somno, & ecstasi correptus sit, ita ut ne sensum quidem ullum eius quod fiebat, perciperet: ut cum nunc discis, quod uisa muliere diligenter factū enarrat: credas certo, quod spiritus sancti instinctu, & accepta prophetica gratia hæc loquat. Quippe cum nihil de his, quæ facta erant sciret, postquā deus hæc illi adduxit, inquit, Hoc nūc os ex osibus meis, & caro ex carne mea. Alius quidam interpret, pro nūc, uertit semel. Videlicet quod semel tantū hoc factum est, neq; ultra erit talis formatio mulieris. Nūc, inquit, facta est ex uiro mulier, posthac nō sic erit: sed ex muliere uir, imō non ex muliere, sed ex utriusq; cooperatione: sicut & Paulus inquit, Non est enim uir ex muliere, sed mulier ex uiro: & non cōditus est uir propter mulierem, sed mulier propter uirum. At istæ ipsa, dicat aliquis, quæ sunt dicta, ostendūt qd mulier ex uiro facta sit. Verū expecta, & uide doctrinā quam subiicit: dicit em̄, Veruntamen, neq; uir sine muliere, neq; mulier sine uiro. Quo docet nos, quod postea utriusq; cōgressu, utrorumq; & uiri & mulieris constitutio erit. Et idcirco & Adam dicebat, Hoc nunc os ex osibus meis, & caro ex carne mea. Deinde ut scias huius prophetie certitudinem, & quomodo usq; ad ipsius consummationem affulgeant Adæ uerba, audi sequētia.

Ista uocabit mulier, quia ex uiro suo sumpta est ista. Propter quod derelinquet uir patrem suū, & matrem suā, & adhærebit uxori suæ, & erūt duo in carnem unam.] Vidisti quomodo omnia nobis diligenter aperuit, & singula per prophetiam suā explanauit. Ista, inquit, uocabit mulier, quia de uiro suo sumpta est. Iterum nobis ablationem costæ insinuat. Deinde manifestans euentura, inquit, Propter hoc relinquet homo patrem suū, & matrem suam, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carnem unā. Vnde, dic oro, habuit ille ut hæc diceret: Vnde sciebat futura, quod multiplicandum humanum genus, & quod hoc uiri mulierisq; congressu futurum, unde noscebat: Congressus enim ille post prauaricationem fuit. Nam usq; ad illam quasi angeli uersabant in paradiso, non concupiscentijs flagrantēs, non ab alijs affectionibus infestati, non naturæ necessitatibus obnoxij: sed prorsus incorruptibiles & immortales conditi, neq; uel uestimentorum amictu ibi

agebant. Erant enim, inquit, ambo nudi, & non erubescabant. Peccato enim & prauaricatione nondum præsentē, gloria, quæ superne uenerat, uestiti erant: & ideo non erubescabant. Post transgressionem autem præcepti, introgressa est & erubescētia, & nuditatis agnitio. Vnde igit, dic quæso, habuit, quod hæc sciret? Nōne prophetica gratia particeps, omnia hæc spiritualibus uidebat oculis? Hæc nunc non absq; ratione prolixioribus dico, sed ut etiā hinc immodicam dei misericordiam discatis, quam humani generi exhibuit, data illi ab initio uita angelica, & innumeris in illū collocatis beneficijs, & cum alijs omnibus etiam prophetica dignitate concessa: ut cum uideritis hominem post tot beneficia delinquere, culpā in deum ne reiciatis, sed ipsi totum imputetis. Ipse enim sibimetipsi omnium malorum autor fuit, quod & postea discetis, tum quod tantis bonis excidit, tum quod ob prauaricationem condemnatus est. Nam cum cogito uitæ illius statum, quem illi dominus dedit, tam multifaria in ipsum beneficia cumulando: & primū quidem ante ipsius formationē propter ipsum, totum hūc mundum, & creaturas condidit: & postea ipsum formauit, ut factus uisibilibus omnibus frueret. Dein quod ut iussit esse paradysum, in illo statim ipsum uitā agere uoluit, animalia bruta ab illo separauit: omnium illi dedit potestatem, quasi dominū seruis & subditis nomina imponere iubendo. Postea, quia solus erat, cum indigeret aliquo adiutore, qui naturæ eius particeps esset: neq; hoc omisit, sed producta muliere, modo quo sibi placuit, illā ipsi in manus cōcredidit, præter hæc oia, prophetiæ quoque dignitate illum insigniuit. Et quod summa, & caput aliorum est beneficiorū, donauit illi ut ab omnibus curis & sollicitudinibus corporis liber esset: neq; ullis uestitum indumentis, neq; alio aliquo indigere illum permisit: sed ut dixi, quasi angelum terrestrem super terram uersari uoluit. Cum ergo omnia hæc supputo, obstupesco & domini misericordiam in humanum genus, & hominis desidiam, & diaboli inuidentiā. Nō enim ferebat malus ille daemon uidere in corpore hominem angelicam uitam agentem. Ceterum ne nimia prolixitate sermonē extēdamus, si placet, reponemus in posterū quæ de diaboli insidijs sequūtur, uestrā orantes charitatem, ut diligenter ea quæ dicta sunt memoriæ cōmendetis, & uobiscum expendatis ea omnia, ut profundius in cogitationibus uestris considant. Nam si continuo beneficiorum dei, quæ in nostrū genus contulit, recordemur, & ipsi grati erimus, & ad uirtutis uiam magna erit exstimulatio. Quippe manifestum, quod beneficia dei secum recogitans, operam dat ne illis indignus uideatur: sed tanti studij & gratitudinis est, ut & alia consequenter mereatur. Ita liberalis est dñs noster, ut quādo uidet nos bene & cū gratitudine uti his quæ iam nobis concessit, ulro nos potioribus maioribusq; muneribus cumulet. Tantum nobis nostra salus cure sit, ne ita

ne ita incogitanter & absq; fructu tempus transigamus: neq; hoc attendamus, quod dimidiū quadragesimæ transierit, sed si qua in hoc tēpore à nobis bene gesta sint, & si quas affectionum perturbationes correxerimus. Nam si quotidianis spiritualibus doctrinis fruētes semper ijdem manserimus, neq; in uirtutibus profecerimus, neq; uiciorū genera è pectoribus nostris effugauerimus, non solum inde nihil erit utilitatis, sed & plurimū nocuenti. Quandoquidem, qui in tanta nostra cura nihil lucrificat, maiorem sibi coaceruabit gehennæ ignem. Ideo oro, ut saltem reliquum ieiunij tempus, in ea quibus opus habemus, infumamus, & singulis hebdomadis, imō singulis diebus nos ipsos consideremus, & negligentiam ab animabus nostris repellamus, & bonorum operum possessionem conquiramus, sicut Propheta noster admonuit. Declinemus à malo, & uirtuti studeamus. Hoc etenim uerū est ieiuniū. Iracundus ferocem perturbationem pia cogitatione ab anima eliminat, mansuetudinem autem & lenitatem amplectetur. Deses & intemperans, & formosorū corporū curiosior spectator cogitationes suas refrenet, & in latitudine mentis surg inscribat legem Christi dicentem, Qui inspexerit mulierē ut concupiscat illam, iam adulterium commisit cum illa in corde suo: atq; ita incontinentiæ uitium profliget, & sobrietatē colat. Qui petulantis linguæ est, & quicquid in buccā uenerit garrat, imitetur beatum Prophetā & dicat, Pone domine custodiam orimeo, & ostium munitiois labijs meis. Et nunquam temerè & absq; utilitate proferat uerba, sed audiat Paulum, dicentem, Omnis uociferatio, & furor, & blasphemia, & obscœnitas, & urbanitas tollat à uobis cum omni malitia. Et iterū, Si quis sermo bonus, ad ædificationem utilis, ut det gratiam audientibus. Iuramenta quoq; modis omnibus fugiat: audiens sententiā quæ dicit, Dicitū est antiquis, Non peierabis: ego autē dico uobis, non iurandū omnino. Ne igit dicat aliquis, In re iusta iuro. Neq; em̄ in re iusta, neq; iniusta iurare licet. Purū igit à iuramentis seruemus os, & his omnibus muniamus nostrā linguā, labia & mentē, ne quid malarum cogitationū uel intus nascatur, uel per linguam foras proferatur. Aures quoq; diligenter sepiamus, ne uanas fabulas audiāt: sicut & beatus Moses præcepit, dicens, Auditum uanum ne accipias. Et rursum beatus Dauid dicebat, Obreptantem secretō proximo suo, hunc persequer. Vidisti dilecte, quanta nobis contentione, quanta uigilantia ad uirtutem parandam opus sit: quomodo & parua particula neglecta, totius periculum inferat? Quocirca & alibi clamat beatus Dauid, accusans hoc facientem, & dicens, Sedens ad uersus fratrem tuū obloquebaris, & contra filiū matris tuæ ponebas scandalum. Si sic nostra omnia membra munierimus, poterimus ad uirtutis opera excitari, & linguam in laudibus & glorificatione dei occupare: aures autem in auditu & disciplina diuinorum eloquiorum, & mentem in p̄ Chryf.

ritualibus doctrinis contemplandis: manus uerò non in rapina & auaritia, sed misericordia & bonis operibus faciendis: & pedes non in theatra & spectacula damnosa, circensesq; ludos, sed in ecclesias & domos precationum, & ad martyrum loculos, ut ab illis benedictionem percipiamus, & nos à diabolicis laqueis irretiri non sinamus. Si sic solliciti nostram salutem curauerimus, poterimus & ex ieiunio lucrum facere, & demonis insidias effugere, & magnam supernè gratiam assequi: quā ut nos omnes potiamur, concedat gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cū quo patri sanctoq; spiritui sit gloria, imperiū, honor nūc & semper & in secula seculorum, Amen.

Et erant ambo nudi, & Adā & uxor eius, & non erubescabant. Homilia XVI

THESAURO aperire uolo: qui licet inter multos diuidatur, nunquā tamen absumitur: omnes enim locupletat, non tantum nulla sui imminutione, sed & quodam augmento. Nam sicut, si quis de sensibili thesauro uel paruam acceperit portionem, multas tamen diuitias inde sibi parabit: ita & in diuinis scripturis, etiam in breui lectione, sensuū grauitas & ineffabiles inueniuntur diuitiæ. Talis em̄ natura huius thesauri, ut abundare faciat eos qui se inueniunt, & nunquam deficiat. Fontis enim huius scaturigo est spiritus sanctus. Reliquum, uel strum fuerit quæ proponitur summa seruari memorie diligentia, ut facile dicta assequi possitis, tantū quod nostrū est, magno studio afferamus. Gratia enim parata est, & requirit eos qui se largiter suscipiant. Audiamus igitur quæ hodie sunt lecta, ut discamus dei misericordiam, & quanto salutis nostræ gratia, sermonis tēperamēto sit usus.

Et erant ambo nudi tā Adam quā uxor eius, & non erubescēbāt.] Considera, quæso, eminentem beatitudinē, quomodo superiores fuerint omnibus corporalibus necessitatibus, quomodo terram quasi cœlum incoluerint: & quum essent in corpore, nihil corporale tulerint: neque tecto, neq; ueste, neq; alio tali opus habentes. Porro diuina scriptura nō simpliciter & absq; ratione hoc nobis significauit: sed ut cum didicerimus uitā illorum tristitiæ dolorisq; expertē, & angelicū quendam statum, ut ita dicā: & postea uiderimus illos omnibus illis destituti, et quasi è magnis diuitijs in extremam inopiam redigi, ipsorum peccato totū quod sit ascribamus. Operæpretium autem lecta ipsa audire. Nam, ut dixit beatus Moses, quod nudi erant, & non erubescēbant: neq; enim sciebant se nudos esse, mira gloria amici, & maiori quā ullus uestitus possit ornare, inquit, Serpens autē erat prudentissimā omnium bestiarum super terram, quas fecerat dominus deus. Et dixit serpens mulieri, Quare dixit deus, ne comedatis ex omni ligno quod est in paradiso? Vide maligni demonis inuidentiā, & multiplices technas. Quandoquidem sciuit hominem formatum in summo esse tom. 1 c. 2 honore

honorē, & nihil minus habere angelis ipsis, sicut **A** & beatus David inquit, Minuisti eum paulo minus ab angelis. Atq; hoc ipsum paulo minus inobedientiae peccatū introduxit. Nam post prauaricationē hoc loquutus est Propheta. Videns igitur super terrā angelū terrestrem & inuidia tabescens dæmon malorum autor, quoniam cum ipse inter supernas uirtutes censeret, ob uoluntatis suae nequitiam & malitiā excellentem ē summo illo cœlo proiectus fuerat, magna usus est machinatio: ut & hominē gratia dei priuare, & ingratiū factū, tantis bonis per diuinā bonitatē ipsi concessis nudare posset. Et quid fecit? Inuēto animali hoc, serpentem dico, qui cætera calliditate sua uincebat, sicut & Moses testatus est, cum dixit, Erat autē serpens prudentissima omnium bestiarū super terram, quas fecit deus: eo quasi instrumento quodā usus est, per quod mulierem, utpote simplicius & infirmius uas, illius familiaritate in errorē & deceptionē puocaret. Et dixit serpēs mulieri. Colligehinc, q̄ ab initio nulla bestiarū super terrā terrebat uel uirū uel mulierē: sed dominū & subiectionē agnoscebant oia. Et sicut nūc domestica animalia, ita & fera & immansueta tūc subdita erant. At forte hic dubitauerit quis, & ut sciat quæserit, num & hoc animal rationis fuerit particeps? Non ita est: absit. Nam sequētes scripturā hoc expendere debent, quod uerba quidē sunt diaboli, quæ sua inuidia cōcētabat, ut ita hominē falleret. Animal autē hoc, ut instrumento accōmodo utebat̄ diabolus, quod suarū fraudū efca deuorata, primum posset mulierē, quæ facilius decipi poterat, & postea per illam etiā Protoplastū supplantare. Itaq; hoc brutū utiq; ad insidiarū suarū machinationes, & per ipsum mulieri loquit̄, et inquit: Quare dixit deus, ne comedatis ex omni ligno quod est in paradiso? Considera, obsecro, malignitatis excellentem subtilitatem. Inducit enim sub ratione consilij, & in interrogationis, etiā quod non erat dictū, quasi scilicet, curā ipsorum haberet: id quod ostenditur, cum inquit: Cur dixit deus, ne comedatis de omni ligno quod est in paradiso? quasi diceret malignus ille dæmon: Quare deus priuauit uos tantam fructuionē? cur nō cōcedit ut cōpotes sitis honorū quæ sunt in paradiso? sed præstitit quidem ut uisu frueremini, maiori tñ uoluptate interdixit. Cur dixit deus? Quare inquit hoc? quæ utilitas uersari in paradiso, & nō frui his q̄ in illo sunt? sed ideo maiorē fertis dolorē, q̄ spectare uobis licet, frui nō licet. Vidisti quō per uerba, quasi per escā uirus surū immittit. Debeuerat mulier ex ipso aggressu eminentē coniectare malitiā, q̄ ultro nō uera diceret, idq; quasi curā ipsorū gerens, ut scire posset quid illis à deo præceptum, & sic ad prauaricationem ipsos trahere. Igitur cum posset statim illius imposturam uidere, & auersari uerba ut nugacia, & se ipsam in tantā humilitatem non deicere, noluit. Oportebat, in quā, inuitio colloquū illius non ferre, sed illi soli loqui, propter quē, & in cuius adiutorij producta erat, particeps dignitatis illius fa-

cta. Quia autē nescio quō allecā, familiaritatē serpentis tulit; per quem, ut instrumentū, perniciofa diaboli uerba suscepit: congruū erat statim quum disceret ex uerbis ab illo dictis, q̄ diuersa à uerbis dei essent, & quod alia quidem conditor imperasset, alia autē ille, & planē contraria deo diceret: ut ipsa auersaretur, & fugeret illius cōsuetudinem, abominareturq; illum, qui suam linguam contra datum illis mandatum acere audebat. Verum quia non seipsam attendebat, nō solum non est illum auersata, sed omne mandatum illi detexit, & margaritas porcis obiecit, impleturq; qd̄ à Christo dictū est, Ne mittatis margaritas uestras ante porcos: ne forte cōculcent illas pedib. suis, & conuersi uos distumpant. Id quod & factum est. Apposuit enim porco, huic malæ bestię, dæmoni uidelicet, qui per serpentem operabatur, diuinās margaritas: & non solum illas cōculcauit, sed & dictis se opposuit; & cōuersus nō ipsam solum, sed cum ipsa Protoplastum quoq; in morbum inobedientię perduxit. Tantū malum est absq; delectu cuius diuina mysteria detegere. Audiant qui sine discrimine simpliciter cum omnibus colloquunt̄. Neq; enim ibi Christus de porcis præcipit, sed homines porcinis moribus denotat, qui sicut bruta illa in peccati luto uolutantur: docens nos, ut personarum diuersitatem, & uitæ rationes inquiramus, quando aliquid diuinorum eloquiorum exponere opus fuerit, ne & illos & nosmetipsos lædamus. Nam qui tales sunt, non solum nihil lucri ex dictis capiūt, sed & eos qui bonas illas margaritas absq; disquisitione illis proposuerant, secum in suæ perditionis profundum pertrahunt. Ideo cum diligentia obseruanda sunt hæc, ne eadem patiamur quæ illi qui hic decepti sunt. Nam & nunc si uoluisset mulier nō proponere margaritas porco, neq; ipsa in præcipitium ruisset, neq; uirum secum traxisset. Sed audiamus quid illi respondeat. Nam, ut dixerat, cur dixit deus, de omni ligno paradisi ne comedatis? inquit mulier serpentis: De omni ligno paradisi comedimus: de fructu autem ligni quod est in medio paradisi, dixit deus, ne comedatis, neq; attigeritis ipsum, ut non moriamini.] Vidisti malignitatem, dixit quod nō erat, ut in colloquium prouocaret, & disceret quod erat. Mulier em̄ postea confidens quod beneuole erga se affectus esset, totum mandatū detexit, diligenterq; recensuit omnia, & responso suo omnem similitudinē defensionem abstulit. Quid enim potes dicere, o mulier? Cur dixit deus, ne comedatis de omni ligno quod est in paradiso. Oportebat te auersabundam ab eo, qui diuersa à deo dixerat, dicere, Apage te, impostor es tu, nescis neq; mādātū nobis dati potentiā, neq; quātis fruimur, neq; copiam eorū quæ nobis suppeditant̄. Nam tu quidē ais deū dixisse, quod nullū degustare debeamus lignum. Dominus autem & conditor, ob immodicam suam bonitatem nobis permisit frui, & potestatem habere omnium, & ab uno tantum abstinere iussit, idq; nostræ curæ gratia, ut ne gustato illo

illo morte occumberemus. Oportebat, siquidem prudens fuisset, his ad illum dictis illum omnino auersari, nihilq; ultra illi loqui, neq; audire loquētem: sed reuelato præcepto, & narratis dei uerbis, aliud letiferum & perniciosum consilium ab illo accipit. Nam postquā dixit mulier, De ligno paradisi edimus, de ligno autem quod est in medio paradisi, dixit deus, Ne comedatis ex illo, ne moriamini: Iterum malignus salutis nostræ inimicus contrarium deo cōsiliū affert. Quippe cum misericors deus, ob magnam nostri curam sumere prohibuerit, ut ne per inobedientiā mortales fieremus: ille dicit mulieri, Nō morte moriemini. Quali uenia quis dignaretur mulierem? omnino em̄ aures ocludere potuerat, illo temeraria hæc dicente. Nam cum deus dixerit, ne comedatis, ut ne moriamini: ille inquit, non morte moriemini. Dein non contentus, quod dixerat contraria dictis dei, inculcat eum etiā ut inuidiū opifecem, quod sic fraudes suæ procedāt, & supplantata muliere propositū suū impleat. Non morte moriemini. Sciebat em̄ deus, q̄ quocūq; die comedatis ex eo, aperient̄ oculi uestri, & eritis sicut dii, scientes bonum & malum.] Ecce nihil nisi escā: calicem em̄ perniciāli ueneno plenum mulieri dedit, quæ letiferum hoc esse uidere noluit. Poterat enim, si uoluisset, ab initio hoc scire. Sed ut audiuit ab illo, quod ideo esum hunc prohibuisset deus, quia sciret, oculos nostros aperiendos, & nos sicut deos fore, scientes bonum & malū: diuinitatis spe inflata, magna quædam secum concipiebat. Tales enim sunt machinationes inimici, ut postquā per deceptionē in sublime subduxerit, tandem in profundum per præceptum descīat. Igitur ut diuinitatem mente sua imaginata est, ad esum properauit, & illuc postea fixit & cogitationem & mentem: & nihil aliud considerabat, quā ut calicem à malo ligno dæmone temperatum epōtaret. Nam quod accepto pernicioso illo serpentini cōsiliij ueneno, tale ipsi studium fuerit, audis scripturā dicentem: Et uidit mulier quod bonum esset lignū ad uescendum, & gratum oculis ad uidendum, formosumq; ad contemplandum: & accepit de fructu illius, & comedit.] Verē corrumpunt bonos mores colloquia praua. Quare enim non ante diabolicum cōsiliū, huius pulchritudinem uidit? sed timebat mandatū dei, & subsequutum supplicium: nunc autem postquam à mala hac bestia decepta est, ita ut crederet quod per hoc non solum non offendantur, sed & deo æquales sint futuri: tunc illam spes promissionis ad sumendum cibum impulit: neq; intra suos limites contenta, sed inimico & hosti salutis nostræ maiorem fidem habens, quā uerbis dei, didicit experientia ipsa non multo post consilij perniciem, & quanta calamitas ipsos deprehensura esset. Nam ut uidit, inquit, quod lignum esset bonum ad uescendum, & quod oculis gratū ad uidendum, & formosum ad contemplandum, cogitauit secum, forte ex diaboli deceptione, quam per serpentem ille afferēbat, Si & ad uescendum bonum est lignū, in quo

Chryf.

A tanta formositas, & quod tantum oblectare potest oculos, insuper etiā præbebit nobis eius summum honorem, & habebimus eandem quam conditor dignitatē: quare non sumeremus de eo? Vidisti quomodo illam diabolus captiuam duxit, & supplantauit eius rationē, fecitq; ut quæ supra suam dignitatem erant sapere auderet, quod inflata spe uana ab his quoq; quæ ipsi concessa erant, excideret. Et accepit de fructu illius, & comedit. Et dedit etiā uiro suo, qui erat cum illa, & comederunt: & aperti sunt oculi illorū, & cognouerūt quod nudī essent.] Quid fecisti o mulier? Quare pernicioso cōsilio accepto, legem à deo datam conculcasti & contempsisti, & in tantam uenisti intemperantiā, ut non contenta tortantorumq; fructuione, etiā unicum hoc lignum, de quo ne comederes præceperat dominus, ausa sis contrectare? & fide habita his quæ à serpente dicta sunt, fidelius putasti illius consilium quā mandatum à conditore datum? Et in tantum decepta es, ut ne uenia quidē digna sis: neq; enim eiusdem naturæ erat qui hoc cōsulebat: ex subditis erat & seruis, & sub tua potestate erat. Quare sic teipsam dedecorasti? Quare illo relicto, propter quem formata es, ad cuius auxilium producta es, cuius dignitatum particeps, & cum quo eiusdem es substantiæ & uocis, in familiaritatem serpentis uenire sustinisti, ut à diabolo per hanc bestiam acciperes consilium manifeste contrarium legi à deo latae: ac ne tum quidem auersata es illum, sed spe promissionis, de cibo illo sumere ausa es? Eto igitur teipsam in tantum præcipitium depuleris, & honore maximo priuaueris: quare & uirū tantæ ruinæ socium facis? & cuius te adiutricem esse oportebat, illius facta es insidiatrix, & ob minimum cibi illum quoq; tecū à gratia dei abalienas? Quæ te prodigiosa infania in tantam audaciā induxit? Non satis erat tibi beatam hanc uitam agere, & corpore quidem uestiri, neq; corporalis altitudo indignam esse: omnibus in paradiso frui, excepto unico hoc ligno: uisibilia omnia sub tua esse potestate, & te esse omnium dominā? Sed uanis decepta promissionibus, sperabas etiam in summum peruenire honoris fastigium. Idcirco discas re ipsa, quod non solum illum non assequeris, sed & omnib. iam à deo tibi datis priuabis & teipsam, & uirum. Atq; in tantam poenitudinē uenietis, ut & serus uester dolor futurus, & malignus hostis (qui hoc damnosum uobis consiliū suggessit) risurus, uobisq; insultaturus sit: utpote iacentibus, & eadem quæ ipse passis. Etenim sicut ille supra q̄ decebat de se sentiens, à concessa dignitate deturbatus, & cœlis in terrā deiectus est: istucipsum & uos facere, & per mandati prauaricationem in mortis uenire pœnam uoluit, ita suæ satisfaciens inuidiæ: sicut & sapiens quidam dicebat, Inuidia autem diaboli, mors in mundū intrauit. Et dedit etiam uiro suo, & comederunt: & aperti sunt oculi amborum.] Magna & uiri socordia. Nam licet illa eiusdē generis esset, & uxor, attamen oportebat uirum pluris facere præceptū dei recēs,

tom. 1 e 3 quātū

quàm illicitā hanc concupiscentiā: neq; fieri prauaricationis participem, neq; ob minimas uoluptates tantis seipsum priuare bonis, & offendere benefactorē, qui illū tanta liberalitate cōplexus est, uitamq; doloris & laboris omnis expertem concessit. An non licebat omnibus alijs quæ in paradiso erant frui? Quare mandatum tam leue neq; ipse uoluit seruare? Sed forte audiuit à muliere consilij promissionem, & spe etiam ipse inflatus, cibi statim particeps factus es. Ambo ergo etiam multā lueris: docebitq; uos rerū experientia, nō esse fidelius maligni dæmonis consiliū, q̄ dei præceptum. Et dedit etiā uiro suo, & comederūt, & aperti sunt oculi amborum, & cognouerūt quod nudī essent.] Quæstio magna nobis hic nascitur, ea scilicet, quam pridie pollicebar charitati uestræ. Meritō enim quis rogauerit, quam uim habuerit hoc lignum, cuius elus illorum oculos aperuerit, & quare lignū scientiæ boni & mali uocetur. Et, si placet, expectate, ut pauca etiā de his differens charitatem uestrā doceam. Quod si uoluerimus prudenter quæ in diuina scriptura dicuntur intellegere, nihil diuinarum nobis difficile erit. Neq; em̄ elus ex eo ligno oculos illorum aperuit. Nam & ante esum uidebant. Sed quia gustus ille inobedienciæ erat argumentum, & prauaricatio mandati à deo traditi: ob quam causam postea ablata est gloria, quæ illos circūdabat, quia se indignos tali honore fecerant: propterea scriptura morem suum obseruās, inquit, Comederūt & aperti sunt oculi amborū, & cognouerunt quod nudī essent. Nudati propter peccatū supernæ gratiæ amictu, & sensibilis suæ spoliationis sensum acceperunt, ut per erubescentiā, quæ inuadebat ipsos, certō scirent in quantum periculum se adduxisset mandati dominici prauaricatio. Qui enim antea fruebantur tanta fidutiā, & neq; sibi conscij erant sese nudos esse, nec nudī erant, quandoquidem super na ipsos gloria quouis uestimento honestius tegebatur: post esum, hoc est, post prauaricationem præceptorum in tantam humilitatem redacti sunt, ut ob intolerabilem erubescentiā uestem tunc quærent. Quippe mandati prauaricatio ut superuenit, uestem illam nouam & admirabilem, gloriæ inquam ac supernæ beneuolentiæ detrahit, & confusione ineffabili eos circumdedit. Et consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi metipsis succinctoria. Obsecro dilecte, cogita, quomodo, & à quāto fastigio in profundum præcipitium deiecit illos diabolus consiliū. Nam tanta gloria dudum circūdati, nunc folia ficus cōsuunt, & sibi succinctoria faciunt. Hoc diabolicæ deceptionis lucrū est. Hoc machinabatur illius consultatio, ut nō solum maiora non cōferret, sed & nudaret, & destitutos ab his quæ habebant, ostenderet. Itaq; quia cibi occasio prauaricationē fecit: idcirco inquit, Et comederunt, & aperti sunt oculi amborum: non de sensibilibus oculis dicens, sed de sensu mentis. Quia postquam mandata transgressi sunt, deus eos sentire fecit ea, quæ ante ob singularem illius in se beneuolentiā non sentiebant. Igit̄ cū audieris quod

aperti sunt oculi illorū: hoc cogita, quod fecit illos postea nuditatem sentire, & auferrī gloriā illam, qua ante esum fruebant. Quod aut̄ hæc sit scripturæ cōsuetudo, audi illam alibi dicentem: Nam cū ancilla Saræ dominiū fugiēs erraret, & posito iuxta abietē puero, à longe prospectaret illius mortem, inquit, Aperuit deus oculos Agar: nō quod antehac non uiderit, sed quod mentem illius excitauit. Vides quod uerbū, Aperuit, non de corporalibus oculis dicit, sed de sensu mētis. Idipsum & de altera quæstione dixerimus, quæ hinc exoritur. Dicūt enim, Quare lignum scientiæ boni & mali uocatur? Sunt enim contentiosi multi qui dicere audent, quod post esum ligni scientiā habuerit Adam ad discernēdum bonū & malum: id quod extremæ fuerit amentia. Nam propter hoc pridem cum prauiderimus hæc, de sapientia hominī à deo tradita tam multis tractauimus, ostendentes hanc ex nominum impositione, quæ feris omnibus & uolucris, cœli, & brutis indidit: & quod cum tam inenarrabili sapientia & prophetiæ gratiam fuerit assequutus, ut ne quis hoc dicere ausit. Igit̄ qui nomina animantibus dedit, quiq; admirabilem prophetiæ gratiā fuit assequutus, qua de muliere prænuuntiauit, sicut iam diximus, quomodo ignoraret quid bonum & quid malum? Quod si receperimus, iterū blasphemias in conditorē transferemus, Nam quōd præciperet ignorantī, quod malum sit transgressio? Verum non ita est, absit: sed sciuit clare. Enim uero hac de causa animal hoc ab initio libero arbitrio esse fecit. Quod si non fuisset, neq; dum mandatum prauaricatus est, illū puniri: neq; si seruasset, remunerari oportebat. Factus enim est mortalis propter prauaricationem, ut ex hoc mandato, & his quæ sequuta sunt, claret. Audi enim mulierem ipsam loquentem serpenti, De fructu ligni huius in medio paradisi, dixit deus, ne comedatis ex eo, ut non moriamini. Itaq; ante prauaricationē immortales erāt, alioqui post cibum non hoc supplicij loco imposuisset. Quis ergo ferret quod homo post esum de ligno acquireret primō scientiam boni & mali, qui & antea tanta sapientia plenus erat, cum scientia etiam propheticam gratiā assequutus? Et quōd hoc rationi consonū, ut sciat caprarū & ouīū, & omnīū brutorū natura, quæ herba salutaris, & cibo utilis, & quæ perniciofa, ut illā inquirat, hæc sugiat: & hominē rationale animal nescire quid bonū & quid malū? Sed ecce, inquit, scriptura lignū hoc uocat lignū sciētiæ boni & mali. Neq; me hoc latet: sed si proprietates diuinæ scripturæ discere uolueris, scies quare hoc nomē huic ligno tribuit: non enim quod hominī scientiā dederit, sic uocatum est: sed quia per illud facta est transgressio mandati. Et ex illo postea intrauit peccati cognitio & erubescentiā, & propterea sic appellatū est. Mos em̄ diuinæ scripturæ est, à rebus contingentibus nomina locis imponere, sicubi res contingant. Ea q; propter lignū hoc uocatū est lignū scientiæ boni & mali, quia circa illud erat obseruatio & transgressio mandati. Misericors em̄ deus à principio docens

dōgens hominem, quod habeat conditorē & factorem eū qui uisibilia omnia produxit, ipsumq; formauit: per unum tantū mandatū declarauit se dominum esse. Et quasi liberalis dominus magnā & admirabilem quandā domū alicuius usui concedēs, recipere nō uult quod se decet: sed paruulā aliquam partē accipit, ut dominij ius saluum sibi maneat: atq; ille interim bene sciat quod non adificij dominus sit, sed gratia & liberalitate domini fruatur huius usui: Sic utiq; & dñs noster, cum uisibilia hæc omnia hominī cōcederet, & præstaret illi ut degeret in paradiso, & frueret omnib. quæ in illo sunt: ut ne paulatim distracta mēte putet uisibilia hæc per se esse, sentiatq; aliquid supra se: ut sit ab uno ligno abstinere, magna multa indicta si hoc transgrediat: ut scire possit, quod dominū habeat, cuius beneuolentiā & cæteris fruatur. Verū quia per magnā incōsiderantiā unā cum muliere in hoc lubrico collapsus est, ut prauaricaret præceptum traditū, & lignū degustaret: ideo lignum hoc scientiæ boni & mali nominauit, nō quod antea ignorauerit. Nam ad eō non ignorauit, ut mulier in colloquio cum serpente dixerit: Præcepit deus, ne comedatis ex illo, ne moriamini. Quapropter non ignorabat quod mors poena esset, si mandatum prauaricarentur: sed quia post huius esum, & superna gloria spoliati, & sensibilem nudationem experti sunt, ideo uocauit lignū scientiæ boni & mali. Erat enim circa illud, quasi quedam obedienciæ dei exercitatio. Didicistis, quare dixit quod aperti sunt oculi illorū, & cognouerūt quod nudī erant? Cognouistis, quare lignum hoc scientiæ boni & mali uocet? Cogita enim quanto pudore digni facti sunt. Deniq; post huius esum, cum transgressi fuissent præceptum domini, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi succinctoria. Vide à quanta gloria in quantā uilitatem deducti sumus, qui antea quasi terrestres angeli uiuebamus: Tegmen sibi ex folijs excogitant: tantum malum est peccatum. Non solum enim nos à superna gratia alienos facit, sed & ad multum dedecus & humilitatē deducit: & priuatos bonis quæ iam possidebamus, omni insuper fidutiā spoliat. Sed ne undiquaq; tristem faciam sermonem, prolixius tractando esum ligni & inobedienciam per quam homo cecidit: agē si placet, ab hoc ligno ad lignum crucis sermonem uertamus, & uideamus quānā mala illud intulit, & quæ bona istud conciliauit: imō neq; lignum attulit mala, sed uoluntas peccans, & contemptus præcepti. Lignū illud mortem introduxit: nam post prauaricationem mors intrauit, sed istud immortalitatem largitum est. Illud è paradiso eiecit, istud in cœlis non rediit: illud propter unā transgressionem tantū supplicij reū Adam fecit, istud nos plurimis peccatorum sarcinis exonerauit, fidutiāq; ad dñm nobis concessit. Vidisti ligni & ligni differentiam? Vidisti diaboli malignitatem, et hominis peccatum, & domini misericordiam? Quoniam ipsum uerum deum nostrum decet gloria nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Et audiuerunt uocem domini dei deambulantis in paradiso post meridiē, & absconderunt se. Homilia XVII



ATIS, opinor, pro nostra uirilī heri locum de ligno interpretantes, enarrauimus. Docuimus em̄ charitatem uestrā, quare diuina scriptura lignū cognitiuum boni & mali uocet: proinde hodie animus est ad sequentiā pergere, ut discatis ineffabilem dei misericordiā, & quanta sermonis attēpatione usus sit, nostræ naturæ prouidentiam & curam habens. Omnia enim fecit & operatus est, ut rationale hoc animal, à se conditum, in omni honore esset, & in nullo angelorum uita deterius foret, sed & in corpore, illorū possideret impassibilitatem. Caterum ut uidit utrosq; per negligentiam transgressos à se præcepta, idq; postquā minis eos munierat & retraxerat, ne sic quidē à misericordiā sua cessat: sed semper sui similis, quasi clementissimus pater, filiū indignum quid nobilitate sua commississe, & à summo honore in extremam uilitatem redactum uidens, paternis uisceribus commotis, nō illum consilij inopem & auxilio destitutum sinit: sed iterum suum agit officium, breuī illum à uilitate liberatū pristina restituens dignitati. Simili modo bonus deus miseratus hominis cum uxore sua circūuenti diaboli insidijs, cuius per serpentem consiliū acceperat, ueluti medicus ad inualidum & agrotantem iacentemq;, ac indigentē cura & medicī manu, protinus ad illum accedit. Sed ut ex ipsis uerbis discas quā ineffabilis sit dei benignitas, opere præteritum fuerit audire quæ lecta sunt. Et audiuerunt uocem domini dei, deambulantis in horto ad meridiem, & delituerunt tam Adam quā uxor illius à facie domini dei in medio ligni paradisi.] Dilecti ne inconsideranter prætereamus quæ dicta sunt, neq; in uerbis ipsis hæreamus: sed consideremus, ob nostram imbecillitatem tantam hic esse uerborum humilitatem. Nam si uellemus uerba, ut sunt pronuntiatā, sectari, & non dignē, ut decet de deo exponere: dic quæso, quomodo non multa sequentur absurda? Ecce enim statim ex his quæ principio lecta sunt, spectare hoc licet. Et audiuerunt uocem domini dei deambulantis in horto ad meridiem, & delituerunt. Quid dicis? deambulat Deus? pedes ipsi tribuētis? & de eo nihil sublime cogitabimus? Non ambulat deus, absit: Quomodo enim ambularet, qui ubiq; præsens est, & omnia implet? cui cœlum sedes, & terra scabellum, ipse in horto constitueret? Quis cordatus hoc diceret? Quid igit̄ est, Audiuerunt uocem domini dei deambulantis in horto ad meridiem? Voluit illos hæc tali modo sentire, ut in magno mentis angore constituerunt: id quod & factum est. Nam postquam ita illis uisum, & ita senserunt, quasi ad esset deus occultari cœperunt: Mox enim ut intrauit peccatum & prauaricatio, tumultuatio simul eos intrauit & erubescētia. Quippe iudex incorruptus, conscientiam dico, cum aduersus hominē exurgit, cla-

ra uoce exclamat, & accusat, & indicat, & quasi ante oculos pingit peccatorum magnitudinem. Eamq; ob rem misericors deus principio cum formaret hominē, conscientia illi indidit accusatricē perpetuam, quæ decipi & imposturam ferre posset nunq;: sed licet quis admisso peccato, perpetratoq; aliquo facinore illicito, oēs homines lateat, illam tamen accusatricē nō poterit latere: nam hanc intus habētes, ubicunq; sumus, circūferimus. Ipsa nos inturbat, laniat, flagellat, nunq; quiescit: sed & domi, & in foro, & in tēplis, & in mensa, & dormientem, & surgentē adorit, rationē delictorum exigit, obq; oculos ponit & peccatorū grauitatem, et subsequitur pœnam. Et quasi medicus optimus nō cessat sua medicamenta apponere: & si semel depellat, neq; sic desistit, sed continuā curam gerit. Hoc & conscientia opus est, ut iugiter memoriā ingerat, nec permittat unq; in factorū obliuionē nos uenire: sed ob oculos ponat, uti uel hac ratione nos tardiores faciat, ne in eadem peccata prolabamur. Porro si cum hinc tantū nobis est auxiliōrū & suppetiarū, & asidet nobis tā importuna accusatrix, quæ nostram mentem flagellet, & cor lancinet, & quouis carnifice grauius castiget, pleriq; neq; sic peccata uincimus: si hoc desitueremur subsidio, quod non tunc statim prolaberemur. Et propterea protoplastus ut illū sensum accepit, aduentum domini secum cogitans, statim se occultauit. Quare, dic oro? Quoniam uidebat sibi ad stare uehementem accusatorē, conscientia dico. Neq; enim aliū obiurgatorem habebat & testem peccatorū, sed unicū illum quē intus circūferabat. Docebant tñ peccati magnitudinem alioquin & nuditas, & ablatio gloriæ, quæ illos antea quasi uestimentū fulgidū uestierat. Itaq; post graue peccatū illud, cōfusione amicti, delitescere tentauerūt. Audiuerunt enim, inquit, uocē domini dei deambulantis in horto ad meridiē, & occultauerunt se tam Adā quam uxor eius a facie domini dei in medio ligni paradisi. Nihil peccato peius, dilecte. Ipsum enim ut introierit, nō solum cōfusione totos nos replet, sed & insipientes facit eos qui antea intellectu & sapientia multa præditi fuerant. Animaduerte, obsecro, q̄ insipienter agit nūc, qui antea tanta pollebat sapientia, qui te ipsa traditā sibi sapientia nobis declarabat, qui talia propheta bat: audita uoce dei deambulantis in horto ad meridiē, occultauit se tam ipse q̄ uxor ipsius a facie domini dei in medio paradisi. Quantæ hoc est insipientiæ, quod a deo, qui ubiq; præfens est, qui ex nihilo res, ut essent, produxit, qui abscondita scit, qui finxit sigillatim corda hominū, & nouit omnia opera eorū, qui scrutat corda & renes, qui etiā ipsos cordis motus cognoscit, abscondere se tentant? Sed ne mireris dilecte: talis enim peccantū consuetudo est, ut tamenti occultari nō possint, occultari tamen uelint & studeant. Quādoquidem nō ferentes cōfusione, qua post peccatum uestiebant, nudati incorruptibili illa gloria, hoc faciebāt. Considera autē & ubi occultant. Nam sicut flagriones & ingrati quidam famuli,

cum non possint a domino suo occultari, huc & illuc in angulos domus currere solēt, metu illorū conscientias concutiente: ita & hi nullū inuenientes estugium, in ipsa domo, paradiso inquam, oberant. Nec absq; ratione tempus assignat. Audiuerunt enim, inquit, uocem dñi dei deambulantis in horto in meridiē. Sed ut discas domini misericordiam, quod ne modicū quidē differbat: sed mox ut uidit quod factū erat ulcerisq; magnitudinem, ad opitulandū festinauit, ut ne ulcus serpendo fieret malum incurabile: idcirco ut præueniat accelerat, & statim serpenti ulceri occurrit, & pro sua bonitate neq; ad parū tempus incuratum relinquit. Nā sicut tantā præ se ferebat rabiem salutis nostræ inimicus, qui semper nostris bonis iuidet, ut mox sub initū moliret insidias, & suo pernicioso cōsilio nos admirabili hac uita priuaret: ita contra optimus & omnipotens deus, qui sua sapientia res nostras dispensat, uidens diaboli malignitatē, & hominis peccatū, per quod cum muliere deceptus in tantā incidit cōfusione, superuenit: & quasi mansuetus & misericors iudex in tribunali terrore & horrore pleno sedet, & examinat diligenter: per hoc nos docēs, ne quem fratrū nostrorum condemnemus, nisi causa antea diligēter cognita. Audiamus igit, si placet, quæ iudex rogat, & quæ rei respondēt, & quas pœnas ferūt: & cui condemnationi obnoxius fuit, qui in illos tantas insidias machinatus est. Sed, obsecro, mentem colligite, & cum timore dictis auscultate. Si em̄ cum uidemus iudicem in sublimi sella sedentē, & reos in mediū pducentē & torquentē & supplicij afficientem, non sine timore adstamus, audire uolentes quidnā iudex dicat, & quid respondeat reus: Multo magis nunc hoc nobis faciendū, cum uidemus opificē naturę pœnā suis creaturis intentare. Verum diligenter attendite, uidebitis quantū inter sit inter misericordia dei, & hominū inter se auferitatem. Et uocauit dñs deus Adam: & dixit illi, Adā ubi es? Vel ex ipsa interrogatione hac dignum est ut obstupescamus ad ingentē dei misericordiam: non solū quod uocauit, sed quod per se ipsum uocauit: id quod homines facere nunq; ferrent inter se, licet eandē naturā fortiti sint. Scitis enim quod cum iudices in alto solio sedēt, supplicijq; malefactores afficiūt, nec suo eos responso dignant, hoc ipso ostendētes illis quanta ignominia sese contaminauerint per sua flagitia: sed iudex quidē respondet, alius uero quispiā a iudice hac excipiens, reo renuntiat, & iudici quoq; quæ reus dixerit. Et hic fermē ubiq; iudicantium mos est. Verū deus non sic. Sed quod: Et uocauit dominus deus Adam: & dixit illi, Adā ubi es? Vide in breuī hac dictione quanta uis recondita sit. Nam & ipsum uocare magne & ineffabilis est misericordia, tum ob interrogationem, quæ erubescientem, & neq; os aperire neq; linguam mouere audentē, animabat: tum quod ipsum dicere, Vbi es? plurimā habet uim cū comitate coniunctā. Significat enim, quasi ita diceret ad illū: Quid factū est? In alio statu reliqui te, in alio nunc inuenio:

alia

alia gloria uestitum te reliqui, nūc in nuditate te inuenio. Vbi es? Vnde tibi hoc accidit? Quis te in tantam induxit alterationem? Quis latro, uel parietum perfossor sic semel omnes diuitiarum copias auferens, in tantā te inopiam deduxit? Vnde nuditatis sensus tibi contigit? Quis tibi autor fuit auferēdi a te uestimētū illud admirabile, quo amictus eras? Quæ repentina hæc mutatio? Quæ tēpestas ita subito oēs tuas merces demersit? Quid accidit quod ab eo qui tibi tanta beneficia præstitit, & in tantum honorem te euexit, occultari tentas? Quem nūc timēs, delitescere studes? Num adstat tibi qui accuset? Nū premunt testes? Vnde tanta formido, tantisq; metus te inualuit? Tuā, inquit, deambulantis in horto uocem audiui, & timui, quia nudus sum, & abscondi me. Et unde tibi nuditatis tuæ scientia contigit? Dic, obsecro, quid hoc noui & rari? Quis hoc unquā nuntiare potuisset tibi, nisi ipse huius cōfusione autor effectus: nisi a ligno de quo præcepi in exit eo solo nō comederes, comedisses? Vide excellentem misericordiam & tolerantiam domini. Nam cum potuerit ne responso quidem dignari eū qui peccauerat, sed statim pœnam infligere, quam prius statuerat præuaricato: longanimitas tamen est & suffert, & interrogat, & responsum accipit: & iterum interrogat, quasi ad causę dictionem eum prouocans: ut arrepta occasione etiam post tantam præuaricationē, suam erga illum misericordiam declaret. Quo etiā nos docet, ut quando & nos reos condemnamus, non tam crudeliter illis loquamur, neq; serina in illos utamur sæuitia: sed longanimitate & misericorditer agamus, utpote nostra ipsorum membra condemnaturi, & cogitantes illos nobis secundum naturam cognatos: suppliciumq; misericordia temperemus. Nō em̄ frustra tanta uerborū humilitate nostræ ruditati cōgrua utitur diuina scriptura, sed uerbis crassis æmulari nos debere dei misericordia, docet. Dixitq; Quis annūtiavit tibi quod nudus esses, nisi de ligno, de quo solo præcepi tibi ne comederes, de illo ipso comedisses? Vnde, inquit, posses hoc scire, te tanta cōfusione uestiri, nisi multū intemperans fuisses, & mandatum meum contempsisses? Considera dilecte bonitatis dei excellentiam, quomodo quasi amicus amico loquitur, & quasi expostulat cum eo qui mandata præuaricatus erat. Quis nūtiasset tibi quod nudus esses, nisi de ligno de quo solo præcepi tibi ne comederes, de illo ipso comedisses? Nō caret emphasi, & qd̄ dicit. De quo solo: quasi diceret, Num adeo angustos fruendorum honorū limites tibi præscripsit? Nōne omnem tibi copiam præbuit? nōne omnium quæ in paradiso sunt potestatem tibi dedit? & duntaxat ab hoc unico ut abstineres præcepit: ut scire posses te sub domino quodā esse, cui obedientiam debes. Quæ igit negligentia illa, ut tantis fructibus non contentus ab hoc unico abstinerere nolueris, & sic statim ad uiolandum mandatū quod dedi, proruperis, temetipsum tantis malis

immergendos? Quæ tibi inde utilitas? An nō hæc prædixi? Nōne metu pœnæ uolui te coercere & munire? Nōne hæc de causa, ne in tāta mala incideretis, hunc cibum interdixi? Quis te post tanta mandata adeo insensatum factum uenia dignaretur? Nōne sicut pater germanum filium, de omnibus satis disertē instruxi: & ut de alijs quidē gustares, ab hoc autē abstineres, ut ne omnia tua bona simul perderes? Sed fortē ratus es, alterius cōsiliū meo mandato melius & fidelius, & expectatione maiorum bonorū hæc fecisti: & contempto mandato meo, de ligno edere ausus es. Ecce tuæ calamitatis experientia didicisti quanta sit cōsiliū illius perniciēs. Vidistis iudicis misericordiam? uidistis mansuetudinem & tolerantiam domini? uidistis uerborū attemperationem omni sermone & cogitatione superiorē? Vidistis, quo modo per interrogationē, & dicendo, Quis nuntiasset tibi, nisi de ligno, de quo solo præcepi tibi ne comederes, comedisses? ianuas illi aperire uult defensionis: ut misericordia suā & erga eū, qui tam grauitate peccauerat, declararet. Audiamus igit reum quoq; quid ad hæc respondeat. Et dixit Adam, Mulier quā dedisti ut sit mecū, ipsa mihi dedit de ligno, & comedi. Miserabilia scilicet uerba, & magna miseratione plena, & digna quæ ad misericordiam dominū prouocent, tam mansuetum, & bonitate sua uincens nostra peccata. Nam postquā magna longanimitate illius mentem cōmouit, & ostendit peccati magnitudinem, quasi defensione contexta inquit Adam, Mulier quam dedisti, ut sit mecū, ipsa mihi dedit de hoc ligno, et comedi. Scio, inquit, me peccasse: sed mulier quā dedisti, ut sit mecū, de qua ipse dixisti, Faciamus illi adiutorū secundū eum, ipsa mihi huius ruina causa fuit. Mulier quā dedisti ut sit mecū, Quando em̄ expectassem ut tanta cōfusione me indueret, ideo condita ut mihi solatio esset? Tu mihi istā dedisti, tu ipsam mihi adduxisti. Ipsa nescio unde mota, dedit mihi de ligno, & comedi. Videntur hæc quidem defensionē quandā præ se ferre: sed prorsus uenia caret. Quæ em̄ uenia dignus es, inquit, qui mea præcepta obliuisceris, & mulieris datum meis uerbis præferendum putas? Nam licet mulier cibum dederit, sufficiebat tamen mandatum meum, & timor supplicij ad fugam escæ incutientem. Num ignorabas? num nesciebas? Ideo curā uestri gerens prædixi, ne in hæc incideretis: Vt mulier tibi ad transgressionem mandati ministraret, tu propterea insons non eris. Maiorem enim fidem mandato meo te habere oportebat, & non solum ut tu ipse ab esu caueres, sed & ut mulierem doceres peccatorum magnitudinem. Caput enim es mulieris, & propter te illa producta est: tu autem ordinem peruertisti, & non solum illam non correxisti, sed & ipse simul abreptus es. Et oportebat corpus reliquum capiti obsequi: sed diuerso modo res euenit, corporiq; reliquo caput obsequutum est, & quæ sursum erant, in infimum locum deueniunt. Propterea quoniam omnem ordinem

dinem pervertisti, hoc loco nunc es qui antea tanta gloria uestitus eras. Quis te satis dignè deplorarit, cui tot & tanta bona ablata sunt: Verum tamen licet omnia hæc tibi acciderint, nulli tamen alteri causam ascribe, sed tibi ipsi & tuæ ignaviae. Ne utiq; eam te nolentē mulier in tantā induxisset ruinā. Num obsecrauit: num differuit: num decepit: Dedit tantū, & statim tam facile ad sumendū adductus es, nulla mandati mei memoria habita. putas à me te deceptum esse, & propterea cibum hūc tibi nō dedisse, ut ne maioribus fruereis. Et quomodo rationi consonū, quod ego te fallerem, qui tot in te beneficia cōtulī: Et istuc ipsū quanta beneficentiæ magnitudo erat, ut prædicendo distinguerem à quo abstinendum esset, quo non incideres in quæ incidisti: Sed hæc omnia nō magni faciebas. Ecce nunc experientiā te docet quanta peccatorum sit magnitudo. Reliquum, ne soli mulieri culpā adscribas, sed negligentia tua. Igitur cum satis Adæ dictum est, & cōfessionem ille fecit commissorum, ut putabat, peccato in mulierem translato: uide bonum dominum, quanta iterum uerborū comitate dignatur etiam illam suo respōso. Et dixit deus mulieri, Cur hoc fecisti: Audisti uirum in te culpam transferentem, & omnia tibi ascribentē que ipsi in adiutricem data es, atq; ideo condita ut uis solatijs ipsum foueres, utpote eandem naturam cum ipso sortita. Cur hoc fecisti o mulier: cur & tibi & uiro tantā ignominia facta es autor: Quæ utilitas ex hac intemperantia tibi accreuit: Quod ex hoc errore lucrum tibi accessit, quod sponte decepta, etiā uirum eius mali participem facere uoluisti: Quid ergo ad hæc mulier: Serpens decepit me, & comedi. Vide etiam hanc perterritam peccata sua defendere. Nam sicut uir culpā in mulierem reijcere uidetur, dicēs: Mulier coegit me, & dedit, & comedi: sic & ipsa nullum effugium inueniens, fatetur factum, & inquit: Serpens decepit me, & comedi. Mala illa, inquit, bestia hunc nobis lapsū attulit. Illius perniciosum consiliū, in hanc nos confusionem adēgit. Ille me decepit, & comedi. Dilecti, ne temere prætereamus quæ dicuntur, sed diligenter scrutemur. Nam plurimam inde uoluptatem percipiamus. Terribile enim iudicium est, & horrore plenum, Et sanè quisquis bene audierit, magnū thesaurum menti suæ inferet. Considera igitur & uirum dicentem, Mulier, quam dedisti ut sit mecum, ipsa mihi dedit, & comedi. Quin et ipsa quoq; apologiam cōcinnans non dixit, Serpens coegit me, & comedi: sed quid: Serpens decepit me. Nusquā necessitas, nusquā uolentia, sed uoluntas & arbitratio. Dedit solum, non coegit, non uim fecit. Inimicus enim nostræ salutis opera huius malæ bestiaē usus, consiliū dedit & decepit: non uim fecit, neq; coegit, sed pernicioso consilio fraudem suam opere cōpleri fecit: quoniā mulierem offendit, quæ deceptionem facile admissura erat, nulla uenia dignam. Serpens decepit me & comedi. Vide igitur bonum dominum, illorū uerbis conten-

tum, & ad plura dicenda nō cogentem. Quando quidē hæc non ignorans interrogabat, sed conficius, & ualde conficius. Cæterum ut suam declararet misericordiam, ad illorum se infirmitatem demittit, & ad peccatorū confessionem prouocat. Atq; hac de causa nihil ulterius ex eis quærit. An nō & species impossura discenda erat: Verū ut nobis ostendat, quod non ignorans interrogauerit, contentus fuit dictis. Nam dicendo, Serpens decepit me, & comedi: aperuit perniciosum consiliū, quod à diabolo per serpentē accepit. Vidisti quanta diligentia Adam interrogatus est: cum quanta tolerantia in iudiciū adducta est mulier: quomodo uterq; se defendit: Vide consequenter hic ineffabile misericordiaē iudicis excellentiā. Quia postq; mulier dixit, Serpens decepit me, & comedi: non iam serpentem dignatur alloquio, neq; causam dicens locum dat, neq; interrogat sicut uirū & mulierem: sed accepta ab illis defensione illum quasi malorum autorem aggreditur. Et quia deus, cui etiam arcana nota sunt, sciebat quod serpens ministrauerat diaboli insidijs & inuidia, qua hominem persequeretur: ut discas suā bonitatem, illis etiam non nefcius, Adæ quidem ait, Vbi es: quis annuntiavit tibi: Eux autē, Cur hoc fecisti: huic uero malæ bestiaē nihil tale. Sed quid: Et dixit dominus deus serpenti, Quia fecisti hoc. Vidisti differentiam: Mulieri dixit, Cur hoc fecisti: Serpenti autē, Quia fecisti hoc. Quia hoc malū, inquit, operatus es: quia perniciosum hoc consiliū iduxisti, quia maleficio huic ministrasti, quia inuidiā acuisisti aduersus creaturam meā: Maledictus tu præ omnibus pecoribus, & præ omnibus bestijs terræ, Super pectus tuum & uentrem tuum gradieris, & terram comedes omnibus diebus uitæ tuæ. Et inimicitias ponam inter te, & inter mulierem: & inter semen tuum, & inter semen illius. Ipsa obseruabit caput tuum, & tu obseruabis eius calcaneum. Attende oro hic ordinem contextus referentem dei erga homines beneuolentia. Nam interrogans à uiro inceptit, deinde ad mulierē transit. Et postq; ipsa dixit, quis sibi autor fuerit: ut uentū est ad serpentem, non iam illum dignatur ut responsū ex eo audiat, sed poenā intentat, & talem quæ omni tempore duret, & sui spectaculo omnib. posthac futuris exemplū sit, ne ultra pestilens illud audiat consiliū, neq; locus cōcedat dolosis ipsius insidijs. Sed forte dixerit aliquis, Cum diabolus serpentis opera usus malū attulerit consiliū, cur bestiaē illi poena infligit: Est & hoc ineffabilis misericordiaē dei opus. Nam sicut clementissimus pater puniēs eum qui filium suū occiderit, et gladiū et ensem, qui bus filius suus occisus, destruit, & in multa frustra frangit: eodē modo & deus egit. Quippe serpens quasi gladius quidam diabolicae seruitutis malitię, unde & perpetua in ipsum poena animaduersum est: quod per uisibile & sensibile hoc ratiocinemur & expendamus, in quanta ignominia sit & diabolus. Nā si is qui ut instrumentū ministravit, tantā expertus est indignationem, quale supplicium uerisimile

est daturū diabolū: Imò hoc nos iam docuit in diuinis euangelijs Christus, dicens ad eos qui à sinistra steterūt: Discite à me maledicti in ignem æternū, qui preparatus est diabolo & angelis eius. Illi em̄ olim preparatus est inextinguibilis ille ignis. Quid ergo miserius illis, qui negligendo salutē suā, seiplos supplicio illi obnoxios faciunt, quod diabolo preparatū est: Nam nobis, si uoluerimus uirtutem amplecti, & leges à Christo statutas sequi, paratū est regnū, de quo ipsum audi loquentem, Venite benedicti patris mei, in hæreditatem accipite regnū, quod uobis preparatum est à constitutione mundi. Vidisti illi inextinguibilem ignem preparatum: nobis autē, nisi delides fuerimus, regnū: Hæc igitur cogitantes, & uitæ nostræ curam agamus, & malitiam fugientes, nunquā diabolicis artibus decipiamur. At si libet, & nondum fessi estis, iterum in medium afferamus poenam quæ serpenti inflicta est, ut paulatim ad finem iudicij properantes, uideamus diuinā misericordiaē magnitudinem. Nam si homines iudicem uidentes publice sedentē, & contra eos sententiam pronūntiantem, sæpe toto die ibi manent, nec inde abscedunt donec surrexisse uiderint iudicem: multo auidius nunc nos decebit iudicem uidere bonum deum, quomodo serpenti grauem poenam imposuerit, ut per sensibilibus huius bestiaē poenas, qua quasi organo usus est malignus ille dæmon, intelligamus quas illi perpetuas in futuro seculo inflicturus est. Quomodo item congrua & clementi correptione uirum & mulierē castigat, quæ admonitio potius sit quam puniitio: ut his omnibus diligenter consideratis, admiremur nostri amantissimi dei prouidentia, quam ille nostræ naturæ exhibet. Quid ergo illi dictum: Et dixit dominus deus serpenti, Quia fecisti hoc, maledictus tu præ omnibus pecoribus & præ omnibus bestijs quæ sunt super terrā. Super pectus tuū & uentrem tuum gradieris, & terram comedes omnibus diebus uitæ tuæ. Et inimicitias ponam inter te & inter mulierem, & inter semen tuum, & semen eius. Ipsa tuum obseruabit caput, & tu obseruabis eius calcaneum.] Grauis indignatio, sed & egregia impostura, quæ per illum malignus dæmon fecit. Et dixit dñs Deus, Quia fecisti hoc. Quia tali, inquit, malitiæ ministrasti, ut impostura illa opere complerē, malum consiliū afferendo, & letale poculū temperando: quia sic ministrasti, & à mea beneuolentia excidere uoluisti creaturas meas, ministerio maligni dæmonis sententiaē exhibito, qui ob excellentem inuidiā & superbiam suam è cœlis in terrā deiectus est: & propterea quia te in his ut instrumento est usus, perpetuā tibi poenam impono, ut per ea que tibi fiunt, & ille scire possit quā ipse expectet poenam, & posteritas erudiat non accedendū ad diaboli consilia, neq; illius fraudes accipiēdas, ut ne in eisdem incidat poenas. Propterea maledictus es tu inter omnia pecora, quia calliditate male & non ut oportebat es usus: sed priuilegiū quod su-

per omnia animantia possidebas, hoc tibi in omnium malorū celsit occasione. Inquit enim, Serpens erat prudentissimus omnium bestiarum super terram. Propterea maledictus tu inter omnia iumēta & omnes bestias terræ futurus es. Et quia maledictio non erat sensibilis, neq; oculis uideri poterat, propter hoc & sensibilem illi poenā infert, ut cōtinuo ante oculos uidere possimus supplicij eius monimenta. Super pectus & super uentrem gradieris, & terram comedes omnibus diebus uitæ tuæ. Quia & statura tua & formatione abusus es, & in familiaritatem rationalis animalis à me conditi uenire non formidasti. Sicut igitur diabolus, qui per te operatus, & te ut instrumento usus est, è cœlis deorsum depulsus est: quā plus quam dignitatis suæ erat, sapere uolebat: ita similiter impero, ut & tu aliam formationis figuram habeas, & super terram repas, eaq; alaris: atque adeo ne liceat tibi posthac suspicere: sed semper in hoc maneat statu, & solus ex animalibus terra pascaris: & neq; hoc solum. Nā & inimicitias ponam inter te & inter mulierē, inter semen tuū & semen eius. Neq; hoc contentus ero quod super terram reptes, sed & inimicā irreconciliabilem faciam tibi mulierem: neq; eam solam, sed & semen eius semini tuo hostem perpetuū faciam. Ipsa tuū seruabit caput, & tu eius seruabis calcaneū. Tantum enim illi robur concedam, ut cōtinuo immineat capiti tuo, te autē faciam sub pedibus eius iacere. Vide hic dilectē quōd per poenā huic bestiaē decretā, quanta humani generis cura deo sit demonstratur. Et hoc quidē de uisibili serpente. Licet autē uolenti post hoc considerare scriptorū te norē, & cognoscere, q; si de sensibili serpente hæc dicta sunt, multo magis accipiēda sunt hæc de spiritali serpente. Etenim & illum pedibus nostris subiecit humiliatū, & nos incumbere illius capiti fecit. An non hoc significat dicens, Calcabitis super serpentes, & scorpiones: Deinde enim ne putemus de sensibilibus serpentibus esse dictū, subdit, Et super omnem uirtutem inimici. Vidisti ex his, que dicta sunt de poena instrumento diabolico inflicta, ingentē dei misericordiaē. Veniamus iterum, si placet, ad mulierē. Serpens quia imposturam fecit, propterea & poenā ipse primus accepit. Et quia primo mulierē decepit, ideo & ipsa prior plectitur poena magnā admonitionem habente. Et mulieri dixit, Multiplicans multiplicabo tristitias tuas, & gemitū tuū. In tristitijs paries filios. Et ad uirū tuum cōuersio tua, & ipse tibi dominabitur.] Vide bonitatē dñi, quōd post tantā prauaricationem mansuetudine utit. Multiplicās multiplicabo tristitias tuas. Ego quidem uolebā, inquit, te citra dolorem & erumnam uiuere, liberam ab omni mœrore & tristitia omnīq; uoluptate affluere, & licet corpore circumdata, corporali sensu non affici. At quia non usa es ut oportet tanta prosperitate, sed affluentia bonorum eōte ingratitudinis adduxit: propterea tibi frenum impono, ut ne amplius lasciuas, ad tristitias & gemitus

gemitus te condemnans. Multiplicās multiplicabo A
bo tristitias tuas, & gemitum tuum. In tristitijs pa-
ries filios. Rem, inquit, magnę lætitię & filiorum
propagationem à tristitia te incipere faciam, ut &
ipsa, quanta peccati & inobediencię magnitudo,
perpetuam habeas memoriã ex perpetuis dolo-
ribus, & præsertim tēpore partus. Et ne processu
temporis oblivioni tradas quod factum est, quod
hęc impostura horum tibi causa facta sit; propte-
rea multiplicans multiplicabo tristitias tuas & ge-
mitum tuum. In tristitijs paries filios. Hic signifi-
cat parturientium dolores, multiplicemq; illum
laborem, quem ferre necesse est: utpote tot men-
sibus gestare uterum, uelut sarcinam pueri, & sen-
tire singulares quę inde oriuntur molestias, &
membra distendi, & ferre intolerabiles illos dolo-
res, quos solę illę sciunt quę expertę sunt. Ve-
runtamen doloribus tāta solatia simul admiscuit
misericors deus; ut in æquilibrio sit gaudiū, quod
ex nato puero habet, cum doloribus illis, qui tot
mensibus uentrem lancinant. Nam tantum labo-
rem totq; dolorum cruciatus ferentes, & ut ita di-
cam, penę de ipsa uita desperantes, postquam pe-
pererint, & doloribus fuerint soluta, lætitięq; frui
coeperint, iterum quasi oblitę laborum omnium,
seipsas filiorum generationi accommodant: sic di-
spensante misericorde deo, ut hominū genus in-
colume perduret. Semper enim futurorum bono-
rum spes præsentia incommoda leuius ferri facit.
Id quod in negotiatoribus quis uiderit, qui lon-
ginqua maria enauigant, & naufragia ferunt &
piratas, & præterea pericula multa, quibus illorū
spes frustratur: neq; sic tamen desistunt, sed iterū
eadem attentant. Hoc etiã de agricolis possemus
dicere. E tenim & illi cum profunde sulcauerint
terram, & diligenter excoluerint, ac sementem fe-
cerint, sæpe ariditate, uel immodicis pluuijs, uel
sub ipsam messem rubigine aut calamitate super-
ueniente, spe sua excidunt, ueruntamen neq; illi
sic desistunt, sed iterū ut tempus appetierit, agri-
culturam exercent. Et in quibuscunq; studijs hoc
obuiū est. Sic mulier quoq; & ipsa sæpe post men-
ses illos, post intolerabiles dolores, post noctes in-
sonnes, post membrorū distentiōes, paruo quo-
dam interuallo factio, licet ante statutū tēpus par-
tum abortiuerit in formem & nondū lineamentis
figuratum: uel etiã formatū quidem, sed nō in-
tegrum, tamen neq; sanum: uel etiã sæpe mor-
tuum, uix ē periculis elapsa: attamen quasi oblita
horum omnium, eadem quę antea fert & tolerat.
Et quid dico? sæpe cum foetu nato commori eas
contingit, & neq; hoc cæteras terret, neq; persua-
det ut rem fugiant: tantum deus tristibus illis in-
seuit dolorem simul & uoluptatem. Propter hoc
dicebat, Multiplicās multiplicabo tristitias tuas,
& gemitum tuū. In tristitijs paries filios. Hoc etiã
Christus dicebat discipulis suis, monstrās tam do-
loris magnitudinem, quã lætitię excellentiam.
Mulier quando parit, tristitiam habet, quoniam
uenit hora eius. Deinde uolens nobis commen-
dare, quomodo tristitię simul ē medio tollantur,
gaudium autē & lætitiã succedant, inquit, Quan-
do autem peperit puerum, nō iam memor est af-
flictionis, propter gaudium, quia natus est homo
in mundum. Vidisti prouidentiam, & curam no-
stri eximiam? Vidisti pœnam admonitionis ple-
nam? In tristitijs paries filios: deinde, Ad uirum
tuum conuersio tua, & ipse dominabit tui. Quasi
causam suã agens apud mulierē, hęc dicit miseri-
cors deus. Ego, inquit, ab initio honore parem te
formauit, & eiusdē dignitatis in omnibus partici-
pem. Et sicut Adā, ita & tibi omnium principatum
concredidit: cæterum quia abusa es honoris digni-
tate, subijcio te uiro: & ad uirum tuum conuersio
tua. Quia relicto eo qui dignitate par, & cuius na-
turę particeps, & propter quem formata es, fami-
liaritatē cū serpente mala illa bestia habere, &
eius accipere consilium uoluisti: propterea post-
hac illi te subijcio, & illum dominū tuum assero,
ut illius scilicet dominū agnoscas. Et quia nesci-
uisti imperare, disce bene regi. Ad uirū enim tuū,
inquit, cōuersio tua, & ipse dominabit tui. Meli-
us est ut tu sub illo sis, & illum dominum habeas,
quã impauide & libere uiuens per præcipitia fe-
raris. Itaq; considerans quod tibi utile, ad illum te
habere uolo conuersionem: & sicut corporis est
caput sequi, dominium eius suauiter agnoscere.
Scio quod dictorū prolixitate fatigamini, sed ex-
citemini aliquantulum, oro, ne imperfectum iudi-
cium relinquamus, neq; relicto adhuc iudice se-
dente discedamus. Et iam fermē ad finem perue-
nimus. Videamus itaq; quid post sermonem mu-
lieri factum, uiro dicat, & quam illi pœnā inten-
tet. Adā autē dixit, Quia audisti uocem uxoris
tuę, & comedisti de ligno, de quo mandauit tibi
ut ex eo solo nō comedas, de illo ipso comedisti:
maledicta terra in operibus tuis. In tristitijs co-
medes illam omnibus diebus uitę tuę: spinas &
tribulos tibi produceret, & comedes fœnum agri.
In sudore faciei tuę uesceris pane tuo, donec re-
uertaris in terram, de qua sumptus es. Quia terra
es, & in terrā abibis.] Plurima & ineffabilis etiã
hoc loco ostenditur dei erga hominem prouiden-
tia & cura. Sed audiamus diligēter unumquodq;
dictorum. Adā autem dixit, Quia audisti uocem
mulieris tuę, & comedisti de ligno, de quo prece-
peram tibi ut ex eo solo non comedas, de illo ipso
comedisti. Quoniã, inquit, audisti mulierem tuã,
& comedisti de ligno, & consilium illius pluris fe-
cisti quã mandatum meū: & noluisti ab unico
hoc ligno abstinere, de quo solo præcepi tibi ne
comederes (non enim tibi præcepi ut à multis ab-
stineres, sed de uno solo, & neq; ab illo abstinui-
sti, sed oblitus mandatorū meorū, à muliere per-
suasus es) idcirco re ipsa discas quantum malū sis
operatus. Audiant uiri, audiant mulieres: & illi
quidem, ut ne ferant mala cōsulentēs: hæ autem,
ut ne talia cōsulant. Nam si hic culpa in mulierē
reiecta, nullam ueniam assequutus est, qualē po-
teris habere ueniã, si dicas, Propter uxorem hoc
& hoc

& hoc peccauit, & hoc fecit? Ea enim de causa sub A
tua potestate facta est, & dominus eius pronun-
tatus es, ut illa tibi pareat, & nō caput pedes se-
quatur. Verum non raro uidemus contrariū usu
euenire, ut is qui suo ordine caput esse deberet,
neq; pedum ordinem seruet: & ea quę in pedum
loco est, in caput constituitur. Idcirco & beatus
Paulus magister orbis, hęc omnia præuidens, cla-
mabat: Qui nanq; scis mulier, an uirum sis salua-
tura? Aut qui scis uir, an uxorem sis saluatorus?
Veruntamen uiri est, ut diligenti opera malē con-
sulentem repellat: mulier uero semper in auribus
sonans habeat supplicium. Eūq; irrogatū, quę pe-
stiferū illud consilium uiro suggererat: ne audeat
talia cōsulere, neq; imitetur. Eūq; sed illius exem-
plo prudentior fiat, & talia cōsulat, quę & ipsam B
& uirū omni supplicio liberatura sunt. Porro ad
institutum redeamus, Adā autē dixit deus, Quia
audisti uocē mulieris tuę, & comedisti de ligno,
de quo præcepi tibi de eo solo ne comederes, de
illo ipso comedisti. Quoniã, inquit, inquit, tam negligēs
fuisi in obseruando meo mandato, neq; timor te
coercuit, neq; interminatio calamitatis esum con-
secutura: sed in tantam malitiã peruenisti, ut neq;
ab unico hoc ligno tibi temperaueris, tamēsi tot
& tantis tibi frui liceret: ideo maledicta terra in
operibus tuis. Vide misericordiam domini, quo-
modo serpētem punit, quomodo itē rationale a-
nimal. Illi enim dicit, Maledictus tu de terra: hic
autem non sic. Sed quid? Maledicta terra in ope-
ribus tuis. Et merito. Nam quia propter hominē C
producta est, ut ille posset frui his quę ex ea na-
scuntur: ideo iterum propter hominem peccan-
tem maledictum ei ingeritur: quia maledictum
terrę eueniēs, hominis securitati & felicitati ob-
est. Maledicta terra in operibus tuis. Exin ut disca-
mus quid sit, maledicta, subdit, In tristitijs come-
des eam omnibus diebus uitę tuę. Vide quorū nunc
seculis hanc pœnam luimus: ut non solum illis uti-
le sit, sed ut posteri iisdem rebus doceantur, unde
illis hæc supplicia sunt inuecta. In tristitijs come-
des eam omnibus diebus uitę tuę. Post hoc dili-
gentius docens nos maledicti speciem & tristitię
causam, subdit: Spinās & tribulos tibi produceret.
Ecce maledicti monimenta. Spinās, inquit, & tri-
bulos proferet terra: itaq; multis laboribus & e-
rumnis operandum tibi, & omni tēpore cum tri-
stitia uiuere te faciã, ut hoc tibi frenū sit, ne quid
supra dignitatē de te sentias: sed cōtinuo cogites
tuam ipsius substantiam, neq; feras ut post hac sic
decipiaris. Et comedes fœnum agri. In sudore
faciei tuę uesceris pane tuo.] Animaduerte quo
pacto post peccatum & inobediētiã omnia se-
cus contigerunt q̄ antea, & planē diuersa, quasi
diceret: Ego quidem cum in hunc mundū te pro-
dire feci, uolebã te degere absq; doloribus, labo-
ribus, sudoribus & erumnis, & omni felicitate frui,
neq; corporalibus necessitatibus obnoxii esse,
sed ab omnibus illis liberum. Quia uerò non pro-
fuit tibi tanta securitas, eapropter & terrę male-
dicam, ita ut absq; fatigatione & aratione non profe-
Chryf.

rat suos fructus sicut antea: sed & cū multo labo-
re, molestijs & erumnis, afficiam te tristitijs, & cō-
tinuis fatigationibus. Efficiã item ut nihil promo-
ueas absq; sudoribus, ut his exercitatus perpetuã
doctrinam habeas modeste agēdi, tuamq; ipsius
naturam agnoscēdi. Neq; hoc ad breue tempus,
sed omni tēpore uitę durabit. In sudore enim fa-
ciei tuę uesceris pane tuo, donec reuertaris in ter-
ram, de qua sumptus es: Quia terra es, & in terrā
abibis. Hęc sustinebis usq; ad finem uitę tuę, &
donec in illam resolutaris ex qua formatus es. Nã
quamuis tibi corporis dederim naturã, ob meam
bonitatem, ipsum tamē hoc corpus ex terra cum
sit, iterum erit terra. Terra enim es, & in terrā abi-
bis. Enim uero ut ne hæc fierent, dixi, ne comeda-
tis de hoc ligno. Quocunq; enim die comederitis,
morte moriemini. Non em hoc uolebã. Sed quia
eorum quę ad me attinebant, nihil intermissum
est: tu autem teipsum in hæc cōiecasti, ne in alium
causam retuleris, sed tuã ipsius desidiã totū ad-
scribito. Iam denotō alia nobis quęstio hic nasci-
qua, si placuerit, breuiter absoluta, finē sermonis
hic faciam. Dixit, inquit, deus: Quocunq; die co-
mēderitis, morte moriemini: multorū autē anno-
rum numero ostenditur uixisse illos post inobe-
dientiã, & cibi uetiti esum. Et quęstio quidē ali-
qua esse uidetur his qui superficie tenus uersant
diuinas literas. At si quis magno studio aures ad-
hibeat, manifestum est quod dicitur, neq; quęstio
fuerit attendenti. Nam licet multos annos uixe-
rint, attamē à quo tempore audierūt: Terra es, &
in terram abibis: & sententiã acceperunt mortis,
mortales fuerunt: & ex illo tempore fuerūt perin-
de ac si quis illos dicat mortuos fuisse. Hoc igitur
& scriptura significās, dixit: Quocunq; die come-
deritis, morte moriemini: hoc est, sententiã ac-
cipietis, mortales posthac uos futuros. Sicut em
in humanis iudicijs, quando quis sentētia lata ut
capite mulctetur, iterum in carcerē conijcitur, li-
cet ibi multo tēpore agat, nihilo melius tamē ha-
bet defunctis & mortuis, utpote iam per senten-
tiam mortuus: eodē modo & illi, ab eo die à quo
mortalitatis sententiã acceperunt, tamēsi lon-
go tēpore durauerint, nihilominus sentētia mor-
tūi erant. Scio quod hæc doctrina pluribus pro-
lixioribusq; tractata sit. Ideo quia gratia dei pro-
uiriū omnibus enarratis, lectiōni finem imposui-
mus, sermonē hūc absoluamus. Possent quidem
& alia proferri, & iterum monstrari, inflictã hanc
pœnam, & mortales nos factos multū habere di-
uinę misericordię. Sed ne multitudine dictorū
mētē uestram obruamus, agē obsecramus uos,
ut cum hinc abieritis, ne in conuenticula insipien-
tium uos conferatis, neq; intempestiuę nurgacita-
ti uacētis: sed retractate uobiscū quę dicta sunt,
& in memoriã reuocate, quidnam iudex respon-
derit, quid rei pro se dixerint: & quomodo Adā
quidem culpam in uxorem transtulerit, illa uero
in serpētem: & quomodo deus etiam hunc pu-
nierit, & pœnam illi toto seculo duraturam infli-
xerit, grauēmq; in illum indignationem declara-
tom, i f iterit

uerit, atq; ex hoc ostendit suam in deceptos curā, A propter quos in impostorem ita uindicauit, uide licet quod hic eos deceperat qui deo ualde grati, & pro quibus multū sollicitus erat. Dein memento mulieris mulctatae, & poenae illi inflictae, in dō potius admonitionis: pariterq; recordemini, quae sint Adae dicta: sententiāq; in mente uestra scribatur, Terra es, & in terrā abibis. Hinc obstupescite ineffabilem dei misericordiam: quod nos, qui super terrā sumus, & in terrā dissoluimur, si uoluerimus uirtutem amplecti, & uitia fugere, assequi poterimus ineffabilia illa bona quae parauit & promisit diligentibus se. Gratias igitur maximas debemus nostro habere domino, pro tot ac talibus beneficijs, & nunquam ea ex memoria dimittere, quā potius per bona opera, et diligētī malorum fuga ipsū mitigare. Quomodo enim non magne ingratitudinis signū fuerit, si ipse quidem cum deus sit & immortalis naturae, nō refugit assumere mortalem & terrestrem nostram substantiam, ut & ab antiqua morte nos liberaret, supra caelos eueheret, honore quo patri confidet, exaltaret, & ab omni coelesti exercitū adorari faceret? Nos autem contraria illi retribuere non tremur, sed & immortalem animam, ut ita dicā, carni agglutinata terrenam ipsam & mortuam, & nihil operari ualentem, facere curamus. Non sic, obsecro non sic ingrati simus erga benefactorem nostrum: sed illius praecipitis obediētes, quae ipsi grata sunt & probantur, operemur: ut aeternis bonis dignos nos reddat. Quae nos omnes assequi contingat, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cū patre et spiritu sancto sit gloria nūc & semper, & in secula seculorū, Amē.

Et uocauit Adam nomē uxoris suae Eua, id est uita, quia ipsa est mater omnium uiuentium.

Homilia xviii



MIDISTIS heri iudicis humanitate? Vidistis examen benignitate referatū? Vidistis suppliciorum diuersitate? quomodo punitus sit dolosus ille supplātor: quomodo etiā deceptis poena sit intentata, quae magnā dei praeseferet clementiam? Vidistis quomodo nobis commodorum occasio fuit, adistere tribunali, & uidere quomodo processerit examē? Cognouimus em, quantis seipso bonis mandati transgressione priuarint Adam & Eua, nudati gloria illa ineffabili, & uita nō inferiore q̄ angelica. Cognouimus patientiam domini, didicimus quantū malū sit delicta, quomodo & praesentibus spoliet, & magna ignominia denigret. Idcirco, obsecro, sobrii simus, fiantq; nobis illorū lapsus, remedia, & illorum desidia, securitatis causa, Quia maior poena est eorū qui post illos peccant, & tantis exemplis emendare se nolunt. Non enim qui postea peccāt quae primi, in eandem poenam incident. Id quod breuiter ab orbis doctore sapientissimo (beato Rom. 2. b Paulo inquam) discere possumus, qui dicit: Quicunq; enim sine lege peccauerūt, sine lege etiam peribunt: & quicunq; in lege peccauerunt, per le-

gem iudicabuntur. His uerbis dicit, non eandem luituros poenam eos qui ante legem, & eos qui post legem. Grauius enim punientur qui post legem datam peccauerint. Nam quicunq; sine lege peccauerunt, etiam sine lege peribunt. Proficiet illis ad leuiorem poenam, quod legis doctrina & adminiculo caruerunt. Et quicunq; sub lege peccauerunt, per legem & iudicabuntur. Isti inquit, quia & legem habuerunt magistrā, & neq; sic emendati sunt, sed eadem quae illi peccauerunt, grauiores quoq; poenas dabūt. Porro audiamus quae hodie sunt lecta. Et uocauit Adam nomē uxoris suae Eua, id quod est uita: quia ipsa est mater omnium uiuentium: hoc est, ipsa est origo eorum, qui ex illa sunt futuri, radixq; & fundamētum posteritatis. Dein postquā docuit nos quomodo mulieri impositum nomen, iterum ostendit nobis dei bonitatem, quae nō despexit suas creaturas in tāta nuditate & ignominia uersantes. Et fecit, inquit, dominus deus Adae & uxori illius uestes pelliceas, & induit illos. Sicut misericors pater filium habens bona indole praeditum, & omni cura eductum, & fruuentem omnibus delictijs, & ueste nitida & sericis amictum, & paternis opibus securē utentem, cum uiderit eum nimia prosperitate in malitiae praecipitium prolapsū, priuat illis omnibus, & suae potestati subiicit, & ueste spoliat, & uilem seruilemque uestem illum induit, ne omni no nudus sit & turpis: ita & misericors deus, quoniam Adam & Eua indignos sese exhibuerunt indumento glorioso illo & nitido, & quod tegeret nullis corporalibus eos necessitatibus obnoxios esse sinebat: exiit nunc omni illa gloria & fruitione, qua ante grauem hanc ruina gaudebant: multamq; erga illos declarauit misericordiam, misericordia motus ob tātam ruina, quia uidebat magna confusione circumamictos, & nefcios quid facerent. Tales enim sunt diaboli machinationes, ut si quando aliquem inuenit qui sibi pareat, eum uoluptatula quapiam supplantatum, & in profundum malitiae proiectum, omniq; confusione & ignominia plenum, iacere relinquat, miserabile omnibus qui illum uident spectaculum. At animarū nostrarum curator uidens illos in tantis difficultatibus, ipsos non omnino destituit praesidio, sed uelamētum illis excogitat, uestem frugalem, ostendēs qualibus se uestimentis dignos fecerint. Et fecit dominus deus Adae & mulieri illius uestes pelliceas, & induit illos. Vide, oro, quantam sermonis humilitatem nobis attemperat diuina scriptura. Sed quod saepe dixi, id & nunc dico, ut omnia ita intelligamus, sicut par est de deo intelligi. Et uerbum fecit, accipe pro eo quod est, imperauit ut essent. Iussit enim tunicis pelliceis uestiri in perpetram memoriam, quod inobedientes fuerimus domino. Audiant

diant opulenti, & qui luxuriant in uermium operibus, & uestiuntur sericis, discantq; quo modo ab initio humanam naturā misericors dominus docuerit. Quia propter transgressionē, poenae mortis reus erat factus Protoplastus, opusq; habebat ueste quae confusionem tegetet, pelliceas fecit uestes: quo docuit nos, ut mollem & dissolutam uitam fugiamus, neq; inertē & remissam sectemur, sed magis austerā amplexemur. Sed forte grauatim ferentes hanc diuites, dicēt: Igitur pellibus uestiri nos iubet? Non hoc dixerim. Nam neq; illi perpetuo usi fuerunt his uestibus. Misericors enim dominus prioribus beneficijs receptiora quaedam superaddit. Nam postquam sese corporalibus necessitatibus obnoxios fecerit, & ab immortalitate illa & angelica uita exciderunt: dispensauit deus, ut ex ouium uelleribus indumenta sibi pararent, non alia de causa, quā ut tegumētum habeant, & ne rationale hoc animal non secus ac bruta in nuditate & dedecore uitā degeret. Itaq; uestium amictum continuum nobis sit monumētum, quod memores simus, quantis bonis exciderimus, & discamus quanta poena humanum genus ob inobedientiam sit affectum. Dicant igitur nobis, qui tanto utuntur apparatus, ut iam uisum lanē prorsus audire noliunt, sed serico uestiantur, eoq; insaniē peuenere, ut aurum uestibus intexant, in primis autem mulieres huic mollitiei dedita: Quare dic obsecro, corpus ita ornas, & gaudes eiusmodi amictu? Non cogitas quod pro magna poena, propter transgressionem tegmen hoc excogitatum est? Et quare non audis Paulum dicentem: Habentes uictum & amictum, illis cōtenti simus: Vides quod unius duntaxat rei habenda sit cura, uidelicet, ne corpus nudum sit, sed ut tegatur. Num adhuc de uarietate uestium oportet sollicitum esse? Ceterum ad frequentiam ueniamus. Et dixit dominus deus: Ecce Adami factus est similis unus ex nobis, sciendo bonum & malum. Et nunc ne forte extēdat manum suā, & accipiat de ligno uitae, & comedat, & uiuat in seculum. Et emisit illum dominus deus ex horto deliciarum, ut operaretur terram de qua sumptus erat. Hic quoq; uide quā congruis infirmitati nostrae uerbis utat deus. Et dixit, inquit, deus: Ecce Adam factus est quasi unus ex nobis. Vidisti quanta dictionis humilitas? Hae autem de deo, dignē de deo intelligamus. Vult enim hic per uerba hae in memoriam redigere, quomodo decepti fuerimus à diabolo per serpentem: quāto quidem ille dicebat, si comederitis eritis ut dii, & spe potiendae diuinitatis cibum hunc sumere ausi sunt. Atq; hac de causa deus iterum illos mone re uolens, ut sentirent quā grauiter essent lapsi per inobedientiam & deceptionem, inquit: Ecce Adam factus est quasi unus ex nobis. Grauis hoc uerbum exprobratio, ut transgressorem pun gere ualeat. Ideōne, inquit, contempsisti mandatum meum? Ecce factus es quod expectasti: immo non quod expectasti, sed qualem te fieri dignū erat. Ecce Adā factus est quasi unus ex nobis.

Chryf.

bis, sciens bonū & malum. Hoc enim impostor diabolus dicebat per serpentem, aperientur oculi uestri, eritisq; sicut dii, scientes bonum & malum. Et nunc ne forte extendat manū, & tangat lignum uitae, & comedat, & uiuat in aeternum. Vide oro, hic misericordiam domini. Oportet enim quod dictum est diligenter scrutari, ut nihil eorum quae in fundo iacent, latere nos queat. Quum deus Adae mandatum daret, à nullo alio abstinere praecipit, quā ab unico ligno: de quo quia edere fuit ausus, poena capitalis irrogata est: id quod cum praeciperet illi definiuit, si auderet. De ligno autem uitae nihil signanter praeciperat. Quandoquidem, ut existimo, & est uerisimile, immortalem illum fecisset. Potuissetq; ipse, si uoluisset, cum alijs etiam de hoc uesci, quod perpetuam illi contulisset uitam, eo quod nullum mādatum de illo acceperat. Si autē curiosior aliquis roget, quare lignum uitae appellatum est: sciat, si nostris rationibus innitatur, non posse hominem omnia dei opera cōtueri. Visum enim fuit domino, ut meditationem quandam obediētia & inobediētia haberet homo à se factus, & in paradiso degens. Et hae duo duobus illis lignis monstrabantur, altero uitae, altero (ut sic loquar) mortis. Nam eius & transgressio mandati, mortē illi attulit. Itaque ubi de hoc accepit, mortalis factus est, corporisq; necessitatibus in posterum obnoxios. Et originem accepit peccati ingressus, propter quod & mors à domino utiliter dispensata est. Non posthac in paradiso relinquit Adā, sed exire inde iubet, mōstrans quod propter nihil aliud hoc faciat, quā propter misericordiam erga nos. Et ut hoc discamus, operapretium fuerit uerba diuinae scripturae denuo legere. Et nunc, inquit, ne quando extēdat manum, & accipiat de ligno uitae, & comedat, & uiuat in aeternum. Nam quia magna intemperantia, inquit, indicia exhibuit, prauaricandoq; mandatum mortalis factus est, ne nunc & lignū, quod uitam praebet cōtinuam, attingere audeat, peccaturus perpetuū, factus fuerit hinc ipsum eijci: ita ut magis prouidentia, q̄ indignationis fuerit illa eiectio. Hic enim mos est domini nostri, ut puniens non minus quā beneficēs suam erga nos declaret prouidentiam. Quippe & hanc poenam admonitionis gratia nobis irrogauit. Quia utiq; si scisset nos non peiores fieri impune peccando, neuiquam ultra punisset: sed ut reprimat nostrum ad deteriora progressum, & tollat malitiam ulterius grassantem, suam seruando misericordiam, punit: id quod nunc facit. Curam enim agens Protoplasti, eijci ipsum ē paradiso praecipit. Et emisit illum dominus deus ex horto uoluptatis, ut operaretur terram de qua sumptus est. Iterum oro, ut hic diuinae scripturae diligentia uideas. Emisit illum, inquit, dominus deus ex horto uoluptatis, ut operaretur terram de qua sumptus est. Nec temerē dixit, de qua sumptus est: sed ut perpetuū commonefieret modestia inter operandum, scireq; posset quod inde sit constitutus, & substantiam habeat ab initio. Et il-

tom: 1 f 2 lam

lam ipsam, inquit, operetur terram, ex qua & constitutus est. Nam hoc quod in sententia dicebat: In sudore faciei tuæ uelceris pane tuo: id ipsum & nunc dicit, eo quod inquit, ut operetur terram de qua sumptus est. Posthac ut discamus quanto spatio ipsum à paradiso demigrare fecit, etiam illud ipsum scriptura nos docet. Eiecitque dominus deus Adam, & habitare fecit eum in regione horri deliciarum.] Animaduerte quod dominus noster in singulis operibus misericordiae argumentum ostendit, & singulae poenarum species bonitate plenae sunt. Non enim hoc solum misericordiae & benignitatis argumentum erat, quod emittentur & eiecerat: sed quod contra paradysum illum habitare faciebat, ut iugem dolorē haberet, quotidie cogitans unde exciderit, & in quem statum se coniecerit. Et quamuis grauissimi doloris spectaculum erat, est tamen magnae utilitatis occasio, ut dolens continuo aspectu, tutior & cautior esset in alijs, ne iterum in ea peccata incideret, qui hominis ut plurimum mos est. Nam quoniam cum bonis fruere mur, nesciuimus ipsis, ut oportet, uti, illorum priuatione emendati sumus, & tunc experientia docti sentire coepimus nostram desideriam: atque ita rata rerum mutatione docemur, & à quibus excidimus, & quod nos ipsos coeicimus. Itaque quod prope, & e regione paradisi exulē habitare iussit, maximae prouidentiae & curae signum fuit, ut & spectando reminisceretur, & inde lucrum faceret, & neq; immodica uiuendi auaritate concupiscere, neq; foris existens de ligno comedere presumeret. Diuina enim scriptura omnia nobis, prout nostrae infirmitati congruunt, narrat. Et praecepit ut Cherubim et flammeus gladius custodiant uiam ad lignum uitae. Quonia tam negligens iam fuerat in mandato tradito, hinc factum est, ut tanta diligentia ingressus muniretur & pracluderetur. Animaduerte enim quod misericors deus non contentus hominem e regione paradisi collocaisse, praecipit etiam ut flammeus gladius ille uersatilis, & uirtutes illae Cherubim custodiret uiam, quae illuc inducit. Nec absque causa addidit uersatilis ille, sed ut doceat nos, quod omnis uia illi ducens praclusa sit, eo quod gladius ille dum uersatur, obturet & praemuniat omnes uias quae illuc ferunt, ut continuam memoriam & timorem incutere illi possit. Adam autē cognouit Euam uxorem suam.] Considera quando hoc factum sit. Post inobedientiam, post paradisi amissionem, tunc primum usus rei uenerae coepit. Ante inobedientiam enim angelicam uitam imitabantur, & nulla fuit concubitus causa. Quae enim potuit, cum neq; corporalibus necessitatibus obnoxij fuerint: Itaque ab initio uirginitas palmam principatus accepit: sed postquam per desideriam peccatum intrauit, et aditus patefactus est his quae peccati sunt, illa quidē auolauit, utpote ab his qui indigni tantae uirtutis magnitudine facti erant: subintravit autem rei uenerae lex. Cogita igitur dilecte, quanta uirginitatis dignitas, quam sublimis & magna possessio, supraque humanam naturam, & quae o-

CAP. IIII

pus habeat manu superna. Quod enim hi qui uirginitatem alacriter arripiunt, in corpore ea agant quae in corporearum sunt uirtutū, audi Christum ludaeis dicentem. Nam de resurrectione quaestio nem mouentes, & in sermone eum capere uolentes, dicebant: Magister erat apud nos septem fratres, & primus uxore ducta defunctus est, non habens liberos, & dimisit uxorem suam fratri suo. Similiter & secundus, & tertius, & quartus, & quintus, & sextus, & septimus. In resurrectione ergo cuius e septem illis erit uxor: omnes enim habuerunt illam. Quid igitur dicit illis Christus? Erratis, nescientes scripturas, neq; uirtutem dei. In resurrectione enim neq; ducunt, neq; nubunt, sed sunt sicut angeli. Vidisti quomodo in terra ambulantes, & corpore circumdati angelicam uitam imitantur, qui Christi amore uirginitatis fortem acceperunt? Nam quanto haec maior est & sublimior, tanto maiores sunt & coronae & retributiones, & re promissa bona eorum, qui cum hac in alijs bonis operibus se exercent. Adam autem cognouit Euam uxorem suam, & ut concepit, peperit Cain. Postquam per inobedientiam intrauit peccatum, & sententia mortales illos fecit, consequenter omnipotens deus secundum suam sapientiam humani generis perpetuitatem procurans, concessit per concubitum auctum in nostrum genus. Et dixit: Possedi uirum per deum.] Vide quomodo poena inflata mulierem emendauerit, melioremque reddiderit. Nam puellum natum non naturae, sed deo acceptum fert, suamque gratitudinem declarat. Vidisti quomodo poena admonitionis loquacillius fuerit? Possedi hominem per deum. Non natura, inquit, puerum mihi dedit, sed diuina gratia. Et adiecit iterum pariedo fratrem illius Abel.] Quia pro nato puero grata fuit, & prius beneficiū agnouit, assequuta est & aliud. Talis enim est dominus noster, quando in primis gratitudinē declaramus, & benefactorem agnoscimus, largius sua dona nobis erogat. Itaque quia & ista deo partū imputauit, propterea & alium accipit puerum. Summa enim, posteaquam subintravit mortalitas, consolatio erat filiorum successio. Et idcirco misericors deus, puniendi nimiam seueritatem coercens, & mortis personam detrahens, liberorum successione largitus est: quasi imaginem resurrectionis per hoc submonstrans, & dispensans ut pro cadentibus alij suscitentur. Et factus est Abel pastor ouium, & Cain operabatur terram.] Docuit nos diuina scriptura, quam uterque artem exercuerit: & quod Abel pastoritiam, Cain agriculturam delegit. Et factum est post dies: obtulit Cain de fructibus terrae sacrificium deo.] Considera, quomodo naturae conditor scientiam animae indidit. Quis enim illum, dic oro, ad hanc cogitationem perduxisset? nullus alius quam quae in animo conscio scientia. Obtulit, inquit, de fructibus terrae sacrificium domino. Sciebat enim, & clare sciebat, quod congruum esset ex suis possessionibus aliquid deo offerre: non quod eo dominus indigeat, sed ut suam gratitudinē declararet qui

qui tali beneficio fruitur. Nulla enim re indiget deus, nullisq; nostris opus habet: ceterum ob ineffabilem misericordiam ita nostrae infirmitati se accommodat, & propter salutem nostram haec fieri tolerat, ut dei agnitio humane naturae uirtutis sit scola. Et Abel etiam ipse obtulit de primogenitis ouium suarum.] Non absque ratione in sermonibus prioribus uestram docui charitatem, quod dominus noster discrimen personarum ignorat: sed uoluntatis examinatio, mentem & intentionem coronat. En & nunc attende idem factum: sed auscultemus diligenter dictis, & uideamus quid de Cain narret scriptura, & quid de Abel: & ne inconsideranter transeamus. Nihil enim temere uel fortuito loquitur diuina scriptura, sed & syllaba, & apiculus unicus reconditum habet thesaurum. Nam in hunc modum se habent spiritalia omnia. Quid igitur inquit? Et factum est post dies, obtulit Cain de fructibus terrae sacrificium domino, & Abel obtulit etiam ipse de primogenitis ouium suarum, & de adipibus illarum.] His qui acutius ualent intueri, iam ex lectione ipsa liquet quid dicatur. Verum quia omnium communiter habenda est cura, & respectum personarum nescit spiritalis doctrina: age clarius uobis explicemus quae dicta sunt, iterum ea repetentes. Cain, inquit, obtulit de fructibus terrae sacrificium domino: deinde uolens & de Abel docere nos scriptura diuina, dicit quod & ipse de sua arte, nempe pastoritia, suum attulerit sacrificium. Tulit enim, inquit, & ipse de primogenitis ouium suarum, & de adipibus illarum. Obserua quomodo nobis pientissima illius mens significatur, & quod non tantum de ouibus obtulerit, sed de primogenitis, hoc est de pretiosissimis & maxime eximijs. Deinde & ex illis ipsi primogenitis pretiosissima quaeque. Et de adipibus, inquit, illarum, hoc est de pinguis simis & optimis. De Cain nihil tale adnotatum est. Sed quid obtulit? de frugibus terrae sacrificium: quasi diceret: quaecumque obueniebant, nulla ad delectum adhibita opera uel diligentia. Iterum dico, & dicere non cessabo. Non quia deus his indiget, sed uult & per haec ostendi nostram gratitudinem. Nam cum qui deo offert, et offert ex his quae dei sunt, & intelligit quantum differat natura, & quod cum homo sit, tantum sit honorē sortitus: oportebat, quantum sibi conceditur, suum testari officium, & pretiosissima offerre. Sed uide, obsecro, dilecte. Habes hic occasiones, ut quae oportet contempleris, merito poenas luere eum, qui suam ob ignauiam amittit salutem. Neque ille doctorem aliquem habuit, neque hic suggestorem & consiliarium: sed uterque conscientiae suae magisterio, & sapientia diuinitus humano generi supereditata, ad hanc oblationem incitatur: sed uarietas mentis & uoluntatis segnitias, illius uidentem acceptissimam fecit oblationem, huius autem repudiatam. Et aspexit deus ad Abel, & ad dona ipsius.] Vide quomodo impletur hic quod in euangelio est dictum: Primi erunt ultimi, & ultimi primi. Ecce enim qui ob primogenitiam pri-

Chryf.

uilegium habebat, & proinde prior offerebat, minor uisus est fratre, ut qui secus offerret quam oportebat. Nam utrisque offerentibus, dicit diuina scriptura: Et aspexit deus ad Abel, & ad dona eius. Quid est, Et aspexit? id est, approbavit, laudauit mentem, coronauit uoluntatem: & quasi quis dicat, facto contentus fuit. Nam etiam si de eo loquimur, & de immortali natura aperire os audemus, tamen cum homines simus, non possumus haec aliter quam per linguam percipere. Attende rem miram: Aspexit, inquit, deus ad Abel, & ad dona ipsius. Ouium oblationem dona uocauit: quia pretiosa, eximia & immaculata obtulerat, non quod nullis notis aspersa, sed quae undequaque pretiosa erant, tum ob mentem eius qui obtulerat, tum quod primogenita erant, & ex illis electissima, & ex adipibus ipsis, hoc est ex optimis optima. Et aspexit deus ad Abel, & ad dona ipsius: ad Cain autem & ad sacrificia ipsius non attendebat. Quia recta intentione, & sincera mente obtulerat, aspexit, inquit, deus ad Abel, accepit, gratum habuit, laudauit. Ceterum oblata uocauit dona, ut per hoc offerentis animo maiorem honorem haberet. Ad Cain autem, & ad sacrificia illius non attendebat. Ne pigeat uidere scripturae diligentiam. Nam cum dicit, non attendebat, indicauit reprobationem oblatorum. Et iterum aliud nos docet, uocando oblationes fructuum terrae sacrificia. Ecce quomodo per facta & uerba ipsa docet dominus, quod haec omnia à nobis uult fieri, ut animi nostri per ea quae à nobis fiunt, manifeste conspiciatur, & ut sciamus quod dominum habemus & conditorem eum, qui ex nihilo nos ut essemus produxit. Oues enim nominando diuina scriptura munera, terrae autem fructus sacrificia appellando, docet nos, quod deus, neque ut bruta adducantur, neque ut terrae fructus offerantur, sed tantum mentis affectionem quaerit. Vnde & nunc ille cum donis approbatus est, & gratus fuit: at hic cum sacrificio suo reiectus est. Quod autem respexit ad Abel, & ad munera ipsius: ad Cain autem & ad sacrificia illius non attēdit, intelligamus ut decet dignē. Vult enim dicere, quod cognoscere illos fecerit, se illius approbare uoluntatem, huius autem repellere ingratitude. Et talia sunt quae ad deum spectantia egerunt. Videamus autem & sequentia.

Et tristitia affectit Cain ualde.] Duplex illi tristitia facta est, & quod solus ipse repudiatus fuit, & quod fratris donum acceptum fuit. Et tristitia affectit Cain ualde, & concidit uultus illius. Quid affectit illum tristitia? Vtraque haec ualde tristitia ab fecerunt, & quod dominus non attendit sacrificium ipsius, & quod donum fratris acceptum fuit. Igitur opus erat, ut delictum corrigeret is, qui ex his quae egerat causae conscius erat. Nam dominus noster, cum misericors sit, quando delinquimus non tam nos auersatur ob delictum, quam quando perseueramus in delicto. Et ut hoc euidenter scias, & misericordiae suae magnitudinem ineffabilem uideas, uide ex his quae nunc fiunt, bonitatis

nitatis illius excellentiam, & patientiæ magnitudinem. Nam postquam uidit illum supra modum moestum, & ut ita dicam, à tristitia fluctibus submersum iri, non despexit: sed quam erga patrem ipsius misericordiam declarauerat, dans illi satisfaciendi occasiones, & fiducia ianuam aperiens & dicens, ubi es? post grauem illam ruina: eandem & nunc erga ingratum illum declarat, manum illi quasi in præceps eunti porrigens: & occasionem præbere uolens, ut delictum corrigat, dicit: Quare tam moestus es? & quare concidit uultus tuus? Nonne, si recte obtuleris, recte autem non diuiseris, peccasti? Quiesce. Ad te conuersio illius, & tu illius dominaberis.] Expende, oro, dilecte ineffabilem humanitatem. Postquam enim uidit illum ab inuidentiæ affectione oppugnari, uide quomodo pro sua benignitate congrua ipsi remedia apponit, ut statim educatur, & aquis non mergatur: Quare tristis factus es? quare concidit uultus tuus? quare & in facie morroris magnitudinē ostēdis: quare ira te inualit, quare non à teipso quod oportebat fieri, considerasti? Num homini sacrificium obtulisti, qui falli possit: ignoras, quod mihi non est opus ut aliquid offeratur, sed sanam offerentium mentē uolo? Quare concidit uultus tuus? Nonne si recte obtuleris, non autem recte diuidas: hoc quidem quod cogitasti de offerendo, laude dignum est: quod uero non recte diuidis, oblati reiectionem operatum est. Oportet enim offerentem deo, in discernēdo magnam adhibere diligentiam: & quantum differunt qui offert & qui accipit, tanta & in discretionē faciēda diuersitas. At horum nihil tu cogitasti, sed ut fortuito contingit, obtulisti: atque idcirco non potuerunt esse accepta. Nam sicut intentio tua, cum qua oblationē fecisti, nihil distare existimans, reiectanea fecit quæ à te sunt oblata: sic fratris tui animus, qui rectus fuit, & dignā in discernendo curam adhibuit, accepta illius dona fecit. Veruntamen neque sic poenam delicti exigo, sed ostendo duntaxat delictū, & consilium offero, quod si accipere uolueris, & peccatum emēdabis, & te ipsum grauioribus malis non inuolues. Quomodo? Peccasti, & grauius peccasti, sed non punio propter delictum. Miseri coram enim sum, & nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat. Igitur quia peccasti, quiesce, tranquillitate facito tuarum cogitationū, & libera mentē ab imperu fluctuū oppugnantium: cohibe tumultus illos tuos: ne addas priori peccato grauius aliud, neque consiliū aliquod immedicabile arripias. Ne te ipsum maligno dæmoni captiuū tradas. Peccasti, quiesce. Sciebat ab initio quod fratrem hic adoriturus esset, & ideo antea uerbis reprimi. Nam quia tanquam deus, cui etiā arcana sunt cognita, sciebat cordis illius motus, multū admonendo, & uerba illius infirmitati accommodata proferendo, suū officium fecit: tamen ille repulso medicamento in fraticidij profundum se precipitauit. Peccasti, quiesce. Ne putes, inquit, licet tuū uersatus sim sacrificiū ob prauā mentē, fratrisque oblationem acceptā habuerim ob sanam intentionē,

Ezech. 18. g

quod ideo primatu te desitua, & primogenituræ dignitatē à te auferā. Nam licet honore ego illum prosequutus fuerim, acceptaque fuerint illius dona: ueruntamen ad te conuersio illius, & tu ipsius dominaberis. Itaque etiam post peccatum hoc permitto, ut primogenituræ priuilegijs gaudeas, illumque sub tua potestate & dominio esse iubeo. Vi de misericordiā domini, quomodo furorē & infaniam illius demulcere, & uerbis his impetū auferre nititur. Quippe motus mentis illius uidens, & crudelem ac sanguinariā illius uoluntatē sciens, nunc præmitigare eius rationē uult, & serenitatē menti inducere, subiiciendo ipsi fratrem, & potestatem ipsius nihil minuendo. Veruntamen post tantam curā, & tāta remedia, nihil comodi amplius inde sensit. Tantū ualeat mentis peruersitas & malitiæ excellentia. Proinde obsecro, ut caueamus ne illum imitemur, & relicta omni malitiā, mandata domini perficiamus, præsertim post tanta taliaque exempla. Nam si hic, Cain inquam, nullum ante se inuenit, qui tale quiddā egerit, nihilominus tamen intolerabilē & graue sustinuit poenā, quam & uos postea scietis: quid uerisimile est nos passuros, qui eadem, uel etiā grauiora peccamus, idque post tantam gratiæ largitatē: nonne certū quod ignis æternus, uermis qui non interibit, stridor dentium, tenebræ externæ, gehenna ignis, & alię inuitabiles poenæ nobis inferentur? Nulla enim defensio nobis relicta est, si ita negligētes & ignaui fuerimus. Nonne scimus omnes quæ sint faciēda, quæ non faciēda? Et qui faciūt quæ oportet, principes coronas assequent: alij autē extremæ extremorum suppliciorū poenæ addicent: quam precor ut omnes effugiamus, & accepta domini gratia, bona acquiramus æterna in Iesu Christo domino nostro, cui gloria & imperiū cum patre & sancto spiritu, nūc & semper, et in secula seculorū, Amē.

Et dixit Cain ad Abel fratrem suum, Egrediamur in campum. Homilia XIX

QUEMADMODUM incurabilia uulnera, neque austeris medicamentis cedunt: ita & anima semel captiua, si se peccato culpam obnoxia fecerit, & considerare noluerit quæ sibi sunt utilia: etiā si quis innumera illi inculcet, nihil proficiet: sed quasi mortuæ essent aures, nullam ex admonitione suscipit utilitatem: non quia non potest, sed quia non uult. Non enim sicut in corporalibus, uulneribus uideri solet, ita & in uoluntate. Nam in corporalibus naturæ affectiones sæpe immobiles sunt, in uoluntate autem non ita se res habet. Sepe enim si uoluerit, etiam qui malus est mutatur, & fit bonus: & qui bonus, per ignauitā in uicia prolabitur. Ergo quia liberi arbitrij esse nostrā naturā fecit omnium dominus, quæ sua sunt omnia pro sua misericordiā semper exhibet: & sciens abscondita in profundo mentis & arcana, hortatur, consultat, conatusque nostros malos reprimit. Et necessitatē utique non imponit, sed congruis remedijs appositis totum in egrotantis sententiā suū esse permittit. Hoc igitur & in Cain factum est nunc. Vide enim post tantā prouidentiam &

tiam & sui curam, in quantam inciderit infantiā. Oportebat consciū peccati sui in emendando postea occupatū esse. At ille quasi ebrius, affectio ni & uulneri priori aliud ulcus adiungēs, & medicinam tanta diligentia adhibitam non admittēs, sed destituta eadem in opus perducere festinās, à dolo & malitiā exordis, & fallacibus uerbis fratrem decipit. Adeo bestiale quiddam est homo, quando in peccatū declinauit. Nam sicut magnū & uenerandum est rationale hoc animal, & maxime quando in uirtutis uia contendit: ita quando in malum declinat, truculentarum bestiarū imitatur crudelitatem. Quin & cum feros illarū mores assumpserit, quāuis rationale & mansuetum animal sit, multis tamen nominibus illarū superat ferociā. Videamus igitur & deistis quid acciderit.

Et dixit Cain ad Abel fratrem suū: Egrediamur, obsecro, in campū.] Verba quidem fratris, mens autem homicidæ. Quid facis o Cain? nescis cui loqueris? Non cogitas, quod tibi cum fratre colloquium est? Non reputas, quod eodem quo tu uteris natus es? Non expendis abominabiles conatus? Non times iudicē qui falli nequit? Non horret mens tua facinus? Quamobrē in campum uocas fratrem? & foras à paternis uulnis abducis? Quare ipsum paterno auxilio desolatū facis? Quid noui accidit, quod nūc fratrem in campū trahis? & id quod prius non fecisti, nunc facere attentas? & amicitia occasione fraternā beneuolentiam prætexedo, hostilia queque perpetrare deliberas? Que infantiā? Quæ rabies? Esto excaecatus mēte fraternæ affectionis nullam rationē habeas neque naturam agnoscas: cur aduersus illum ad bellū te instruis, qui nulla te iniuria affecit? Quid itē habes, quod parētibus obijcias, quos tanta moestitia affligere deliberas, & actor esse horribilis tragœdiæ, ut primus eis uiolentam mortem ostendas? Hanc illis gratiam refers suæ educationis? Quæ diaboli ars in hoc te facinus impulit? Habesne quod dicas? An gratia domini erga illum, ipsum aduersum te extollit fecit? Nonne præcauens ob hanc sanguinariā tuam mentem subiecit illum tibi, & sub tua potestate esse fecit? Et dixit: Quia ad te conuersio illius, & tu ipsius dominaberis. Nam hoc de fratris subiectione accipiendum est. Sunt enim qui dicant, quod de sacrificio oblato ab eo deus dixerit talia. Ad te conuersio, inquit, domini, & tu ipsius dominaberis: id est, eo frueris. Et ideo utrumque sensum dixi, relinquens uestræ prouidentia id quod dictis magis congruū uidetur eligendum. Mihi enim uidetur de fratre esse dictum.

Et factū est, cum essent ipsi in campo, surrexit Cain contra fratrem suum, & occidit illum.] Horrendum facinus, periculosi ausus, abominabile opus, in cōdonabile peccatū, efferatæ animæ sententia. Surrexit, inquit, contra Abel fratrem suū, & occidit illum. O abominabilem manū, o dexteram miserabilem: imò non manū oportet uocare abominabilem & miserabilem, sed mentē cui membrum seruiuit. Dicamus igitur sic: O audacē mentem, & abominabilem & miserabilem, & quicquid

dici potest, non satis dicitur. Quomodo non obtorpuit manus? quomodo potuit tenere gladiū, & infligere plagā? quomodo non auolauit à corpore anima? quomodo ualuit perpetrare tam nefandum facinus? quō non inflexa est, & mutauit mentē? quō non cogitauit naturā? quō non expedit antequam adoriretur nefas, operis finē? quō ferre potuit post facinus, ut uideret corpus fratris spiritū efflans super terrā? quō potuit uidere corpus mortuū humi prostratū, & à spectaculo non statim periit? Nam si nos post tot annorū numerum, cum quotidie morientes uidemus, quantum uulgari morte, & sanguine nihil nobis iunctos, frangimur: & si inimicus sit, inimicitiarum finem facimus: quanto magis hunc disperire par erat, ac subito exhalare animā, cum uideret fratrem, cui paulo antea colloquebatur, eadem matre natum, eodē patre genitū, eiusdem uteri partu editum, deo singulari gratia acceptū, repente absque spiritu & uiribus iacentem, & super terram palpitantem? At uideamus post nefarium illud facinus, & post scelus nulla uenia dignum, quantum iterum comitate, quātaque misericordia omnium deus utitur. Et dixit deus ad Cain.] Id ipsum uel solum quantæ bonitatis fuerit, quod eum qui tanta commiserit, colloquio dignatur? Nam cum nos sæpe cognatos nostros abominemur, si quando uiderimus eos tale quoddam facinus perpetrasse: quanto magis bonum deum obstupescimus, tanta uti tolerantia: & ualde merito. Medicus enim est, & indulgentissimus pater. Nam & sicut medicus nihil non facit, ut graui morbo impliciti confirmetur: & sicut indulgentissimus pater filios, qui suam nobilitatem per ignauiam amiserunt, paterno affectu ad pristinam felicitatem reducere cupit, Proinde quia immensa bonitatis est, iterum misericordiam suam illi, qui talia fuerat ausus, ostēdere uult. Dicit enim illi: Vbi est Abel frater tuus?] Multa & immensa dei patientia est. Non enim interrogat quasi ignorat: sed id ipsum agit, quod & patri illius fecerat. Nihil enim obstat, quin idem denuo dicatur, Nam quemadmodum illum, cum se præ confusionē nuditatis tegeret, rogabat, Vbi es? non ignorans, sed fiducia occasiones illi præbens, ut per confessionem peccati delictum ipsius ablueretur: hunc enim morem habet, ut ab initio à nobis peccatorū exigat confessionem, & ueniā præbeat: ita & nunc rogat Cain, & inquit: Vbi est Abel frater tuus? Ignorantiam simulat misericors deus, hac interrogatione eum, qui talia commiserat, præparans, ut ad peccati confessionē adduceretur, possetque ueniā forte & misericordiam assequi. Vbi est Abel frater tuus? Quid igitur ad hæc ingratus & impudēs? Debebat cogitare quod deus non ignarus rei rogaret, sed ab ipso confessionem criminis exigeret: & nos doceret, nunquam causa non examinata sententiam contra fratres debere ferri, & memori mente seruari consiliū domini: & quod hunc illius conatum reprimēs, & conscius etiam antequam eueniret, quod ille habebat in animo, præseruatoris usus est.

4 Oportet

Oportebat his omnibus cogitatis finem esse infa-
niæ, & dicere quid factum, & ostendere medico
ulcus, & accipere ab illo pharmaca. Verum ille
rursum exasperat vulnus, & ulcus in crudescere
facit, & dicit: Haud scio. Vide responsi impu-
dentiam. Num homini loqueris, quem forte deci-
pere posses? Nescis infelix & miser, quis sit qui ti-
bi loquitur? Non cogitas, quod ob bonitatem ma-
gnam querit, occasionem aliquam inuenire cupi-
piens, per quam suam tibi declaret misericordiam,
ut postea tentatis à se omnibus, nullam habens de-
fensionem, poenæ te ipsum obnoxium constitueres?
Et dixit, inquit: Haud scio. Num custos
fratris mei sum ego? Cogita hic, obsecro, con-
scientiæ accusationem, & quomodo qui conscientiam
impellebatur (ut ita dicam) non potest dicere,
Haud scio, sed subdit: Nū custos fratris mei sum
ego? tantum non seipsum indicās. Tamen si, quia
grandior natu, etiam secundum naturæ leges cus-
todem fraternæ salutis esse te oportebat. Hoc e-
nim natura decreuit: & oportet eos qui ex eodē
utero nati sunt, mutuo esse custodes. Quod si hoc
nolebas, nec uoluisti custos esse fratris: quare er-
go illius parricida es factus? & eum qui te nulla
affectu iniuria, occidisti: & putasti nec fore aliquē
qui te de hoc reprehensurus esset. Sed expecta, &
uidebis accusatorem tuum fore interfectum, &
te uiuente & ambulante, clara uoce clamaturum.

Et dixit deus: Quid fecisti hoc? Magna huius
uerbi recondita uis est, & emphasis. Quare, in-
quit, hoc perpetrasti. Quare fecisti nefarium hoc
facinus? abominabile opus, factum in expiabile,
insaniam intolerabilem, eadem nouam & raram,
iam primum hominum uitæ tua dextra inuectæ?
Cur fecisti hoc tam magnum, tam horribile, quo
non est peccatum aliud grauius? Vox sangui-
nis fratris tui clamat ad me de terra. Num ho-
mo sum, inquit, qui solam illam uocem audiam,
quæ per linguam profertur? Deus sum, qui pos-
sum & per sanguinem audire clamantem, & ali-
cubi prostratum, & in terra iacentem. Ecce quo-
uolens uolat uox sanguinis huius. Et usque in cœlum
à terra ascendit, & prætercurrens cœlum, cœloque
superiores uirtutes, regio throno assisit, & tuum
deplorat homicidium, ac nefarium hoc scelus ac-
cusat. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de
terra. Num, inquit, in alienum & hospitem iniqui-
tatem hanc patraſti: in fratrem tuum, illum qui nul-
la te iniuria affecerat, seuisisti. Sed forte mea bene-
uolentia hanc illi cædē peperit: & cum non pos-
ses mecum pugnare, in illum effudisti furorē tuum
indomitum. Eapropter talem tibi poenam infero,
ut que in te fiunt, omnibus posthac sequentibus ca-
stigatione & admonitione sint. Et nunc quia hoc feci-
sti, & malam uoluntatem ad effectum deduxisti,
& per inuidiam eadem commisit: Maledictus
tu de terra. Vides maledictionis diuersitatē, di-
lecte: Ne igitur incōsideranter hinc tranſeas, sed
ex maledicti magnitudine, sceleris immanitatem
expende: nam quanto maius peccatum hoc præua-
ricatione Protoplasti, ex maledictionis differētia

scire uolenti licet. Illic enim inquit, Maledicta ter-
ra in operibus tuis: & in terrā effudit maledictio-
nem, declarans suam erga hominem beneuolen-
tiam. Hic uero quia res perniciosa, facinus iniquum,
& in expiabile flagitium, ipse poenam luit. Et nunc
maledictus, inquit, tu de terra. Nam quia ferme ea-
dem egit quæ serpens, & quasi organum seruiuit
diaboli uoluntati: & sicut ille fraude malitiam intro-
duxit, sic & hic deceptum fratrem, & in campum
eductum armata manu occidit: propterea sicut illi
dixit: Maledictus tu inter omnes bestias terræ: sic
& huic, quia eadem quæ ille operatus fuit. Nam
sicut diabolus, qui odio & inuidia mouetur, ferre
non potuit tot ineffabilia beneficia, quæ in homi-
nem collocata sunt, & inuidia ad deceptionē ex-
timulatus est, quæ mortē induceret: ita & hic, deus
erga fratrem suum uidens beneuolentiam magna af-
fici, ex inuidia ad homicidium profiliit. Idcirco di-
xit illi: Et nunc maledictus tu de terra. Maledi-
ctus, inquit, eris & terræ illi, quæ aperuit os suum,
ut sanguinem fratris tui de manu tua exciperet. Et
terre illi, inquit, eris maledictus, quæ sustinuit
tali sanguine irrigari, quanta abominacione ef-
fusus est. De in scriptura diuina, maledictionē in-
terpretans, manifestius dicit: Quando operatus
fueris terrā, non adijciet ut det tibi robur suum. Magna
poenæ species, & graue indignationis pon-
dus. Labor quidē, inquit, sustinebis, & quæ tu fa-
cere potes, omnia facies: & operaberis terram tali
sanguine coinquinatā: non senties autē aliquē fru-
ctum tam multorum laborum, sed inutilis erit omnis
labor tuus quæ feceris. Neque hic finis erit poenæ,
sed & gemens & tremens eris super terram. Quia
enim, inquit, abusus es robore corporis & mem-
brorum uiribus, propter hoc continuū hunc tre-
morem & motum tibi infero, ut non solū ipse ha-
beas iugem admonitionem & memoriam huius
nefasti sceleris: sed ut & omnes qui te uident, ui-
so te, quasi clara illis uoce annuntiaretur, discant
ne talia audeant: & poena tua alios doceat om-
nes, ne ultra tali sanguine terrā incestent: & præ-
terea non breui te morte plectam, ut ne factū ob-
liuioni tradatur: sed uitam morte grauiorem susti-
nere te faciam, ut per hæc discas qualia perpetr-
aueris. Et dixit Cain domino: Maior est iniqui-
tas mea, quam ut dimittar ego. Magnū aliquid
& ualde utile salutis nostræ licet hic addiscere, si
uoluerimus attendere. Et dixit Cain: Maius est pec-
catum meum, quam ut dimittar ego. Ecce absolu-
ta confessio. Tale tantumque est, inquit, peccatum
quod commisi, ut non possim accipere ueniā. Ec-
ce, inquit, aliquis, confessus est, & sic confessus est, ut
omnem excederet diligentiam: Sed nihil inde lu-
cri, dilecte. Intempestiua enim confessio est. Hoc
enim facere oportebat tempore congruo, quando
adhuc impetrari poterat à iudice misericordia.
Memores nunc estote oro, quod ante breue tem-
pus dixi, quod terribili illo die, & iudicium illud nō
poterit deprauari, et unusquisque nostrum ob pecca-
ta desperabit, uidēs ante oculos terribilia illa tor-
mēta, et inuētibiles poenas, nullā inde habiturus
utilitatem, tempore destitutus. Poenitentia enim
priusquam poena inferatur, tempus habet & inef-
fabilem uim. Proinde obsecro, cum adhuc efficax
est & mirificum hoc pharmacum, cōmoda & fru-
ctus inde percipiamus, & cum adhuc sumus in
præsenti uita, poenitentia medicamen non asper-
nemur, sciētes liquidō, quod nihil tunc nobis poe-
nitudo proderit, cum solutum fuerit spectaculum,
& tempus certaminum ablatum. Verum ad in-
stitutū redeamus. Oportebat enim tunc cum in-
terrogaretur à domino: Vbi est Abel frater tuus?
confiteri peccatum & procidere, & orare, & ue-
niam petere. At tunc quidem medicinam reiecit:
nunc autem post sententiam, post finem, post o-
mniam, postquam clara uoce accusatus à sanguine
in terra iacentis, cōfiteretur, nihilque inde lucrifacit.
Vnde Propheta dicebat: Iustus seipsum accusa-
tor in principio sermonis. Et hic quoque si præue-
nisset domini reprehensionem, omnino misericor-
diam consequutus fuisset, propter immensam do-
mini benignitatem. Nullum enim peccatum, quan-
tumcumque graue sit, quod illius misericordiam uin-
cat, modo tempore debito poenitentiam agamus,
& ueniā petamus. Et dixit Cain: Maius est pec-
catum meum, quam ut dimittar ego. Sufficiens
confessio, sed intempestiua. Et dixit: Si eieceris
me hodie à facie terræ, & à facie tua abscondar, &
ero gemens & tremens super terram. Et erit, om-
nis qui inuenit me, occidet me. Vide quā mi-
serabilia uerba, tum quia intempestiua, tum quia
tempore elapso nullum fructum afferentia. Et di-
xit: Si eieceris me hodie à facie terræ, & à facie tua
abscondar, & ero gemens & tremens super ter-
rā. Et erit, omnis qui me inuenit, interficiet me.
Si in terra, inquit, maledictum me fecisti, & ipse
me auersaris, tantumque poenæ tradidisti me, ita ut
gemam & tremam: nihil prohibebit postea, quin
quisquis in me uel fortuito incidere, nudatum tua
gratia, interficiat. Facile inuadere me poterit, in-
quit, si quis interficere uolet. Neque enim ipse oblu-
escari potero, tam dissoluta imbelliū membra cit-
cumferens & undique tremiscens: in super & hoc,
quod sciunt omnes tua me gratia destitutum, si
quis uelit occidere, ut ad eadem meam profiliat,
armabit. Quid ergo misericors & bonus domi-
nus? Et dixit illi dominus deus: Non sic. Ne-
potes, inquit, hæc ita fieri. Neque enim licet, ut te
quisquis uolet, interficiat. Extendam enim uitam
tuam, maiorque & inde tibi dolor erit, & relinqua-
te posteritati magistrum, ut tui spectaculum illis
sit admonitio & castigatio, nullusque exemplum tu-
um sequatur. Et dixit dominus deus: Non sic:
Omnis qui occiderit Cain, septuplū punietur.
Fortassis multa sunt, quæ dixi, & prolixitate cor-
pori molestia attulimus. Sed quid faciam? Quia uti
deo uestro in audiēdo auditatem & ingens desi-
derium, reliqua etiā pertractabo, & pro uiribus
meis interpretabor. Quid est, septuplum punie-
tur? Iterum uereor ne dictorum memoriā his quæ
dicuntur adobruā, & uideatur nobis sufficere ser-
mo. Sed si non fatigamini, sustinete, & absoluto

hoc contextu, sermonē finiemus. Et dixit illi do-
minus deus: Non sic: Omnis qui occiderit Cain,
septuplum punietur. Et posuit dominus deus
signum in Cain, ne omnis qui inueniret illum oc-
cideret. Hoc timuisti, inquit, ne occiderere: Cō-
fide, hoc non erit. Nam quisquis hoc facere atten-
tauerit, septuplici poenæ se faciet obnoxium: & id-
circo hoc signum tibi impono, ut nullus ignorans
interfecto te, poenis illis se obnoxium faciat. Et
hanc ob causam signum hoc tibi impono. Sed de-
cet, ut manifestius uos doceā, quomodo qui Ca-
in occidit, septem poenarum reus sit. Vos precor
attendite. Nam si nunc, sicut & in superioribus die-
bus sæpe charitati uestre diximus, cum ieiunij tem-
pus est, & tanta tranquillitate fruimur, liberati à
cogitationibus quæ mentē nostrā perturbāt, non
summa diligentia addiscimus quæ in diuinis scri-
pturis continentur, quando ea alijs temporibus
discere poterimus? Ideo oro & precor, & suppli-
co, & quasi genua uestra contingo, intenta men-
te his quæ dicuntur auscultemus, ut fructu aliquo
nobili & præcipuo accepto, domū postea redea-
mus. Quid igitur est, septuplum punietur? Pri-
mum quidem septenarius numerus de multitudi-
ne dicitur in diuina scriptura: id quod sæpe in scri-
pturis occurrit, ut, quod sterilis peperit septem:
& similia. Coniectare autem hic licet peccati ma-
gnitudinem & quod non unum peccatum com-
miserit, sed septem, quorum quoduis per se magna
poena luendum. Igitur quomodo hæc numerabi-
mus? Primum, inuidet damnum allaturus. Secun-
dō, fratrem suum occidere destinat. Tertio, frau-
des consuit. Quarto, eadem opere implet. Quin-
to, fratrem occidit. Sexto, primus mortem opera-
tus est. Septimo, deo mentitus est. Obseruate di-
cta, si uultis ea iterum recensere, quod sciatis
quomodo unumquodque per se sufficiebat ut ma-
xima plecteretur poena. Quis enim uenia digna-
retur alteri inuidentem quod plus diuina gratia
potiatur? Ecce unum maximū & in expiabile pec-
catum. Deinde hoc maius redditur, quia frater e-
rat cui inuidebat, & nulla illum prorsus iniuria
affecerat. Ecce & hoc quoque non uulgare pecca-
tum est. Iam tertium, quod dolos nexuit, deceptor
& in campum tracto fratre, neque ipsam naturā re-
ueritus. Quartum peccatum ipsa erat cædes, quam
perpetrauit. Quintum, quod fratrem occidit, eo-
dem ex utero prognatum. Sextum, quod primus
cædis specimen introduxit. Postremum, quod ro-
gatus à deo omnium domino, Vbi est Abel frater
tuus? mentiri illi ausus est. Dicit igitur: Qui te oc-
cidere attētauerit, septē maximis poenis seipsum
reum faciet. Ne igitur hoc metuas. Ecce enim &
signū in te pono, ita ut nullus qui te inuenit, igno-
rans tua morte capiatur, & reum se faciat septem
horum peccatorum. Nam totius uitæ productio
posteritati utilis erit: et id quod solus nullo præsen-
te operatus es, hoc discēt omnes qui gementē &
tremētē uident, & tantū nō clamantē, & omni-
bus dicentē: Nullus talia audeat, qualia ego, ut ne
in eandem poenā incidat. Hæc audientes dilecti,

quæ dicta sunt, non inconsideranter prætercuramus, neq; hoc solum spectemus, ut huc quotidie conueniendo spiritali mensa fruamur. Nulla enim solius auditus utilitas fuerit, nisi adsint obedientia & opera. Sed cogitantes unde in hoc in-expiabile & graue peccatum Cain seipsum impulerit, ut innoxium ac fratrem aggredere dolo, & occideret: ne fugiamus aduersa & mala pati, sed potius caueamus ne alijs mala per nos inferantur. Ille enim est, qui uere male affligitur, qui proximo suo negotium facit. Et ut uerum hoc esse scias, uide hic obsecro, quis est qui mala patitur, occidens an occisus: manifestum quod occidens: & occisus usq; ad nostra tempora, in ore omnium decantatur & prædicatur & coronatur, ut ueritatis primus testis. Sicut dicit & beatus Paulus: Mortuus Abel adhuc loquitur. At qui occidit, & iam tunc uitam agebat miserabiliorem quam ullus homo, & postea ab omnibus male audit, ut abominabilis, & ut à deo maledictus à diuina scriptura traducitur, & hoc quidem in præsentia uita, quæ semel intercidet. Quæ autem in futuro seculo occurrere debeant, cum unicuique pro suo opere reddet iustus iudex, quis sermo dicere posset, quæ bona, uel quæ mala? Nullus, nullus plane, neq; iucunda, neq; tristia narrauerit. Enim uero Abelis quid est regnum cælorum: & æterna habitacula, & chori patriarcharum, prophetarum, & apostolorum, & omnium sanctorum congregatio illum suscipiet simul in immortalitate regnaturum, in Christo lesu domino nostro, unigenito dei filio & deo. Huius autem, Cain inquam, est gehenna ignis, aliæq; immortalia omnia tormenta ipsum excipient, ut puniant in infinita secula, & cum eo omnes qui similia egerunt, & maxime turpissimis insuper afflictionibus captos, quanto & maior poena à domino omnium pronuntiatur. Audi enim beatus Paulus dicentem: Quicumq; enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt: hoc est, leuiores ferent poenam, eo quod non habuerint legem quæ minaretur & corrigeret. Et quicumq; in lege peccauerunt, per legem quoq; iudicabuntur. Hi autem, inquit, qui eadem faciunt, quæ illi, & legis adminiculum habuere, grauioribus & intolerabilioribus sustinebunt cruciatus. Et merito: quia neq; lex, neq; quod alios modestiores & meliores reddidit, hos emendare potuit. Quocirca, obsecro, ut uel saltem nunc aliorum correptionibus nos ipsos emendemus, & uitam nostram corrigamus ad domini obedientiam illius obtemperantes legibus: & neq; litior, neq; inuidia, neq; corporalis amor, neq; huius uita gloria & potentia, neque uentris uoluptas, neq; alia quæuis absurda concupiscentia dominetur animæ nostræ: sed expurgati ab omni cœno uoluptateq; temporalis, & uale dicto omnibus foedissimis absurdissimisq; afflictionibus, ad beatam illam uitam, & ineffabilia illa bona, quæ deus se diligentibus promisit, introducatur: quæ omnibus nobis cœcedantur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri, simul & spiritui sancto, imperi-

Heb. 11.4

Rom. 2. b

um, honor nunc & semper; & in secula seculorum, Amen.

Et cognouit Cain uxorem suam, & ut concepit, peperit Enoch. Et erat ædificans ciuitatem.

Homilia xx



GE iterum hodie in manus sumentes quæ in contextu lecta sunt, inde uobis doctrinam apponamus, & solitum ex libris beati Mosis sermonem habeamus, imò ex sancti spiritus eloquijs, quæ per Prophetæ linguam diuina gratia nos docuit. Sed quò dilucidior sermo noster sit, operapretium fuerit, ut in memoriam uobis reuocemus, ubi doctrinam nuper absoluerimus, ut eadem hodie repetita, & de nunc lectis dicere incipiamus. Scitis enim, quòd argumētum de Cain & Abel narrauimus, ostendentes tam ex his quæ facta sunt, quam ex his de quibus obtulerunt domino, quomodo faciendorum cognitio animis nostris insita sit, & quòd omnium opifex nos liberi arbitrij fecerit, & ubiq; uel coronat, uel condemnat secundum quod nostra est intentio. Ob hoc enim sacrificium Cain repudiatum fuit, dona uero Abel accepta. Et quòd hinc inuidia orta Cainem in cædem fratris extimulauit, qui & post impiū facinus, uolente deo prouocare se ad confessionem peccatorum, neq; remedium sanitatis accepit, sed scelesto homicidio mendacium coniunxit, & grauem illam poenam sibi conciliauit, supernaq; gratia se nudauit, posteris in correctionis exemplum propositus.

Quia ob sententiam in se acceptam, omni hominum generi loquitur, tantum non clamans ac dicens: Ne tale quid ullus uestrum unquam audeat, ne quis in similes incidat poenas. Vidistis domini misericordiam, quomodo sua in illum poena non ipsum solum castigare, sed per ipsum simul posteros omnes modis omnibus fugiendum tam temerarium facinus docere uoluit? Age nunc sequentia attingamus, & uideamus quòd hodie nobis narret beatus ille propheta, spiritus sancti operatione nostris auribus insonans. Nam postquam à domino sententiam accepit: Egressus est, inquit, à facie dei. Quid est, exiit à facie dei? hoc est, nudatus est præsidio dei, propter abominabile & perniciosum facinus. Et habitauit in terra Naïd, è regione Edem.] Narrauit nobis diuina scriptura & locum, in quo postea habitauit. Et docet quomodo & hic non procul à paradiso uersatus sit, ut è regione illius existens continuo memor esset, tum eorum quæ patri suo ob præuaricationem contigerunt, tum magnitudinis eorum, quæ ipse perpetrauerat, propter quæ tanta sibi neq; patris correptione emendato, poena irrogata est. Et locus ille in quo habitauit, perpetua memoria fuit non illi soli, sed & seculis posterioribus, ob tremorem & motionem. Nomen enim Naïd, Hebraice dictio est, & uocatur motio. Itaq; crimen illius notum & à loco, quasi in columna area scriptum esset. Deinde inquit: Et cognouit Cain uxorem suam, & ut concepit, peperit filium, cui nomen Enoch.] Mortales in posterum sancti homines,

merito

merito de filiorum successione curam habebant. Sed forte dixerit aliquis: Quomodo, cum scriptura nusquam alterius mulieris meminerit, dicit quòd Cain habuerit uxorem? Ne mireris dilecte. Nusquam enim catalogum mulierum diligenter facit, sed scriptura superuacua non commemorans, neque omnes uiros commemorat: sed succinctius nobis narrat, dicens, quòd generauerint filios & filias, & mortui sint. Verisimile igitur etiam nunc Euam filiam peperisse post Cain. Nam quia initia erant, debebatq; augeri humanum genus, sorores ut acciperent, concedebatur. Et ideo consecrata hæc nobis cōiectanda relinquit scriptura, & hoc solum narrat, dicens: Et cognouit Cain uxorem suam, & ut concepit, peperit Enoch. Et erat ædificans ciuitatem in nomine filij sui Enoch.] Vide quomodo post hæc factis mortalibus studiū fuit, ut immortalē suam memoriā facerent, partim ex filijs quos generabant, partim ex locis, quibus filiorum nomina imponebant. Hæc omnia recte quis diceret peccatorum & ruinæ primæ monumenta, quæ è pristina gloria exciderunt, in qua cum essent, nihil horum agebant Adam & Eua, ut potè affectionibus superiores, & nihil obnoxij. Porro Enoch ipsi natus est, ut inquit, Gaidad, & Gaidad genuit Meleleel, & Meleleel genuit Mathusala, & Mathusala genuit Lamech.] Vide q; cur sim tranfit genealogias: & uirorum tantum mentione facta, beatus ille mulierum nusquam meminit. Sed quemadmodum de Cain dictum est, quòd Cain cognouit uxorem suam, cum nusquam nos docuerit, neq; dixerit unde habuerit uxorem: sic sanè & ibi iterum inquit: Et accepit sibi Lamech duas uxores, nomē uni Ada, & nomen secundæ Sella. Et peperit Ada inquit, Iobal: hic fuit pater habitantium in tabernaculis, atq; pastorum. Et nomen fratri illius Iubal: hic fuit is qui demonstrauit psalterium, & citharam.] Vide scripturæ diligentiam: docuit nos & nomina eorum, qui nati sunt ex uxore Lamech, & docuit quæ studia illorum fuerint, nepe quòd unus alendis pecoribus fuerit deditus, & alter excogitauerit psalterium & citharam. Sella autem, inquit, & ipsa peperit Thobel, & erat malleator, & faber aris & ferri.] Iterum & artem illius qui ex Sella natus erat non obticet, quia ferrariam exercebat. Vide quomodo quæ ad usum humani generis, quò melius subsistere queat, spectant, paulatim prouisa sint. Et primum Cain à filio suo ciuitatem ædificatam nominauit. Deinde eorum qui ex uxoribus Lamech nati, unus ascendens pecoribus occupabatur, alius ferrariam exercebat, alius enim psalterium & citharam demonstrauit. Soror autem, inquit, Thobel Noeman.] Quid hoc nouum sibi uult, quòd nunc primū nuncupatim mulieris memoriā indicat? Non simpliciter, neque temere: sed ut occultum quid nobis hic declaret, hoc fecit beatus Propheta, id quod in aliud tempus reponemus, nunc historiam sequamur: neq; enim fortuitum quiddam est, quòd subditur, & plurimo labore habet opus & diligentiore inquisitione, ita quòd si

possent omnia ad amussim à nobis perquiri, multum hinc utilitatis nobis accederet. Dixit, inquit, Lamech uxoribus suis Adæ & Sellæ: Audite uocem meam uxores Lamech, auribus percipite sermones meos: quia uirum occidi in uulnus mihi, et adolescentulum in cicatricem mihi. Quia septies ultio sumpta de Cain, de Lamech uero septuagies septies.] Obsecro mente intenta estote, & omnia quæ ad seculares curas pertinent, seponite: cum diligentia quæ dicuntur perferentemur, ut nihil eorum nos lateat, sed quantum possibile ad profundum ingressi, occultum thesaurum uenari possimus in paucis illis uerbis latentem. Dixit autem, inquit, Lamech uxoribus suis Adæ & Sellæ: Audite meam uocem uxores Lamech, & auribus percipite sermones meos. Considera obsecro statim in initio, quantum illi profuerit poena Cain irrogata. Non solum enim non expectat ut ab alio arguatur, quòd in idem & grauius peccatum lapsus sit: sed nullo uel accusante uel increpante ipse semetipsum manifestum facit, & confitetur quæ facta sint, mulieribusq; narrat delicti magnitudinem: quasi illud quòd à Propheta dictum est, implens: quasi illud horum accufator est in principio sermo. Plurimum enim ad emendanda peccata ualeat confessio: sicut grauius est peccatis ipsis, post peccata commissa, peccata inficias ire: id quod fratricida ille agebat, & rogatus à misericordia deo, non solum non confessus est, quòd ausus fuerat: sed & ut prolongaretur uita sua, fecit. Ceterum & hic in illa ipsa peccata incidit: sed animo expensdens, quòd negatio grauior ipsi pararet poenam, uocatis mulieribus suis, nullo reprehendente uel arguente, ipse sua lingua & confessionem peccatorum facit, & conferens quæ à se facta erant cum his quæ à Cain, poenam definit. Vidisti prouidentiam domini: quomodo poenæ illius occasio sunt misericordiam, & quòd misericordia sua non solum ad illum pertingit, qui poena plectitur: sed & multis alijs utile efficit inde remedium, modò uelint inde aliquem fructum capere. Vnde enim aliuunde, dic quæso, Lamech ad hanc confessionem adductus est, nisi eorum quæ illi contigerunt memoriam haberet, quæ illius continuo mentem concutiebant? Dixit, inquit: Audite uocem meam, & auribus percipite sermones meos. Vide quomodo contra seipsum iudicium cōsidere facit, & eas hoc modo hortatur ne dicta negligentem acciperent. Dicendo enim, Audite uocem meam, & auribus percipite sermones meos. Mentem uestram, inquit, intentam præbete, & diligenter auscultate quæ dicturus sum. Non enim de uulgaribus uobis loquar, sed occultas quasdam res uobis aperiam, & confitebor ea quæ nullus alius scit, sed solus ego, & oculus ille qui sopiri nescit, quem timens festino & anhelato, ut uobis manifesta faciam, quæ à me sunt acta, & quantis poenis ego meipsum nefarijs obnoxium fecerim operibus, Quia uirum occidi in uulnus mihi, & adolescentem in cicatricem mihi. Quoniam septies ultus est de Cain, de Lamech autem septuagies septies. Magnum quid dictum

Prouer. 18. c

dictum est, & ualde magnū. Multiplex piāq; uiri A prudentia: non solum enim factum confitebatur, & cedes in medium proferebat, quas patrauerat: sed & poenam sibi inferebat, cōparans peccatum suum peccato Cain. Qua enim uenia, inquit, fuerit dignus, qui alterius poena emēdator non fit: & perpetuo memor eius rei est, & admonetur, & insuper duplex homicidium patrauit? Quia uirum, inquit, occidi in uulnus mihi, & adolefcentem in cicatricem mihi. Non tantum, inquit, nocui illis, quos occidi, quantum mihi ipsi. In poenam enim quam effugere non possum, me ipsum confeci, peccata operatus tanta, quae ueniam non merentur. Nam si ille pro una caede septē poenis obnoxius factus est, ego dignus fuerim septuagies septies poenam luere. Cuius gratia, & quare? Nam licet caedem ille patrauit, idq; fratris, attamen nullo unquam antea conspecto, qui hoc fecerat, neq; alio uiso, qui poenā dederat eiusmodi facinoris, & tantam iram expertus fuerat: quae utraq; mihi poenas augent: quia & ante oculos habens quod ab illo perpetratum, & poenam uidēs sic immedicabilem esse, cautior factus non sum. Propterea licet septuagies septies magis q̄ ille puniret, attamen neq; sic dignam luerem poenā. Vidisti dilecte, quomodo nostram deus mentem fecit liberi arbitrij: Et sicut desides suppiāmur, ita & si respiscere uoluerimus, contuemur quod oportet. Quis enim, dic obsecro, talem ad cōfessionem adegit: nullus alius quam conscientia, & incorruptus ille iudex. Nam simul ac in peccatū declinauerat, & opere perfecerat malum conatum, statim infurrexit conscientia, inclamansq; & ostendens peccatorum magnitudinem, omnibus se ipsam poenis obnoxiam fecit. Ita enim se habet peccatum, ut priusquā fiat, & ad opus perueniat, obtenebret & decipiat mētem: postquam autem consummatur, manifestē suam nobis absurditatem proferat & ostendat. Vnde breuis illa & absurda uoluptas continuum menti dolorem infert, conscientiaq; fidutiā aufert confusione captā perfundēs. Misericors enim deus eiusmodi nobis accusatorem assistere uoluit, ut nunquam soli relinquamur: sed indefinenter nobis occlamet, & poenam exigat delictorum. Et hoc quis uiderit manifestē ex factis ipsis. Scortator enim uel adulter, uel qui aliud tale quidam admisit, etiam si omnium obliuisci queat, nunquam tamen sic in solitudine uersatur, quin habens acrem illum accusatorem suspiciones timeat, umbras tremiscat, & eos qui conscij sunt, & qui nō sunt: perpetuāq; in animo eius tempestas est, & reciprocantes ac contrarij fluctus. Insuper neq; somnus ei suauis, sed terrore & formidine plenus: neq; cibus uoluptatem praebet, neq; amicorum colloquia talem refocillare, uel liberare ab urgēte anxietate possunt: sed quasi carnificem circūferret se lancinantem, & flagellantem continuo, ita post turpe illud factum obābulat nullo conscio, sustinens intolerabiles poenas illas, & iudex suus ipsius factus & accusator. Iam qui haec fecit, si uoluerit, ut de-

cet, uti conscientia adiumento, & ad confessio- nem facinorū festinare, & medico offendere ulcus qui curet & non exprobrat, atq; ab illo remedia accipere, & soli ei loqui nullo alio conscio, & omnia dicere cum diligentia, facile peccata sua emendabit. Confessio enim peccatorum, abolitio etiam est delictorū. Vnde si Lamech ille suis mulieribus caedes à se commissas detegere & confiteri non refugit: quali erimus uenia digni, si ei qui omnia nostra accurat & nouit delicta, cōfiteri nō uolumus peccata: Nū quia ignorat, discere uult? Nequaquam quia ignorat confessionem à nobis requirit, qui omnia scit antequā fiant: sed uolens per confessionem nos quoq; peccatorum habere sensum, & gratitudinē erga se ostendere. Num opes aliquaē hīc sunt expēdendae? Num uia prolixa eunda est? Num dolorem & cruciatu affert haec medicina? Absq; sumptu & cruciatu est praesens pharmacum, in pristina ualitudinis firmitatem restituens. Sic & remedia uulnerum largitur dominus. Igitur qui uult statim ad sanitatē suam redire, animaq; curare ulcera, respiscens, medicum adeat, ab omnibus secularibus curis se abdicans, calidas lachrymas profundat, sedulitatem plurimam pra se ferat: fidem firmā afferat, & medici cōfidat arti. Vidisti medici gloriam, ad quam si omnium patrum amor conferatur, obscurabitur. Num graue aliquid & molestum à nobis requirit, cōtritionem uult cordis, compunctionem mentis, confessionem ruinae, sedulitatem continuam: & nō solum largitur uulnerum curam, & à peccatis mūdō reddit: sed & eum qui antea innumeris peccatorū sarcinis grauabatur, iustum efficit. O misericordiae magnitudinem. O bonitatis excellentiam. Qui peccauit, quando cōfitetur peccata, & ueniam petit, accipit posthac securitatem, repenteq; iustus apparet. Et quo clare hoc discas, audi Prophetam dicentē. Dic tu prior iniquitates tuas, ut iustificeris. Non simpliciter inquit, Dic tu iniquitates tuas: sed adiecit, prior: hoc est, ne expectes te arguentem, ne praestoleris actorem. Ipse praueini, & rape sermonis principium, ut accusatoris linguā obmutescere facias. Vidisti iudicis clementiam? In humanis quidem iudicijs si quis hoc faceret, & ante accusationem facinora confiteretur, quauis apud humanum iudicem, is sententiā capitalem omnino in suum caput accerseret: at misericordis dei, & animarū nostrarum medici tanta est tamq; ineffabilis bonitas & clementia, ut omnem etiā rationem transcendat. Nam si aduersarium nostrum praueuerimus, diabolum dico, qui in die illo ob facie nostram stabit: & iam in praesenti uita, antequam ad tribunal ueniat, facinora confessi fuerimus, dicendiq; principium rapuerimus, nostri ipsorum facti accusatores, in tantam misericordiā prouocabimus dominum, ut non solum nobis donet liberari à peccatis, sed & in iustorum catalogo numerari. Enim uero si Lamech ille, qui neq; legem habuit, unde hoc discere posset, neq; prophetas audiuit, nec ullam aliam admonitionē, ex iudicio quod

quod naturae datum, conscius eorum quae ausus A fuit, & in medium affert quae patrauit, & seipsum cōdemnauit: quomodo aliqua defensionem nos habere poterimus, uulnera non omni diligentia domino ostendentes, eorum iam medicinam inde suscepturi: id quod nisi nunc fecerimus, quando ieiunij tempus est, quando tanta mentiu tranquillitas, quando luxus ablatu ē medio, quando ad cogitanda facinora nostra ut ueniamus, uacabit? Idcirco semper uos obsecro, ut sobrij sitis & uigiles, & praesentem uitā omnem in hoc infumatis, ut sedulitate, perseuerantiaq; in bonis operibus, intolerabile illud iudiciū effugiamus, & ignē gehennae non ingrediamur. Maximē autē, maioriq; nunc studio id curandum, quādo propter ieiunij tempus continuis maioribusq; fruiimini admonitionibus. Cognouit autē, inquit, Adam Euam uxorem suam: & ut concepit, peperit filium, & appellauit nomen illius Seth, dicens: Excitauit mihi deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain. Postquam scriptura diuina genealogiam usq; ad Lamech deduxit, iterum ad Adam & uxorem illius reuertitur, & dicit, Cognouit autem Adam Euam uxorem suam: & ut cōcepit, peperit filiū, appellauitq; nomen illius Seth, dicens: Excitauit mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain. Peperit, inquit, filium, appellauitq; nomen illius Seth. Nec contenta quod imposuisset illi nomen, dicit: Excitauit mihi deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain. Vide hic quomodo & mater natum sibi filium nominando, memoriam scelesti huius operis continuam mentibus inserit: ut & posteri sciant quid Cain patrare ausus fuerit. Dicit, pro Abel quem occidit Cain. Dolentis animae uerba sunt, & cōfusa ob facinoris memoriam. Partim autē gratias agit Eua pro nato puero, partim appellando puerū, quasi infamat Cain qui uerē luctum non medicorem parentibus attulerat, armata aduersus fratrem dextra tam charū & amabilem, quem illis ostendit humi iacentem, mortuum, & sensu carentem. Nam licet sententiā acceperit Adam, Terra es, & in terram abibis: Et quocūq; die comederitis, morte moriemini: Sententiā tamen ē uerbis haecenus cognoscebant, & nondum sciebant qualis esset mortis species: sed hic primus ob odium in fratrem, & liuorem quod intus tabescebat, in fratricidiū ruit, graue parentibus spectaculum exhibens. Proinde mater, quae parum respirauit, & uix tandem aliquando tanti luctus consolationem inuenit, gratias agit domino ob natum puerū, & fratricidiae scelus infamat: hac maxima illum poena afficiens, ut factum illius perpetue commendaretur memoriae. Vidistis, quantum malū sit peccatū: & quō peccantib. ignominiam & opprobrium inurat? Vidistis quomodo propter hoc diuina gratia spoliatur & omnibus ridiculus factus sit? Vidistis quomodo & parentibus, natura ad amandos filios propensis, propter pessimum hoc facinus abominabilis fuerit? Igitur fugiamus obsecro peccatum quod tantis nos malis inuoluit, & uirtutem arripiamus, ut & dei

Chryf.

nobis gratiam conciliemus; & supplicium effugiamus. Et Setho, inquit, factus est filius. Appellauit autem nomen illius Enos: hic sperauit inuocando nomen domini dei. Vide hic, quomodo postea ferme docetur in appellationibus filiorum inferere suae gratitudinis indicium. Quia & hic dicit, q̄ Seth nati filij nomē appellauit Enos: & deinde scriptura uolēs nobis nominis appellationē interpretari inquit. Hic sperauit inuocādo nomen domini dei. Ex hoc enim posthac beatus Propheta et genealogiā memoraturus est, reiecta memoria Cain, & eorū qui usq; ad Lamech ab eo descenderunt. Nam quia primatū natura sibi datum, primogeniturae dignitatem in qua, suae uoluntatis malitia dehonēstatur, & ipse & qui ex eo nati, catalogo eiciuntur. Seth uero quod sibi natura negatum erat, id mentis dexteritate cōsequitur, nempe in se translaturū primogeniturae ius. Et quamuis nō natura, attamen ob uoluntatis intentionem ac iudiciū, etiam qui ex eo nati sunt, in genealogijs recensent. Et sicut hic Enos uocatus est, eo quod inuocauit nomen domini dei: sic & qui ex eo ducunt originem, eandem fortiumtur appellationē. Et propterea beatus Propheta narrationē hic sistens, aliud rursum principiu facit. Caeterum ne incepta lectione, aliquanto prolixiorem faciamus sermonem: hic etiam nos cum beato Propheta sermōni finē imponemus, sequentem interpretationē in alium sermōnē reponentes. Iam autē admonitā charitatem uestrā uellem, quō ampliorem quendam ex dictis nostris fructū percipiatis, ut quotidie uos examinetis, quid ex hoc sermone, & quid ex alio lucrifeceritis: & non solū auribus percipiatis nostra dicta, sed & menti uestrae bene cōmēdetis, & quotidiana meditatione memoriam uestram firmetis. Vellem enim uos non uobis tantū proficere, sed & aliorū fieri magistrōs, ita ut potentes sitis ad admonendum etiā alios: neq; hoc uerbis duntaxat agere, sed & operibus erudire uicinos ad uirtutis studium. Cogitate oro, quod si uos qui hic affuistis, quotidie portunculam tantū accepissetis ad emendandas affectionum perturbationes, tam ad summū aliquod fastigium peruenissetis. Nam non cessamus quotidianis sermonibus inculcare auribus, uestris, quae ad instituendam optimam uitam attinent, ut eradicentur mali isti affectus, iram dico, inuidiam, & liuorem: quibus sublati, facilius & infania illa in colligendis pecunijs emendationem admitteret: & cessante infania auaritia, minore negotio illucita foedaeq; cogitationes comprimerentur. Radix enim omnium malorum est auaritia. Quod si radicem funditus extirpauerimus, facilius ramos licebit amputare. Arx em malorū, & colophon, ut ita dicam, peccatorum, est rabies illa colligendarum diuitiarum: quam si domare uoluerimus, nihil uetat quin simul & hac infania liberemur, & cum hac euellamus, & eradicemus omnes perniciosos affectus. Iam ne existimetis magnum ali quid esse, opum contemptum. Quia cum mecum reputo, quod tam multi ob inanē & inutilem am-

tom. i. g. bitionem

bitionem multa auri talenta effundunt in nullam utilitatem: sed ut a forensibus & plerumque triobolibus homuncionibus aucupentur nominis celebritatem, quæ ad uesperam finem sumit: & sæpe non usque ad uesperam durat, sed & priusquam dies compleatur innumeris malis circumdatur. Alij autem gentium errore præoccupati, etiã ipsi ad humanam respicientes gloriam, quam maximi faciunt, abiectis simul omnibus, & pallio tantum atque baculo seruatis, omnem uitã sic exigunt, omnem laborem illum & miseriam ob uani nominis celebritatem amantes. Cum igitur hæc mecum reputo, nescio quam habituri simus uel excusatione, uel ueniã, siue ob mandatum à domino traditum, siue ob gloriam illam immortalem & sine carentem, uel minime rerum nostrarum portionem relinquere non sustinentes: quin & deteriores illis reddimur, neque quantum præcellant, cogitamus. Nam illi ob hominum, qui eiusdem naturæ sunt, inutilem gloriam, eò usque peruenerunt: nos autem propter dominum nostrum, qui suppeditat ea quæ possidemus, & ineffabilibus suis donis conciliat, sæpe neque parum quiddam in opibus erogare uolumus. Et qualibus oculis uidebimus iudicem, negligentes mandatum illius tam facile? Non enim adhortor, ut omnia uestra abijciatis. Fruere omni prosperitate, & cum satisfaceris tuo usui, quæ superuacua tibi & ociosa iacet, in necessarium usum conuerte; alijsque distribue fame laborantibus, & gelu rigescētibus: & per illorum manus in tuam patriam trans mitte, in qua prope diem tibi proficiscendum, ut tibi accipias. Illi enim plurimum tibi prodesse poterunt ad transuehendas illuc opes, ut quando abieris, omnia illic inuenias bene disposita, maiorique illic fruaris abundantia, uident ea à transuehentibus, imò à misericordia dei ita multiplicata. Nullum laborem habet id ne gotij, nullam curam, nullam sollicitudinem. Ad hæc transuehenda nullo tibi opus est iumento, non custode, neque ullo alio. Nullus enim latro, uel fur hac uia uadit ut nocere queat tibi quæ à te mittuntur illuc: sed ea quæ reposueris in egenorum manus, illa in securum promptuarium, nempe manum dei reposita erunt: quæ inuiolata, & custodita exhibebit, cum redieris in patriam. Quin illis redditis etiam prædicabit laudes tuas, & coronabit, & te in laitudine constituens, securum & felicem faciet. Effundamus ergo, precor, deposita in pauperum uentres, & seminemus dum tempus est, ut opportuno tempore metamus, & ne transmissa temporis comoditate, posthac frustra poeniteamus. Hac ceterum de causa misericors deus plura tibi largitus est, ut in tuum solius usum impendas quæ dedit, & reliqua in arcubus & promptuarijs recõdas: haudquam ea de causa, sed ut iuxta apostolicam admonitionem, abundantia tua aliorum inopiam suppleat. Et tu quidem forsitan etiã plus quam opus est his frueris, in delictijs, uestibus, alijsque luxu, seruis quoque & brutis argentum diuidens: pauper autem nihil horum à te petit, sed tantum ut famem mitiges, ut quotidianum illi cibum, ac necessarium usum tribuas, ut uiuat & non pereat: & hoc quidem fa-

cere sustines: neque cogitas quod plerumque subito raptus, omnia quæ collecta sunt, hic relinquis, interim ad hostes & inimicos transferenda: ipse autem peccatis omnibus, per quæ hæc collegisti, tecum receptis hinc migras. Et quid tunc dices in die illo terribili? Quomodo te accusabis, qui ita negligenter uitam tuam instituisti? Propterea mihi obtempera, & dum tempus habes, opes superuacuas distribue, ut illic tibi salutem thesaurizes: Quæ nobis cõtingat gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul & sancto spiritui sit gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Iste est liber generationis hominum die quo fecit dominus Adam, secundum imaginem dei fecit illos, & nominauit nomen illorum Adam, die quo fecit illos. Hom. XXI

Dicitur nequit, charissimè, quam multiplex thesaurus in uerbis comodum lectis reconditus sit. Et scio quidem, quod opinantur aliqui nihil amplius dici, quam illorum nominum enumerationem & appellationem: spectant enim tales ad solam superficiem. Ego autem omnes uos obsecro, ne simpliciter ea, quæ in scripturis sacris contenta sunt, transeat. Nihil enim hic scriptum est, quod non multas sensuum habeat diuitias. Quandoquidem diuino spiritu afflatus propheta loquutus sunt, ideo uti à spiritu scripta in gentem in se continent thesaurum. Et ne mireris quod in hac nominum enumeratione, multas latentesque diuitias sententiarum uobis me ostensurum polliceor. Neque enim uel syllaba, uel apiculus est in sacris literis, in cuius profundo non sit grandis quispiam thesaurus: proinde nobis opus est, diuina gratia ducamur, & spiritu sancto illustrati eloquia diuina adeamus. Neque opus habet diuina scriptura hominum sapientia ut intelligatur, sed reuelatione spiritus, ut hausto inde uero sensu, magnam nobis hinc lucrum accrescat. Nam si in scriptis, quæ de secularibus negotijs ab hominibus conficiuntur, sæpeque tempore corrumpuntur, uel unam proceram syllabam deesse, multum momenti habet: quanto magis hoc in scripturis diuinis à spiritu sancto compositis inuenitur, modo sobrijs simus, & non temere progrediamur: sed intenta mente diligenter omnia consideremus, & non negligentiores simus alijs, qui hoc studio in prophanis utuntur. Enimvero qui metalla effodiunt, non in superficie manent, sed cum ualde profundè descenderint, & auri ramenta habere potuerint, magno labore & sedulitate ea à terra separant, postque multum illum laborem, breuem aliquam laborum inueniunt cõsolationem. Verum tamen licet hi sciant quod sæpe utilitatem percipiant laboribus non respondentem, utpote minorem: & quod sæpe post tot uigilias, & labores, etiam expectatione sua frustrentur, neque sic desistunt, sed spe alunt, & sensu laboris carent. Quod si illi tantum præ se ferunt studium in corruptibilibus, incertis, & noxijs: multo magis addebet, ut nos, ubi diuitiæ auferrî nequeunt, & thesaurus absumi non

absumi non potest, & spe non aberrat, par uel maius studium adhibeamus: ut hinc aliquo fructu percepto, desiderata assequi possimus, agnitique ineffabili misericordia dei, gratias agentes domino nostro, eius nobis fauorem cõciliemus, & diaboli rebus non illaqueemur. Age ergo prolatis in medium quæ nunc lecta sunt diligenter singula perscrutemur: ut solita refocillati doctrina, domum iterum concedatis. Iste est liber generationis hominum, die quo fecit deus Adam, secundum imaginem dei fecit illum, masculum & foeminam fecit illos. Et nominauit nomen illorum Adã, die quo fecit illos. Attende obsecro propheta huius admirabilem sapientiam, imò sancti spiritus doctrinam. Ab illo enim, ut sæpe dictum est, afflatus, nobis hæc omnia loquitur. Et linguam quidem propheta commodauit, gratia autem spiritus sancti per illam omnia humanum genus manifeste docet: Vide ergo quomodo ad originem sermonem reducit, & superiora iterum reuertit. Quare, & propter quam causam? Quia uidit eos qui tunc erant, magnam præ se ferre ingratitudinem, nec meliores fieri ex his quæ primo parenti facta, sed in idem malitiæ profundum precipitari. Nam & filius ex illo natus statim concitante inuidia ad fratricidium ruit, & ideo grauissimam poenam tulit, sicut superioris charitatem uestram docuimus: & posteritas eius nihil ea castigatione profecit, sed peior facta est, sicut audistis heri, Lamech suum peccatum suis uulueribus enarrantem, poenamque aduersus se decernentem: Itaque quia paulatim uidit incrementum malitiam illorum, quali malum humorem per totum corpus defluentem, sistit malitiæ impetum, & generationes alias, quam quæ ex Cain usque in Lamech, ne memoria quidem dignas: sed quasi principium quoddam faciens, & luctum Adæ & Eux demulcere uolens, in quem illos iniecerat fratricida, armata contra Abel dextra: sic narrationem exorditur, & inquit: Iste est liber generationis hominum, die quo fecit deus Adam, secundum imaginem dei fecit illum, masculum & foeminam fecit illos. Considera, quomodo istud uerbis usus fuerit, quibus & in initio, ut doceret nos quod generationes illas quasi reprobas factas, neque memoria posthac dignetur: sed ex Seth, qui nunc illi natus est, genealogiam orditur: ut & ex hoc discas, quantam deus humani generis rationem habeat, & quomodo illos auerteret quibus sanguinaria mens est. Nam illorum memoriam, quali nunquam uixissent, ita silentio præterit: monstrando nobis quam graue malum sit peccatum, quod qui agunt, se primū & maximè pessundant. Ecce enim illi è catalogo expunguntur, & eatenus memoriam assecuti sunt, ut infametur ipsorum malitia, & posterioribus seculis emendationis sint occasio. At iniuste occisus, & fraternali manu interemptus, ex eodem tempore usque in hoc nostrum, omnium decantatur ore. Et neque tempus huius memoriam extinxit, neque illius crimen imminuit: sed & hic quotidie prædicatur, & iste continue infamatur. Vidistis quantum malitiæ adammum, & quantum uirtutis robur? Et quomodo

Chryf.

modo malitia etiam si infestet & dominetur, extinguitur tamen & aboletur: uirtus autem licet infestetur, & innumera grauius sustineat, ea occasione illustrior fit & clarior. Et liceret quidem hoc etiam alijs operibus, quæ similiter eueniunt, charitati uestræ ostendere. Sed ne ab instituto nostro digrediamur, age denuò quæ dicta sunt, repetamus. Iste est liber generationis hominum, die quo fecit deus Adam, secundum imaginem dei fecit illum, masculum & foeminam fecit illos. Et appellauit nomen illorum Adam, die quo fecit illos. Vide quod iterum narratione superiore cepta, diuina scriptura nobis commemorat, quantum honorem à conditore sortitus sit homo. Die quo, inquit, fecit Adam, secundum imaginem dei fecit illum: hoc est principem illum constituit omnium uisibilium. Hoc enim est, secundum imaginem, secundum rationem dominij & principatus. Nam sicut omnium deus principatum habet super omnia tam uisibilia que inuisibilia, omniumque conditor & opifex est: sic & cum forma uit rationale hoc animal, uoluit omnium uisibilium præfectura insigne esse. Proinde & animæ substantiam largitus est, uolens ipsum immortale esse & perpetuum: uerum ubi per desiderium lapsum est, & transgressum est mandatum sibi traditum, neque sic omnino ipsum auersatus est: sed pro sua misericordia immortalitatem quidem illi ademit, morti autem adiudicat, ferme ita reliquit, ut principio conditum est. De in cum ex illo natus in tantam prorupit insaniam, ut & primus mortis speciem inueheret, uiolentam illam mortem monstrando, & magnam ingratitudinem præ se ferret, cædi mendacium coniungendo, diuturna castigatione emendari illum uoluit, ut non solum ille lucrifaceret ex his quæ ipsi contingebant, sed & posteros doceret commissorum magnitudinem, & sceleris foeditatem. Cæterum quia magna ignauia & posteri illius paulatim grauius peccabant, uolens, ut ita dicam, solari Adammum, qui non solum ob suam transgressionem tantopere morebat, sed & ob facinus Cain luctum grauissimum habebat, eo quod uiderat mortem suis oculis, neque enim mortis speciem scierant, tamen illa esset sententia. Unde & duplex eorum ac triplex luctus est factus, quia & primum uidit mortem in uitam introductam, & uiolentam mortem, & à filio perpetrata, & in fratrem eodem patre, eademque matre natum, & qui in nullo nocuerat. Volens ergo misericors deus parem pro tristitia afferre cõsolationem, alium illi dat filium, Seth uidelicet. Quo ut ipsum satis solatus est, ab illo postea generationis initium ducit. Propterea & beatus propheta sic exorsus est, dicens: Iste est liber generationis hominum. Deinde ut promissit se narraturum natiuitatem hominum, uide qua consequentia utitur. Vixit Adam annis centum triginta, & genuit secundum speciem suam, & secundum imaginem suam. Et appellauit nomen illius Seth. Et fuerunt ipsius anni octingenti, & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Adã, anni noningentis triginta, & mortuus est. Nonne bene dicebatur in exordio sermonis, nihil esse simpliciter & absque utilitate in sacra

tom. 1 g 2 scriptura

scriptura positum: Ecce enim & nunc quanta diligentia usus est beatus ille Propheta: Genuit, inquit, Adam secundum speciem suam, & secundum imaginem suam, & appellauit nomen illius Seth. Cum de priore loqueretur filio, Cain dico, nihil tale significauit, nimirum iam inde subindicans illius in malum procliuatatem. Et merito: non enim seruat paternos characteres & mores, sed protinus ad malitiam confugit. Hic autem inquit, secundum speciem & secundum imaginem suam, hoc est eorundem morum, quibus fuit ille qui genuerat, & qui seruet paternos characteres, operibusque paternos mores exprimat, qui sarcire possit sua uirtute prioris peccatum. Neque enim de corporis lineamentis scriptura nobis differens, hoc dicit: Secundum speciem suam, & secundum imaginem suam: sed de statu animae, ut discamus quod hic non erit talis. Ideo & mater nomine imposto filio, cum gratiarum actione hoc nomen indidit: & neque naturam, neque partem ascribit natum puerum, sed dei uirtuti: illa enim naturam fecundauit ad partum & dicit: Cognominauit nomen illius Seth, dicens: Excitauit mihi deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain. Vide uerbi diligentiam Non dixit, Dedit mihi deus: sed, excitauit mihi. Vide quomodo obscure nobis hoc uerbo resurrectionis exordia hic ostendit. Nam dicebat, quasi diceret aliquis: Pro eo qui cecidit, excitauit mihi hunc. Ille, inquit, in terram dextra fratris percussus cecidit, & mortis periculum fecit: sed dei uirtus pro caeso hunc mihi suscitauit. Sed quia nondum tempus erat resurrectionis, non caesum suscitauit, sed alium pro illo. Suscitauit mihi, inquit, deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain. Vidisti gratitudinem mulieris: uidisti misericordiam domini, quomodo acceleratam illis consolationem excogitauit? hanc imitemur omnes, & totum supernae gratiae tribuamus. Nam licet natura operetur, non tamen sua uirtute, sed praeepto illius, qui ipsam fecit, obediens operatur. Et nunquam doleant mulieres quando non pariunt, sed gratitudinem mentis praeseferentes, ad naturae officem confugiant, & ab illo petant, qui naturae dominus est. Et neque cohabitantium congressui, neque alteri alicui filiorum imputet generationem, sed conditori omnium, qui ex nihilo naturam nostram produxit ut esset, & claudicantem corrigere potest: quandoquidem & ista ex affectionis occasione glorificandi deum assumpsit argumentum, & domino totum tribuit, dicens: Excitauit mihi deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain. Vides quod non solum non grauatum tulit, neque triste aliquid loquuta est: Non enim intermisisset diuina scriptura, siquidem tale quiddam ab illa dictum foret. Verum generose ferens quod fiebat, consolationem statim meretur, & maiorem gratitudinem praeseferat. Nam datur illi non solum filius alius, sed & uirtute praeditum fore antea ostenditur. Genuit enim, inquit, secundum speciem suam, & secundum imaginem suam. Et ut statim discas nati uirtutem, uide quia & ipse statim per appellationem sui nati ostendit suae mentis pietatem. Et Setho,

inquit, factus est filius, & appellauit nomen illius Enos: hic sperauit, inuocando nomen domini dei. Vidisti appellationem diademate clariorem, purpurea nobiliorem: Quid fuerit illo beatus, qui inuocatione dei ornatur, idque pro nomine possidet? Vides, id quod ab initio dicebam, & in paruis appellationibus magnas sententiarum diuitias reconditas esse? Non solum enim hic parentum monstratur pietas, sed & magna erga pueros diligentia. Et quomodo statim & a principio erudiebant pueros, qui ipsis nascebantur, admonentes appellationibus, quas illis imposuerant, ut uirtutem exercebant: Et non sicut nunc fortuito, & absque causa nomina fiunt. Dicunt enim, iuxta nomen aui uel ab aui nomine puer: at patris non ita, sed omnem operam adhibebant, ut talia natis imponerent nomina, quae non solum illos, qui nomina fortiebantur in uirtutes adducerent, sed & alios omnes etiam qui sequentibus seculis futuri sunt nullam non sapientiam docerent. Id quod sciemus, si sermo aliquanto amplius processerit. Igitur nos neque quatuor nomina pueris indamus, neque auorum & abauorum, & eorum qui genere clari fuerunt nomina tribuamus: sed sanctorum uirorum qui uirtutibus fulserunt, plurimamque erga deum habuerunt fiduciam. Imo neque horum nominibus fidant uel parentes, uel pueri quibus talia nomina contingunt. Nihil enim prodest alicui uocabulum uirtute uacuum: sed oportet in uirtute & recte factis spem salutis habere, & neque appellatione extolli, neque cognatione sanctorum uirorum, neque ulla alia re, sed fiducia priorum operum: imo neque in illis multum de se sentire, sed tunc magis humilem & modestum esse, cum magnas uirtutum diuitias congerere possumus: sic enim & ipsi collectas diuitias custodiamus, & gratiam dei nobis conciliabimus. Enim uero propter hoc & Christus discipulis suis dicebat: Cum omnia feceritis, dicit: Inuites serui sumus. Igitur in omnibus rebus fastus nostros humiliemus, & discamus modesti esse, & non extolli bonis operibus, sed scire maximam uirtutum esse, bene uiuendo modestum se gerere. Porro ad contextum sermonis redeamus, & uideamus eos qui postea nati sunt. Probabile enim, quod paulatim procedendo maiores inueniamus thesauros & diuitias. Et uixit Enos ille, Sethi filius, annos nonaginta centum, & genuit Cainan: & Cainan genuit Malaleel, & Malaleel genuit Jared, & Jared genuit Enoch. Et uixit Enoch annis centum sexagintaquinque, & genuit Mathusala. Placuit autem Enoch deo. Et uixit Enoch postquam genuit Mathusala annis ducentis, & genuit filios & filias. Et fuerunt dies Enoch anni trecenti sexagintaquinque. Et placuit Enoch deo, & non inuentus est, quia transtulit illum deus. Non bene dicebam, quod procedendo magnum thesaurum in illis nominibus inuenturi simus? Animaduerte enim obsecro hic dilecte, & iusti uirtutem, & dei bonitatem excellentem, & scripturae diligentiam. Et uixit Enoch annis centum sexagintaquinque, & genuit Mathusala. Et placuit Enoch deo, postquam genuit

Luc. 17.6

nuit Mathusala. Audiant mariti & uxores, & discant iusti uirtutem: nec putent nuptias in causa esse, quod minus quis deo placeat. Nam idcirco diuina scriptura semel atque iterum id significauit, dicens: Genuit Mathusala, & tunc placuit. Et idem ingeminat ac repetit, dicens: Et placuit, postquam genuit: ut ne quis arbitretur obstaculum uirtutis esse coniugium. Quia si sobrii sumus, neque educatio, neque coniugium, neque aliud quid nobis oberit, quo minus placeamus deo. Ecce enim & hic eiusdem naturae est, cuius & nos sumus: & neque lex tradita erat, neque scripturae docebant, neque aliud quidquam ad honestatis sapientiaeque studium impellebat. Domini sibi natum est, & ex uoluntate profectum quod deo placuit, ut usque hodie perduret, nondum mortis gustum expertus. Nam si nuptiae, dilecti, uel puerorum educatio, praepeditum forent in uirtutum itinere, nequaquam in hanc nostram uitam nuptias introduxisset uniuersorum dominus, ut ne temporalibus & maxime necessariis nos laederet. Sed quia non solum nihil nobis obstant ad philosophandum deo, si uoluerimus esse sobrii, sed magnam afferunt consolationem, dum comprimunt insanum naturae impetum, nec turbant quasi mare sinu, sed efficiunt ut nauis feliciter in portum appellat, ideo consolationem hanc humano generi tribuit. Quod quam uerum sit ostendit iustus ille: quia postquam, inquit, genuit Mathusala, placuit deo Enoch. Neque paruo tempore in uirtutum meditatione perseuerauit, sed uixit (inquit) annis ducentis. Et quia post transgressionem Adae inuentus est homo, qui ad uirtutum culmen ascendere, & primi parentis peccatum reuocaret ob suam quam apud deum habebat gratiam: uide boni dei excellentem misericordiam. Nam quia inuenit aliquem qui potuit peccatum Adae reuocare: monstrando re ipsa, quia non uolens mortem humano generi inuehere, propter mandati transgressionem, eum qui mandatum acceperat condemnauerit, nunc uiuentem illum transfert. Et placuit, inquit, Enoch deo, & non inuentus est, eo quod transtulit illum deus. Vides sapientiam domini? Non immortalitatem largitus est, ut peccandi metum eneruaret, sed morti in humanum sensum reliquit. Propter hoc rursum obscure, ut ita dicam, & latenter reuocare uult sententiam, quam contra Adam protulit, sed manifestum hoc non facit, ut timor illius emendationi seruiat. Et idcirco Enoch, cum sibi multum placeret, transtulit. Iam si quis curiosius rogare uelit & dicere: & quod ipsum transtulit? & num usque ad praesens uixerit: discat, non conuenire humanis mentibus curiosius ea quae a deo fiunt explorare, sed credere his quae dicuntur. Nam quando deus aliquid pronuntiat, dictis ipsius contradicendum non est: sed fide digniora habenda sunt quae a deo pronuntiantur, etiam si non compareant, quam quae oculis nostris uidentur. Enim uero scriptura dixit, quod transtulit illum & quod uiuentem transtulit, nec morte expertus sit, sed ob suum quae apud deum habebat fauorem superior factus sit diuina sententia, contra humanum genus prolata. Quod

Chryl.

autem illum transtulerit, & quomodo nunc agat: hoc non adiecit. Vidisti bonitatem domini, quomodo inuentum uirum, qui uirtutem exercuit, non fraudauit dignitate, quam Protoplasto ante mandati transgressionem largitus erat: docens nos quod & illum, nisi daemone deceptione pluris fecisset quam traditum mandatum, eodem uel maiori honore dignatus fuisset. Et uixit Mathusala annos centum & octoginta septem, & genuit Lamech: & uixit Lamech annos centum & octoginta, & genuit filium, & appellauit nomen illius Noe, dicens: Hic debet nobis quietem praestare a laboribus nostris, & a molestiis manuum nostrarum, & a terra quam maledixit dominus deus. Vide iterum per nominationem nati ex Lamech sacramentorum magnitudinem, & uaticinium excellentiam, & boni dei ineffabilem misericordiam. Quoniam enim praescientia sua prauidet futura, ut uidit malitiam hominum indies magis atque magis increfcere, praedicat per appellationem pueri mala, quae totum humanum genus deprehensura essent, ut uel timore castigati, abarcerent a uitijs, & amplecterentur uirtutem. Et uide longanimitatem domini, facientis ante tantum tempus uaticinium praecedere, ut & suam ostenderet misericordiam, & omni priuaret defensione eos qui poene futuri erant obnoxij. Sed forte quis dixerit: Unde Lamech hoc habuit, ut tantum uaticinium praediceret: non enim meminit scriptura, quod multa uirtute claruerit. Ne mireris dilecte, Dominus enim nos ter sapiens & omnipotens, & per indignos saepe concedit praedici magnas mirabilesque res: id quod non in ueteri solū, sed & in nouo uidere quis poterit. Audi enim Euangelista de Caipha Iudaeorum pontifice dicentem: Hoc autem a semetipso non dixit, sed cum esset pontifex anni illius, praedixit quod moriturus esset Iesus, non solum pro populo, sed ut gentes dispersas congregaret in unum. Inuenies item & a Balaam tale quid factum: uocatus enim ut male diceret populum, non solum non maledixit, sed & praedixit multas mirasque res, tam de aduentu saluatoris nostri, quam de populo. Non igitur mireris, si etiam nunc Lamech ita puerum appellauit, sed deo totum tribue, qui per omnipotentem suam sapientiam omnia dispensat. Et uocauit nomen illius Noe. Apud nos hoc nomen, si quis interpretetur, quietem dicit. Quietem autem uocat generalem illam interitum post multos annos futuram. Sicut & Iob dicit: Mors uiro quies. Quoniam enim ualde magnus labor est malitiae, abolitionem eius & profligationem per diluuium, quietem uocat. Et uocauit nomen illius Noe. Deinde appellatione nois interpretat, & dicit: Hic utique quietem nobis praestabit ob operibus nostris: a malitia, inquit, desistere faciet, & a molestiis manuum nostrarum: & iterum hoc ipsum, ab operibus, inquit, malis: non quod manus male habuerint, sed quia per illarum opera & malas actiones, molestiae & tristitiae auctae sint. Et a terra, quam maledixit dominus deus. Liberabit nos, inquit, ab omnibus malis prementibus. Et terram maledictam dicit, quae cum labore exercet & colitur,

1041.11.2

tom. 1 g 3 propter

propter Protoplasti transgressionē. Hic obsecro animaduertite dilecti, quō puellus iste paulatim crescens, omnibus ipsū uidentibus discēdi occasio fuit. Mox enim ut quis nomen pueri sciscitatus est, ex interpretatione uocabuli didicit euenturum generalem interitū. Nam si quis diuino spiritu afflatus simpliciter hoc futurū dixisset, & statim fuisset obliuioni traditū, & grauitas pœnæ nō fuisset tota cognita. Nūc autē quia hic ante omnī uersatur oculos, opportune importune diuinam commemorat indignationem. Porro ut certō sciamus, quanto tempore uixit filius, suo nomine oēs admonens, ut desistat à peccato, & uirtutem amplectantur, quō iram hanc effugere ualeat, dicit:

Cap. VI

Et erat Noe annorū quingentorum, & genuit tres filios. Vide iterum alium iustū cum uxore & filijs, qui bona operando placuit deo, & displicentem omnibus uirtutis uiam elegit; & neq; nuptijs, neq; filiorū educatiōe prohibitus est. Porro stupenda est ineffabilis misericordia dei, & prodigiosa hominum, qui tūc erant, ingratitude. Ecce enim quingentis annis uixerat iustus ille, clamās & testificans suo nomine futurum per uniuersum orbem diluuium, ob nimias hominū malitias, & neq; sic à malitia abstinere uoluerunt. At misericors deus neq; post tantum uaticinium, neq; post tot annorū numerum pœnam inducit: sed denuō sitā aucturus longanimitatē, & alios non paucos annos suæ tolerantiaē adiungit. Neq; em̄ ideo pro duxit humanū genus ut puniret, sed planē ē diuerso, ut donaret nobis innumera bona quibus frueremur. Et propterea ipsum ubiq; uidēs cessantē, & moras neccentem in pœnis intelligēdis. Veruntamen ne dictorū multitudinem memoriā uestram obruamus, hic sermone missio facto, cetera usq; in crastinū reponamus. Hoc autē charitatem uestrā rogauerimus, ne simpliciter & inconsideranter hac audiat: sed erudite uos ipsos, & uirtutum curam agite, & pro magno habueritis deo bene placere. Et neq; domus gubernationem, neq; uxoris curam aut filiorū, neq; aliud quidquam pratexamus: quod putemus satis esse ad excusandam nostram negligentem, desidēq; uitā. Neq; frigida illa uerba proferamus & dicamus: Mundanus sum, & uxorem habeo, & liberorum curam gero: qui multis mos est ut ita dicant, si quando eos hortamur ut uirtutū labores aggrediantur, uel studiū adhibeant in sacris literis legendis. Non est hoc meum, dicit. Nunquid renunciaui seculo? Nunquid monachus sum? Quid dicit homo? An hoc ad solos monachos pertinet, ut deo placeant? Omnes homines uult saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire, nullumq; uirtutē negligere. Audi enim eum per Prophetā dicentem: Nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat. Nunquid, dicoro, iusto huic uxoris consuetudo, uel puerorum cura fuit obstaculo? Obsecro igitur ne nosmetipsos fallamus, sed quanto magis huiusmodi curis implicamur, tanto magis remedia electione diuinarū scripturarū sumamus. Nōne & illi eiusdem, cuius nos sumus, fuerunt naturæ

1. Tim. 2. b

Ezec. 18. g

neq; has habuerunt comoditates, quæ ad cultum uirtutis eos iuarent. Qua ergo erimus uenia digni, qui tali fruimur doctrina, & tantam gratiam assequuti sumus, & supernè subsidium habemus, & ineffabilem illorum bonorum promissionem accepimus, si non ad mensuram uirtutū peruenimus, quibus patres pollebāt? Nam si uoluerimus sobriū esse, sufficiunt uel ea quæ hodie dicta sunt ad uirtutis amorem nos excitare, ne ullum puteamus ad illius uiam esse impedimentum. Nam si prisci illi ante legem per doctrinā naturæ suæ insitam, ad tantam pertigerunt uirtutem; quid nos poterimus dicere, qui post tantum adminiculum, & post Christi aduentum, & innumera eius miracula, adhuc tam procul à uirtute sumus? Proinde obsecro, ne ea quæ in sacris scripturis cōtinentur leui opera percurramus, sed cum attentione legamus, ut ex illis percepta utilitate, uel tandem aliquando uirtutē, qua deus placetur, aggredi ualeamus. Nam si spiritualis hæc doctrina etiam per nos quotidie uestris auribus ingerenda sit, uosq; in eadem maneatis ignauia, quæ uestra erit utilitas ex continua doctrina? Aut nobis quæ consolatio erit, cernentibus nos in tantum laborare frustra, & nihil proficere tanto studio? Dic mihi: Nōne ex duabus substantijs cōstituti sumus, ex anima dico & corpore? Quare non parem utriq; curam dispensamus, sed corpus quidem omnibus modis curatur, & accerunt medici, & nos quoq; diligentes sumus. Vestitu pretioso tegimur, & cibum supra quā sat est, sumimus, & in continuā prosperitate esse uolumus: & si forte quid obturbet, omnem mouemus machinam, ut ea molestia tollatur. Et hoc de corpore dico, quod secundum substantiam minus est: aut quid maius, animāne an corpus? Nam si uis uidere quantum inter sit, considera quā nullius momenti sit corpus, si anima discesserit. Igitur qui tantam habet corporis curam, cuius gratia & propter quid tantum animæ contemptum admittit, & neq; congruum illi cibum impartitur (admonitionem dico ex sacris scripturis) neq; uulneribus & ulceribus quæ illius robur debilitant, & fidutiam subneruant, idonea remedia imponit: sed fert ut neglecta & fame absumat, & ulceribus putrescat, & obiecta quasi canibus (liceat sic dicere) à malis & illicitis cogitationibus dilaceretur, omnisq; firmitas eius dissoluatur. Quare non sicut uisibilis corporis gerimus curam, ita & animæ, incorporeæ & inuisibilis? præsertim cum cura eius leuis sit & facilis, & nihil infumat, neq; labore: cū tamen in corpore curando, & sanandis morbis corporū, necesse sit magnā pecuniā impendere, nūc in medicos, nūc in alia necessaria, putam uestes et alimēta: nequid interim dicam de his quæ præter necessariū usum luxu absumuntur. Anima autem nullo horū indiget, si modo uolueris, sicut quotidie corpori cibum suppeditas, ita & animam non despiciere, ut ne fame pereat: sed dare ipsi congruum cibum, admonitionē uidelicet ex lectione scripturarū, & spiritualis adhortationis. Nō enim in pane, dicit, solum

Matth. 4

solum uiuet homo, sed in omni uerbo quod egreditur per os dei. Quod si quidem feceris, & sicut corpori uaria præbes indumenta, & rationem habes temporū, similiter neq; animam despexeris, ut ne nuda bonis operibus obambulet, sed decenibus illam uestibus indueris, statim eam reparabis, & ad naturalem sanitatem reduces. Et quæ sunt animæ indumenta? eleemosyna & largitas in pauperes: hoc enim præcipuum animæ uestimentum est, hoc nitidissimum illius indumentū. Si autē cupis non solū uestimenta parare, sed illam ornare etiam, sicut corpus solet, appone adiutorium quod ex precibus est, & peccatorum confessionem & continuis lachrymis faciem tuam lauare ne cesses. Nam sicut faciem corporis tui quotidie abluis, ne quid usquam sordidum offendat: sic & animæ cura habenda, ut quotidie lachrymis eā calidis abluas. Hac enim aqua maculæ eius deponuntur, fitq; facies admodum luculenta. Et quia mulieres pleræq; ob mollitiem apostolicum mandatum cōtemnentes, quod iubet ne torris crinibus, uel auro, uel margaritis, uel ueste sumptuosa se ornent, magno hoc luxu faciunt: neq; mulieres tantum, sed & uiri quicunque mollicie mulierculis similes fiunt, annulos digitis gestant, & magnis grauibusq; gemmis se ornāt, quarum pudere oportebat: Et illæ ergo & hi si meis parenter sermonibus, aureola hæc & uiris & mulieribus damnosa à corpore in ornatum animæ transferrent, & istis illam potius adornarēt. Nam sicut corpori circumposita etiā si formosum sit, ipsum deforme reddunt: ita si animæ circumponerentur, etiam deformi summam pulchritudinem affererēt. Et quomodo, dicitis, possunt animæ circumponi aurea? iterum dico, per manus pauperū. Illi enim accipientes, formosam illam faciūt. Illis trade, & aurum in illorum uentrem dispensato, tantamq; tibi uicissim dabunt pulchritudinem, ut uerus ille sponsus te sibi accipiat, multaq; dona propter hoc concedat. Quod si pulchritudine sponsum dominum allegeris, suppeditabuntur tibi bona omnia, & ineffabili possessione abundabis. Ut igitur amabiles simus domino iam non ad ornatum corporis spectemus, sed animæ formositatem quotidie magna diligentia curemus, ut & gratiam misericordis dei nobis conciliemus, & ineffabilia bona consequamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cū quo patri, simul & spiritui sancto gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Et erat Noe annorum quingentorum, & genuit tres filios, Sem, Cham & Iaphet. Et factum est quando homines cœperunt multiplicari super terrā, & filia natae sunt illis. Homilia XXI

Reliquias hesternæ mensæ hodie uobis apponere uolo. Sed ne ægrè feras dilecte, quod reliquias dico. In sensibilibus quidem alimentis ita se habet, ut post unum & alterum diem marcida fiāt edulia, & ad

uescendum inutilia. In spirituali uero mensa nihil tale uereri oportet. Ipsa enim quāto plus temporis præterit, tanto maiorem gratiam habet, & recentior atq; uegetior est. Age igitur promissionem, quam heri polliciti sumus, impleamus, & debitum doctrinæ cum gratitudine aliqua dinumeremus. Non enim hoc utile est accipientibus dum taxat, ut in alijs debitis, sed & mihi dinumeranti. Et quid dico, mihi dinumeranti? Talis est spiritualis debiti natura, quod quanto magis soluitur, tanto magis augetur, & substantiam magis multiplicat, & ineffabiles diuitias affert tam danti, quā accipienti. Vidisti nouam debiti naturam, & raram solutionis speciem? In hunc enim modum se habent spiritualia, ut distributione magis crescant, & cum multi sunt participes uberior sit abundantia: & qui dinumerauit, non sentiat se aliquid dinumerasse: quandoquidem eius opes crescunt, & qui receperunt, etiam ipsi abundantiores fiunt. Quia igitur talis est spiritualium istorum natura: magna alacritate etiam nos ad solutionem festinemus, & uos ad suscipiendum aures accommodetis, ut omnes cum sumpseritis latis animi sinibus, quæ à nobis dicuntur, tandem domum proficiscamini. Iterum autem argumentum de iusto Noe in medium afferre uolo, ut iusti magnam uirtutem, & ineffabilem dei misericordiam & longanimitatem, quæ omnem animi captum transcendit, discatis. Didicistis heri, quomodo à natiuitate sua iustus ille accepto à patre nomine, obambulabat, omnibus ætatis suæ uates calamitatum, quasi clamans & dicens per nomen suum: Desistite à malo, exercete uirtutem, timete præparatam pœnam. Vniuersale diluuium in toto orbe erit. Magna & excellēs dei indignatio est, quia & magna in malitiam procliuat. Et hoc nō duo bus uel tribus tantum annis faciebat, sed quingentos annos uixit hæc admonens. Vidistis longanimitatem domini? uidistis bonitatis excellentiam? uidistis ineffabilem patientiam? uidistis malitiæ incrementa? uidistis ingritudinis magnitudinem? Hucusq; enim, ut scitis, heri sermo noster processit, operæpretium est, ut hodie discamus quomodo misericors deus pro sua bonitate, neq; quingentis annis ad tolerantiam contentus fuit, sed addidit alios ad superiores eis qui tanta peccauerant. Et erat Noe, inquit, quingentorum annorum. Ad utilitatem nostram diuina scriptura numerum annorum iusti assignauit, ut discamus, quanto tempore uixerit admonens illos, & quomodo illi quidem malitiæ uia seclati, in ea consumpti sunt. Iustus autē secus quā alij ambulans, tam magna uirtute polluit, ut & sibi dei gratiam conciliaret: & cum omnes alij pœnis obnoxij fierent, ipse solus cum his qui sibi attinebant, effugeret. Hic discimus quod si sobrii fuerimus & non desides, nō solum nihil nobis nocet inter medios malos uersari & misceri: sed & multo nos facit uirtutum studiosiores. Nam ideo misericors Deus sic dispensauit ut simul essent boni & mali, quod malorum subneruaretur malitia, bonorumq; uirtus

tus clarius elucesceret, & desides a studiosis pluri-
 ma comoda lucrifacerent, modo uelint. Cogita
 hic obsecro, quare uirtutis fuerit ille iustus, quo-
 modo in tanta multitudine, quae multo impetu in
 malum ruebat, solus ipse diuersa ambulauit uia,
 uirtutem malitiae preferens. Neque enim aliorum
 consensus, & tanta frequentia reddebat eum segni-
 orem ad uirtutis iter: sed iam prius implebat quod
 beatus Moses olim dicturus erat: Ne sis cum mul-
 tis in malitia. Et quod magis admirabile, multos
 habebat, imo omnes, qui ad malum & ad praua
 opera inhortabatur, & nullus erat qui ad bonum
 induceret. Tam domestica illi erat strenuitas, ut
 uiam diuersam a uulgaris, quam omnis multitudo
 inambulabat, iret: & neque timeret, neque suspicari-
 tur aliquid tale, quale uerisimile est ignauis acci-
 dere: qui si quando uiderint multos simul conspi-
 rare, hoc uelamen, & hanc occasionem suae igna-
 uiae praetextunt, ac dicunt: Quid ego noui & sin-
 gulare post illos omnes facturum essem, aduerfa-
 rius tantae multitudinis, & cum tanto populo bel-
 lum suscepturus? Nunquid illis omnibus ego admi-
 rabilior essem? Quae utilitas foret tantarum inimici-
 tarum? Quod comodo dum tanti odij? Nihil talium co-
 gitabat, neque in animum sumebat. Sed & hoc, quod
 postea a propheta dicitur, prius ipse implebat: Me-
 lior est unus faciens uoluntate domini, quam in-
 numeri praeruaricatores. Nam societas, inquit, mul-
 titudinis ad malum ruentis, & simul rapientis, a cru-
 ciatu me eripiet: Sciebat enim sciebat liquidum quod
 pro sua quisque salute rationem redditurus sit neque
 unquam fiat ut alio peccante alius poenas det, uel
 praemium auferat. Et idcirco iustus quasi scintilla,
 quae in medio mari est, non solum non extin-
 ctus est: sed quotidie fulgidiori luce prodibat, om-
 nes suis operibus docens. Vidisti quomodo sui
 iuris naturam nostram dominus formauit? Vnde
 enim, dic oro, illi ad malitiam properabant, & se-
 ipsos poenis faciebant obnoxios: iste autem uirtu-
 tem eligebat, & fugiens eorum societatem, poenam
 non gustauit. Nonne manifestum, sua quemque uo-
 luntate uel malitiam uel uirtutem eligere? Nam,
 nisi ita esset, & naturae nostrae potestas insita esset,
 neque illos puniri, neque istos praemia uirtutum acci-
 pere oportebat. Verum quia in nostra uoluntate
 totum post gratiam dei relictum est, ideo & pec-
 cantibus supplicia proposita sunt, & bene operan-
 tibus mercedes & praemia. Et erat, inquit, Noe an-
 norum quingentorum, & genuit tres filios: Sem,
 Cham, & Iaphet. Considera diuinae scripturae di-
 ligentiam. Postquam numerum annorum iusti no-
 bis narrauit indicans excellentem domini longani-
 mitatem, iterum tolerantiam eius amplissimam,
 & malitiam hominum uehementissimam decla-
 rare uult. Sed audiamus, quae a Mose dicta sunt:
 spiritu enim loquens, omnia nos diligenter docet.
 Et factum est, inquit, quando coeperunt homi-
 nes multiplicari super terram, & filiae natae sunt
 illis: Non absque ratione addidit, Et filiae natae sunt
 illis: sed ut multitudinem sic insinuet. Nam ubi tanta ra-
 dicum est multitudo, necesse est etiam multos ramos

Ecd. 1. 6. c.

anasci. Ut uiderunt, inquit, filij dei filias homi-
 num, quod pulchrae essent, sumperunt sibi uxores
 ex omnibus quas elegerant. Singulas dictiones
 diligenter consideremus, ne quid in fundo latens
 nos praetereat. Operaepretium enim est bene scrutari
 hoc loco, ut subuertamus fabulas omnia inconfi-
 derate loquentium. Et primum dicenda ea quae dicere
 audent, & monstrata eorum quae ab illis dicuntur ab-
 surditate, germanus quoque scripturae sensus uestrae
 charitati aperien- dus est, ut ne simpliciter & facile
 aures accomodetis tam blasphema dicentibus, &
 aduersum capita sua blaterare audentibus. Affe-
 runt enim, quod non de hominibus hoc dictum sit,
 sed de angelis. Hos enim filios dei appellari. Primum
 ostendant, ubi angeli filij dei appellati sint: sed non
 poterunt usquam monstrare. Homines quidem filij
 dei dicti sunt, angeli autem nunquam. Atqui de angelis
 dicit: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros
 suos flammam ignis: de hominibus autem, Ego dixi di-
 j estis. Et iterum: Filios genui, & exaltaui. Et iterum:
 Primogenitus meus filius Israel. Angelus autem
 nusquam uocatus est filius, aut filius dei. Caeterum
 quid dicitur? Profecto angeli quidem sunt, sed quia
 ad iniquum hoc opus descenderunt, dignitate sua ex-
 ciderunt. En iterum fabulosius aliud. Quid igitur?
 Nunc exciderunt, & haec ruinae illorum causa: Verum
 scriptura nos aliter docet, quod antequam formaretur
 Protoplastus, a sua dignitate exciderunt, & diabo-
 lus, & qui cum eo maiorem dignitatem ambiebant. Si-
 cut & sapiens quidam inquit: Inuidia autem diaboli
 mors intravit in mundum. Dicoro mihi, si non ante
 factum hominem excidit, quod in tanta dignitate
 manens inuidit homini? Quomodo rationi con-
 sonum est angelum incorporeum, & in tali dignitate
 constitutum, homini inuidere corpore circumamictio?
 Sed inuidit, quia a superna gloria in extremam
 ignominiam deiectus est, licet esset incorporeus: ui-
 dens autem formatum hominem, et in corpore tantum
 honorem conditoris beneuolentia sortitum, inui-
 dia exarsit, & deceptione, ad quam serpentis opera
 usus est, hominem mortis supplicio obnoxium fe-
 cit. Talis enim malitia non potest non grauiter fer-
 re aliorum felicitatem. Manifestum quod & dia-
 bolus, & omnis eius cohors olim a gloria illa ex-
 ciderunt, & ignominiosi facti sunt. Alioquin etiam
 quanta dementia plenum fuerit, dicere angelos de-
 iectos ut cum mulieribus rem habeant, & incor-
 poream illa natura copuletur corporibus? An non
 audis dominum dicentem de angelorum substantia:
 In resurrectione neque matrimonium contrahunt,
 neque elocantur, sed sunt sicut angeli dei: Neque enim
 possibile est incorpoream naturam talem unquam
 concupiscentiam habere. Ad haec etiam cogitare oportet,
 quod hoc omnibus modis absurdissimum fuerit
 probare. Nam si sancti & qui spiritum sanctum asse-
 cuti sunt, neque uisionem angelorum uidere potue-
 runt: etenim uir desideriorum ferme animam expi-
 rasset conspecta angelorum praesentia, non tamen sub-
 stantia: quo pacto enim uideri posset incorpora-
 lis substantia? sed transformatione solum quadam
 uisa tantus ac talis uir penes absque spiritu iacebat:
 quis

Psal. 103. 4
Psal. 81. 6
Esd. 1. 4
Exod. 4.

Sap. 2. d

Mat. 11.
Luc. 20.

quis quantumuis infans comprobaret talia uer-
 ba dementiae plena, quod incorporea, & spirita-
 lis natura corporis complexum ferret? Sed ne plu-
 ribus terere tempus uideamur, age quia sufficien-
 tibus argumentis charitati uestrae declarauimus,
 quam sit hoc impossibile: doceamus nunc quae rei
 sit ueritas, iterum tamen lectis, quae in diuina scri-
 ptura sunt dicta. Et factum est, inquit, quando coe-
 perunt homines multiplicari super terram, & filiae
 natae sunt illis: ut uiderunt filij dei filias hominum
 quod pulchrae essent, sumperunt sibi metipsis ux-
 ores de omnibus quas elegerant. Prius docuimus
 uos, morem esse scripturae, ut homines filios dei
 uocet. Et quia isti a Setho originem trahebant, qui
 filio suo nomen Enos indidit, dicit enim: Iste spera-
 uit inuocando nomen domini dei: ab illo postea nati,
 uocati sunt filij dei in diuina scriptura, eo quod iam
 inde ab exordio uirtutem parentum suorum imitati
 sunt. Filios autem Cain, qui ex eo nati, & qui ante
 Seth geniti fuerunt, eorumque posteritatem, filios
 hominum uocat. Factum est, inquit, cum coeperunt
 homines multiplicari super terram, & filiae natae sunt
 illis, ut uiderunt filij dei, qui a Seth & ab Enos pro-
 geniti, filias hominum illas quae ab alijs natae sunt, de
 quibus dixit quod filiae natae sint illis, quae pulchrae
 essent. Vide quomodo per uerbum hoc, omnem
 nobis eorum intemperantiam insinuat. Non enim
 ob desiderium procreandorum filiorum conuenie-
 bant, sed ob uoluptatem & intemperantiam. Ut ui-
 derunt, inquit, filias hominum, quod pulchrae es-
 sent. Concupiscentia illos in hanc induxit perni-
 ciam: pulchritudo aspectus, & scortationis, & in-
 temperantiae eis occasio fuit. Et neque hoc conten-
 ta, addidit: Sumperunt sibi ipsas uxores de omni-
 bus quas elegerant: quod etiam magnam illorum
 intemperantiam insinuat, quod a pulchritudine
 uicti sunt, & frenum imponere inordinatae concu-
 piscitiae suae non uoluerunt: sed spectando capti
 submersique sunt, & ob impiam hoc opus indignos
 se fecere, quorum supernus deus curam ageret. Et
 ut dicamus quod non lege nuptiarum, neque pro-
 creandorum filiorum gratia hoc fecerunt: pro-
 pter hoc dicit: Ut uiderunt quod pulchrae essent,
 sumperunt sibi metipsis uxores de omnibus quas
 elegerant. Quid igitur? Reprehendete aliquis aspe-
 ctum oculorum? Non: neque enim oculus ruinae
 causa fuit, sed uoluntatis negligentia, & irrefrena-
 ta concupiscentia. Nam oculus propterea factus
 est, ut dum uidet creaturas dei, ipsarum conditor
 glorificetur. Itaque oculi opus est uidere: male au-
 tem uidere, a mente est, quae intrinsecus guber-
 nat. Nam membra nostra, utpote utilia, ad facien-
 da bona condita sunt a domino, & gubernari pos-
 sunt ab incorporea substantia, de aia dico. Postquam
 autem haec negligens esse, & habenas laxare coe-
 perit, quemadmodum auriga, nesciens indomito-
 rum equorum ferociam concipere, permisisis frenis,
 & equos curram trahentes, & seipsum in praec-
 ceptis ire facit: sic plane & uoluntas nostra, quan-
 doquidem nescit membris, ut oportet, uti, indul-
 gens inordinatis concupiscentijs, seipsam submer-

gi facit. Propterea dominus noster Christus, scies
 fragilem nostram naturam, & uoluntatis negligenti-
 am, legem posuit quae obsepiret & prohiberet cur-
 riosam considerationem: ut nascens in nobis in-
 cendium, cum adhuc a longe est, extinguat: & in-
 quit: Qui aspicit mulierem, ut concupiscat illam, *Matth. 22. c.*
 iam adulterium commisit cum illa in corde suo. Pro-
 pter hoc, inquit, interdico uobis illicitum uisum,
 ut ab opere illicito uos liberem. Ne putetis, inquit,
 quod congressus solum peccatum faciat. Animus
 est qui condemnatur. Igitur & hi uisae pulchritudi-
 nis spectaculo capti sunt. Uiderunt enim, inquit,
 quod pulchrae essent, & sumperunt sibi uxores ex
 omnibus quas elegerant. Sed uideamus & post il-
 licitam illorum operationem, & intemperantem
 animum, domini dei bonitatem. Dixit, inquit, dominus
 deus: Ne uicij permanet spiritus meus in homini-
 bus his in seculum, eo quod ipsi carnes sint. Erunt
 autem dies ipsorum centum uiginti anni. Hic in
 breuibus uerbis abyssus misericordiae uideri po-
 test. Spiritum enim hic uocat uim suam, qua curam
 nostri agit, illorum interitum praenuntians. Et ut
 scias quod de hoc sit sermo, uide quid subdat. Eo
 quod ipsi, inquit, carnes sint: hoc est, eo quod car-
 nalibus operibus seipsum totos dedunt, & animae
 substantia abutuntur, & quasi sola carne circum-
 dati anima carerent, sic uitam suam absumunt. Per-
 petuus enim scripturae mos est, carnem uocari car-
 nales: sicut & uirtute praestantes, carnis expertes
 nominat: quemadmodum Paulus dicit, Vos autem *Rom. 8. c.*
 non estis in carne: non quod non carne circumdati,
 sed quia carne circumdati, superiores erant carnali-
 bus affectionibus & sensibus. Nam sicut dicebat
 Vos autem non estis in carne, eo quod carnalia des-
 piciebant: ita & de illis dicitur, quod sint carnes,
 eo quod carnalibus rebus continuo erant occupa-
 ti. Et quia ipsi sunt carnes, non iam concedam eis
 peccatis suis coinquinari. Vidisti indignationis ma-
 gnitudinem? uidisti minarum excellentiam? con-
 sidera etiam quod indignationi & interminationi
 misericordiam admiscuit. Talis enim est dominus
 noster, minatur saepe, non ut opere compleat mi-
 nas, sed ut correctis nobis minas non ad opus per-
 ducat. Alioqui si punire uellet, cur praediceret?
 Sed quia non uult, ideo semper moras necit, &
 differt, & praedicit, occasione reus praestans, ut su-
 giendo malitiam & apprehendendo uirtutem poenas
 non experiantur. Itaque postquam interminatus est
 illos se excidio generali traditurum: hoc enim est, Non
 permanet spiritus meus in hominibus istis, eo quod
 ipsi sunt carnes: pro, Non sinam illos posthac ui-
 uere: non contentus quingentorum annorum lon-
 ganimitate, qua per omnem uitam Noe, audito il-
 lius nomine docebant: nunc iterum differens indi-
 gnationem, aliud illis tempus praescribit, & dicit:
 Interminatus sum, & dixi, & manifestaui meam
 indignationem, quam ob multitudinem peccato-
 rum quae patraatis, uobis inferri iustum est. Sed quia
 etiam eos qui incurabiliter peccauerunt, saluari
 uolo, nullumque perire: idcirco uobis indulgeo &
 tempus centum uiginti annorum: ut si uolueritis,
 & peccata

& peccata ablueritis, respiciendoq; & ad meliora uos conuertendo uirtuti studueritis, & poenas & pericula effugiatis. Erunt em, inquit, dies eorum anni centum uiginti. Gigantes aut, inquit, erant super terram in diebus illis. Et posteaquam ingressi sunt filij dei ad filias hominum, illaq; genuerunt, illi erant gigantes qui a seculo uiri nobiles. Gigantes hic a scriptura dici opinor robustos corpore: ex illis, inquit, generatio illorum aucta est: id quod & alio loco uidere licet dictum. Gigantes, inquit, ueniunt, ut furorem meum placent. Hunc aut centum uiginti annorum numerum, aliqui putant terminum uitae esse. Non hoc aut significat, sed nunc longanimitatem ostendere uult, qua & post haec peccata erga ipsos utitur. Igitur ut discamus, quod illi post indignationem & minas, & tantum temporis longanimitatem, quam ipsis in poenitentiam dederat, non solum nihil profecerunt, sed in istis moribus perseverauerunt: propterea dicit, postquam ingressi sunt filij dei ad filias hominum, illaq; genuerunt, isti erant gigantes qui a seculo uiri nobiles. Vidisti ingratiudinis excellentiam: uidisti stupidas & doloris sensu carentes animas: Neque poenae timor, neque longanimitatis tempus arcuit illos a malis operibus: sed semel in praecipit deiectioni, & mentis oculo excacati, a mala concupiscentia quasi ab ebrietate quadam demersi, recipere se ultra noluerunt: quemadmodum & sapiens quidam dicit: Impius cum in profundum ceciderit malorum, contemnit. Graue enim, graue est dilecti, capi laqueis diaboli. Anima enim postea quasi in retibus comprehensa, & quasi sus in luti uolutabro oblectat: & in mala consuetudine obruta non sentit quidem peccatorum foetorem. Ideo opus est ut sobrii & uigiles simus, ne ab initio diabolo ingressum concedamus: ut ne dum obtenebrata fuerit nostra ratio, & excacata mentis perspicacia, soliat quasi priuatos solari hoc lumine, in radiis solis iustitiae conuerti non ualentis, in praecipit ferris: id quod & illis tunc accidit. Audi enim iterum bonitatis dei tolerantiam. Ut uidit aut, inquit, dominus deus quod multiplicatae sunt malitiae hominum super terram. Quid sibi uult hoc dictum, ut uidit aut? Num ignorauit dominus? absit, sed pro nostra infirmitate omnia narrat diuina scriptura, ut nos doceat, quod & post tantam dei longanimitatem in istis manserunt malis, si non & in peiora se coniecerunt. Ut uidit aut (inquit) dominus deus quod multiplicatae sunt malitiae hominum super terram. Ex hoc enim malo opere, quasi e fonte quodam multa etiam alia suboriebantur peccata: & ideo dicit malitiae hominum. Nam ubi scortatio & lasciuia & tanta intemperantia, uerisimile est ibi & ebrietatem & magnam iniustitiam & auaritiam & innumera alia nasci mala. Ut uidit aut, inquit, dominus deus quod multiplicatae sunt malitiae hominum super terram, & quod unusquisque cogitat in corde suo diligenter ad mala omnibus diebus. Vide quomodo singula quae dicuntur, peccatorum ostendunt magnitudinem. Quia enim in genere dixit, quod multiplicatae sunt malitiae hominum super terram: sub-

Proh. 18. d

didit. Et unusquisque. Magna huius uerbi emphasis & uis est. Non, inquit, adolescens solum, sed & senex eadem agit que adolescens: neque uir solus, sed & mulier: neque seruus solum, sed & liber: non diues solum, sed & pauper. Et uerbum, cogitat, multum habet momenti. Non enim ex subreptione hoc illis accidit, sed in corde cogitant, & haec per singulas horas uolunt, in haec studium suum collocant. Neque semel & iterum fortuito supplantati a peccato, a malitia sibi temperant, sed diligenter eam exercent, & mala perpetrant: hoc est, magno studio, nihil obiter, nihil negligenter ab eis fit, neque breui tempore, sed omnibus diebus. omnem suam uitam in hoc impendunt. Vidisti malitiae immanitatem: uidisti quod dedita opera rem fecerint, diligenter omnia mala operantes: & omnis aetas ad agendum malum sua sponte accesserit: Unusquisque inquit, neque aetas interpestita, & alioquin inexperta, malorum expers erat: sed statim & ab incunabulis omnes malis hoc certamen certabant, contententes ut malis operibus alter alterum superaret. Hic, oro, animo expende miram huius iusti Noe sapientiam, qui in tanta malorum conspiratione malitiam effugere ualuit, & nihil inde damni sensit: sed quasi ex alia natura constitutus, sic forti animo praeditus, & non aliunde adiutus, uirtutis operationi deditus, & malam eorum conspirationem effugit, & a communi omnium perditione est exemptus.

Et animo retractauit, inquit, dominus deus, quod fecit hominem de terra. Vide iterum uerbum retractauit, & nostrae paruitati idoneum. Animo retractauit, inquit, pro poenitentia, non quod poenituerit deus, absit: sed iuxta humanam consuetudinem loquitur nobis deus, quod enormia illorum peccata misericordem deum indignari fecerunt. Et animo retractauit, inquit, dominus deus quod fecit hominem super terram. Non enim propter hoc ipsum produxit, inquit, ut tanta ruina lapsus, sibi ipsi perditionis fieret autor. Nam hac de causa primum tanto honore eum insigniuit, & tantam eius curam me habere declarauit, ut uirtuti uacans, alienus a perditione fieret. Quia autem misericordia mea abusus est, fatius post haec fuerit, malos eius conatus impedire. Et cogitauit, dixitque dominus deus, inquit, Delebo hominem quem feci a facie terrae, ab homine usque ad pecus, a reptilibus usque ad uolatilia caeli: quia animo retractauit quod feci eum. Quae mei officij erant, inquit, omnia exhibui. Ex nihilo, ut esset illud pro duxi: naturae illius scientiam faciendorum & non faciendorum indidi, liberum arbitrium donauit: ineffabili longanimitate usus sum, & post longum illud tempus, & post indignationem & minas, quas dixi, aliud praefiniui tempus, uolens, ut sua peccata illo sentiente, indignatio mea reuocaretur. Et quia etiam sic nihil proficio, cogit necessitas ut minas opere compleam, & omnibus modis deleri illos faciam, & sicut malum quoddam fermentum aboleam totum illorum genus, ut ne posterioribus seculis peccandi autores & doctores fiant. Et dixit dominus deus: Delebo hominem quem feci, ab homine usque ad pecus. Iam forte dixerit

dixerit aliquis: Quare cum homo in malum declinauit, etiam bruta eandem poenam sustinent? Num propter suum ipsorum usum producta sunt bruta? propter hominem facta sunt. Hic igitur cum e medio tollitur, quis illorum usus est? idcirco & istam poenam communem ferunt, ut interim poenae grauitatem discatis. Et sicut ab initio, cum peccasset Protoplastus, terra maledictionem accepit: sic & nunc cum abolendus esset homo, bruta quoque cladis socia fiunt. Sicut etiam cum homo est in gratia dei, etiam creatura humanae felicitatis in partem uenit: quemadmodum beatus Paulus inquit: Et creatura haec liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem filiorum gloriae dei. Sic & nunc homine ob multitudinem peccatorum puniendo, & uniuersali perditioni tradendo, & iumenta & reptilia & uolatilia caeli simul percussio fluuio, quod totum orbem inuasurum erat. Et sicut in domo, quando dominus in indignationem herilem incidit, uerisimile est cooperarios ei condoleant: ita & hic, quasi in domo hominibus pereuntibus, omnia quae in ea, & quae sub illorum sunt dominio, necesse est eandem poenam incidant. Et animo retractauit, inquit, quod feci illos. Verbo hoc quantum se nostrae humilitati attemperat? Num uolebam, inquit, tanta illos poena plecti? ipsi me peccatorum immanitate ad tantam indignationem compulerunt. Caterum ne putemus omnimodam abolitionem humani generis fieri, stirpisque naturam nostram eradicari: sed discamus quantum malum sit peccatum, & quantum bonum uirtus: & quod melior sit unus facies uoluntate domini, quam decem milia prauaricatorum, dicit: Noe autem inuenit gratiam coram domino deo. Tametsi multitudo omnis, inquit, in tantam malitiam prolapsa sit, iustus tamen hic scintilla uirtutis seruauit, dum his omnibus omni tempore loquitur, & adhortatur ut a malitia desistant, simulque se interim ab illorum clade liberat: & sicut illi malis operibus misericordem deum ad indignationem prouocauerunt, sic ipse uirtute pollens gratiam inuenit coram domino deo. Non est enim personarum acceptor deus. Verum si in tanta multitudine inueniat hominem quae sibi placita sunt facientem, non despiciat: sed sua illum dignatur cura, & tanto maiorem illius rationem habet, quanto cum tot tantisque sint, qui ad malum eum trahunt, ipse constantius uirtutis uiam sectatur. Id scientes, ad id unum spectemus, quod ipsi placet, & efficit ut suam gratiam nobis conciliemus. Neque hominum amicitiam, neque consuetudini ita seruiamus, ut uirtutis faciamus iacturam, sed dei longanimitate, prout decet, utamur: & dum adhuc tempus habemus, omnem deponentes ignauitiam, uirtutem amemus, peccatumque odio habeamus. Nisi enim & ad istam amorem & desiderio quodam nos contraherimus, & ignauitiam ualde oderimus: neque huius damnium effugere, neque illam amplexari poterimus. Quod enim cupidus opus habeat uirtus & amore sui feruentibus, Prophetam audi dicentem: Iudicia domini uera, iustificata in semetipso: desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum mul-

om. 8. d

tum. Non quod non magis desiderabilia, sed quia apud nos non inueniuntur alia, quae his materijs sint pretiosiora: propterea subdit, Dulciora super mel & fauum. Et hic quoque, quia non inuenit quod natura melle dulcius esset, hac similitudine usus est. Igitur sicut hi qui in opibus colligendis infaniunt desiderio & concupiscentia quadam, in hoc incumbunt magno studio & conatu, & nunquam explentur. Auaritia enim insatiabilis ebrietas, Et sicut ebrius, quanto plus uini ingurgitant, tanto magis ad sitim inflammantur: sic & isti quoque infaniam hanc indomitam nunquam sistere possunt, sed quanto magis suas opes augeri uident, tanto & concupiscentia magis flagrant. Neque antea a pessimo appetitu hoc abstant, donec in ipsum malitiae profundum descenderint. Quod si illi perniciosam hanc concupiscentiam malorum omnium causam tanta contentione alunt: quanto iustius nos mandata domini, quae super aurum sunt & argentum, semper in mente nostra uersare, nihilque pretiosius uirtute ipsa existimare? sed excindere ex animo nostro affectiones illas pestiferas omnes, & scire quod temporalis illa uoluptas perpetuum parere solet dolorem, & sine carentia tormentum. Ne decipiamus nos ipsos, neque putemus hic finem habiturae sint res nostrae: id quod sentiunt plerique, licet uerbis non loquantur: quia credere se dicunt resurrectionem, & futuram retributionem. Sed ego non attendo uerba, sed ea quae quotidie fiunt. Nam si resurrectionem expectas & retributionem, quare ita praesentis uitae gloriae deditus es? Quare, dic mihi, quotidie crucias te, pecunias plures arena colligens, & agros & domos, & balnea emens, atque haec saepe per rapinam & auaritiam comparando, & illud Prophetam dictum implendo: Vae qui coniungunt domum ad domum, & agrum agro copulant, ut uicino auferant aliquid. An non haec quotidie uideri possunt? Et ille quidem dicit: Huius domus obscuram & tenebrosam meam fecit, & infinitos praetextus excogitat, ut eam rapiat. Alius autem rapitum a paupere agrum, suo coniunxit. Hoc autem multo maius & magis admirabile minusque uenia dignum, quod unus uno eodemque loco habitas & sedens, saepe aliud transire, neque si uellet, ualens, uel ob uarias occupationes, uel corporis ualitudine alligatus: ubique tamen & in omnibus ciuitatibus, ut ita dicam, monumenta suae auaritiae possidet: e, & immortales suae malitiae columnas statuere uult. Et peccata quidem ex quibus omnia haec collecta sunt, suo imponit capiti, ferensque grauem ac ingentem stabilem molem, non sentit. Alius autem usum, qui ex his haberi potest, concedit, non solum post emigrationem ex hac uita, sed etiam antequam hinc egrediat: quod etiam si non inuitus eis nudetur, a familiaribus dissipantur, & ut ita dicam, dilacerantur omnia haec: neque ipse uel millesima eorum parte fruatur. Et quid dico, fruatur? quomodo, cum illi non sit nisi unus uenter, sufficeret ad tot opum multitudinem absumenda? At malorum omnium causa est uana gloria, & quae uult nomen suum inscribi agris, balneis

Esai. 5. d

balneis & ædibus. Quæ tibi hinc utilitas homo, cum non multo post ubi febricula quapiam corripieris, anima subito euolās nudum & uacuum te faciet: Imò uirtute quidem nudatum, uestitum autē iniustitia, rapinis, auaritia, gemitibus, lachrymis, eiularibus orphanorū, insidijs, dolis: quomō poteris grandes prementesq; illas sarcinas peccatorum ferens, per angustam illam portā intrare, quæ capere nequit molem tantæ magnitudinis: necessariū itaq; foris manere, & oneribus illis grauatū frustra poenitere, cum iam ante oculos parata uidebis tormenta, & ignem illum terribilem ac nunquam extinguendum, uermemq; inconsumptibilem. Cæterum si quam nostræ salutis habemus rationem, dum adhuc tempus habemus, delistamus à peccatis, sectemur uirtutem, uanam gloriam despiciamus. Nam idcirco uana dicitur, quia euanida est, & nihil habet stabile neq; firmū: sed solum est oculorum deceptio, & priusquā appareat auolat. An non & uidemus sæpe quod is quem hodie præcedunt lictores, & stipant satellites, cras in carcerem dicitur, & cum malefactoribus uersatur: Quid hac uana & inani gloria fallacius? Quod si in hac uita præsentī uicissitudinē hanc euadit, omnino mors ueniēs felicitatē præcabat. Et quæ hodie in foro magna pompa comitabatur, & qui in carcerem conijciebat, & super thronum relidebat, & inflabat, & homines alios quasi umbras despiciebat, is subito postea iacebit mortuus absq; spiritu, foetulentus, petitus innumeris conuictijs, & ab his quos pridem iniuria affecit, & quos nulla affecit iniuria: condolentibus tamen his, qui ab isto iniuria afflictū fuerūt. Quid hoc miserabilius fuerit: Item collecta omnia sæpenumero inimici & hostes inter se partium & distribuunt: peccata autē per quæ hæc coaceruata sunt, secum aufert, de quibus diligens & accurata ratio exigetur. Ideo obsecro, ut fugientes uanā hanc gloriā, uerā desideremus, & quæ omnibus duret seculis: & neq; opum amor nos supplantet, neq; concupiscentiæ flamma exurat, neq; liuor & inuidia corrumpant, neq; furor & ira nos incendat: sed has omnes malas & perniciosas affectiones rore spiritus extinguentes, despiciamus præsentia, desideremus futura. In memoria habeamus futurū diē, magnaq; diligentia uitā instituiamus. Neq; enim hac de causa in hanc uitā nati sumus, ut solum comedamus & bibamus. Non uita est propter cibū & potū, sed propter uitā cibis & potibus. Ne ergo inuertamus ordinē, neq; sic uentri & uentris uoluptatibus seruiamus, quasi eam ob causam facti simus: sed reputantes damnū quod inde nascitur, castigemus motus carnis: ne simus segnes, ne permittamus illis ut aduersus animam insurgant. Nam si Paulus ille talis & tantus, qui quasi alatus per totum orbem transcurrerat, & corporalibus necessitatibus superior factus, & arcanorum illorum uerborum auditor quæ usq; in hūc diem alius. *1. Cor. 9. d* us audiuit nullus, scribēs dicebat: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte alijs prædicans ipse reprobis inueniar. Si igitur ille, cui tan-

ta contigit gratia, post tanta & talia opera, opus habebat ut castigaret, & in seruitutem redigeret, & subiiceret potestati & dominio animæ corporis lasciuia: castigat eū quis quod insurgit, & in seruitutē redigit quod freno reijcit: quid dicemus nos, qui omnibus uirtutibus destituti, omnibus peccatis onerati sumus: præterea magnam ignauitā præ nobis ferimus? Num inducias habet hoc bellum? Num tempus aggrediendi dilatum? Omnes uos uigilare & sobrios esse oportet, & nunquam in securitate esse: quia non est præfinitum tempus, quando nos aggressurus est hostis. Igitur semper nobis cura sit, semper solliciti simus de salute nostra, ut sic nunquam capiamur: & hostiles effugientes insidias, misericordiam à deo assequamur gratia & miserationibus domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul & sancto spiritui sit gloria, imperium, honor nunc & semper in secula seculorum, Amen.

Noe autem inuenit gratiā coram domino deo. Iste autem sunt generationes Noe. Noe homo iustus, perfectus in generatione sua: deo placuit Noe. *Homilia XXIII*

MDIS TIS in his quæ dicta sunt, quantā diuinæ misericordiæ magnitudo, & excellens longanimitas: Vidistis hominum, qui tunc erant, portentosam malitiam: didicistis quāta fuerit in media tanta multitudine iusti uirtus, & quæ nihil ei nocuerit uel illorū in malum cōspiratio, uel quod solus in medio isto rum relictus longē diuersa incesserit uia: & quasi gubernator aliquis, mentis clauū magna uigilantia arripiens, nauim suam ab irruentibus malitiæ procellis submergi non est passus: sed factus tempestate potētor, licet in alto iactatus, quasi in portu sederet uirtutis gubernaculū dirigebat, & à diluuiō totū orbem deuastaturo se eripiebat. Tanta res est uirtus, tā immortalis, tā inuicta, tam nihil cedens huius uitæ inæqualitatibus: sed super malitiæ retia uolitans, quasi è sublimi specula quadā, sic omnia humana despiciēs, nihil quod alijs molestum est sentit. Et sicut is qui super excelsum petram stat, fluctus ridet, quos uidet ad petram magno impetu rumpere, & protinus in spumā soluit: ita uirtuti uacans uir in securo constitutus loco, nihil insuare fert à rebus turbulētis, sed tranquillitate animi & quiete se oblectat, intelligitq; res huius uitæ nihil differre ab annium fluentis, tam rapido cursu transeuntibus. Nam sicut uidentur marini fluctus nunc quidem in altū extollī, mox autē deprimi: ita uidemus eos qui uirtutem contemnunt, & malitiam operantē, nunc quidem sublimē sapere & superciliosa surrigere, & huius uitæ curis intētos esse, subito uero ad extremā uenire inopiam & abiectiōem. Quos beatus Dauid non *psal. 41* tans, dicebat: Ne timueris cum diues factus fuerit homo, uel cum multiplicatur gloria domus eius: quia cum mortuus fuerit, non sumet omnia hæc. Et bene dixit, Ne timueris, Ne te cōturber, dicere uult, diuitis abundantiā & celebris gloria. Videbis enim non multo post, humi iacentem, & operari ualentem

ualentem nihil, mortuū, cadaver uermibus in ci- *A* bos obiectum, nudumq; his omnibus factum. Omnino enim nihil horū auferre potest, sed hic relinquit omnia. Ne igitur anxius sis, cū uideris presentia: neq; beatū dicas eum, qui post breue tempus ab his omnibus destituetur. Eiusmodi enim est præfens felicitas, & diuitiarum natura, ut non commigrent ubi hinc fuerit ab eundem. Diuites enim his omnibus relictis, nudi hinc migrāt, tantum malitiā uestiti, & peccatorum oneribus inde collectis. At longe secus habet uirtus, quæ potentior est insidiatorib. & planē inuictos facit suos, continuamq; præbet uoluptatē, & ne sentire qui dem finit rerum istarum inæqualitatē: sed & hinc emigrantibus comitem se addit, & tunc potissimum, cum eius subsidio egemus. Ad hæc in die illo terribili magnum nobis præstat auxiliū, placans iudicem: & sicut hic ab ingruentibus infortunijs, ita & in futuro se colentes à tormentis illis eripit. Neq; hoc solum agit, sed & ineffabilia nobis bona, quibus fruamur, conciliat. Et ut scias hæc ita sese habere, neq; nos sine fructu ad oblectandum uos his uerbis uti, tentabo nunc ex his quæ proposita sunt charitati uestræ id ostendere. Vide enim quomodo beatus ille, Noe dico, uniuerso hominum genere aduersus semetipsum misericordiam domini ad iracundiam prouocante: ille, inquam, solus sua uirtute potuit, & indignationis periculum effugere, & magnā dei gratiam sibi cōciliare. Aut si placet, loquamur de his quæ in præsentī uita eueniunt. Sunt enim fortassis aliqui parum futuris & inuisibilibus credentes. Videamus itaq; ex his quæ hic fiunt, qualia contingunt his qui in malitiā ambulant, & qualia accipit qui uirtutem sectatur. Postquam bonus deus ob malitiæ nimietatem sententiam tulit, quod uniuersali perditione humanum genus sit puniendum, & dixit: Delebo hominem, quem feci, à facie terræ. Et monstrans indignationis suæ magnitudinem, non contra humanum duntaxat genus sententiam protulit: sed & contra omnia iumenta & reptilia & uolatilia. Perituris em̄ & submergendis hominibus, propter quos hæc facta sunt, dignum ut & illa quoq; poenæ consortio paria fierent. Igitur cum sententiā nondum præfinita esset, qua alijs ab alijs secernebatur (ut discas, quā nō *D* sit personarum acceptor deus, sed in corda nostra ingrediens nos nō despiciat, & si uel parū quamdam occasionem nos afferamus, ineffabilem suam declarat misericordiam) dicit scriptura, ut ne totum genus humanum abolendum putemus: sed sciamus, quod ob suam bonitatem relinquat scintillam & radicem quandam saluam, ut iterum humanum genus in proceros extendi possit ramos. Noe autem, inquit, inuenit gratiā coram domino deo.] Vide scripturæ diligentiam, quomodo ne syllabam quidem unam inutilem cōtineat. Nam postquam nos docuit grauitatē peccati hominum, & poenæ magnitudinem malis inferendam: docet nos etiā de eo qui solus in tanta multitudine potuerit sinceram seruare uirtutem. Est *Chryf.*

em̄ uirtus per seipsam admirabilis. Quod si quis illam in medio prohibentium colat, multo admirabiliorem se ostendit. Et propter ea diuina scriptura quasi admirando iustum dicit, quod in medio illorum qui indignationem dei sensuri erant, Noe inuenit gratiā coram domino deo. Inuenit gratiā, sed coram deo: non simpliciter inuenit gratiā, sed coram domino deo: ut nos doceat, quod unum ille habuerit scopum ut ab illo oculo laudaretur, qui dormire sopiriq; nescit, nihilq; curauerit humanā gloriā uel ignominiam, uel irrisiōem. Verisimile enim est, cum præter morē omnium uirtutem coleret, eum fuisse subannatum & irrisum à malis omnibus, qui consuerant arguere eos qui suam fugerent malitiā, & uirtutem amplecterētur: id quod & nunc sæpe fieri solet, & uidemus multos qui risum & subannationem ferre nequeunt, sed præferunt humanā gloriā uerā & immortalē, abstractā & allecā ab hominum malitiā. Animæ enim fortis & constantis est, posse oblectari derisoribus, & nihil facere ut hominibus placeat: sed oculū suum intendere ad illum insopitum oculum, & ab eo solum gloriā expectare, & hos despiciere, neq; pili facere humanam laudem uel conuictia, sed transire ut umbras & omnia. Iam hic sæpe multi non ferentes iniurias hominū uiginti uel decem, uel etiam pauciorum, supplantantur & ruunt. Est enim confusio ducens in peccatum. Neq; paruum est despiciere *Ecl. 4. c* irridentes & opprobriates & salibus incessentes: at iustus ille non tantum decem, & uiginti, & centum homines, sed & omnem hominum naturam & tot myriades despexit. Verisimile enim omnes illos ridere, reprehendere, subannare & debacchari: & forte etiam, si possibile fuisset, dilacerare uoluisse. Semper enim contra uirtutē insanit malitia. Atqui non solum nihil illi nocet, sed & infestando fortiorē reddit. Tantum enim uirtutis robur, ut patiendo superet negotium sibi facientes, & cum impugnatur, hostibus fiat potentior. Atque id in multis uidemus. Cæterū ut uobis occasiones præbeamus: Da enim, inquit, sapienti occasionem, & sapientior erit: operæpretium fuerit & ex ueteri & ex noua uobis afferre exēpla. Itaque cogita obsecro de Abel: nonne occisus est ab *Gen. 4* Cain: nonne in solum prostratus? Sed ne spesces quod præualuerit occideritq; eum cui inuidebat, etiam innoxii, sed sequentia expende. Ecce occisus ille usque nunc prædicatur & coronatur, & tantum tempus memoriam non obscurat: At qui occidit & præualuit, etiam tunc uitam morte grauiorem sustinuit: & ex eo tempore usq; in hodiernū infamatur, & ab omnibus accusatur, cum ille omniū ore celebretur. Et hæc quidem in præsentī uita fiunt: in sequenti quæ futura, quis sermo, quæ mens enarrare possit? Et scimus quod uos, utpote intellectu præditi, multa talia in scripturis contenta uenemini. Nam illæ hæc de causa in uestram utilitatem sunt scriptæ, ut hæc discētes, malitiā quidem fugiatis, uirtutem autē colatis. *Wis* & in nouo idipsum uidere? Audi beatum Lucam *tom. i h istur*

Acto. 5. g

istucipsum de apostolis narratem, qui flagellati à concilio discesserunt gaudentes, eo quod digni fuissent habitus qui pro nomine Christi ferret ignominiam. Tamen si flagella non gaudij sint occasiones, sed tristitiæ & mœroris: nihilominus flagella propter deũ, & causa propter quam flagellabantur, gaudium eis pariebãt. At ij qui flagellantur, in magna animi cõsternatione & hæsitatione nesciebant quid facerent. Audi enim illos post flagellationem animo fluctuantes, & dicentes: Quid faciemus hominibus istis? Quid dicis? flagellatis, innumera mala subornatis, & adhuc dubitatis? Tam fortis inuictaq; res est uirtus, & dum patit affligentes uincit. Sed ne prolixior fiat sermo, necesse est ut iterum ad iustum nostrũ redeamus, & cum stupore admiremur illius præstantiã, quomodo tantum populum ridentem, ludificantem, subfannantem, obiurgantem (iterum enim eadem dico & dicere non cessabo) despiciere & superare potuerit? Quomodo? Ego dico. Quia continuo ad oculũ illum, qui falli sopiriq; nequit, respexit, ad hunc suræ mentis oculum direxit, atq; postea hæc omnia, quasi nõ essent curauit. Et profecto sic res habet, ut cũ quis hoc amore saucius fuerit, & in deum desiderio suo tendit, nihil uisibiliũ uideat: sed continuo eum quẽ desiderat imaginetur, & in nocte & in die, & cubans & surgens. Ne igitur mirum tibi sit, si & iustus ille semel eõ mente sua intenta, nõ curauit supplantare uolentes. Nam adhibito studio suo, & diuinam gratiã nactus, his omnibus potentior factus est. Noe enim, inquit, inuenit gratiã coram domino deo. Tamen si omni hominum generi, quod tunc erat, non esset gratus neq; amabilis, eo quod nolebat eandem incedere uiam, quam illi: fuit tamen illi is qui corda scrutatur, qui & illius mentẽ approbauit. Et quid damni, dic oro, hinc nascitur uiro, quod ab hominibus subfannatur & irridetur: cũ is qui finxit corda hominum, & intelligit omnia opera eorum, prædicat illum & coronat? Et quæ utilitas homini, si ipsum totus orbis admiretur & laudet: conditor autem omnium, & iudex qui decipi nequit, in die illo terribili cõdemnaturus sit? Itaq; dilecti, cum hæc nobis comperta sint, nullius pensi faciamus hominũ laudem, neq; ab illis celebrari quouis modo queramus: sed propter illum solum, qui probat corda & renes, uirtutis opera faciamus & peccata fugiamus. Nam et Christus erudiens nos, ut ne captandis hominum laudibus inhiemus, post multa alia tãdem & hoc in-

Luc. 6. d

tulit, dicens: Væ uobis quando benedixerint uobis omnes homines. Considera quomodo per Væ uobis declarat quanta illos poena maneat: Væ enim lamenti nuntiu uerbum est. Vnde quasi misereros eos uocans, dicit: Væ uobis, quando benedixerint uobis omnes homines. Et uide q; cautẽ dictum. Non simpliciter dixit, homines: sed omnes homines. Impossibile enim est, ut qui angustam & arctam uirtutis uiam ambulat, & mandata sequitur Christi, ab omnibus laudetur, & in admiratione sit. Est enim & illa excellẽs malitiã, uir-

tuti aduersari. Proinde dominus sciens quod impossibile sit, ut is qui uirtutem diligenter exercet, & à se solo laudem ut accipiat prefolatur, ab omnibus hominibus laudetur, & bene audiat: miseros uocat eos, qui propter humanam laudem uirtutem negligunt. Nam celebrari ab omnibus, maximum fuerit argumentum non magnam haberi uirtutis rationem. Quomodo enim ab omnibus probari poterit, qui uult iniuria affectos eripere ab oppressoribus? & iterum si uult corrigere peccantes, & laudare bene agentes? Nonne uerissimi le est, quod ab alijs laudabit, ab alijs uero audiet conuitia? Et propterea inquit: Væ uobis, quando uobis benedixerint omnes homines. Quomodo igitur non admiratione & laude dignus iustus ille, qui ea quæ Christus adueniens docuit, prius ipse à lege naturæ edoctus egregie præstitit, laudemq; humanã per uirtutem contemnendo, gratiã apud deum inuenire studuit? Noe enim, inquit, inuenit gratiã coram domino deo. Cæterum quod propter uirtutes, quas habebat, inuenit gratiã coram domino deo, narrauit nobis admirabilis ille propheta, spiritu sancto afflatus. Operæpretium itaq; ut & sequentia discamus, & uideamus quid de illo sentiat. Istæ autẽ, inquit, sunt generationes Noe. Noe homo iustus, perfectus in generatione sua: deo placuit Noe.] Rarus & nouus genealogiã modus: nam ut scriptura dixit, istæ sunt generationes Noe; & aures nostras spe quadam impleuit, quasi genealogiam illius narratura, & quis eius pater fuerit, & unde genus duxerit: & quomodo in hanc uirã æditus, & alia quæ mos est genealogias narrantibus recensere: relictis tamen illis omnibus, & etiã superiori consuetudine, inquit: Noe homo iustus, perfectus in generatione sua: deo placuit Noe. Vidisti admirabilem genealogiã? Noe, inquit, homo: cõmune nomen pro laude iusti usurpãt. Nam cæteri ob carnales uoluptates, quibus immerfi erãt, amiserãt esse homines. Ille, inquit, in tanto populo hominis imaginem seruauit. Tunc enim homo est, quãdo uirtutem colit. Neq; enim formam habere hominis, et oculos, et nasum, & os, et genas, & cætera mēbra, hominem esse ostendit. Hæc em̄ membra sunt corporis. Hominẽ illum dicimus, qui imaginem hominis saluam retinet. Quæ autem est imago hominis? Rationalem esse. Quid ergo? an non & illi fuerunt rationales? Verũ non hoc solum fuerit hominem esse, sed & uirtutibus esse deditum, & uitiã fugere, & illicitis affectionibus imperare, & mandatis dominicis obtemperare. Porro ut discas morẽ esse scripturæ, quod uitijs studentes & uirtutũ negligentes, hominũ nomine uocare non dignetur, audi deum loquentẽ, sicut heri dicebamus: Nõ permanet spiritus meus in hominibus istis, eo quod ipsi carnes sunt. Ego enim, dicere uult, substantiam ex carne & anima illis dedit: ipsi autẽ quasi sola carne circumdati, ita uirtutes animi negligunt, & solam carnẽ sectantur. Vidisti quomodo ob malitiã carnẽ eos uocat, & non homines? Et iterum ubi processeri-

Luc. 6. d

173

mus, statim audietis terram eos nominari à diuina scriptura, eo quod terrenis cogitationibus absumantur: dicit enim: Corrupta autem erat terra corã deo: Non de terra sensibili loquitur, sed inhabitatores terram uocat. Alio autem loco, neq; terram neq; carnem nominat: sed neq; esse eos putat in præsentia hac uita, eo quod uirtute careant. Audi enim Prophetã clamantem & dicentem in media Hierosolymitanorũ metropoli: ubi tot milia milium, & tot multitudines innumera. Veni, & nõ erat homo: uocauit, & non erat qui audiret. Non quia non aderant, sed quia presentes nihilo meliores erant q; si non fuissent presentes. Et alio quoq; loco: Discurrete & uidete, si est unus qui faciat iudiciũ & iustitiã, & propitiũ ero. Vidisti quomodo illum solum scriptura sancta hominem uocare solet, qui uirtutem colit: cæteros autem neq; esse putat, sed aliquando uocat terrã & aliquando carnem? Hac de causa genealogiã iusti narraturã se promittens diuina scriptura, dicit: Noe homo. Hic enim solus homo, cæteri autem non homines, sed humanam gerẽtes formam, & ex hominibus in bestias mutati, malitiã uoluntatis generositatem nature amiserunt. Quia cum in malum declinant & serui sunt irrationalium affectionum, imponit illis bestiarum nomina. Audi ut quodam loco dicit: Equi mulierũ amatores facti sunt. Vide quomodo ob immodicam salacitatem hanc cognominationẽ acceperunt. Alii autem: Venenum aspidum sub labijs eorũ: ubi eius bestia dolum & fallaciã imitari eos docet. Canes quoq; multos alios uocat. Et iterũ eos qui aures ad doctrinam obturant, uocat quasi aspides surdas & obturãtes aures suas. Et multa alia nomina inuenias imposita à diuina scriptura his, qui in brutorũ affectus per ignauiam transeunt: nec in ueteri solum, sed & in noua lege. Audi Baptistam dicentem Iudæis: Progenies uiperarum, quis uobis monstrauit ut à futura ira fugiatis? Vidisti quomodo & hic dolum mentis illorum, bestia nomine significauit? Quid ergo miserabilis fuerit peccatoribus, qui & ipso hominis nomine priuãtur, propter hoc maioribus poenis digni, q; post acceptas à natura plurimas occasiones ad benefaciendũ, deserta ac prodita uirtute ultro ad uiciã transfugiunt? Itaq; qui tunc erant, omnes ea se appellatione indignos præstãt: iustus autem ille in tanta uirtutis sterilitate, tam excellẽti uirtute polluit, ut scriptura cum cõpisset narrare uiri genealogiam, dixerit: Noe autẽ homo. Est & alius iustus quidam, cui hoc nomen pro summo encomio cõtigit, & præ alijs omnibus hoc nomine prædicatur, ut sic uirtus illius diligenter exponatur. Quis ille est? Beatus Iob, ille pugil pietatis, athleta orbis, qui solus intolerabilia illa sustinuit, & exceptis innumeris diaboli telis, sine uulnere permanet: sed sicut adamas quidam omnes impetus ferre potuit, & à tantis fluctibus non solum nõ est submersus, sed & præualuit, & acceptis in corpus suũ omnibus qui in mundo doloribus, multo clarior euasit. Non solum enim non prostrauit illum

Chryf.

ingrumentum dolorum continuitas, sed & ad maiorem gratiarũ actionem euocauit. Vnde in omnibus suam gratitudinem declarans, tẽpestiue diabolo uulnus infixit, quod ille intelligeret sese frustra moliri, & contra stimulum calcitrare. Hunc igitur sanctum, antequam certaret, intantum laudauit misericors deus, ut prædicans eum diceret diabolo: Animaduertisti famulũ meũ Iob, quod non sit homo similis illi super terrã, homo inculpatus, iustus, uerax, deũ colẽs, abstĩnẽs ab omni opere malo. Vidisti & hunc à cõmuni naturæ nomine prædicari? Aduertisti, inquit, quod non sit similis illi homo? Et similes utiq; omnes sumus, sed non secundum uirtutem, sed secundum formã rationem. At hoc non est homo, sed quando abstĩnens à uicio, uirtutem exercet. Vidisti quos diuina scriptura homines appellare solet? Quocirca & ab initio, cũ uidisset deus factum à se, dicebat: Faciamus hominẽ secũdum imaginem nostram & secundum similitudinẽ: hoc est, ut imperet & uisibilibus omnibus et passionibus suis. Imperet, nõ ferat imperium. Itaq; qui amissa dignitate magis subditus est, & imperiũ fert potius quã imperat: amittit & nomen quod sit homo, & brutorum in se nomina transtulit. Atque hac de causa nunc diuina scriptura uirtutem illius commendare uolens, dicit: Istæ sunt generationes Noe: Noe homo iustus. Ecce & aliam maximam præconij speciem, iustus: hac appellatione omnẽ uirtutem complectitur. Hoc enim nomen, iustus, consueuimus dicere de his qui omnigenam exercent uirtutem. Postea ut discas quomodo ad summum fastigium peruenit, id quod & tunc exigebatur à natura nostra, inquit: Iustus, perfectus existẽs in generatione sua. Omnia, inquit, impleuit quæcũque facere conuenit eum qui uirtutem amplectatur. Hic enim est perfectus. Nihil enim intermisit, in nullo claudicauit. Nõ in hoc benefaciebat, in illo uero peccabat: sed in omni uirtute perfectus erat, qua tunc pollere illum cõgruebat. Præterea, ut ex tempore quoq; & ex collatione cum alijs illustriorem nobis iustum exhiberet, inquit: Perfectus in generatione sua, in tempore illo, in generatione illa peruersa, quæ in tantum malitiã degenerauit, quæ neq; uestigium uirtutis sibi reliquũ facere uoluit. In illa igitur generatione, in illis temporibus iustus ille non solum uirtutem præ se tulit, sed & ad tantum peruenit uirtutis culmẽ, perfectus, & in omnibus absolutus. Et id quod antẽ dixi, bene agere inter uirtutis hostes, & inter eos qui uirtutẽ perhibent, maius semper uirtutis pondus testatur. Vnde hac ratione iustus ille maiores laudes nactus est. Neq; hic finẽ laudandi illum facit diuina scriptura, sed adhuc uirtutis illius excellentiã demonstrat: & quod diuino calculo probatus fuerit. Quia postquam dixit, perfectus in generatione sua: addit, Deo placuit Noe. Tanta erat uirtutis illius gloria, ut & à deo laudari promeruerit. Deo em̄, inquit, placuit Noe, ut scias quod approbatus fuerit à deo, placuit illi oculo qui falli nõ potest, per sua bona opera. Et illius sibi fauor

tom. 1

h 2 rem

rem tantum conciliauit per bonæ uitæ opera, ut A eum non solum ab indignatione in omnes effundenda liberarit, sed & alijs præesse fecerit. Deo enim, inquit, placuit Noe. Quis hoc beatior fuerit, qui tantam præ se ferre potuit uirtutem, ut dominum uniuersū habeat laudum suarū præconem? Hæc ab eo sunt facta, quæ quibusuis diuitijs, quauis abundantia, quauis gloria & potētia, quauis humana felicitate potiora habuerit quisquis mentē habet. Hæc regno magis desiderabilia fuerint ei qui deum sincero amore diligit. Verum enim regnum istud est, posse nos optima uita propitiū & clemētē nobis facere deum. Vt enim gehennam timere non debemus, propter ignem illum inextinguibile, & pœnas terribiles & perpetuos cruciatus: sed quia offendimus tam bonum dominum, & ab illius gratia sumus alieni: Ita & ad regnum nobis festinandum, non nisi propter amorem in illū, ut eius gratia fruamur. Nam ut regno desiderabilius est, misericordem dominū nostrū beneuolum esse nobis: ita gehēna grauius, ab illius beneuolentia excidere. Vidistis quantæ nobis utilitatis materia fuit appellatio iusti, & quantum thesaurum peperit admirabilis huius uiri genealogia? Sequamur igitur & nos diuinæ scripturæ regulas, & aliquorum genealogiam enarrando, non patres, & auos, & abauos in medium afferamus, sed eius solum cuius est genealogia, uirtutem detegamus. Hic optimæ genealogiæ mos est. Quæ enim utilitas, ex claris & probis parentibus originem ducere, te autē bonæ uitæ esse expertem? Aut quod damnum fuerit: si parentes & progenitores fuerint ignobiles & obscuro, ipse autem uirtutibus floreas? Quia & iustus ille talis fuit, & conciliauit sibi gratiā dei, non quod a talibus fuerit parentibus. Neque enim ita eos commemorat scriptura, ut uirtute nobiles. Nihilominus cū tanta essent obstacula, & a tantis impediretur, in tantū peruenire potuit fastigiū: ut discas quod eum qui uigilat & sobrius est, & suæ salutis curā agit, nihil est quod prohibeat. Nā sicut ubi negligētes cœperimus esse, etiam a rebus minimis offendimur: sic si uoluerimus sobrii esse, quauis innumeri sint qui ad malitiam trahant, nequiquam nostrum studium poterūt offendere: sicut neque illum iustum, tamen illi tot essent irridentes, segniores in exercēda uirtute facere potuerūt. Proinde nullus alium arguat, & in alios culpā transcribat, sed suæ ignauitæ totū imputet. Et quid dico in alios? Neque diabolus ipsum quis tantū putet, ut prohibere quæpiam possit, quo minus in uitam, quæ ad uirtutē ducit, eat. Supplātat quidem & decipit socordiores, non cogit autem, nec prohibet, id quod rerū experientia docet: quod nunc quidem, si uolumus sapere, tantæ cōstantiæ specimē exhibemus, quod neque si multi essent ad malitię uia nos inhortātes, eorum ferremus consiliū: sed omni adamante firmiores, aures obturaremus tam praua consulentibus. At si negligētes fuerimus, etiam si nullus sit qui cōsulat uel supplantet, nostra spē ad malitiam proficiemus. Nam si hoc non esset situm in

uoluntate nostra, neque in potestate mentis, neque deus sui iuris naturā nostram fecisset: oportebat uel omnes malos esse qui naturā nostrā participes sunt, & ipsi obnoxij sunt affectiōibus, uel omnes bonos & uirtute præditos. Cum autē uideamus cōgeneres nostros, & eisdem affectionibus obnoxios, non eadem quæ nos ferre: sed & ualida ratione gubernare naturā, & inordinatos motus domare, & refrenare cōcupiscentias, imperare furori & iræ, fugare inuidiam, eliminare inuidiam, contemnere rabiosam in conquirendis pecunijs cupiditatem, minorem gloriæ curā habere, ridere omnem præsentis uitę felicitatē, aspirare ad ueram gloriam, præponere inuisibilibus omnibus laudem quæ a deo: nonne manifestum est quod illi per gratiā dei suo studio bene agere possunt, nos nostra ignauia salutē amittimus & eius gratiā nos spoliāmus? Quapropter, obsecro, ut hæc cogitantes, & in mente nostra continuo uersantes, nunquā diabolum, sed nostrā leuem ignauamque mentem arguamus. Et hæc dico, non quod diabolus a suo crimine absolueretur. **M** Abstitit enim sicut leo ut rapiat rugiēs & quærens quem deuoret. Sed nos cautiore redde re uolui, ut ne existimemus carere nos culpa, si quidem tam facile ad malitiam prorūpimus: ne ue friuola illa dicamus uerba, Quare deus dimisit illum, cum talis esset, malum fieri, & supplantari ac prosterni? Sunt enim hæc uerba ingratiūdinis summa. Verum tu hoc tecum considera quod tales propter hoc potissimum reliquit, ut timore cōpulli, & inimici insidias expectātes, simus perpetuo sobrii & uigiles, laboremque uirtutis imminuamus spe retributionum, & expectatione ineffabilium illorum honorum. Et quid miraris si ob hæc causam reliquit diabolus deus, cui tanta nostræ salutis cura, & qui ita nostram somnolentiam excutit, materiamque coronarū nobis præparat: ipsam etiam gehennā propterea condidit, ut metus pœnæ, intolerabilisque cruciatus ad regnum nos cogat? Vidisti mirē industriam domini misericordiam, quomodo omnia facit & tractat, ut non solum eos qui ab se conditi sunt, saluet, sed & ineffabilibus bonis ditet. Et propterea liberum arbitrium nobis datum est, & in natura conscientiaque nostra reposita scientia boni & mali, & diabolus ut esset permixtus, non ut gehennā experiremur, neque regno priuariemur. Et quid miraris si ista omnia propter hæc facta sunt, & innumera alia? Qui in sinu patris est, formā serui suscipere uoluit, & omnia alia sustinere quæ ad corpus pertinent: ex uirgine nasci, nouem mensibus in utero gestari, & pāniculis inuolui, patrem suum putari Ioseph spōsum Marię, paulatim crescere, circūcidī, sacrificium offerre, esurire, sitire, fatigari, & eandem etiam mortem sustinere: & mortem non uulgarem, sed eam quæ ignominiosissima habebatur, crucē dico: & hæc omnia propter nos nostramque salutē suscepit omnium conditor, qui inalterabilis, qui omnia ex nihilo ut essent produxit, qui respicit super terram, & facit eam tremere: cuius gloriæ fulgurant

gurantem maiestatem neque Cherubim, & imcō- A parabiles illæ uirtutes uidere possunt: sed auersæ facies tegunt obiectis alis, quem semper laudant angeli & archangeli, & innumere myriades. Hic propter nos & propter nostram salutē homo fieri uoluit, & optimæ uitæ nobis uiam parauit, per quam & ipse trāsīit, hac ipsa nostra natura assumpta. Quæ igitur post hæc nobis erit excusatio, si cū tot adiuuāt salutē nostrā, in rebus inutilibus nos occupamus, sola negligentia nostrā amittētes salutē? Proinde obsecro, ut sobrii sitis, & non temere aliorum sequamini consuetudinē, sed uestram ipsorum uitam quotidie diligenter excutiatis, uideatisque quid peccatum, quid uel recte a nobis gestum sit: ut sic peccata nostra emendemus, supernamque nobis gratiā conciliemus, ex eplo iusti illius, & denique regnum assequamur cœlorum, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre spiritusque sancto sit gloria, imperiū, honor nunc & semper & in secula seculorū, Amen.

Genuit autem Noe tres filios, Sem, Cham, Iaphet. Corrupta autem erat terra corā deo, & repleta est terra iniustitia. Homil. XXIIII

M AVD uulgarem utilitatem heri nobis attulit iusti Noe genealogia. Nam & cognouimus mirabilem genealogiæ modum, & uidimus iustum laudari non a parentū claritudine, sed a suarum uirtutū moribus, propter quas & tantum accepit testimoniū a diuina scriptura. Noe enim, inquit, homo iustus, perfectus in generatiōe sua: deo placuit Noe. Totum enim sermonem in uerba hæc breuia insumpsimus heri. Quandoquidem diuinorum eloquiorum natura in paucis uerbis multas sententiā afferit diuitias, & ineffabilem diligēter scrutari uolentibus thesaurum largitur. Proinde obsecro, ne quid in sacris literis aut conuenatur, aut obiter prætereatur, etiam si nomina recenseantur, uel historiæ narrentur, reconditum inuestigemus thesaurum. Nam & Christus dicebat: scrutamini scripturas. Quia non ubique in superficie scripturæ, mēs scripturæ inuenitur: sed opus est scrutinio, ut ne quod in profundo latet, nobis remaneat absconditum. Quod si sola naturæ appellatio, hoc nomen Homo dico, tantæ nobis utilitatis materia heri fuit: quantū lucrum percipiemus, si attenda ac uigili mente singula audierimus: Etenim misericordem habemus dominū, & quando uidet nos sollicitos & magnum desiderium cognoscendi diuinā eloquia habere, non permittit nos ulla re indigere: sed statim illustrat mentem nostrā, & suū fulgorē largitur, & pro sapientia illa sua mirē industria omnē uerā doctrinā animæ nostrę inserit. Eapropter cum nos ad istucipsum adhortaretur, & alacriores faceret, beatitudinem decreuit ijs quibus tale est desiderium, dicēs: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiā, quia ipsi saturabuntur. Vide sapientiā doctoris, non solum nos per beatitudinem hortatur, sed & dum dicit: Qui esuriunt & sitiunt iustitiā: docuit audientes, quantum alacritate ad spiritualia eloquia inuestiganda ire

cōgruat: dicere enim uult, Quemadmodū qui sa- me duce mira promptitudine ad cibos festinat, & qui ita sitiunt ut præ siti flagrent, ad potū eunt: eodem modo ad spiritualem doctrinam, tanquam esurientes & sitiētes accedere par est. Tales enim non solum beatitudinibus digni, sed & quæ cupiunt assequuntur. Etenim satiabuntur, inquit, hoc est explebuntur: explebunt suum spirituale desiderium. Igitur quia tam bonus, tanquam liberalis dominus nobis est: age & nos ad ipsum confugiamus, & eius nobis gratiā conciliemus, ut & ipse profusa misericordia illustret nostrā mentē ad uideendam diuinarū scripturarū uirtutem. Et uos quoque multa alacritate spiritualem doctrinam quasi esurientes & sitiētes suscipite. Fortē enim, fortē bonus & omnipotēs dominus, etiam si nos humiles simus, propter uos & uestrā utilitatem suppeditabit nobis sermonem in apertione oris in gloriā suam, & in ædificationē uestram. Proiecta igitur cura nostra omni in deum, cuius gratiā expectamus, et inuocato eo qui & sapientiā dat paruulis, & illuminat cæcos, & expedit loqui cōcedit habet, dudū lecta tractemus: ut quæ ipse pro sua misericordia nobis suppeditarit, charitati uestrę proponamus. Sed intēta obsecro ad sitis mente, & diligenter ijs quæ dicunt attendite, omnesque huius uitæ curas seponite, ut spirituale semen, quasi in pinguem agrum, exustis spinis & herbis, proiectam. Istæ autem, inquit, generationes Noe. Noe homo iustus, perfectus in generatiōe sua: deo placuit Noe. In ijs nuper finem dicendi faciebamus, ideo sequentia in mediū proponenda sunt. Genuit autem, inquit, Noe tres filios: Sem, Cham, Iaphet. Non absque causa diuina scriptura & tempus & numerum nobis assignauit filiorū iusti: sed & hic nobis latenter insinuare uult excellentem multiplicemque eius uirtutē. Nam postquam superior dixit, quod Noe erat quingētorum annorū: tunc subdidit, Et genuit tres filios. Docendo nos summam continentię illius magnitudinem tunc fuisse, cum tantæ intemperantię dediti essent omnes homines, tantaque salacitate omnes ætates, ut ita dicam, ad malum ruerent. Audistis enim scripturam dicētem: Vt autem uidit dominus quod impletae sunt malitiæ super terram, & nullus non cogitaret mala diligenter in corde suo a iuuentute. Vbi manifeste declarat, quod & iuuenes uincēbant prouectiores etate, & senes non minus quam iuuenes insaniebant, & ad malum multa procliuitate propensa erat etas etiam malorum inexperta. Vt igitur discamus quo pacto ijs omnibus tantam insaniam ac rabiem præ se ferentibus, iustus ille manserit solus continentię uirtutem cum alijs strenuē seruans, donec ad quingentesimum annum peruenit: tunc inquit, Et genuit Noe tres filios. Vidisti dilectē excellentē iusti temperantiā? Ne hoc ita perfunctoriē transeamus, sed & tempus illud expendentes, & malitiam quæ super omnem hominum genus ob eorum delictam se extendēderat, consideremus quanta sit uirtutis, in tantam temporis longitudinē concupiscentię rabiem

1. Pet. 2. b

Matth. 23. a

Matth. 23. a

Chryl.

tom. 1 h. 3. restē

refrenare, uiamq; longe ab alijs diuersam ingredi: A
 & non solum ab illicito coitu se colibere, sed & a
 legitimo & inculpato. Et genuit, inquit, Noe
 tres filios, Sem, Cham, Iaphet. Corrupta aut erat
 terra corā deo, & repleta est terra iniustitia.] Mi-
 hi uidetur diuina dispensatione factū, quod iustus
 iste etiā nunc a coitu abstinet, & pueros istos ha-
 bet. Quia enim ob malitię magnitudinē & excel-
 lentem prauitatē generali diluuiō totum orbem
 deleturus erat misericors deus, quasi radicem ali-
 quam & fermentū uoluit iustum illum superesse,
 ut abolitis illis origo quaedam esset futurorū. Hu-
 ius gratia, cum iam quingentorū esset annorum,
 haberetq; filios istos tres, istis cōtentus fuit: decla-
 rans hoc factū, ut diuina in humanū genus mi-
 sericordiā seruaret. Et quō scias hoc nō esse teme-
 raria coniectura dictum, considera scripturā dili-
 gentiam. Nam postq; dixit, quod iustus ille tres
 habuerit filios: statim subdidit, Corrupta est autē
 terra coram deo, & impleta est terra iniustitia. Vi-
 disti in eadem natura magnam & ineffabilem ua-
 rietatē: De iusto enim dicebat scriptura: Noe ho-
 mo iustus, perfectus in generatione sua. De reli-
 quis aut omnibus inquit: Corrupta est terra corā
 deo, & impleta est terra iniustitia. Nomine em̄ ter-
 re, hominū multitudinē uocat, eo q̄ omnia eorū
 opera terrestria erant: & idcirco terrę nomine &
 eorū uilitatē, & malitię excellentiam significat.
 Nam sicut de Protoplasto, qui legē transgressus,
 gloriā qua tegebat amittit, mortisq; poenā obno-
 xius factus fuit, dicebat: Terra es, & in terrā abi-
 bis: Ita & hic, quia plurimū inualuerant peccata,
 inquit: Corrupta aut erat terra. Neq; simpliciter
 dicit, Corrupta aut erat terra: sed, corā deo: & im-
 pleta est terra iniustitia. Dicēdo enim, Corrupta
 est, omnigenā illorū malitiā emphasi quadā dixit.
 Non enim uisus uel duorum peccatorū tantum
 rei erant, sed omnes iniquitates absq; modo com-
 mittebant: ideo & subdit, Et impleta est terra ini-
 iustitia. Non obiter, neq; uulgariter malitię stude-
 bant, sed peccata quęq; feruenti contentione a-
 gebāt. Et uide quomodo illos postea ne tenui qui-
 dem memoria dignatur, sed nomine terrę uocat,
 simul indicans & dei indignationem, & peccato-
 rum grauitatē. Corrupta est autem terra, inquit,
 coram deo: hoc est, secus quā preceptum erat a
 deo omnia faciebant, mandata dei conculcantes,
 & magistrum naturę humanę insitum amitten-
 tes. Vidisti diserte quantum malum sit peccatū,
 quomodo homines facit suo nomine indignos?
 Audi nunc quę sequuntur: Et uidit dominus
 deus terram, & erat corrupta.] Vide iterum quo
 modo eos terram uocet: & postea cum semel atq;
 iterum & tertio nominauit terram, ut ne quis de
 terra sensibili eum dixisse suspicet, inquit: Quia
 corruptū omnis caro uiam suam super terrā. Neq;
 nunc hominis appellatione eos dignatur, sed car-
 nem uocat: quo nos docere uoluit, quod non de
 terrā hæc dicat, sed de hominibus carne amictis,
 & terrestribus negotijs sese totos impendentibus.
 Mos enim scripturę est, ut sæpe charitati uesti-
 gentis

dixi, carnalia sapientes & nihil sublimē cogitan-
 tes, carnis nomine appellare. Sicut & beatus Pau-
 lus inquit: Qui autem in carne sunt, deo placere Rom. 8. b
 non possunt. Quid igitur? non fuit in carne & is
 qui hæc dicebat? Non hoc dixit, quod qui carne
 circūdati sint, deo placere non possint: sed de his
 qui nullam uirtutis rationem habent, & nihil ni-
 si carnale sapientes, carnis uoluptates sectantur,
 nullamq; animę incorporeę & spiritalis curam
 gerunt. Itaq; quia dictis istis diuina scriptura do-
 cuit nos peccatorum multitudinē, malitię incru-
 descentiam, indignationis diuinę magnitudinē:
 & quod ob studium malorum operum, semel at-
 que iterum ac tertio terram eos qui tunc uiuebat
 nominauit, carnisq; nomine uocauit spoliatos cō-
 munitis naturę uocabulo: nunc per ea quę subdit,
 ineffabilem dei misericordiam & dignationis eius
 excellentiam ostendit nobis. Quia consequenter
 iusto huic, sicut amico amico cōmunicat, quam
 poenam humano generi sit intenturus, & dicit:

Tempus omnis hominis uenit coram me. Quia
 impleta est terra iniustitia ex illis. Et ecce ego cor-
 rumpo illos & terram.] Quid est tempus omnis
 hominis uenit coram me? Magnam, inquit, osten-
 di longanimitatem, magnam tolerantiam, nolens
 hanc inferre poenā, quam illaturus sum: sed quia
 immodica peccatorum illorum multitudo in hoc
 tempus eos adduxit, & finem eis imponere oportet,
 excindiq; illorū malitiam, ne ulterius progredi-
 antur: Tempus, inquit, omnis hominis uenit co-
 ram me. Vide & hic, quomodo superius dicebat,
 Vnusquisq; cogitat: ita & nunc, omnis hominis.
 Omnes consonant, omnes ad iniquitatem trans-
 fixerunt, inquit, in tanta multitudinē nō inueniri
 potest aliquis, cui uirtutis sit cura. Tempus em̄,
 inquit, omnis hominis uenit coram me. Tempus,
 hoc est, aduenit tempus, quo secū dum erit, & ser-
 pigo ulceris compescēda. Tempus omnis homi-
 nis uenit corā me, quasi nemo uideret, rationēq;
 delictorum ab ipsis exacturus esset, sic sese malis
 operibus manciparunt, non cogitantes, quod me
 nihil latere queat, qui uitam animamq; & corpus
 dedi, totq; bona suppeditaui. Tempus igitur om-
 nis carnis uenit coram me. Dein quasi satisfactur-
 us, rationemq; redditurus iusto, monstrat quod
 in tantam se indignationē prouocarint homines
 peccatorū nimietate, inquiens: Quia impleta est
 terra iniustitia ex illis. Num prætermisillum est ali-
 quid, inquit, ab eis, ita ad peccatum contendenti-
 bus? Tantam malitię magnitudinē uidere licet,
 ut affluat & exundet, totamq; terrā impleat: pro-
 pterea & ipsos corrumpo & terram. Ecce, inquit,
 ego corrumpo illos & terrā. Quia priores ipsi ma-
 lis suis operibus se ipsos corruerunt, idcirco ge-
 neralem interitum inducam, aboleriq; faciam &
 ipsos & terram, ut purificationem accipiat terra,
 & a peccatorū maculis emundetur. Cogita nunc
 obsecro, qualem tunc habuisse putas animam iu-
 stum istum, cum hæc a domino audiret? Nam li-
 cet multarum uirtutū suarum conscius esset, non
 tamen absq; dolore quę dicebant accepit. Indul-

gentissimum enim est iustorum genus, & pro a-
 liorū salute quauis ferre eligerent. Quomodo igitur
 eximius ille uir affectus fuit, cū mēte sua om-
 nium interitum & totius naturę abolitionē tra-
 ctaret, & forsatis nec sibi ipsi iucundum aliquid
 polliceretur? Nondum enim quicq; de hac re cō-
 perti habebat. Vt igitur mente non turbaret, sed
 paruam quādam consolationē in tanta mœroris
 magnitudine accipere posset, postq; docuit eum
 malitię illorū grauitatē, & quod tempus urgeat,
 exigens ut profunda sectiōe incidantur, dicit ei:
 Illi quidem cōmuni perditione interibunt. At
 tu fac tibi ipsi arcam.] Quid est, At tu? Quia non
 communicasti eorum peccato, sed omnem in uir-
 tutibus uitā peregrinasti: ideo tibi impero ut extruas
 arcā ex lignis quadratis incorruptis. Mansum
 culas per arcā facies, & glutinabis intrinsecus &
 extrinsecus eam bitumine. Erit autem trecento-
 rum cubitorum longitudo, & quingentorū latitu-
 do, & triginta cubitorum altitudo. Suprà contra
 hunc facies arcā, & in cubitum cōsummabis eius
 summitatē. Ianuam autem facies ab obliquo: eu-
 biculis bicameratis & tricameratis facies eam.]
 Considera dignationem dei, & ineffabilem uirtu-
 tem, misericordiamq; omnem rationē transcen-
 dentem. Simul et declarat suam erga iustum pro-
 uidentiam, ut fabricet arcam illi imperans: ordi-
 nansq; interim modū in quem construenda, nem-
 pe in quam longitudinem, latitudinē & sublimi-
 tatem: & maximam ei cōsolationem affert, spem
 salutis per arcā constructionem designās. Vole-
 bat autem illos quoq; qui tam grauius peccauer-
 ant, fabricatione arcę admoneri, ut secum cogi-
 tarent quę fecissent, respiscendoq; indignationē
 non experirentur. Neq; enim paruam illis tēpus
 denuō cōcessum, donec fabricaretur arca: sed pla-
 nē multū & sufficiens fuisset, nisi adeo ingrati &
 stupidi fuissent ad errorum emendationē. Veri
 simile enim, quod quicq; ex eis uidit iustum qui
 fabricabat arcam, & causam extructionis sciscita-
 tus sit, & postea cognouerit diuinam indignatio-
 nem, inde si uolūisset potuisset ad suorū peccato-
 rum agnitionē uenire. Verū illi ne hinc quidē ul-
 lam utilitatem perceperunt, non quia non potue-
 runt, sed quia noluerūt. Igitur postq; de constru-
 da arca iusto præcepit, cōmunicat & narrat ei e-
 tiam poenę speciem, quam illaturus erat, & dicit:
 Tu quidem hanc para, sicut præcepi: ego aut ubi
 tu ædificium cōpleueris, etiam ea quę ad te atti-
 nent tuta faciā. Ego aut, inquit, inducā diluuiū
 aquę super terram, ut corrūpat omnem carnem,
 in qua est spiritus uitę, subter cœlum, & quęcūq;
 fuerint super terram consument.] Vide quomo-
 do & per minas ostēdit q; grauiā illi peccauerint,
 & inquit: Etenim eandem poenā inducā, tam ra-
 tionalibus, quā ratiōis expertibus. Quia enim
 a sua dignitate, qua brutis præfuerunt, descuerunt:
 dignum est ut inter illos & ista nulla sit poenarū
 differentia. Inducam enim diluuium aquę, ut eorū
 rumpat omnem carnem, in qua est spiritus uitę
 subter cœlum, & iumenta. Et iumenta, inquit, &

uolatilia, & feras, & quadrupedia, & quęcūq;
 sub cœlo cōspiciuntur. Et ut discas quod nihil re-
 linquatur, inquit: Et quęcūq; sunt super terram
 consumentur. Nam purificatione orbis opus ha-
 bet, sed hoc te non conturbet, neq; mētem tuam
 confundat. Nam quia uideo ulcera eorum incur-
 bilia, sistere uolo malitię fluenta, ut ne grauiori-
 bus poenis obnoxios se faciant. Idcirco etiā nunc
 pro sua misericordiā cum indignationem bonita-
 te temperat, talem poenam infert quę sine dolo-
 re sit, & nō sentiat. Neq; enim respiciens ad ea
 quę peccauerunt, uel ea quę meruerunt: sed præ-
 uidentem futura, & in hos congrua poena animad-
 uertere, & posteros ne ab his offendantur libera-
 re uolo. Ne igitur mœstus sis, ne te turberis hæc
 audiens. Nam licet illi dignā peccatis suis poenā
 luent, attamē statutam testamentū meum tecum.
 Nam quia omnes priores indignos sese præstite-
 runt, neq; de mandatis meis bene senserunt, tecū
 posthac statutam testamentū meum. Etenim Pro-
 toplastus post tot beneficia imposturā passus, mā-
 data mea transgressus est: & qui ex illo natus est,
 ipse in idem malitię profundum incidit, unde &
 continuam maledictionis poenā accepit. Verum
 neq; illius poenis posteriores emendatōres facti
 sunt, sed mala ita coaceruarunt, ut & genealogiā
 ipsorum reprobarem. Sanē post hæc ut inueni E-
 noch, qui uirtutis imaginem seruauit, quia ualde
 mihi charus fuit, eum transtulit: monstrans omni-
 bus uirtutis cultoribus quantas mercedes & retri-
 butiones adipiscantur: uolebam enim ut ceteri il-
 lius imitatores fierent, eandemq; uia ingrederen-
 tur. Ceterum quia alijs omnibus postea malitiam
 sectantibus, te solum inueni in tanta multitudinē
 qui primi parentis transgressionē reuocare pos-
 sit: Tecum statutam testamentū meum, Nam bon-
 næ tuę uitę opera declarant fidelē te in suscipien-
 dis mādatis meis. Deniq; ne adhuc iustus hæc au-
 diens mœreat, ac si solus ipse liberandus sit, ite-
 rū consolatione eum quasi demulcēs, dicit: In-
 gredieris autē in arcā tu & filij tui, & uxor tua, &
 uxores filiorum tuorum.] Nam licet multū a uir-
 tute iusti illius abfuerint, alieni tamen erant a gra-
 uioribus sui seculi peccatis. Alias quoq; ob duas
 causas salute potiti sunt. Vna in honorē iusti. Cō-
 suetudo em̄ misericordis dei est, honorē hunc da-
 re seruis suis, ut propter eos saluentur & alij. Id
 quod & beato Paulo concessum est, magistro illi
 orbis, qui usquequaq; suę doctrinę radios emit-
 tebat. Quandoquidem cum ille Romam nauiga-
 ret, orta in mari tēpestas magna, ita ut multi salu-
 ti suę timerent, nullam bonā spem propter pro-
 cellarum magnitudinem habentes, uocatis omni-
 bus, dicit: Bonō animo estote uiri. Amisio em̄ a-
 nimę nullius erit ex nobis præterquā nauis. Asti-
 tit enim mihi nocte hac, dei cuius sum, angelus,
 dicens: Ne timeas Paule: donauit enim tibi deus
 omnes qui tecū nauigāt. Vidisti quomodo uirtus
 uiri salutē illis cōciliauit: imō nō uirtus tantū, sed
 misericordiā domini. Ita simili modo & hoc loco
 factū est, & hæc prima causa est. Altera uero ista:
 h 4 Volebat

Volebat semē aliquod & radicem ad posteritatis a constitutionem relinquere: non quod impossi-
le esset deo denuo formare hominē, & ex uno ge-
neris augmentum facere: sed quia hoc sua boni-
tate probabat. Attende igitur dei bonitatem, e-
tiam per ea quæ sequuntur. Nam sicut interman-
do pœnam, cum hominum genere & iumēta, &
reptilia, & uolatilia, & feras peritura dixit: ita &
hic propter iustum imperat, ut introducant in ar-
cam ex unoquoq; illorum genere par unū, ut sit
semē & primitiæ multitudinis postea futura. Et
ex omnibus, inquit, iumentis, & ex omnibus fe-
ris, & ex omni carne, bina ex omnibus induces
in arcam, ut pascas apud te: masculus & foemina
erunt. Ex omnibus auisibus uolatilibus secundum
genus, & ex omnibus reptilibus reptibus super
terram, secundum genus bina ex omnibus intra-
bunt ad te, ut pascantur apud te ipsum, mascu-
lus & foemina.] Ne obiter hæc præterieris dile-
cte, cogita quantū peperit iusto curarum tumultum,
cogitantī apud se quantā hæc omnia curam
exigent. Non enim sufficiebat ei cura mulieris
& puerorū, & nuruum, sed & sollicitudo tot bru-
torum & educatio annectebatur. Verum pauli-
sper expecta, uidebisq; dei bonitatem, quomodo
iustum incumbente cura exoneret. Tu autem
accipies, inquit, tibi ipsi de omnibus cibis, de qui-
bus comeditis, & congregabis apud te ipsum, &
erunt tibi & illis in cibū.] Ne exiltimes, inquit, de
situtū te mea prouidentia relinquit. Ecce em præ-
cipio ut quæ uestrae alimonie sufficiūt, & quæ ad
alenda bruta spectant omnia in arcā inferantur:
ita ut nullam uel famē uel penuriā experiamini,
& nec bruta pereāt, utpote cibū non habētia sibi
conuenientē. Et fecit, inquit, Noe omnia quæ-
cunq; sibi præcepit dominus deus, sic fecit.] Vi-
deas & hic encomiū amplū. Fecit, inquit, omnia
quæcunq; præcepit ei dominus deus. Non aliud
quidē opere exequēbat, aliud aut negligēbat, sed
omnia quæ præcepta erant, fecit. Et sic fecit, ut præ-
cepta erant ei, nihil intermisit, sed omnia imple-
uit, & operibus suis probauit quod iuste beneuo-
lentiam dei assequutus sit. Quātis nō coronis di-
gnū fuerit testimoniū hoc, quo a diuina scriptura
fruit iustus ille? Quis hoc fuerit beator, qui om-
nia opere cōpleuit quæ sibi a deo præcepta fue-
runt, & tantā in ijs quæ sibi imperata erant obe-
dientiā declarauit? Et ut scias quāta ab omnium
conditore prædicta sint, audi quæ sequunt. Et
dixit, inquit, dominus deus ad Noe: Ingredere tu,
& omnis domus tua in arcā.] Deinde ut sciamus
quod gratia nō solū saluat iustū, sed & laborū re-
tributiones dat, & uirtutū præmia: dicit, Ideo tibi
impero, ut tu & domus tua omnis in arcā ingre-
diamini: quia te uidi iustū corā me in generatiōe
ista. Magnū & fide dignū testimoniū. Quid enim
hoc maius esse posset, cū ipse cōditor, & qui eum
ut esset produxit, talia de iusto pronuntiat? Quia
te uidi iustū, inquit, corā me. Vera hæc uirtus est,
quādo corā deo quis illam approbat, quādo oeu-
lus ille qui decipi nequit, suū fert calculum. Exin

cap. vii

docēs nos misericors deus mensurā uirtutis quan-
tam tunc ab iusto exigebat (non enim eandē uir-
tutis mensurā ab omnibus afferri uult, sed pro ua-
rietate temporū & uirtutes differētes requirit) di-
cit: Quia te uidi iustū corā me, in generatiōe ista
mala, quæ in tantam malitiā declinauit, quæ tan-
tam ingratiudinē præ se fert, te uidi iustum, te so-
lum inueni gratum, te inueni uirtutis rationē ha-
bere: tu solus corā me iustus apparuisti, omnibus
alijs pereuntibus, te iubeo ingredi cum omni do-
mo tua in arcā. Ex animalibus puris iubeo te in-
troducere septena. Quia prius indistinctē præce-
perat, ex omnibus par unum introduci: propter
hoc unum nunc dicit: Ex puris autem septena,
ex impuris uero bina, masculū & foeminā.] Post-
ea autē causam docens, subdit: Ut seruetur se-
men super omnem terrā. Operæpretium autem
hoc loco fuerit inquirere & uidere, unde sciebat
iustus, quæ nā pura, uel impura? Nondū enim e-
rat distinctio hæc facta, quā postea Moses Iudæis
in legib. suis statuit. Vnde ergo sciebat? a seipso-
ne, & ab insita nature suæ doctrina: an & ratio di-
ctauit? Nihil enim immundū ex ijs quæ deus fe-
cit. Quo pacto enim immundam uocarem usul-
lam creaturam, semel supernè a conditore appro-
batam? Dixit enim diuina scriptura: Vidit deus
omnia quæcumque fecit, & ecce bona ualde. Sed
postea natura a seipsa ita dijudicauit. Et quod hoc
sit uerum, considera quomodo in nōnullis locis,
ab aliquibus abstinent aliqui ut immundis & nō
probat: aliqui illis ipsis uescuntur cōsuetudine
se ad hoc inducente: sic & tunc quoque erat. Ipsa
scientia iusto insita docebat, quænam ad cibū ac-
cōmoda, & quæ immunda, non quod ita sint, sed
quod pro immundis habeant. Quæ de causa, dic-
oro, alinū immundum censemus, quauis legu-
minibus tantū pascatur: alia autem quadrupedia
cibo cōuenientia putamus, etiam si immundo al-
imento pascantur? Ita scientia a deo nobis suppe-
ditata, horum est doctrix. Posset autē & aliter di-
ci: Quia deus qui præceperat, idem & scire ea ma-
nifeste fecit. Cæterum de mundis ac immundis fa-
tis dictum est. Verum interim alia exoritur quæ-
stio: quare ex immūdis bina, ex mūdis autē septē-
na: & hæc quoq; quare nō uel sex, uel octo, uel de-
cē paria. Fortassis prolixius sermo hic se extēdit:
sed si nō piget & uultis, breuibus de ijs charitatē
uestram doceamus, ea scilicet quæ nobis diuina
gratia concesserit. Multi enim uarias de ijs fabu-
las narrant, & hinc occasione sumpta, obseruatio-
nes numerorū ostendunt. At non obseruatio, sed
intempestiua hominū curiositas talia fingere mo-
lit, unde & multæ hæreses ortæ. Quod statim scie-
tis: etenim frequēter (ut uideamus quasi ex abun-
dantia eos, qui ex suis opinionibus noua afferūt,
compescere) inuenimus in scripturis copulæ nu-
merum seruatiū: quippe quando misit discipulos,
binos eos misit. Ipsi autē uniuersi duodecim erant,
& Euangelia quatuor numero. At superuacaneū
fuerit hæc apud charitatem uestram commemorare,
quæ satis didicit huiusmodi dictis obturare
aures

Mat. 6.1

ures. Necessarium autem ut posthac doceamus, a
quare septena ex puris introduci præcepit. Plu-
ra quidem præcepit ex mundis introduci, ut ius-
tus, & qui cum illo erant, inde consolarentur, ex
illis usum habentes. Quod autem septena, & hoc
quoq; si causam discretis, summū iudiciū est præ-
mētis iusti. Nam quia cognouit misericors deus
uiri uirtutē, & quod ut iustus & tāta domini frui-
tus misericordia, ubi tantæ tempestatis effugisset
periculum, suā gratitudinē declaraturus, & pro
gratiarum actione hostias & sacrificia oblaturus
esset: ut ne hoc faciendo mutilaret paria, ideo do-
minus præcius huius gratæ mentis, iubet septē-
na introduci ex singulis auitū generibus: ut cum
cessaret uniuersalis interitus, & suam mētem de-
clararet, & coniugia uolatilium cæterorumq; ani-
malium non læderentur: id quod & procedente
sermone discetis, ubi in eum locū peruenerimus.
uidebitis enim iustū illum hæc fecisse. Didicistis
causam ob quam septena introducere præceptū
fuit? Ne posthac toleretis eos qui fabulari, diui-
næq; scripturæ ordinem turbare, & quæ ex suo ca-
pite sinxerunt introducere nituntur. Igitur post-
quam omnia clarè mandata fuerūt, & de auisibus,
& de mundis, & de immundis, & de alimētis, di-
cit iusto: Adhuc septem dies sunt, & ego indu-
co pluriam super terram quadraginta diebus &
quadraginta noctibus, & delebo omnē substan-
tiam a facie terræ ab homine usq; ad iumentum.]
Attende obsecro, etiā ex ijs quæ nunc dicta sunt
bonitatis diuinæ excellentiā, quomodo post tan-
tam longanimitatem etiā nunc ante septē dies
prædicat, uolens metu emendatores illos redde-
re, & ad poenitentiam reducere: quod ideo prædi-
cit, ne ea quæ dicit super eos inducat. Cogita hic
& Niniuitas, & attēde quanta horum & illorum
distantia: quia cum tot annis audissent quod ante
fores esset interitus, neq; sic a malitia sua cessarūt.
Et consueuimus quidem negligētiore esse, si in-
certi simus quando futura punitio. At si uicini si-
mus his quæ offendere possunt, tūc humiliamur,
& plurimam ostentamus conuersionem: id quod
& in Niniuitis contigit. Quandoquidem ubi au-
dierunt quod adhuc tres dies, & Niniue subuer-
tatur: non solū non desperauerunt, sed & ad dictū
hoc excitati tantam malorū fecerunt missionē, &
tam diligentē confessionē exhibuerūt, ut ad bru-
ta usq; extenderēt ea quæ attinebant ad poeniten-
tiam. Et quid hæc ad bruta, & sermone carentia?
sed ut per hoc misericordiā boni domini sibi cōci-
liarent. Prædicato enim ieiunio, inquit, regis pur-
purati mandarūt, ut neq; oues neq; boues neq; a-
lia bruta pabulū uel aquā acciperēt: sed omne ho-
minū genus tunc faccis amictū, & ipse quoq; rex
sublimi throno sedens magnā & parem cum alijs
egere poenitentia: feceruntq; hæc, licet ignorarēt
an poenā effugerent. Dicebant enim: Quis scit, si
forte poeniteat deus super afflictōe, quā ut nobis
faciat loquutus est? Vidisti Barbarorū bonā mē-
tem? uidisti quomodo neq; dierum angustia se-
gniores fecit? Vide & illos post numerum tot an-

Mat. 3. b

Mat. 6.1

norum, ubi audierunt quod adhuc septē dies &
diluuium inducitur, neq; sic conuersos. Vnde in
confesso fuerit, quod uoluntas nostra malorū o-
mnium causa est. Ecce em & hi & isti fuerunt ho-
mines, & eiusdem cuius alij nature, sed non eius-
dem uoluntatis. Propterea nec idem eorum euen-
tus, sed Niniuitæ subuersionem subterfugerunt,
cum bonus deus eorum contentus esset poeniten-
tia propter suam misericordiam: isti uero submer-
si, in communi abolitione perierūt. Adhuc enim,
inquit, septem dies, & ego inducam pluriam su-
per terram. Deinde magis augere uolēs terrorē,
inquit: Quadraginta diebus, & quadraginta
noctibus.] Quid non erat ei possibile ut uno die
totam pluriā induceret? Quid, inquam, uno die?
Vno momēto posset: sed hoc data opera facit, uo-
lens simul & timorem incutere, & occasionem
prestare, qua possent poenam quæ iam in foribus
esset, effugere. Et delebo, inquit, omnē substan-
tiam quam feci a facie terræ usq; ad pecus.] Vide
quomodo & semel & iterum prædicat, & neq; sic
illos tangit. Omnia autē hæc faciebat, ut nos do-
ceret quod iuste eis tantam poenam inflixit, &
nullus insipientiū arguere & dicere posset: Si lon-
ganimior fuisset, forte poenitentiam egissent, for-
tē a peccatis abstinent, & ad uirtutē redissent.
Eaq; de causa annorum quoq; numerum manife-
stum nobis facit, & arcam fabricari iubet. Et post
hæc omnia etiā ante dies septem prædicat, ut o-
mnium temerē loquentium impudentes linguas
cōpescat. Et fecit, inquit, Noe omnia quæcunq;
mandauit ei dominus deus.] Vide quomodo &
nunc prædicat iusti gratitudinem & obediētiam
diuina scriptura: docens nos quod nihil quod im-
peratū erat prætermiserit: sed omnibus impletis,
etiā per hoc uirtutis suæ specimen præbuerit. Illū
igitur & nos imitemur iustum, & mandata a deo
tradita implere studeamus, & leges a Christo no-
bis latas non despiciamus. Non autē continuo
in mente nostra, festinemus ad bona opera, lon-
ganimes simus in his quæ ad salutē nostram per-
tinent, præsertim cum nunc longē maior uirtutis
mensura a nobis exigatur, quanto & meliora bo-
na sortiti sumus. Ideo & Christus dicebat: Nisi a-
bundantior fuerit iustitia uestra q̄ scribarum &
pharisæorum, nō intrabitis in regnum cœlorum.
Cōsideremus hoc dictū, & nō perfunctoriē tran-
seamus, sed cogitemus quanta poena futura eor-
um qui non solum operam nō dant ut illos tran-
scendant, sed & deteriores illis sunt: neq; hoc præ-
stant ut iram remittāt proximo, uel linguam a iur-
ramentis seruent puram, uel oculum muniant a
nociuo spectaculo. Et cum dominus præcipiat,
non solū fortiter ferre si qua iniuria fuerimus affe-
cti, sed et beneficia in inimicos largiter collocare,
inquiens: Et qui tecū iudicio contendere, & pal-
lium tollere uult, dimitte & tunicam: nos sæpe &
proximo iniuriam facere nitimur, uel etiam ulcis-
sci eum qui nobis negotium facit, quamuis nobis
imperatū sit nō solū diligētes diligere (nam hoc
inquit, & publicani faciunt) sed & bene & amice
affectos

Mat. 3. b

affectos esse in eos qui nos hostiliter infestant, qui neque amicis fraternam charitatem exhibemus. Ea propter doleo & lugeo, quia uideo in nobis tantam uirtutis raritatem, malitiam autem quotidie inualescere. Neque moratur gehennae timor nostrum in mala cursum, neque regni desiderium adhortari sufficit, ut in uia uirtutis ambulemus. Sed omnes, ut ita dicam, quasi oues erramus, neque cogitamus terribilem illam horam, uel leges a domino nobis daras. Sed omnes ad hominum opiniones spectamus, & gloriola ab illis uenamus, neque audimus

1011.5.8

Euangelium dicens: Quomodo uos potestis credere, gloriam ab hominibus accipientes, & gloriam quae a solo deo est, non quaerentes? Quem admodum enim qui illam humanam desiderant, diuina prorsus frustrantur: ita qui diuinam sectantur continuo, neque hac priuantur: id quod ipse prius promissit: Quae sit regnum caelorum, & haec omnia uobis adiciuntur. Et enim eum qui huius desiderio tenetur, sequuntur omnia. Nam qui illuc mente sua celer uolat, omnem praesentem prosperitatem, quasi non esset, contemnit. Oculi enim fidei, quando considerant ineffabilia illa bona, ne sentiunt quidem haec uisibilia: tantum inter haec & illa interest. Sed neminem uideo, qui inuisibilia uisibilibus praeferat. Idcirco mihi moeror est, & inde finis dolor cordi meo: quia neque experientia rerum nos docet, neque dei promissiones, neque numerum magnitudo, regni desiderium & amorem nobis ingenerant. Verum adhuc humi reptantes antepoenimus terrena caelestibus, praesentia futuris: & ea quae prius auolant quam spectentur, his quae omnibus durant seculis: & momentaneam uoluptatem, perpetuae uoluptati: breuem hanc praesentis uitae prosperitatem, aeternis illis & sine carceribus bonis. Scio quod aures uestras mordent haec uerba, sed ignoretis. Auidus uestrae salutis haec loquor, malens uos hic aliquantisper afflictos aeternam poenam effugere, quam post paruam oblectationem perpetuam ferre poenam. Nam si sermo meus in uobis proficit, & prior tristitiam repellitis, & nunc maxime dum adhuc sanctae quadragesimae tempus uobis reliquum, poteritis peccata abstergere, magnamque a deo misericordiam uobis conciliare. Non enim multis diebus opus habet dominus, neque tempore: sed si uoluerimus, & in duabus hebdomadis corrigere peccata nostra poterimus. Nam si Niniuitas trium dierum poenitentiam agentes, tanta dignatus est misericordia, multo magis nos non despiciet. Tantum uere poeniteamus, & desistentes a peccato, uiam quae ad uirtutem ducit, ingrediamur. Enimvero de illis,

1011.3.1

Niniuitas dico, scriptura testatur, beatos eos praedicans: Quia uidit deus, quod discessit unusquisque a uia sua mala. Igitur si uiderit, quod & nos in uirtutis partes transiuimus, & desertis uicibus festinamus ad bonorum operationem, approbabit & nostram conuersionem, & sarcinis peccatorum exoneratis sua largietur dona. Neque nos sic a peccatis liberi esse & saluari cupimus, sicut ipse cupit & adesse festinat, ut & ab illis liberos nos fa-

ciat, & salute potiri concedat. Ea propter obsecro, excitemus nostras mentes: sui quisque scrutator sit, an quid amplius a se praeterito tempore cum laude gestum sit, uel quam utilitatem habuerit ex continua hac doctrina: uel quid quod proximo seruiat, fructum collegerit, uel quae a se praetermissa & negligenter gesta correxerit, uel quae adhortatione melioris uitae ex his nostris quotidianis acceperit admonitionibus, uel quid bonis suis operibus adiecerit: & in recte quidem institutis pergat, nec unquam cesset a bona hac operatione. At si quis uiderit consuetudinem suam adhuc praeualere, & se in istis perseverare, cogit mentem suam suae desideratae ratione reddere: nec inat progredi ulterius, sed ibi consuetudini sine imponat, morem concitatum cursum, coerceat cogitationes, in mente reuoluat horridum illum diem. Cogitet quid horror ille pariat, & impetum ignis inde resiliens, & comburentem uim, & quale conueniat esse illuc proficiscentis mentem, quae ab omni macula, ab omni labecula sit pura, & illicitarum cogitationum astutus repellat, & familiaritatem fugiat: ut sic diebus reliquis nos ipsos queamus apparare, quantum fieri potest purificati, participes fiamus tam praesentium, quam ineffabilium illorum bonorum quae promissit diligentibus se, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi: cum quo patri simul & spiritui sancto sit gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Noe autem annorum erat sexcentorum, & diluuii aquae factum est super terram. Homil. xxv

ARGUMENTVM de quo heri charitati uestrae disserui, denuo attingam, & iusti Noe historiae iterum in medium afferam. Magna enim uirtutum iusti diuitiae sunt, nostrisque officij est omnibus pro nostra uirili disquisitione, curare ut uestrae opes hinc auctiores fiant. Caeterum, obsecro, attenta mente adstis, ut ne sententias, quae hic latent, ignoretis. Operae pretium autem fuerit, prius charitati uestrae commemorare, ubinam heri docendi finem fecerimus, ut inde hodie sermone repetito, dicenda dictis recte contexamus. Sic enim manifestiora nobis erunt etiam ea quae nunc dicuntur. Vbi ergo quae docebamur heri, finem habuerunt? Dixit, inquit, dominus deus ad Noe: Ingredere tu, & omnis domus tua in arcam: quia te uidi iustum coram me in generatione ista. Ex iumentis tuis mundis induc ad te septena: & ex iumentis quae non sunt munda bina. Adhuc enim septem dies, & ego inducam pluiam super terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & delebo omnem substantiam a facie terrae, ab homine usque ad pecus. Et fecit Noe omnia quae praeeperat sibi dominus deus. Hucusque processit sermo, hic docendi finem fecimus. Fortassis & ipsi meministis, quam charitati uestrae causam reddiderimus, quare deus ex mundis septena, ex immundis bina introduci iusserit. Age ergo hodie accedamus ad ea quae consequenter lecta sunt, & uideamus quid nobis diuina scriptura dicat post ingressum Noe in arcam. Nunc enim maxime, si ullo alio tempore, decet ut am-

ut amplius sit nostrum studium, cum ob ieiunij tempus & dulcissima uestra consuetudine magis fruimur, & a uoluptatibus uocitateque liberamur, excitatisque mentibus, dictis diligenter attendere possumus. Dicendum igitur, unde hodie lectio coepta est. Noe autem erat annorum sexcentorum, inquit, & diluuium aquae factum est super terram. Attendite, obsecro, & ne perfunctorie dictum praetercurratis. Habent enim latentes diuitias breuia haec uerba. Quod si mentem intenderimus, licebit ex isthoc ipso misericordiae domini excellentiam, malitiamque hominum, qui tunc erant, incrementum deprehendere. Noe autem annorum erat, inquit, sexcentorum. Non absque causa annorum Noe numerum nos docuit, neque ut istuc ipsum discamus quor annorum iustus: sed quia prius nos docuit scriptura, dicens: Noe autem erat annorum quingentorum: & postquam nobis annorum manifestauit numerum, tunc narrauit immodicam hominum in malum propensionem, & quia incubabat cogitatio hominum diligenter in mala a iuuetute: quapropter dixit deus: Non permanet spiritus meus in hominibus istis, eo quod ipsi sint carnes: praenuntiando eis indignationis suae excellentiam. Deinde ut daret eis idoneum tempus, quod sufficeret poenitentiae, ut effugeret, & indignationem non experirentur, dicit: Erunt autem dies eorum anni centum & uiginti: hoc est, adhuc longa nimis ero etiam post quingentos illos annos, in quibus iustus iste suo nomine satis admonet, & inducit, si quidem attendere uellent, quod & a malitia desistant, & uirtuti uacent. Veruntamen & nunc polliceor me annos centum uiginti longanimum futurum, ut tempore hoc quod intercedet, non abutantur, malitiam fugientes, & uirtute amplexantes. Neque contentus fuit centum & uiginti annorum promissione, sed iusto praecipit ut arcam construeret, quod & ipse aspectus arcae ijs sufficientem memoriam suggereret, & nullus ignoraret inferendae poenae magnitudinem. Nam istuc ipsum, quod iustus ille, & qui in summum uirtutis peruenerat fastigiis, tanto studio extruebat arcam: satis esse debebat ad inueniendum omnibus, quibus mens erat, angorem & formidinem, & persuadendum ut placere tam mansuetum & misericordem dominum. Nam si Barbari illi, Niniuitas dico, quos iterum in medium adducere operae pretium est, ut etiam hac ratione magis demonstraretur & horum excellens malitia, & illorum ingens ingratitude. Et enim dominus noster in die illo terribili iudicij inquam, seruos & seruos in medium producit, condemnationem facit, quando monstrantur ijs qui eadem bona sortiti erant, & eorundem participes non eandem exercuerant uirtutem. Saepe autem ex inaequalibus comparationes facit, ut magis desides & peccatores condemnent. Quapropter & in Euangelio dicebat: Viri Niniuitae resurgent in die iudicij cum generatione hac, & condemnabunt eam, quia poenitentiam egerunt. Et ecce plus quam Ionas hic, quasi diceret: Barbari quorum nulla cura est habita, qui prophetarum doctrinas non audierunt, qui signa non uis-

derunt, qui miracula non spectarunt: sed auditis tantum unius hominis naufragio seruati uerbis, quae eos magnam desperationem afferendo, consilij inopes facere poterant, ita ut prorsus contemnerent quae dicebantur: non solum non despexerunt Prophetarum uerba, sed in trium dierum angustia deprehensi, tam diligentem & studiosam fecerunt poenitentiam, ut & sententiam domini reuocarēt. Illi igitur, inquit, condemnabunt generationem hanc, cui tanta cura contigit, quae prophetarum libris enutrita, quae signa & miracula quotidie spectauit. Deinde ut & istorum incredulitatis eminentiam ostenderet, etiam horum ineffabilem uirtutem subdit: quia poenituerunt ad praedicationem Ionae, & ecce plus quam Ionas hic. Niniuitae quidem, inquit, uiso abiecto homine Iona, & eius susceperunt praedicationem, & consummatam fecerunt poenitentiam. Isti autem uidentes multo maiorem quam Ionas erat, ipsumque uniuersum dominum secum simul uersantem, tantaque ac tanta miracula operantem, leprosos mundantem, mortuos suscitantem, caecitates naturae corrigentem, daemones expellentem, morbos curantem potestate multa, peccatorum remissionem praebentem: non illam quam Barbari, gesserunt poenitentiam. Verum ad sermonis nostri contextum redeamus, ut uideas quae immodica fuerit illorum ingratitude: & quod Niniuitae in triduum coartati, neque sic de salute sua desperarunt, sed ad poenitentiam accelerauerunt, & peccata abluerunt, misericordiamque domini sese dignos exhibuerunt. Illi autem, de quibus nunc sermo, tempus centum & uiginti annorum ad poenitentiam acceperat, neque aliquid inde lucrifecerunt. Proinde dominus uidens in multa illos excidisse malitiam, celerem ipsi inducit castigationem, aboletque & e medio tollit peccandi furorem. Propter hoc dicit: Noe autem erat annorum sexcentorum, & diluuium aquae factum est super terram. Iam didicimus quod quando indignatio & praedictio domini facta est, Noe fuit annorum quingentorum: quando inductum est diluuium, sexcentorum: ita intercesserunt anni inter praedictionem & diluuium, centum, & in ijs annis ne tantillum quidem profecerunt, licet tantopere docerentur a Noe arcam fabricante. Iam si forte quis quaerat: quare cum dixerit dominus, centum uiginti anni erunt dies eorum: promissitque se tanto tempore longanimitate usurum, antequam impleantur anni promissi, uniuersale introduxit excidium? Etiam hoc suae misericordiae maximum est argumentum & indicium. Nam quoniam uidit quotidie intolerabiliter illos peccare, & non solum nihil ex ineffabili longanimitate sua proficere, sed & incrudescere ulcera, propterea abrupte tempus, ut ne maiori scilicet poenae se obnoxios facerent. Et quae (inquit aliquis) hac maior erat poenae? Est plane, est dilecte, poena & maior, & terribilior, & durans: nepe in futuro seculo. Nam quae poena hic sustinet, & illic non effugit, sed leuio-rem sortiuntur, ob eam quam hic tulerunt, ijs magnitudinem eorum quae illic sunt tormentorum minuant. Audi Christum dicentem, et miseram uocantem

Bethsaida

Luc. 10. c

Bethsaida: Væ tibi Corozaim, inquit, uæ tibi Bethsaida: quia si in Sodomis factæ essent uirtutes illæ quæ factæ sunt in uobis, olim in sacco & cinere poenitentiam egissent. Idcirco dico uobis, quia tolerabilius erit terræ Sodomorum, & Gomorrhæ in die iudicij, quam uobis. Vides dilecte, quomodo cum dicit, tolerabilius erit, ostendit quod licet tantam hinc poenam dederint, & incendium illud nouum & rarum tulerint, & alibi poenā sustinebunt, ueruntamen leuiorem, eo quod prius hic tantam experti sint indignationem. Vt igitur & ij peccata coaceruantes, maioribus se poenis obnoxios non facerent, dominus misericors & benignus misericordiam eorum uidens, tempus quo se longanimum futurum promisit, abbreviauit. Nam sicut eis qui admonitionibus suis promptè parèt, ob bonitatem sibi peculiarem sententias suas reuocat, & conuersis appropiat, ab imminētibus poenis eos liberat: ita quoque cum promittit uel bona aliqua se præbiturum, uel poenitentiae tempus, uidet autem fieri indignos, etiā tunc suas promissiones rescindit.

Hier. 18. b

Quocirca & per Prophetā dicebat: Finē loquar super gētes, & super regna, ut perdā & effodiam: & si poenitentia egerint, agam & ego poenitentia super his quæ loquutus sum ut facerem. Et iterum, finem loquar super gentes & regna, ut reedificet: & si peccauerint, poenitentia & ego agam super his quæ loquutus sum ut facerem eis. Vidisti quomodo a nobis occasiones accipit, tam misericordiae erga nos, quæ indignationis? Idcirco etiā nunc tempus præcidit, cuius longitudine abutebantur. Beatus quoque Paulus ad stupidos illos, qui propter poenitentiam datam nobis salutem non aduertunt, dicebat: An diuitias benignitatis eius, & patientiae, & longanimitatis contemnis, ignorans quod benignitas eius ad poenitentiam te prouocat: secundum autem duritiam tuam, & cor poenitentiae nescium, thesaurizas tibi metipsum iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei? Vidisti quomodo & eximius ille doctor orbis clarè nos docuit, quod qui longanimitate dei ad poenitentiam nobis concessa abutiuntur, maiori poenæ & supplicio semetipsos obnoxios faciunt: Et hac de causa misericors deus, quasi satisfactorius nobis, rationemque reddens quare antequam promissum tempus impleretur, diluuiū induxerit, annorum iusti numerum ponit, & dicit: Noe autem erat annorum sexcentorum. Nam qui in centum annis conuerti noluerint, quid amplius proficerent ex annis uiginti, quæ quod plura adijcerent peccata. Enim uero monstrans ineffabilem suam misericordiam, & excellentem bonitatem: non refugit etiam ante septem dies, quin prædicet eis diluuium mox inducendum, ut uel angustia temporis correpti, conuersionem aliquam ostendant. Et uide misericordiam dominī, quomodo quasi bonus aliquis medicus, uarijs uis morbum eorum curare tentat. Nam quoniam incurabilia eorum erant uulnera, tam prolixum eis tempus præscripsit, uolens etiā si in tanto tempore agnoscerent & resipiscerent, reuocare indignationis suæ sententiam. Semper

Rom. 2. b

enim mos suus est, quoniam nostræ salutis curam agit, prædicere quas poenas sit illaturus, ob hanc tantum causam ne inferat, quas si inferre uellet, ne utiquam diceret: sed studiosè prædicat, ut cum nos didicerimus, & timore emendatiores facti conuertamus ipsius indignationem, & sententias irritas faciamus. Nihil enim est quod ita illum exhilararet, atque conuersio nostra, & a peccato ad uirtutem regressus. Animaduerte igitur quomodo & istorum ualetudinē industria quadam curare nititur. Nam prius tantum temporis ad poenitentiam dedit. Dein ubi uidit eos quasi insensati essent, ita se gerere, nihilque proficere temporis longitudine, iam cum in foribus ipsis esset (ut dicitur) diluuium, iterum prænuntiat, non ante tres dies, sicut de Niniuitis dicitur, sed ante septem. Et fidenter dixerim excellentiam misericordiae dominī nostri sciēs, si uel in septem diebus iustam poenitentiam agere uoluissent, effugissent utique diluuii periculum. Itaque quoniam neque productio tanti temporis, neque coartatio a malis eos abducere potuit, induxit diluuium in sexcentesimo anno Noe. Noe autem, inquit, sexcentorum annorum erat, & diluuium aquæ factum est super terram. Vidistis dilecti quantæ nobis utilitatis materia facta sit, cognoscere numerum annorum iusti, & quot annorum erat quando diluuium uenit? Agere progrediamur ad ea quæ consequenter dicuntur. Nam ut cepit diluuium, inquit: Ingressus est autem Noe & filij eius, & uxor illius, & uxores filiorum illius in arcam, propter aquam diluuii, & ex uolatilibus mundis, & ex iumentis, & ex reptilibus, bina. Ex omnibus intrauerunt ad Noe in arcam, masculus & foemina, sicut præceperat dominus Noe. Non absque causa addidit: Sicut mandauit dominus Noe: sed ut iterum augeter laudem iusti, quod omnia impleuerit sicut præceperat, & quod nihil ex dictis prætermiserit. Et factum est post dies septem, sicut promiserat, inquit, dominus, & aqua diluuii facta est super terram primo & sexcentesimo anno uitæ Noe, mense secundo, uicesimo & septimo mensis. Vide scripturæ diligentiam, quomodo non solum nos docuit quo anno, sed & quo mense & die. Et ut maiori narratione emendatiores reddat posteros, terrorem quoque factorum latius dicit: In die isto rupti sunt omnes fontes abyssi, & cataraetæ cœli apertæ sunt, & facta est pluuia super terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Vide quanta dicendi atque operatione utitur etiā nunc sacra scriptura: omnia enim iuxta humanam consuetudinē loquitur, non quod cataraetæ & fenestras sint in cœlo, sed omnia per familiaria nobis uerba loquitur, quasi diceret: Præcepit tantum dominus, & statim aquarum natura mandato conditoris obediuit, & ut cõfluxit, totum orbem inundauit. Iam quod quadraginta diebus, et quadraginta noctibus inducendum est diluuium, & istuc ipsum bonitatis maximum specimen est. Volebat enim propter magnam misericordiam, uel aliquot ex eis castigatos generalem hanc interuersionem effugere, cum ante oculos uiderent proximos suos perire, & imminere sibi

re sibi communem interitum. Verisimile enim est primo die bonam aliquam partem diluuii perisse, & secundo die accreuisse aliquid diluuii: & similiter die tertio, & quarto, et reliquis. Atque ita in quadraginta dies, & quadraginta noctes produxit, ut omnem defensionis prætextum adimeret. Nam si uoluisse ac imperasset, potuisset omnia in uno momento perdere diluuium, sed pro sua misericordia tanta diuersè productione usus est. Deinde dicit: In die illa intrauit Noe in arcam, & Sem, & Cham, & Iaphet, & uxor Noe, & tres uxores filiorum illius, & omnes bestiarum secundum genus, sicut præceperat dominus deus Noe. Quædo, inquit, cepit diluuium, secundum præceptum dominī, intrauit Noe in arcam cum filiis & uxore sua, & uxoribus filiorum suorum, & omnes bestiarum secundum genus. Et clausit, inquit, dominus deus foris eius arcam. Animaduerte etiā hic uerbi ad nostram infirmitatem accommodatōnem. Clausit dominus forissecus illius arcam, ut doceat quod securum fecerit iustum. Quapropter adiecit, forissecus, ita ut ne posset uidere iustus generalem omnium interitum qui fiebat, unde maiori dolore cõficeretur. Nam si expendisset secum atrocissimam illam tempestatem, descripsissetque in mente humani generis perditionem, communem brutorum omnium interitum, & hominum, & iumentorum, & ipsius terræ (ut ita dicam) abolitionem, moestitia correptus & ualde turbatus fuisset. Bonorum enim uirorum animam magnam compassionem habere solent, si quando uident puniri homines, etiā si mali sint qui perent. Et inuenies omnes prophetas & iustos plurimum pro illis deo supplicare, sicut Patriarcha per Sodomitis faciebat, sicut & Prophetæ continuo facere solebant. Etenim unus quidem dicebat: Fleu mihi domine, delebis tu reliquias Israel? Alius autem, inquit, facies homines sicut pisces maris, non habentes decem? Igitur quia alioquin iustus confundebatur mente & turbabatur, ut non & spectaculi tristis aspectu magis cruciaretur, in arca illam quasi in carcere includit, ut ne oculis prospiciens meture inciperet. Verisimile enim est, si uidisset inundationem tot aquarum, anxium futurum fuisse ne & ipse aquis periret. Eius igitur curam gerens misericors deus, non permisit ipsum uel aquarum spectare sauitiam, uel uidere hominum excidium, & communem orbis interuersionem. Ego autem quando reputo mecum, in arca iusti huius uitam, obstupesco & miror, & iterum de misericordiae totum adscribo. Nam nisi illa confirmasset illius mentem, & difficilia leuia fecisset, quomodo obsecro ferre potuisset? Erat enim ibi inclusus, quasi in carcere & custodia. Et quomodo potuisset aduersus tantos fluctuum impetus subsistere? Si enim homines qui in nauis sunt, & uelo utuntur, & gubernatorem ad nauis sedentem uident, & sua arte uentorum uel obliuiscunt, quando fluctuum uident insaniam, enecant metu, & saluti quoque suæ timent: quid dicit aliquis de iusto hoc, qui quasi in carcere (ut dixi) sedens, ultro citroque iactabatur, neque cœlum uidere, neque aliquo oculos uertere ualens: sed intus tenebatur, nihilque prorsus uidere poterat.

Chryf.

rat, quod consolationem afferret? Et si quidem qui in mari nauigat, etiā si exurgant alti fluctus, possunt subinde in cœlum suspicere, & cacumina montium uidere, & ciuitates magnas spectare, sicque aliquam consolationem capere. Quod si grauior & intolerabilior fuerit tempestat, decem uel paulo pluribus diebus, & post multas illas tempestates, & pericula in terram eiectionis, & paululum resercti, omnium illarum molestiarum obliuiscuntur. Hic autem nihil tale, sed anno toto nouum & rarum illum carcerem inhabitat, neque aerem respirare ualens. Quomodo? Unde quæque enim arca murata erat. Quomodo substituit? quomodo durauit? dic mihi. Nā si ferrea & adamantina illis fuissent corpora, quomodo potuissent, qui neque aere fruebantur, neque uento, qui non minus quæ aer ad resuscillanda corpora nostra factus est: neque oculos pascere poterant, aut cœli, aut terræ floribus pictæ spectaculo? Quomodo non excæcati oculi eorum, qui tandiu ibi egerunt? Et si humanis rationibus hæc deprehendere uolumus, & illud cogitandum, quantam fluuialis aquæ copiam habebant in arca uiuentes. Et ut hæc præteream, quomodo potuit iustus ille cum filiis & uxoribus conuersationem cum feris & alijs animalibus ferre? Quomodo tulit foetorem? Quomodo tulit cohabitationem? Et quid dico? quomodo bruta ipsa potuerunt durare, & non perire in tanta temporis longitudine, quæ neque aerem attrahere ualebant, neque moueri, sed in uno loco coerebatur? Scitis enim clarè quod & nostra & brutorum natura, etiam si aere frumur, alijsque omnibus, continuo autem in uno loco sinus inclusi, perit & corrumpitur. Unde igitur potuit iustus cum omnibus qui in arca erant, tanto durare tempore? Non aliquid quam ex superna gratia, cui omnia sunt possibilia. An non arcam huc & illuc iactari, & non submergi à tanta aquarum uis, cum nullus esset gubernator, supernæ erat gratiæ? Non enim dicere potes, quod fuerit ad modum nauis, ut arte quadam illius iter dirigi potuerit. Arca erat undequaque murata: & propter præceptum conditoris, non solum eam laxare non potuit aquarum impetus, sed & sublimior illis facta, inhabitantes admodum securos fecit. Quando enim deus operatur aliquid, dilecte, noli humana ratione exquirere, quæ sunt: transcendunt enim mentem nostram, & nunquam potest humana cogitatio attingere & comprehendere, eorum quæ a deo condita sunt, rationem. Proinde par est, nos audientes quod deus imperauit, persuaderi & credere ijs quæ ab illo dicuntur. Nam cum conditor sit naturæ, omnia componit & transformat, prout sibi uidetur. Et clausit dominus deus forissecus illius arcam. Magna huius iusti uirtus fuit, & fidei excellentia. Illa ipsa enim arcam fabricari fecit, & eius inhabitationem æquo animo tulit, coartationemque sustinuit, & conuersationem cum feris reliquisque brutis animalibus. Hinc est quod & beatus Paulus eius mentione facta, prædicans illum clamabat dicens: Per fidem oraculo admonitus Noe, ea quæ nondum uidebantur ueritus, apparuit

tom. 1

1

rauit

rauit arcam ad salutem domus suae, per quam condemnauit mundum, & eius quae secundum fidem est iustitiae factus est haeres. Vidisti quomodo fides in deum, quasi secunda quaedam ancora, fecit ut arcam fieri curaret, & in habitationem sustineret. Nam haec illi & salutis fuit occasio, per quam, inquit, condemnauit mundum, & eius quae secundum fidem est iustitiae factus est haeres: non quod ipse fuerit iudex, sed quod collatos ad illum caeteros dominus condemnauerit. Cum enim eadem habuerint quae iustus, non tamen eandem ueritatis uiam ingressi sunt. Fide qua praedictus fuit, condemnauit eos qui tanta fuerunt incredulitatis, ut praedictioni non crederent. Ego autem supra omnia uirtutem iusti admiror, dominique bonitatem & ineffabilem misericordiam, quomodo potuerit uersari in medio bestiarum, leonum dico, & pardorum, & aliarum immitium ferarum. Recordare hic dilecte, obsecro, quanta dignitatis fuerit Protoplastus ante inobediendum: & dei bonitatem animo obserua, quod prauaricatio hanc potestatem nobis datam mutauit & imminuit. Inuenit autem deus alium uirum qui potuit innouare imaginem pristinam, & seruari uirtutis characteres, magnamque in mandatis dei obedientiam praese tulit, & ad primum suum honorem iterum rediit, tantum non docens nos operibus, quantum potestate. Adhuc ante inobedientiam habuerit. Virtus itaque iusti, diuina misericordia adiuta, primum reparauit dominum, denuoque bestiae suam agnouerunt subiectionem. Cum enim uiderint iustum, obliuiscunt naturam suam: imò non naturam, sed ferocitiam, & naturam insitam ferocitiam in mansuetudinem conuertunt. Et uide interim quid & Danieli euenerit. Hic enim cum a leonibus circumdaretur, quasi ab hominibus stiparetur, sic intrepidè uiuebat: quandoquidem iusti fiducia ferarum naturam frenabat, nec sinebat ut agerent ea quae ferè solent. Simili modo etiam egregius ille magna facilitate ferarum ferebat conuictum: & neque loci angustiam, neque temporis productio, neque quod sic inclusus erat, ut aerem respirare non posset, morosum eum & difficilem reddebant: sed obfidem in deum omnia ipsi facilia uidebantur, & sic uersabat in graui illo carcere, sicut nos in praeiis & lucis. Praeceptum enim domini difficilia facilia sibi uideri faciebat. Talis enim iustorum mos est, ut quando aliquid propter deum ferunt, non res ipsas quae sunt spectent, sed causam secum expedientes, facile omnia ferant. Quia & Paulus, gentium doctor, uincula, tribunalia, quotidiana pericula, multas illas & intolerabiles afflictiones, leues uocabat: non quod natura tales essent, sed quia causa propter quam fiebant, talem ei sententiam ingenerabat, ut neque aduerteret, si quae graui obuenirent. Audi enim illum dicentem: Nam momentanea leuitas afflictionis nostrae, mire supra modum aeternum pondus gloriae parit nobis. Expectatio, inquit, gloriae quam assequemur, & perpetuae illius felicitatis, leuiter nos facit ferre continuas illas afflictiones, leuesque eas ducere, scientes quomodo amor in deum grauitatem molestiarum imminuit, neque sentiri sinit, cum nos inuaserint. Sanè ob hoc

2. Cor. 4. d

& beatus ille omnia suauiter ferebat, utpote qui fide & spe in deum pascebat. Et clausit, inquit, dominus deus de foris illius arcam, & factum est diluuium quadraginta diebus & quadraginta noctibus super terram, & superferebatur arca. Attende iterum quomodo narratione augeat terrorem & aggrauet factum. Inquit enim: Et factum est diluuium quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & multiplicata est aqua, & eleuauit arcam, & exaltata est a terra: & inualuit aqua & multiplicata est ualde super terram, & superferebatur arca super aquam: aqua autem inualecebat ualde ualde super terram. Vide quomodo diligenter narrat magnam aquarum uim, & quotidianum saeuitiam illarum incrementum. Inualecebat enim aqua, inquit, ualde ualde: & occultauit omnes montes excelsos, qui erant sub caelo. Quindecim cubitis in sublime exaltata est aqua, & operuit omnes montes. Merito ordinauit deus claudere arcam, ut ne uideret iustus quae fiebant. Nam si nos post tot annorum numerum, & post tot secula, audientes dum taxat scripturae narrationem, metu & stupore corripimur: quid uerisimile est iustum illud fuisse passurum, si quidem oculis uidisset intolerabilem illam abyssum? Quomodo enim potuisset uel ad breue tempus? an non statim primo aspectu defecisset anima illius tota, & tam graue ac molestem spectaculum ferre ultra non potuisset? Cogita hic dilecte, quomodo nunc cum paruus humber ingruit, in angore sumus, & de uniuerso, de quo ipsa quodammodo uita desperamus. Quid igitur uerisimile erit, iustum illum tunc fuisse passum, si ad tantam sublimitatem uidisset excreuisse aquas? Super montes enim, inquit, quindecim cubitis, exaltata est aqua. Recordare igitur hic dilecte, quae a domino dicta fuerint, quando dicebat: Non permanet spiritus meus in hominibus istis, eo quod ipsi sunt carnes. Et iterum: Corrupta est terra, & impleta est terra iniustitia. Et uidit dominus terram, & erat corrupta: quia corruerat omnis caro uiam suam. Itaque quia plenus erat malitia, purificatione orbis indigebat, & opus erat ab eo omnem maculam abluere, & omne fermentum prioris malitiae tolli, & neque uestigium eius relinquere, & quasi denuo elementa refingi. Et sicut bonus artifex, nactus uas aliquod inueteratum & a rubigine quasi consumptum, iniecit eo in ignem, facit ut quicquid habet rubiginis deponat, & transformatum in pristinum decorem reducat: Ita & dominus noster totum orbem hoc diluuium purgauit, & a malitia hominum (ut ita dicam) & a coinquinatione & corruptione multa liberauit, & denuo post cladem monstrata eius facie pulchriorem fecit, ita ut non permiserit uel uestigium prioris deformitatis relinquere. Exaltata est, inquit, super montes quindecim cubitis aqua. Non abs re narrat haec scriptura, sed ut discamus quod non solum homines & iumenta, & quadrupedia, & reptilia submersa sint, sed & uolucres caeli, & quaecumque in montibus degunt, feras dico, & alia bruta animalia. Et idcirco dicit: Exaltata est super montes quindecim

decim cubitis aqua: ut discamus sententiam domini opere impletam, dixerat enim: Adhuc septem dies, & inducam diluuium super terram, & delebo omnem substantiam quam feci a facie terrae, ab homine usque ad pecus, a reptilibus usque ad uolatilia caeli. Haec nobis a scriptura narrantur, non ut tantum sciamus in quantum altitudinem aquae peruenerint: sed ut simul uideamus nullum omnino animal, uel feram, uel iumentum relictum esse, sed omnia cum humano genere deleta: quoniam propter ipsum omnia producta erant, unde abolendo eo merito & haec abolenda erant. Postea ubi docuit nos in quantum altitudinem sublimata fuerit aquarum natura, nempè quod transcenderit altitudinem caelum quindecim cubitis, solita suam diligentiam seruans dicit: Et mortua est omnis caro, quae mouebatur super terram, uolatilium & iumentorum, & ferarum, & omne reptile quod mouebatur super terram: & omnis homo, & omnia quaecumque habent spiritum uitae, & quicumque erat super aridam mortuus est. Neque hoc simpliciter & absque causa dixit: Et omnis qui erat super aridam, sed ut te doceat quod omnes quidem perierint, iustus autem solus cum omnibus ijs qui in arca erant seruatus sit. Nam isti (iuxta mandatum domini) relictam aridam, arcam conscenderunt. Et deleuit omne surgens quod erat super faciem omnis terrae, ab homine usque ad pecus, & reptilia, & uolatilia caeli, & deleta sunt de terra. Vide quod & semel, & iterum atque saepius communem omnium interitum docet factum, & nihil quod erat effugit: sed sub aquis suffocatum est omne, tam hominum, quam brutorum genus. Et relictus est, inquit, solus Noe: & qui cum illo in arca. Et exalta est aqua super terram, centum quinquaginta diebus. Tot diebus mansit sublimis illa aquarum altitudo. Iterum etiam hic cogita iusti magnanimitatem, & excellentem fortitudinem. Quid non passus est animo concipiens, ac mente quasi uidens corpora hominum & iumentorum, mundorum & immundorum, communem mortem sustententia, nullumque in omnibus discrimen? Praeterea quid passus est, quando apud se recogitabat solitudinem, uastitatem, uitam illam doloribus plenam, omni solatio undequaque destitutam, neque colloquio, neque aspectu iucundam: & ignorabat quanto tempore ferenda in illo carcere conuersatio? Sic enim strepitus aquarum & aestus timorem in illo quotidie recentem generabant. Quid enim iucundi suspicari ipse poterat, qui uidebat centum quinquaginta dies aquas in eadem quantitate manentes, & in altum eleuatas, & non subsidere? Veruntamen ferebat fortiter, sciens domini omnipotentiam, & quod ipse conditor naturae omnia facit, et transformat prout uult. Neque agrè tulit, quod illic esset conuersandum. Nam cooperatrix dei gratia roborabat illius alacritatem, & sufficientem praebat consolationem, neque linebat despondere animum, & cogitare aliquid aut parum uirile, aut minus generosum. Quippe qui prius quod suum erat adhibuit, utpote uirtutis diligentiam, iustitiae uigorem, fidei excellentiam, etiam

Chryf.

assequutus est ea quae a deo magna suppeditabantur ubertate: utpote patientiam, ac fortitudinem omnia mansuetè ferendi, sustinendique arcae in habitationem citra damni corruptionisque sensum, neque bestiarum conuictum fastidienti. Illum igitur iustum (obsecro) imitemur & nos, operamque demus, ut afferamus quae nostra sunt, ut dignos nos ipsos paremus ijs quae a deo dantur. Nam idcirco expectat occasiones ex nobis, ut multam exhibeat liberalitatem. Itaque ne propter desideriam priuimus nos illius donis, sed festinemus & urgeamus ut principium apprehendamus, & uiam quae ad uirtutem inducit: ut superno adiuti subsidio, etiam ad finem peruenire ualeamus. Neque enim possibile est bonum aliquod nos rectè agere, non habita superna gratia. Igitur tales simus, qui appendamus nos in spem quae in deum est, quasi in ancoram aliquam tutam & stabilem, & ne ad laborem respiciamus uirtutis, sed magis considerantes praemium laboris, leuiter omnia feramus. Quia & negotiator, si quando egressus in medium maris uenerit, non iam piratas, non naufragia, non marinas beluas, non uentorum uim, & continuas tempestates, & multa infortunia cogitat solum, sed & quomodo illa effugiat: speque lucrorum acquirendorum pascitur, & omnes praedictas erumnas animose excipit, ut auctis opibus suis domum redeat. Et agricola non agriculturam tantum labores cogitat & hymbres, & terrae sterilitatem, & rubiginis insidias, & locustarum damna: sed & aream, & manipulos animo secum describens, fortiter fert omnia, & praebonorum expectatione neque labores sentit. Et quanuis incertae spes sint, ueruntamen spei maiori suauitate pascitur, nec renuntiat laboribus: sed omnia quae ad se pertinent ferens, expectat ut aliquando laborum accipiat mercedes. Quin & miles sumptis armis in bellum proficiscitur, nec cogitat uulnera tantum & caedes, & hostium insidias, & alias erumnas, sed & uictorias & triumphos sibi ipsi praefragiens, omni armatura se munit: & cum pauor & infortunia nuntiantur, repulsis ijs omnibus ex animo, proposita bona spe, ponit omnem torporem, & receptis armis contra hostium progreditur insultus. Igitur dilecti, si negotiator, & miles, & agricola, ubi & incertae spes, & plures frustrationes impedimenta (sicut audistis) multa & uaria, non ita damnat labores, ut a meliori propterea spe desistat: quali nos uenia digni erimus, ita negligentes ad capeffendam uirtutem, & non omnem laborem sponte subeuntes, cum tam secunda nostra spes sit, tantaque bona nobis reposita, uincantque magna abundantia retributiones & mercedes omnia quae a nobis facta sunt? Audi igitur beatum Paulum dicentem, post tantas & tales afflictiones, & tribunalia, & carceres, & mortuos quotidianas: Non sunt pares afflictiones praesentis temporis ad futuram gloriam in nobis reuelandam. Etiam si quotidie, inquit, mortibus nos exponeremus, id quod natura non capit, licet mens uincens naturam, per misericordiam domini conronatur: nihil inquit feremus par tantis, quae nos

tom. 1 i 2 accepturos

acceptiros speramus bonis, gloriaq; in uobis reuelanda. Vide quanta gloriae magnitudine fruatur uirtutis affecta. Atq; adeo tanta est uirtus, ut uincat omnia, quaecumq; nobis ostendere aliquis poterit, etiā si summa ostendat, & tunc quoq; deficiet. Quid enim tantum ostendere potest homo, quod certet cū domini liberalitate? Quod si Paulus talis & tantus dicebat, non pares esse afflictiones praesentis seculi futurae gloriae in nobis reuelandae: qui aliās dicit, Quotidie morior, plus omnibus laborauit: quid nos dicemus qui neq; uulgarē laborē pro uirtute suscipere uolumus, sed recreationes sectamur, & hoc unum consideramus ne quid triste nobis accidat, quamuis sciamus quod non sit possibile aliter assequi beatitudinem coelestem, nisi per praesentes afflictiones ad eam prius anhelemus? Afflictiones enim nos inducunt, ut operemur bona deoq; grata opera. Et hic uel parum laborare, alibi nobis magnam fiduciam praebet: tantum uelimus iuxta consilium illius magistri orbis ambulare. Considera, quod licet tristitia sint quae accidunt, sunt tamen momentanea. Verum bona quae alibi suscepturi sumus, immortalia sunt & aeterna. Feramus ergo fortiter haec temporaria, neq; desistamus à uirtutum studijs, ut aeternis & semper manētib; bonis fruamur: quae nobis omnibus concedantur gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul & spiritui sancto sit gloria, imperium, honor nūc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Et recordatus est deus Noe, & omnium uolatilium, & omnium reptilium quaecumq; erāt cum illo in arca. Et adduxit deus spiritū super terram, & cessauit aqua. Hom. XXVI

MAGNA & ineffabilis dei misericordia, excellensq; eius bonitas ex iam lectis ostenditur, quam non solum erga rationale hoc animal, hominem dico, sed & erga brutorum animalium declarauit naturā. Nam cum omnium sit conditor, in omnia quae à se sunt condita suam ostendit bonitatem: per omnia notum faciens quantam humani generis curam gerat, & quod omnia olim & ab initio propter salutem nostram fecerit. Itaq; etsi puniat, etsi in nos animaduertat, ex bonitate sua facit. Non enim uel affectione, uel ira poenam infert: sed malitiā morari uult, ne ultra progrediatur. Quia & nunc, sicut auditis, diluuiū ob nihil aliud induxit, quam ut curam ageret eorū qui iniquitati uacabāt toti. Et qualis (inquis) cura haec, omnes aqua suffocari? Ne temere loquaris homo, sed grato animo accipe ea quae à domino sunt facta, & scias quod etiā hoc est maximae curae argumentum. Nam eos qui sic incurabiliter peccant, & quotidie uulnera sibi inferunt, & ulcera omni cura grauiora faciunt, ex tanto malo liberasse, nōne summā fuerit prudentiae? Et hic puniendi modus, nōne omni misericordia plenus est? Et sic mori, ut solitum alioqui naturae debitum non sentias, sed absq; dolore & cruciatu supplicij loco uitā deponas, quantae fuerit sapientiae & bonitatis? Quin si quis animo pio

expendat factum, quod non solum his qui puniti sunt beneficia sunt facta, sed & posteris, qui duo maxima inde perceperunt bona: quantum gratiarum pro illis debet deo? Etenim posteriores poena illorum, & metuentes ne eadem quae illi paterentur, eruditi sunt, maxime quod omne malitiae fermentum sublatū, & nullus relictus fuit eis malitiae & iniquitatis magister. Vides quomodo & poenae, & supplicia beneficia sunt, & dei erga hominem prouidentiam declarant? Et si quis uult haec à primis & ab initio repetere, inueniet omnes poenas hac occasione homini intentatas. Quia & Adam peccantem non puniens tantum, sed & beneficium prosequens paradiso eiecit. Et quale dicit beneficium, etiam paradisi uita excidisse? Dilecte ne simpliciter attendas ad uerba, neq; obiter quae à deo fiunt addisce: sed profundum illius bonitatis intueri, & inuenies propter hoc fieri. Dic enim mihi, si Adā postquam sic transgressus est ipsam adhuc frui potuisset, quod non excidisset? Nam si tantis promissis acceptis, serpentem deceptorem audiuit, & insidias approbauit, quas per eum diabolus intulit, spe uidelicet obtinendae diuinitatis inflatus, etiam in tantum praeruaricationis peccatum iniectus, si in eadem conuersatione mansisset, quomodo nō multo fideliores putasset malignū illum dāmonem, quam rerum omnium conditorem, deq; se sublimiora quam dignitas sua ferebat animo concepisset? Etenim talis hominum natura est, ut si quando peccans nō refrenatur, sed se cure agit, ulterius procedat, & in praecipua. Alia tamen uia possum ostendere, quod misericordiam praese ferens Adam paradiso iusserit excedere, & mortis poenae fecerit obnoxium. Nam eiectione & propinqua habitatione castigatiorem, & in posterum securiorem faciens, re ipsa docuit quantus impostor fuerit dāmon: Mortisq; supplicium propter hunc intulit, ut ne posthac per inobedientiam peccato fieret obnoxius, & perpetuo peccaret. Non uidentur tibi haec esse maximae misericordiae, & eieci à paradiso, & poena hac puniri? Possum autē & aliud praeterea afferre. Et quale nam hoc? Hanc indignationem illi inferendo, non in ipsum duntaxat beneficia collocauit, sed & posteros per ipsum corrigere uoluit. Nam si is qui ex eo natus est, Cain inquam, qui praeculis uidebat patrem ex paradiso eiectum, ineffabilem illam gloriam amissam, maledictionem illam miram: quae dicebat: Terra es, & in terrā abibis: melior factus non est, sed grauioribus se inflixit malis, si non uidisset quae patri cōtigerant, ad quam non peruenisset insaniam? Et hoc sane ualde admiratione fuerit dignum, quod & illum qui talia peccauit & nefario homicidio dextrā polluit, puniens, misericordia poenam miscuit. Et ut manifeste scias diuinā bonitatis, quae & isti exhibita est, magnitudinem: tum quidem cum deū graui contumelia afficeret, offerendo sacrificiū, et magnum praese ferendo contemptum (non enim diuidebat iuste, sed offerebat simpliciter & absq; delictu) nihil uel graue uel molestum aduersus illum loquutus

loquutus est deus, quamuis peccatum ipsum non esset paruū & uulgare, sed magnum. Nam si hominibus quos ueneramur prima & praecipua damus, illaq; offerre maxime uolumus quae praec omnibus illis digna uidentur: quomodo hominem offerentem deo, non oportebat deo pretiosiora & magis eximia offerre? Igitur cum tantum peccaret, & tantū praese ferret contemptū ille, deus tamen non petiuit poenam, neq; pro factis supplicium exposcit: sed quasi amicus amico, cum omni lenitate loquens, sic dixit: Peccasti, quiesce. Peccatum duntaxat illi indicauit, & consuluit ne ulterius progredere. Vidisti bonitatis excellentiam? Sed quia ille nō solum nihil ex tanta patientia lucrifecit, sed & grauiora primis adiecit, ad fratris necem festinans, sic quoq; deus quidē in eum adhuc magnam ostendebat lenitatem, quarens primum dare illi satisfactionis locū: sed quia mansit impudens, tunc poenam intulit ei emendationis gratia, quae etiam ipsa multum habebat misericordiae admixtum. Vides quō deus, quando in ipsum peccatū peccauit, licet nō uulgare, dimisit: quando autem in fratrem armauit dextram, male dictum intulit & increpauit. Sic nunc & nos faciamus, & imitemur dominum nostrum, & dimittamus si quid in nos peccatum fuerit, & remittamus his qui in nos deliquerūt: quando autem in deum peccatum refertur, tum poenas exigamus. Sed nescio quī sit ut omnia secus faciamus, omni no peccata, quae ad deum pertingunt, inulta esse finimus: si quis autem parum quid in nos peccauerit, eius graues sumus ultores & accusatores, non ignorantes quod ea ratione misericordem dominum magis exacerbamus. Saepē enim mos est deo, ut dimittat quae in se peccata fuerint: uerum quae in proximum, ea cum magna feruitate exquirat. Audi beatum Paulum, dicentem: Si quis uxorem habet infidelem, & sibi gratum fuerit cohabitare illi, non dimittat illam. Et si qua mulier habet uirum infidelem, & gratum fuerit sibi cum illo cohabitare, non dimittat illum. Vidisti quanta sibi uerborum attemperatio pro humana imbecillitate? Etiam si gentilis fuerit, etiam si infidelis, probet autem cohabitationem, non refugiat. Et iterum: Et si gentilis fuerit mulier, & infidelis, uultq; cohabitare non repellat. Qui scis, inquit, mulier num uirum saluatura sis? Vide quomodo non prohibet infidelem quempiā uel quampiam in contubernij legem assumi. Audi iterum ipsum Christum dicentem discipulis: Dico enim uobis, omnis qui dimiserit uxorem (excepta stupri causa) facit illam adulterari. Quam excellens misericordia, etiam si infidelis fuerit uel pagana, retine. Si autem in te peccauerit, & foederū obliat aliorum praetulerit consuetudinem, licet tibi illam eieceris & repellere. Haec cogitantes, studeamus etiam domino par rependere, & sicut ipse uult dimittere ea quae in se peccata sunt: quae autem in nos, ulciscitur, idq; magna seueritate: eodem sane modo & ipsi faciamus, & quaecumq; in nos peccant proximi, remittamus: quae autem contra deū, ea ma-

Chryf.

agno studio curemus ultum iri. Quod & uobis proderit plurimum, & eis qui corriguntur non minus. Fortassis hodie prolixius iusto proceum fecimus. At quod accidit, praeter sententiam mihi contigit uerborum fluxu raptō. Quoniam autem omnis sermo noster de diluuiō est, opus nobis erat charitati uestrae ostendere, quod poenae à deo nobis illatae, misericordiae magis sunt quam poenae: sic quoq; erat & diluuiū. Nam sicut benignus erga filios pater, omnia ob curā in genus nostrum fecit. Ut autem ex ijs quae nunc proposita, & hodie lecta, discatis misericordiae illius magnitudinem, audiamus ipsa diuinā scripturae uerba. Nam quia heri docuit nos beatus Moses, dicens: Quod exaltata est aqua super terram diebus centū quinquaginta: & eo usq; docendo processimus: hodie dicit: Et recordatus est deus Noe, & omnium ferarum & omnium iumentorū, & omnium uolatilium, & omnium reptilium quaecumq; erāt cum illo in arca. Vide hic obsecro iterū, quam se attemperat nostrae infirmitati diuina scriptura. Et recordatus est, inquit, deus. Dilecti intelligamus haec ut dignum est de deo intelligere, & crassa haec uerba naturae nostrae infirmitati ascribamus. Nam quantum ad ineffabilem naturam attinet, indignum fuisset hoc uerbum: quantum autem ad nostrā imbecillitatem, appositū est dictū. Recordatus, inquit, est dominus deus Noe. Quoniam narrauit nobis in iam dictis, sicut prius charitati uestrae diximus, q̄ quadraginta diebus & totidem noctibus fuerit pluuia, & diebus centum quinquaginta eadem durauerit aqua, quindecim cubitis super montes exaltata: et quod quum haec fieret iustus manserit in arca, neq; aerem spirare ualens, habitantibusq; cum eo brutis uniuersis: idcirco inquit: Et recordatus est Deus. Quid est recordatus est? Misertus est, dicere uult, iusti in arca agentis. Misertus est, quod in tanta esset angustia & rerum difficultate constitutus, ignoraretq; quando nam molestiae illae finē habiturae essent. Considera hic, quales tūc illius fuerint cogitationes post quadraginta dies & quadraginta noctes, quibus impetu magno pluuiae ingruebāt, quum uideret diebus centum quinquaginta in eadem parte manere aquas, neq; omnino desisteret: & quod multo grauius, neq; oculus uidere potuit quae facta sunt: sed inclusus quum non posset alioquo loco oculis assequi quanta essent mala, maiorem sustinebat dolorem, grauioraq; quotidie suspicabatur. Ego uero admiror, quomodo praetritia non fuerit absorptus, cum mentē illius subirent humani generis interitus, sua solitudo, & difficilis illa uita. At causa bonorum omnium fuit sua in deum fides, per quā & restitit, & omnia fortiter tulit: cumq; spe pasceret, nihil triste sentiebat. Et quia quod suum erat praestitit, tam patientiam monstrando, quam copiosam fidem afferendo, necnon & miram fortitudinem praese ferendo: uide quanta sit, & quam multiplex dei erga ipsum misericordia. Et recordatus est, inquit, deus Noe. Non simpliciter, & absq; causa dixit, tom. 1 3 Et recor

Et recordatus. Sed quia prius diuina scriptura manifestauerat nobis testimonium de iusto illo, dicens: Ingredere in arcam, quia te uidi iustum in generatione hac: Eapropter nunc inquit, Et recordatus est deus Noe: hoc est, testimonij quod cum illo pepigerat. Neque ualde neglexit iustum, sed distulit, quousque ferre potuit, & tunc ei suum beneficium & gratiam impartitus est. Nam sciens infirmitatem nostrae naturae, si quando permittit tentationem inferri, eousque sinit quousque scit nos posse sustinere: ut & retributionem quae nostrae congruat fortitudini tribuat, & suam misericordiam declaret: sicut & Paulus, inquit: Fidelis autem deus, qui non sinit uos tentari supra quam potestis, sed faciet cum tentatione & exitum, ut ferre possitis. Quoniam igitur iustus ille fortitudinem & patientiam praeferebat, sua in deum fide arcae tedia sustinens: propter hoc inquit, Et recordatus est dominus deus Noe. Deinde ut discas abyssum diuinæ misericordiae, addidit diuina scriptura: Et omnium ferarum, & omnium iumentorum, & omnium uolatilium, & omnium reptilium. Vide quomodo omnia in honorem hominis facit. Nam sicut de his qui diluuiio perierunt dictum est, quod cum illis omne brutorum animalium genus perdidit: ita hic suam erga iustum illum misericordiam declarare uolens, in honorem eius, suam bonitatem ac curam etiam in bruta, & feras, & uolatilia, & reptilia usque extendi uoluit. Et recordatus est, inquit, deus Noe, & omnium ferarum, & omnium iumentorum, & omnium uolatilium, & omnium reptilium quaecumque erant cum illo in arca. Et adduxit deus spiritum super terram, & cessauit aqua. Et recordatus est, inquit, dominus Noe, & omnium quae cum illo erant in arca, praecipitque aquae impetum detineri, ut paulatim suam comonstret misericordiam, & postea respirare faciat, & a turbatione cogitationum liberatum, in tranquillo statu constituat, concessio & lucis usu & aeris respiratione. Et adduxit deus, inquit, spiritum super terram, & cessauit aqua. Et reuelati sunt fontes abyssi, & cataraetae caeli. Vide quomodo more humano loquitur nobis omnia. Reuelati sunt, inquit, fontes abyssi, & cataraetae caeli, & cohibita pluuia caeli. Quasi diceret, quod placuerit domino ut iterum in sua regione maneat aqua, neque ultra abundant, sed paulatim definat. Et cedebat aqua de terra, & minuebantur aquae post centum quinquaginta dies. Quae ratio poterit hoc unquam comprehendere? Stetit pluuia, cohibiti fontes non iam abundauerant, & cataraetae caeli cohibita sunt. Aqua tanta quomodo desinit? Omnia abyssus erant, quomodo igitur tantus aquarum impetus subito minor factus est? Quis hoc humana ratione inuenire poterit unquam? Quid igitur est? Dei praecipit, quod facit omnia. Ne igitur nos curiosius exploremus quomodo, sed tantum credamus quod iussit, & exaltata est abyssus: & praecipit, & iterum suum continuit imperium, & ad proprium concessit locum, quem solus ipse dominus scit, qui condidit. Et sedit arca mense septimo, uicesima septima mensis su-

1. Cor. 10. c.

per montes Ararat. Aqua autem sibat & decrescerebat usque ad decimum mensem. Vide quanta simul facta mutatio, & quanta simul aquarum natura desierit, ut supra montes arca resideret. Supra enim dixit, quod quindecim cubitis super montes exaltata est aqua: nunc dicit, quod sedit arca super montes Ararat, & paulatim postea aqua decimo mense decrescerebat, & tandem decimo mense uisa sunt cacumina montium. Considera, obsecro, iusti constantiam, quomodo durare potuerit tot mensibus, qui quasi in tenebris erat inclusus. Et factum est, inquit, post quadraginta dies, & aperuit Noe ianuam arcae quam fecerat, & emisit coruum, ut uideret num cessasset aqua. Ecce iustus ille nondum per se audeat uidere, sed coruum mittit, ac per illum discere uult, an bona rerum mutatio aliqua sit expectanda. Et egressus, inquit, non rediit, donec siccaretur aqua a facie terrae. Et adiecit scriptura uerbum hoc, donec, non quod postea redierit, sed idioma est scripturae diuinæ. Et hanc consuetudinem saepe quis inueniet, & possent multa talia inueniri, ac in medium afferri: sed ne omnia a nobis discentes faciam negligentiores, uobis relinquimus, ut scripturam scrutemini, & inuenietis scio, ubi proprietatibus & idiomatibus huiusmodi utatur. Iam autem operam pretium, ut dicatur causa, quare non redierit haec avis. Fortassis avis illa, uti est immunda, cum delissent aquae incidit in cadauera hominum & brutorum, quibus inuento sibi congruo cibo, insedit. Quod etiam ipsum non paruū bonae spei argumentum fuit iusto. Quod si minus, & neque consolationem inuenisset aliquam, reuersa utique fuisset. Postea iustus meliore spe concepta, emittit columbam, auem mittem & familiarem, quae miram praese fert sapientiam, & non nisi seminibus pasci solet: ex puris enim est auibus. Et emisit, inquit, post illum columbam, ut uideret num cessasset aqua a facie terrae. At columba non inuenta requie pedibus suis, rediit ad ipsum in arca: quia aqua erat super omnem faciem terrae. Par est ut hic disquiramus, quomodo cum supra dixerit scriptura sancta, quod cacumina montium fuerint uisa: nunc dicit, quod columba, non inuenta requie, ad ipsum in arca redierit: quia aqua erat super omnem faciem terrae. Diligenter legamus quid sit dictum, & sciemus causam. Non enim simpliciter dixit, non inuenta requie: sed apposuit, pedibus suis, ut doceat nos, quod licet desierant ex parte aliqua aquae, & cacumina montium apparuerant, adhuc tamen ob abundantiam aquarum etiam cacumina plena erant, Et ideo columba nondum stare, neque convenientem sibi cibum inuenire ualens, reuersa est, reditu suo docens iustum, esse adhuc magnam aquarum copiam. Et extenta, inquit, manu, accepit illam, & introduxit illam ad se in arcam. Vidisti quanta auis gratitudo, quomodo rediens iustum docuit, ut aliquantisper adhuc longanimitatem habeat? Ideo & sustinens, inquit, adhuc septem dies, emisit columbam ex arca, & reuersa est ad ipsum columba ad uesperam, & habuit ramum oliuae uirentibus folijs in ore suo. Non

Non absque ratione, neque temere adiecit, ad uesperam: sed ut dicamus, quod tota die fuerit pasta, & inuento sibi conuenienti cibo, ad uesperam rediit, in ore ferens surculum oliuae. Animal est mite, & nostra familiaritate gaudens, & idcirco rediit, & surculo oliuae multum solatiij iusto attulit. Dixerit aliquis: Et ubi inuenit folia oliuae? Totum hoc factum est dispensatione diuina, & quod a columba inuenta sunt, & quod ea rostro ferens ad iustum rediit. Alioquin & arbor haec semper uirens est, & uerisimile est quod cum aquae redierint arbor haec adhuc habuerit foliorum comam. Et ut continuit, inquit, adhuc septem dies, emisit columbam, & non adiecit ut ad illum rediret. Vide quomodo iustus in omnibus non paruam consolationem accipit. Nam ut bona spe recreatus est, cum rediret, & oliuae ramum in ore ferret: ita & nunc cum egressa non redit, maximum illi indicium fuit, quod sufficientem inueniret refocillationem, & aquae in uniuersum desierint. Et hoc ita esse, audi ex sequentibus. Et factum est, inquit, in uno & sexcentesimo anno uitae Noe, primo mense defecit aqua a facie terrae. Et reuelauit Noe restum arcae quod fecit, & uidit quod defecit aqua a facie terrae. Iterum hic me inuadit stupor, ut admirari cogar iusti huius uirtutem, & dei misericordiam. Quomodo enim (dic mihi) post tantum tempus, ut se aeri commisit, & oculos ad caelum spectandum intendit, non caput est oculos & excacatus? Scitis enim bene quod solet hoc contingere hominibus, etiam ad paruam diei partem in tenebrosis caliginosisque locis habitantibus, quum subito in lucis fulgorem aspicerent uolunt. Iustus autem ille anno integro, & tot mensibus in arca, quasi in tenebris agens, etiam nunc uiso lucis iubare, nihil tale expertus est. De enim gratia erat, & patientia ab ea illi concessa, quae etiam corporis sensus firmiores reddiderat, & potentiores quam qui a corporalibus necessitatibus uincantur. In mense autem secundo arefacta est terra, uicesimo & septimo die mensis. Non absque ratione tanta diligentiam facit diuina scriptura, sed ut dicamus quod usque ad unum diem anni illius completio fuerit facta, quo declarata est iusti patientia, & totius orbis purgatio facta. Deinde postquam quasi a sordibus abluta est omnis creatura, & deposuit omnem maculam, quae ex humana contraxerat malitia, faciesque eura reddita est: tum denique praecipit, ut iustus ex arca exeat, liberque a graui illo carcere fiat, & inquit: Dixit dominus deus ad Noe: Egredere tu, et uxor tua, & filij tui, & uxores filiorum tuorum tecum, & omnes bestiae quaecumque sunt tecum, & omnis caro a uolatilibus usque ad pecora, & omne reptile quod mouetur super terram educ tecum, & crescite & multiplicamini super terram. Expende hic dei bonitatem, quomodo per omnia iustum consolatur. Nam quia imperauit illi, ut exiret ex arca ipse & uxor, & filij, & uxores filiorum, & bestiae omnes: ut ne & istuc ipsum meroerem aliquem ei afferret, & anxium relinqueret cogitantem quomodo in solitudine esset futurus, tantam terrae latitudinem solus inhabitans, nullo

iam alio uiuente: ideo postquam dixit, Egredere & educ tecum: addit, Crescite & multiplicamini super terram. Vide quomodo iustus ille denuo supernam accipit benedictionem, quam ante transgressionem acceperat Adam. Nam sicut quando ille formatus est, audiuit, & benedixit ei deus, dicens: Crescite & multiplicamini, & dominemini maritima & illi nunc dicitur, Crescite & multiplicamini super terram. Quippe sicut ille origo & radix fuit omnium qui nati sunt: ita & iustus hic fermentum quoddam, origo & radix est omnium qui post diluuium fuerunt: & hinc postea humanae constitutionis principium fuit. Creatura quoque omnem suum accepit ornatum, & terra ad ferendos fructus idonea facta, aliaque omnia quae propter hominis ministerium sunt condita. Et egressus est Noe, inquit, & uxor illius, & filij illius, & uxores filiorum illius, & omnes bestiae, & omnia pecora, & omne uolatile, & omne reptile quod mouetur super terram, iuxta genus suum exierunt ex arca. Postquam accepit mandatum a domino & benedictionem dicentem, Crescite & multiplicamini: exiit ex arca cum alijs omnibus. Et posthac in tota terra solus uiuebat iustus ille cum uxore, filijs, & uxoribus illorum. Mox autem ut egressus est, suam declarans gratitudinem, tam pro ijs quae praeterierant, quam quae futura erant, gratias domino referebat. Verum, si placet, ne sermo fiat prolixior, referuabimus in diem posterum, quae ad gratitudinem iusti pertinent, missum hic facientes sermonem: & obsecrantes uestram charitatem, ut continuo beatum istum in memoria uestra geratis, & illius uirtutis pulchritudinem bene discatis, quod melius eum imitemini. Anima duerte enim obsecro, quantus uirtutis illius thesaurus, quia per tot dies nunc de illo disseruimus, & nondum sinem imponere narrationi potuimus eorum quae de illo polliciti sumus. Quamuis autem & nos, & qui nos sequuntur, multa de illo dicere possimus, nondum tamen totum dicere poterimus. Tanta res est uirtus. Porro si & nos naturam nostram sic docere uoluerimus, poterit ad uirtutis imitationem & ipsa induci. Nam si ille in medio tot molestiarum iactatus, neque habens familiarem aliquem, in tantum uirtutis fastigium peruenisse inuentus est: quae nostra erit excusatio, cum nec talia nobis sint praepedimenta, & tamen negligentes simus ad bona opera? Nolo enim dicas mihi solam illam quingentorum annorum uitam quando subsannabatur & irridebatur, uersabaturque in medio flagitiosorum: sed & annum illum narra, quem totum in arca transegit, qui sane conserendus mihi uideatur toti temporis superiori. Tantam sibi afflictionem ferre cogebatur iustus ille, in tanta existens angustia, & neque auram recentem captare ualens, ferarum insuper brutorumque conuictum ferens: qui & in omnibus mentem suam solidam declarabat, & uoluntatem flecti nesciam, & fidem erga deum, per quam facile & leuiter omnia sustinebat. Atque idcirco, quoniam quod suum erat totum afferebat: & eorum quae deus dat, abunde potuit esse. Quamuis enim multa ferret in arca angustiam

gustiam, attamen terribilem tempestatē, & communem omnium internecionem effugiebat. Et propterea post angustiam illam & intolerabilem carcerem, securitatem & quietē adeptus est unā cum diuina benedictione. Et iterum suā gratitudinem operibus indicauit, & ubique inuenies primatū illum obtinere. Nam sicut per aetatem primam omnem uirtutē sectatus est, & a uitijs se alienauit, quibus qui tunc uiuebant, infecti erant: unde neque poenarum particeps fuit, & cum alij omnes suffocaretur, ipse solus seruatus est: ita quia fidem quoque habuit, & cum gratiarum actione suam in arca habitationem tulit, iterum diuina dona copiose illi concessa sunt. Et cū egressus ex arca, & in pristinum statum restitutus esset, statim benedictionem consequutus, iterum solitam prae se tulit gratitudinem, factaque gratiarum actione etiam tunc maioribus beneficijs diuina gratia ipsum cumulauit. Mos enim diuinæ misericordiae est, ut si nos tenuia quaedam & uilia obtulerimus, si tamen offerimus, multa liberalitate nos remuneret. Et ut discas, quanta sit humana tenuitas, & quanta dei magnificentia, nos si uoluerimus offerre, quid amplius offerre possumus, quam quantum uerbis gratias referimus? ea sanē quae ipse exhibet, opere praestat. Quam imparia autē sunt uerba & opera? Et dominus nullarum rerum indigus est, nullaque rerum nostrarū eget praeter quam uerbis: atque hanc ipsam in sermonibus gratiarum actionem exigit, non quod ea ipse opus habeat, sed ut nos doceat gratos esse, & agnoscere tantorum bonorum supergratitatorē. Et illam ob causam Paulus quoque scribens, dicebat: Grati estote. Nihil sic requirit a nobis dominus, ut istuc ipsum. Proinde ne simus ingrati, neque dum operibus beneficijs afficimur, grauemur offerre domino uerbis nostris gratiarum actionem: redundat enim lucrum in nos. Quod si de primis grati fuerimus, cū eo quod maiora nanciscimur etiam fiduciam nobis magnam comparamus. Vnum hoc obsecro, singulis diebus & horis supputemus nobiscum, non cōmunia tantum beneficia quae toti naturae omnium opifex contulit, sed & priuata & quotidiana, & quae ignorantibus nobis cōfert, proque his gratias agamus. Quandoquidem pro salute nostra sollicitus, multa etiam in nos nescios beneficia collocat, saepe ita & e periculis eripit, atque alia beneficia praestat. Fons enim est misericordiae, sua fluente semper humano generi profundens. Igitur si haec cogitamus, operamque damus ut & pro primis suis donis gratias offeramus domino, & pro posterioribus, dum nos non uideamur indigni suis beneficijs, statim uitā egregiam instituemus, & malitiae periculum effugiemus. Beneficiorum enim memoria, idonea nobis est magistra ad uitā uirtute praeditam, non sinens nos in torpore obliuionemque incidere, & malum sectari. Mens enim sobria & uigilans, non solum cum feliciter res succedunt, sed etiam quando praeter sententiam nostram omnia aduersa eueniunt, non minus gratiam agit, nihilque ex rerum uicissitudine remissior fit: sed magis roboratur,

Colof. 3. c

A & ineffabilem domini misericordiam considerat: qui cum diues sit & potens, & in rebus aduersis, etiam si hoc intelligere non possumus, suam declarat prouidentiam. Igitur sic & nos omnia nostra faciamus, ut qualitercunque cadant, unicum nostrum opus sit continuo pro illis gratias agere. Hac enim ratione a brutis differimus, ut laudemus, celebremus, & glorificemus iugiter dominum omnium conditorem. Eapropter & animam nobis inspirauit, & linguam dedit, ut sua in nos beneficia animis percipientes, dominum agnoscamus. Nam si homines, quibus eadem est natura nobiscum, paruo aliquando in nos beneficio collato, expectant a nobis gratitudinem, non ob nostram gratitudinem per se, sed ut ipsi inde celebriores fiant: quanto magis id nobis faciendum in ijs quae a deo accepimus, qui hoc ob nostram solum utilitatem uult fieri? Nam sicut cum grati sumus hominibus qui nobis bene fecerunt, illos clariore reddimus: ita & si in deum fuerimus grati, nos ipsos illustriores facimus. Quoniam non ut nostra celebratione opus habens, hoc fieri uult: sed ut quicquid id lucri est iterum ad nos redeat, & dignos faciamus nos ipsos maioribus subsidij. Quamuis autem non ualeamus id facere ut dignum est: qui enim possumus, cum tam fragiles natura simus, & quid dico humanam naturam? ipse etiam incorporeae, & inuisibiles uirtutes & principatus, & potestates, & Cherubim, ut dignus est, glorificare illum non possunt, etiam si iuxta uires suas gloriam illi offerant: nihilominus iustus fuerit pro uiribus gratiarum actionem offerre, & indesinenter glorificare dominum nostrum, & per benedictionem crebram, & per uitam optimam. Ista enim est clarissima dei magnificentia, quando per innumeras linguas glorificationem offerimus. Nam qui uirtute praeditus est, facit ut omnes qui intuentur eum, dominum suum laudent: & gloria hanc ei qui occasione praebuit, magnam & ineffabilem dei misericordiam conciliat. Quid igitur nobis beatius foret, si glorificarem non solum nostris linguis bonum deum, sed & proximis quoque, ut nostro nomine eum glorificent, incitarem? Tantum enim uirtutis robur est, ut innumeris linguis conditorem laudare queat. Dilecte, nihil utique uitae uirtutis studiosae comparari potest. Vnde & Christus dicebat: Luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant uestra bona opera, & glorificent patrem uestrum qui est in caelis. Vidisti quomodo lumen, cum apparuerit, dispellit tenebras? ita & uirtus, si conspicua fuerit, & malitiam effugat, & erroris tenebras abigit, mentemque uidentium excitat ad deum glorificandum. Quocirca satagamus, ut sic luceant opera nostra, quod & dominus noster glorificetur. Haec autem dixit, non ut ad ostentationem aliquid faciamus: sed ut diligenter, & ut sibi probatur, uitam agamus, non blasphemiae cuiquam locum concedentes: sed bonis operibus in laudem dei prorumpere facientes omnes qui nos uident. Tunc enim, tunc ipsius nobis gratia maiorem conciliabimus, & poenam

Matth. 5. b

& poenā effugere, bonaque ineffabilia adipisci poterimus gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & spiritu sancto simul sit gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Et aedificauit Noe altare, & accepit de omnibus pecoribus mundis, & obtulit holocausta supra altare. Hom. xxvii

MIDISTIS heri misericordis domini bonitatem, quomodo ex arca iustum, & tristi illo & molesto carcere liberauit, & patientiam illius remunerauit, dicens: Crescite & multiplicamini; Discamus hodie quod bene uolus, & quod gratia animae fuerit Noe, & unde ipse sibi multo uberiores merita erga se beneuolentiam elicuerit. Nam quando deus talem aliquem uidet, qui gratus est de prioribus, largius & cumulatius sua dona in illum profundit. Demus igitur & nos operam, ut gratiarum actiones pro uirili domino offeramus, pro donis quae ab eo pridem nobis praestita, ut & maiora inde consequamur, & non obliuiscamur dei beneficia in nos collocata: sed semper ea in mente nostra uersemus, ut ad continuam gratiarum actionem mentem nostram compellant, tametsi tot sint ut mens nostra non sufficiat ad comprehendendum & enumerandum magnam, quae nobis contigit, illorum ubertatem. Quomodo enim quis cogitare sufficeret ea quae in nos iam sunt collata, quae item promissa, quae & quotidie conferuntur: quod ex nihilo produxit ut essemus, quod corpus & animam dedit, quod rationales nos formauit, quod aere respiracioni concessit, quod creaturam omnem propter humanum genus produxit: quod ipse quidem ab initio uoluit hominem in paradiso uitae agere citra omnem dolorem & laborem, & nihil minus habentem angelis & incorporeis illis uirtutibus, existentem in corpore, & corporalibus necessitatibus non obnoxium? Deinde quando ob negligentiam deceptione diabolica per serpentem allata supplantatus fuit, neque sic deserens eum qui peccauerat, bene fecit praeruaricatori: quin & per illa ipsa per quae punierat, sicut heri diximus, excellentem suam misericordiam declarauit: atque innumeras alias beneficiorum species in illum collocauit. Et postea procedente tempore, & crescente genere, ac in omnem malitiam uergente: quia uidebat incurabilia esse uulnere, operatores malorum, quasi fermentum quoddam inutile aboleuit, relicto iusto illo, qui radix & origo fieret generis humani. Et uide iterum, quantam erga iustum illum declaret liberalitatem, totum humanum genus ab eo & filijs eius instaurauit: paulatimque iustos eligens, patriarchas dico, praeeptores dedit reliquo hominum generi, qui sua uirtute omnes nos instruere, & quasi medici aegrotantes curare possint. Et nunc eos in Palaestina, nunc in Aegyptum deducit, simul & seruatorum suorum patientiam exercens, & suam potentiam illustriorem reddens: nec unquam cessauit eodem modo humanae salutis perpetuam curam gerens, mittens prophetas, & per illos signa & prodigia faciens. Ac ut

A succinctius dicam (quemadmodum enim maris fluctus, quamuis iterum atque iterum conemur, enumerare nunquam poterimus: ita neque beneficiorum dei, quae in nostram contulit naturam, uarietatem) tandem ubi uidit post tantam suam prouidentiam adhuc multa & ineffabili misericordia indigere humanum genus, & nihil profecisse uel patriarchas, uel prophetas, uel signa admirabilia, uel poenas, uel admonitiones illas quotidie adhibitas, & captiuitates sibi inuicem succedentes: quasi miseratus genus nostrum, misit ad nos animarum corporumque medicum, unigenitum suum filium, ex patris sui sinibus excitatum: fecitque suscepta serui forma, e uirgine nasci, & nobiscum conuersari, & omnia nostra ferre, ut genus nostrum peccatis oppressum iacens, a terris in caelum subuehere possit. Et hoc miraculo obstupescens tonitruum filius, consideransque immensam dei dilectionem, qua genus nostrum profecutus est, clamabat & dicebat: Sic enim dilexit deus mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in illum, non pereat, sed habeat uitam aeternam. Vidisti causam aduentus filij hanc esse, ut per fidem in illum qui perituri erant, salutis occasionem inueniret? Quomodo cogitarit quis magnam & admirabilem illam, & quae omnem rationem uincit, liberalitatem, qua naturae nostrae praedonum baptismi, omnium peccatorum remissionem donat? Sed quid dicam? neque mens sufficit, neque sermo ualet cetera enumerare. Nam quantum uis dixero, multo plus praetereo. Iam quis poenitentiae uiam cogitauerit, quam humano generi nostro ob ineffabilem misericordiam suam concessit? & post baptismi gratiam, mirabilia illa mandata, per quae, si uellemus, possemus gratiam nobis conciliare? Vidisti dilecte abyssum illius beneficiorum. Vidisti quanta enumerauerimus, & quotam portionem dicere potuimus? Quomodo enim humana lingua, quae a deo nobis facta, pertractari possent? Et licet tanta ac tanta sint, multo maiora & ineffabilia sunt beneficia, quae in futuro seculo per uirtutum uiam incedentibus, & hinc migrantibus daturum se promisit. Quorum magnitudinem ut paucis uerbis nobis commendaret beatus Paulus inquit: Quae oculus non uidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non ascenderunt, praeparauit deus ijs qui diligunt se. Vidisti dona excellentia? uidisti beneficia illius omnem cogitationem transcendentia? In cor hominis non ascenderunt. Si igitur uolumus supputare, & pro uiribus nostris gratias agere, poterimus multo maiorem illius gratiam nobis conciliare, & ad uirtutem magis idonei fieri. Memoria enim beneficiorum dei sufficiens est quae ad uirtutum labores nos adhortetur, & praeparat ut praesentia omnia despiciamus, & ut ei qui tanta in nos beneficia contulit adharea-

Ioan. 3. b

1. Cor. 2. e

tes

tes. Hinc etenim beatus iste tantā dei gratiam sibi cōcilauit, quia de priorib. ualde gratus fuit. Sed ut manifestior uobis ille sermo fiat, operapretium est, ut initium eorum quæ hodie lecta sunt, charitati uestræ proponam. Nam postq̄ ex arca exiuit iuxta mandatū domini cum filijs, & sua uxore, & uxoris filiorum suorū, & omnibus feris & uolatilibus & accepit post egressū a deo benedictionem illam, tantum sibi afferentem solatijs, & dicentem: Crescite & multiplicamini: docens nos scriptura iusti gratitudinem dicit: Et adificauit Noe altare, & accepit de omnibus pecorib. mundis, & de omnibus uolatilibus mūdis, & obtulit holocaustū super altare.] Considera iterū diligenter charissime ex presentibus uerbis, quomodo in natura nostra cōditor omnium in seuit certam uirtutis scientiā. Alioquin unde hoc iusto illi in mentem uenisset? Nullus erat alius, quem uideret, uel a quo disceret. Sed quemadmodū, ut principio dixi, Abel ille Protoplasti filius a seipso cōmonitus, magna diligentia oblationē perfecit: sic utiq; nunc & iustus ille, sua uoluntate & arbitrio sano, quantum humanis uiribus potuit, censuit dño per sacrificia gratiarum actionē offerendā. Et uide ipsum quanta sapientia exequit̄ omnia. Neq; enim amplo opus habebat aedificio, neq; templo, neq; domo admirabili, neq; alio quopiā. Sciebat em̄, sciebat certō quod mentē solā requirat dñs: & extructo tumultuariā opera altari, cum accepisset ex pecoribus mundis, & auibus mūdis, holocaustum obtulit, suæq; uolūtatis gratitudinem quanta potuit facultate ostendit: quā approbans misericors deus, & uoluntatē coronauit, & iterū suam liberalitatē erga illū declarauit. Dicit enim scriptura: Et odoratus est dñs odorem fragrantiae.] Vide quō animus offerētis fumū & nidore, & omnem quæ inde nascit̄ insuauitatē, multa fragrantia impleuit. Idcirco & Paulus dicebat scribens, quod bonus odor Christi sumus, & ijs qui saluantur, & ijs qui pereūt: & ijs quidē odor mortis in mortem, illis autē odor uitæ in uitā. Odorem fragrantiae. Ne offendaris uerbo crasore: sed huīus uerbi attēperationē tuæ infirmitati ascribēs, intellige hinc quod accepta fuerit deo oblatio iusti. Ut enim per res ipsas sciat̄ dominū nullius indigere, & quod ppter nihil aliud hæc fieri permittit, q̄ ut ad gratitudinem oēs adduceret, siuit oblationem igni cōsumi: ut inde discant etiā iij qui offerunt, quod omnia propter suam utilitatem fiant. Quare autē, dico oro, hæc fieri omnino permittit: Et in hoc nostræ infirmitatis habetur ratio. Quia em̄ homines paulatim a uero dei cultu defecturi erant, & proprios deos cōsecraturi, quibus sacrificia immolarent, occupauit ut sibi dona offerrentur: quod uel sic depelleret a pernicioso errore eos quibus inde periculum imminēbat. Et ut scias q̄ hæc omnia indulta & concessa sint ob nostrā infirmitatem, attende quō postea tēpore procedente, uoluit circūcisionem lege sanciri, nō quod ad animæ salutē proficere hæc possit aliquid: sed ut hoc gratitudinis indicium, quasi signū & sigillū circum-

2. Cor. 2. d.

ferrent Iudæorū pueri, et ne liceret eis cōtaminari gentium cōmixtionibus. Hinc beatus Paulus signum hoc uocat, dicens: Et signū dedit circumcisiōnem sigillū: nam ad iustitiā ipsa nihil cōducit. Ecce & hic iustus, nondum instituta circūcisione ad eandem peruenit uirtutē. Et quid dico: Ipse patriarcha Abraham priusquā circūcisionē acciperet iustificatus est. Nam ante circūcisionē inquit: Et credidit Abraham deo, et imputatū est illi in iustitiā. Quid igit̄ superbis Iudæ in circūcisione? Disce, quod ante hanc fuerunt iusti multi. Etenim Abel fide oblationē fecit, quæ admodū & Paulus dicit: Fide uberiorem hostiā obtulit Abel deo q̄ Cain, & Enoch translatus est, & Noe ob multā iustitiā inundationē illam grauissimā effugit, & Abraham ante hanc ob suā in deū fidē prædicatus est iustus. Sic ab initio per fidē humanū genus salutem assequutū est. Sanē ppter ea permisit misericors deus sacrificia sibi offerri, ut quoniam natura nostra imperfectius se habebat, simul & suā gratitudinem declarare, & idolorū perniciosum cultū effugere possit. Nam si cum tantū nobis permiserit deus, multi tamen a ruina sibi nō cauerūt: nisi hoc fuisset factum, quo pacto quis damnum hoc effugisset? Et odoratus est dñs deus odorem fragrantie. At nō ita est de ingratia Iudæis: sed quō, audi Prophetam dicentē: Thymiana in abominationem mihi est: quasi ostendat uolūtatis offerentiū malitiam. Quemadmodū hic iusti uirtus fumū & nidorem fecit odorem fragrantiae: sic apud illos offerentiū nequitia, bene olens thymiana in abominationem conuertit. Igitur ubiq; studeamus mentem afferre incorruptā. Ista enim causa est omnium bonorū. Bonus enim dñs non confueuit attendere ad ea quæ a nobis fiunt, sed ad internā mentē, a qua, ut hæc faciamus, impellimur: & ad hæc spectans, uel approbat ea quæ a nobis fiunt, uel auersatur. Itaq; siue precemur, siue ieiunemus, siue elemosynā faciamus (illæ enim sunt spirituales nostræ hostiæ) siue aliud quid spirituale faciamus, hoc faciamus bona mente incitati, ut laborib. dignam referamus coronā. Eset per absurdum, laborem nos sustinere, & retributione fraudari, si præter leges ab illo nobis datas uirtutem exercemus. Licet enim profecto licet per magnā dei misericordiā, opere nondum completo, coronā uoluntatis solius referre. Et ut ut hoc discas, aduerte obsecro hoc in elemosyna. Nam si quando uides iacentem in foro, & extrema inopia detentum, & condoles mente in cœlum sublata, quæ gratias agat dño, tum propter ea quæ tibi concessa sunt, tum propter inopis patientiam: etiam si non possis explere & soluere illius famem, propter mentem piam consummatam recipies mercedem. Et ea de causa dominus quoq; dicebat: Si quis tantum calicem aque frigidae dederit in nomine discipuli, amen dico uobis, nō perdet mercedem suā. Quid tā nullius sumptus, q̄ poculū aque frigide: sed animus pius mercedē inde sibi cōciliat. Idem & in cōtrarijs inuenimus. Operapretium em̄ est, ut de ijs loquamur charitati uestræ, quō uobis hæc tenentibus

tenentibus maius benignitatis studium sit. Audi enim quid dicat Christus: Qui spectat mulierem ad hoc ut cōcupiscat eā, iam adulteratus est eā, in corde suo. Vides & hic iterū malā mentem sequi cōdemnationē, & ob inconsideratū intuitū, quasi completum esset opus, poenam inferri? Itaq; cum hæc sciamus, unde quæq; mentem nostrā benemuriamus, ut per eā fiant accepta quæ facimus. Nā si fumū & nidorem fecit fieri odorem suauolentie: quid non ē spiritualibus nostris faceret cultib. & quantam non gratiam cœlitus nobis procuraret? Et odoratus est, inquit, dominus deus odore fragrantiae. Vidisti quæ fecerit iustus, quomodo, quantum ad externū spectaculum pertinet, rem paruum: quantum autem ad animū, permagnā? Attende autem & ultra immensam misericordiā domini bonitatem. Et dixit dñs deus in mente sua: Non adijciam ultra ut maledicam terræ propter opera hominū, quia incumbit mens hominis intente in mala opera a iuuentute.] Nō igit̄ adijciam ut percutiā omnem carnem uiuentem sicut feci, ultra omnibus diebus terræ. O magnum beneficentiæ pondus, o plurimā misericordiæ magnitudinem, o ineffabilem tolerantiae excellentiam. Et dixit dominus deus in mente sua. Iterū humano more loquitur, & quasi ad nostrum genus. Non adijciam ultra ut maledicam terræ propter opera hominū. Et enim de Protoplasto dicebat, quum illi malediceret: Spinas & tribulos oriri faciet tibi: & de Cain similiter. Quia autē nunc communem omnium inuexerat interitum, ut consolationē det iusto, & fidutiā ei addat, ne forte cogitet apud se, quæ utilitas factæ benedictiōis, quod dixit: Crescite & multiplicamini: cum iterū ubi multiplicati fuerimus, pereundū sit nobis. Nā olim & ad Adā dixerat: Crescite & multiplicamini: & superuenit tamen diluuiū. Ut ergo ne cogitādo secū talia in perpetuo angore esset, uide misericordiā dñi. Non adijciam, inquit, ultra maledicam terræ ppter opera hominū. Vide quō diserte expressit, quod propter horū malitiā maledictionē terræ induxerit. Deinde ut ne putemus quod ideo hanc promissionē fecerit, quia ipsi iam in melius se conuerterint, inquit: Quia incumbit mens hominis intente in mala opera a iuuentute. Rara misericordiæ species. Quia incumbit, inquit, mens hominis diligenter in mala opera a iuuentute, propter hoc non ultra adijciam ut maledicam terræ. Ego, inquit, quæ ad me pertinent, semel atq; iterum exhibui. Quia autem uideo malitiā ita increfcere, promitto me non ultra maledicturum terræ. Deinde ostendens suæ misericordiæ magnitudinem subiunxit: Non adijciam igitur ultra ut percutiā omnem carnem uiuentē, sicut feci, omnibus diebus. Vide obsecro, quantam consolationem affert iusto: imō non iusto tantū, sed & propter suā bonitatem etiam uniuerso hominū generi post illum futuro. Nam quod dicit: Non adijciam igitur ut percutiam omnem carnem uiuentem: & quod dicit: Sicut feci: item quod dicit: Omnibus diebus, per hoc nobis demonstrare uult, quod nō sit ultra tale

diluuiū uenturū, & quod neq; talis hominū communis interitus totū orbem inuadet. Deinde etiā indicat beneficentiæ suæ perpetuitatem. Omnibus enim, inquit, diebus. In oia secula pmitto me non inducturū huiusmodi indignationē, neq; facturū tantā confusionē & intemperiem tēporū & qualitatū aeris. Ideo subdit: Sementis & messis, frigus & aestus, aestas & uer, dies & nox non requiescent.] Immobilis, inquit, erit hæc ordinatio: terramq; desinet suppeditare hominū generi necessaria, neq; cessabit proferre laborū & agriculturæ præmia, neq; anni partes alijs uersionibus mutabunt, sed & frigus, & calor, & aestas, & uer in anni circulo erūt. Nam quia per diluuiū tēpus fuit confusio quedā totius istius ordinis, & iustus ille in arca erat toto illo tēpore, quasi cōtinua nocte, ideo nunc inquit: Neq; nox, neq; dies suum relinquent cursum, sed ad usq; seculi consumationē immotū illorū permanebit ministeriū. Vidisti dignā consolationē, quæ potuit iusti mentē refocillare: uidisti qualē retributionē acceperit iusti gratitudo: Sed ex sequētib. iterū audi ineffabilem liberalitatē.

Et benedixit, inquit, deus Noe, et filios illius, & dixit eis: Crescite & multiplicamini, et implete terram, & dominemini ei. Et tremor timorq; uestri erit super oēs bestias terræ, & super oēs uolucres cœli, & super omnia quæ mouentur super terrā, & oēs pisces maris in manus uestras dedi. Et omne reptile quod est uiuens, uobis erit in cibū. Quasi holera herbarū dedi uobis omnia. Veruntamen carnē in sanguine animæ ne comedatis.] Dignū est ut hic admiremur excellentem dñi benignitatem. Vide enim quomodo iustus ille iterum eandem benedictionem consequit̄, quā olim Adam: & amissum principatū uirtute sua recipit, imō ineffabili dñi misericordiā. Nā sicut de illo dicebat: Crescite & multiplicamini, & dominemini terræ, & imperate piscibus maris, & reptilibus, uolatilibus, & feris, sic nūc inquit: Et tremor & timor uestri erit super omnes bestias terræ, & super omnes uolucres. Omne, inquit, reptile quod est uiuens, uobis erit in cibū. Quasi olera herbarū dedi uobis omnia. Veruntamen carnē in sanguine animæ ne comedatis. Attende eandem regulā, quæ aliter seruanda tamen. Nam ut Protoplasto dictū est, postquam ei traditū est dominium super omnia, ut frui possit omnibus quæ sunt in paradiso, abstineret tantū ab unico ligno: ita & hic post benedictionē, & postq; terribilis factus est bestijs, & sub manus eius uenerūt aues & uolatilia, inquit: Omne reptile uiuens uobis erit in cibum: ut olera herbarū uobis dedi omnia. Hic est initium edendarum carniū: nō ut nos ad uentris ingluuiem parer & infruat, sed quia ex ipsis erat Noe sacrificaturus, & deo gratias acturus, ut ne uideamur quasi ab execratis abstinere, idcirco edendi facultatē concedit, & ualde securos reddit: Quasi olera herbarum uobis dedi omnia. Dein sicut de Adam dictum est, ut de uno ligno ex omnibus non ederet: ita hic dictū est, cum illi omnia ualde licenter permilla essent: Veruntamen carnē in sanguine animæ

Cap. 1. X

animæ ne comedatis.] Quid est caro in sanguine animæ? hoc est suffocatum. Bruti enim anima sanguis est. Quia igitur sacrificia perfecturi erant ex brutis, quasi docet illos, dicens: Quia sanguis mihi segregatus est, uobis caro. Hoc autem facit ideo, ut primis illis temporibus comprimat illorum imperum, & propensionem ad homicidia. Et quod hoc sit uerum, quia per hoc eos magis pios facere uoluerit, audi quæ sequuntur. Etenim ipsum sanguinem, inquit, animarum uestrarum exquiram, de manu omnium bestiarum exquiram illum. Et de manu hominis fratris exquiram animam hominis.] Quid ergo? Animæ hominis sanguis est? Non hoc dicit, absit: sed humana consuetudine usus est, quasi quis dicat alicui: Sanguinem tuum porto in manibus meis: hoc est, potestatem habeo interficiendi te. Nam quod anima hominis non sit sanguis, audi dicentem: Ne timueritis ab eis qui occidunt corpus, animam enim occidere non poterunt. Et uide quantam fecerit diuersitatem. Qui effudit, inquit, sanguinem hominis, pro sanguine eius effundetur: quia in imagine dei feci hominem.] Cogita obsecro, quantum hic terror uerbo astruendus est. Et si quod eiusdem naturæ est, inquit, non te auocat, neque a tam peruerso conatu repellit naturæ cōmunio: sed et si totus impiæ flagitiosus fraternum foedus & compassionem non agnoscis, cogita quod ad imaginem dei formatus est, & quantum cum deus dignatus sit prærogatiuis, & quod omni creature perfectus sit, & quiesces a mala uoluntate. Quid ergo si innumeris quis patrauerit cædes, & tantum sanguinis effundat, quomodo dignam dabit poenam sanguinis effusio? Non hoc consideranda, sed tale non multo post accipiet corpus in corruptibile, quod poterit continuam & æternam poenam ferre. Illud item considera, quam diligenter præceptum sit. Nam de homine inquit: Ne effundas sanguinem: de brutis autem non dixit, ne effundas: sed, ueruntamen carnem in sanguine animæ ne comedatis. Illic dicit: Ne effundas: hic, ne comedas. Vides quæ nihil molestum habeant eius leges: quod leuia & facilia mandata: quod nihil graue, neque onerosum requirit a nostra natura? Dicunt aliqui, brutorum sanguinem, grauem, terrestrem, & multarum ægritudinum causam, si comedatur. At nos propter prædictum sermonem magis pie philosophicum, & domini mandatum id obseruare debemus. Deinde ut discas quare tam diligenter hoc præceptum statuit, cohibens hominum cædis audas mentes, dicit: Vos autem crescite & multiplicamini, & implete terram, & dominamini ei. Non temere & absque causa dixit: Vos autem: sed quasi diceret: Vos pauci, & in paruo numero, omnem terram implete, & dominamini ei: hoc est, dominium habete & potestatem, & fructum. Vide obsecro dei misericordiam, quomodo prius magna beneficia donat, & tandem unicuique & leue mandatum dat. Et sicut Adæ, postquam concessit ut habitaret in paradiso, & torac tantis fruere, tandem præcepit, ut ab unico ligno abstineret: Ita & hic, postquam promissit non ultra talem se illaturum ge-

Math. 10. c

neralem stragem, neque ita indignaturum: sed usque ad consumationem mundi immota permanens omnia elementa, ita ut quæque suum cursum & ordinem impleant; benedictionem autem ipsos consequuturos, donandosque pristina super bruta omnia potestate, carnium quoque esse securè permisso, tunc inquit: Veruntamen carnem in sanguine animæ ne comedatis. Vidisti quomodo primum benignitate ac ineffabili liberalitate utitur, & tunc deum præcipit: id quod inter homines nunquam fieri solet. Homines enim primum uolunt ea quæ præcipiunt opere compleri, magnaque obedientia & beneuolentia erga se uti subditos mandata suscipientes. Non ita se gerit cōmunis omnium dominus: prius enim benefacit, & multitudine beneficiorum nostram naturam ad se allicit, & postea imperat facilia atque leuia, ut facilitate mandatorum & beneficiis prioribus excitati, ad ea implenda inducamur. Ne igitur negligentes simus dilecti circa mandatorum obedientiam: sed beneficia priora cogitantes, & mandatorum facilitatem, & præmiorum post implenda mandata promissam magnitudinem, sobrii simus, & festinemus ad facienda mandata a deo nobis tradita: & ne dimittamus uias quas ad perficiendam animarum nostrarum salutem præscripsit, sed tempore nostræ uitæ quod reliquum bene utamur, & peccata abluamus, & in hac uita nobis fiduciam quandam reponamus, maximeque nunc cum adhuc est relicta quadragesime pars. Neque enim paruus est dierum numerus qui relinquitur, si uoluerimus parumper relapsere. Hoc autem dixi, non quod solum tanto tempore opus habet peccatorum correctio, sed quia dominum habemus misericordem & benignum, & non indiget magno tempore, tantum magno seruire & sobrietate ad ipsum accedamus reiectis secularibus curis omnibus, & supernæ gratiæ innitatur. Nam & Niniuitæ tanta peccatorum multitudine aggrauati, quia magnam & ueram poenitentiam egerunt, non indigebant ampliori quam trium dierum tempore ad prouocandam dei bonitatem, & irritandam que aduersum se lata erat sententiam. Et quid dico Niniuitas? Iatro in cruce neque uno die opus habebat. Et quid dico, die uno: neque breui hora. Tanta est dei erga nos misericordia. Nam ubi uiderit uoluntatis nostræ firmum propositum, & feruenti nos desiderio ad se accedere, non tardat neque differt: sed accelerat, suamque solitam liberalitatem exhibens, dicit: Adhuc loquente te, dicitur: Ecce assum. Itaque exauditur est & nos, si uoluerimus in paucis diebus illis diligentiam specimen quoddam afferre, & ieiunij subsidio non abuti, & excussa socordia cōtinuis precibus placare dominum, calentes profundere lachrymas, delicta nostra sedulo confiteri, & quasi medico proferre nostra uulnera, & animarum ulcera, nec abijcere quam ille dat medicinam, nec non & alia quæ a nobis exiguntur afferre: animo, inquam, conteri & compungi, & eleemosynam dare largam, affectiones quæ mentem nostram inturbant refrænare, & ex anima eliminare: ita ut neque ab diuitia-

ruma

rum cupiditate expugnemur, neque iniurias illatas a uindicare cupiamus, neque hostiliter in proximum affecti simus. Nihil enim omnium deus ita odit & auersatur, ut hominem ultionis audum, & in animo suo perpetuas seruitem inimicitias. Tantum enim eius peccati damnum est, ut misericordiam dei reuocet, nec locum habere sinat. Quod ut sciatis, Euangelicam uobis parabolam refero, de decem milium talentorum debitore, remissionem omnium a domino consequuto, eo quod supplicabat & orabat. Misericordie enim motus, sicut narrat dominus noster, & scenus ei remisit. Vidisti misericordiam domini: Ille procidit, supplicat, orat, ut longius sibi tempus præfiniatur. Longanimis esto in me, inquit, & omnia tibi reddam. Sed bonus dominus, misericors, nostram curam agens, supplicem bene uolens, non solum quantum petijt, sed quantum ne cogitare quidem ausus fuit, dedit. Is enim eius mos est, ut uincat & præueniat petitiones nostras. Ita & hoc loco illo orante, ut seueritatem dominus remitteret, & promittente soluturum se omnia, ille bonitate sua uincens nostra delicta, misericordia motus, inquit, dimisit eum, scenusque totum ei remisit. Vidisti quid seruus orauerit, & quantum ei dominus dimiserit: Vide eduerso serui insolentiam: debebat enim iuxta tantam misericordiam & ineffabilem beneficentiam sibi exhibitam, & ipse proximo fuisse compatiensissimus. Verum ipse plane contrario modo egit. Egressus enim, inquit, ille decem milium talentorum debitor & remissionem accepit. Audite, obsecro, diligenter: nam quæ illi acciderunt, sufficiunt ad corripiendas animas nostras, & ad persuadendum, ut tollatur grauis ille morbus e mente nostra. Hic igitur, inquit, egressus inuenit unum e conseruis suis, qui debebat sibi centum denarios. Vide quantum interest. Hic conseruus debebat centum denarios, illic dominus erat qui repetebat decem milia talentorum. Nihilominus quia uidit supplicentem & orantem, dimisit. At iste apprehensum seruum strangulabat, dicens: Redde mihi si quid debes. Et quidnam conseruus, qui supplicabat, dixit? Vide quomodo subinde Euangelista uerbum Conseruus uersat, non temere, sed ut discamus quod pares illi nihil differbat. Veruntamen debitor ei supplicabat eodem modo, ut ille antea domino: Longanimis esto in me, & omnia tibi reddam. Ille autem, inquit, egressus, coniecit hunc in carcerem, donec omne debitum sibi dinumeraret. O summam ingratitude: habebat adhuc in recenti memoria quanta dominus liberalitate secum egerat, neque sic aliqua compassione motus est: sed prius quidem suffocabat, nunc uero in carcerem coniecit. Cæterum uide quid sit. Ut uiderent, inquit, conserui illius contristati sunt: & ut uenerunt ad dominum, rem omnem indicauerunt. Non ille quidem qui ita male affectus erat, aut quomodo potuisset ille qui in carcerem coniectus? Sed alij conserui, nulla iniuria affecti, ita quasi iniuria affecti accesserunt, dominoque quæ accesserunt narrauerunt. Iam uide & domini indignationem. Tunc accessit eo, inquit, dicit: Serue male. Verè hic uidere

Chryf.

licet, quantum malum sit iniuriarum reminisci: quoniam cum decem milia talenta consumpsisset, non uocauit eum malum: sed nunc, quia conseruo crudelis fuit. Male serue, inquit, omne debitum illud remisisti tibi, quia rogasti me. Vide quomodo declarat excellentem eius malitiam. Num aliquid amplius fecisti? inquit. Nonne paucula tantum uerba dixisti, & suscepta petitione tua totum illud grande & indicibile debitum remisisti? Nonne & te misereri oportebat conserui tui, sicut & ego tui uolebam? Qua dignus eris ueniar? Ego dominus tantam uiam debitorum propter pauca illa nuda uerba dimisit: tu autem conseruo tuo, qui est eiusdem naturæ, non es misertus, neque inflecti potuisti, neque recondatus eorum quæ a me tibi concessa, uillam compassione præ te tulisti: sed inhumanus fuisti & crudelis, conseruoque misereri noluit: idcirco tandem discas quantorum tibi ipsi malorum autor fueris. Et iratus dominus, tradidit illum tortoribus. Vide nunc & ipsum irasci ob inhumanitatem erga seruum, & seruis illi tradere: & quod prius non fecit cum tot debitorum reus esset, nunc fieri iubet. Tradidit enim illum tortoribus donec omne debitum redderet: donec, inquit, decem milia talenta, quæ iam remissa erant, dinumeraret. Magna & ineffabilis dei misericordia, cum in se quidem peccatum est, ad nudas tantum preces totum remittit, cum autem in conseruum uidet crudelem & inhumanum, suam reuocat liberalitatem, monstrans ei, re ipsa quod non tam illum quam se ipsum offendisset. Et sicut conseruum in carcerem coniecit, donec debitum redderet: ita & ipse tortoribus tradit, donec quod debebat rependat. Hæc autem non tam de talentis & denariis diximus, quam de peccatis & delictorum magnitudine: ut discamus quod nos quidem infinitorum peccatorum poenas domino debentes, propter ineffabilem illius misericordiam, remissionem ab ipso accipimus: si uero erga conseruos & proximos, & eos qui eandem quam nos naturam sortiti sunt, crudeles & inhumani fuerimus, & quæ in nos commissa sunt non dimiserimus, sed pro re friuola importuni fuerimus (quantum enim interest inter centum denarios, & decem milia talenta: tantum & inter ea quæ nos in dominum, & ea quæ alij in nos deliquerunt) tunc & nos in indignationem domini incidemus, & ea quæ iam antea dimissa erant, soluere iterum in tormentis cogemur. Porro ut diligenter discamus parabolam hanc ob animarum nostrarum salutem dictam, audi quæ inferuntur. Sic & pater

Math. 18. c

tom, 1

k nostrum

nostrum in quiete & tranquillitate esse, & mentem nostrā a perturbationibus alienā, affectionibusq; omnibus liberā, plurimumq; nos erga proximum misericordiae studium declarare. Et alio quoq; loco iterū dicit: Si dimiseritis hominib. delicta illorū, dimittet & vobis pater uester caelestis. Ne igitur putemus, quod dum hoc facimus, alteri gratificemur, aut magnum aliquod beneficium in illum collochemus. Nā ipsi sumus qui beneficio fruimur, & multū lucri inde nobis comparamus: sicut etiā si hoc non fecerimus, omnino nihil eos laedere poterimus, nobis ipsi autē intolerabilem gehennę poenam acquirimus. Idcirco obsecro, ut cogitantes hæc, nunquā committamus ut eorum qui nos contristarunt, uel aliās offenderunt, iniurię reminiscamur, uel inimico animo erga illos simus: sed cōsiderantes quāta hoc nobis afferat bona, & quātam ad dominū fidutiā, & ante omnia quod reconciliari cum ihs qui nos iniuria affecerit, peccatorum nostrorum absumptio quędā est, festinemus & anhelemus, ut paratum inde lucrū reputantes, tam officiosi in eos simus qui nos offendere, quā sumus in eos qui uerē nobis bene faciunt. Nam si sapiamus, non ita nobis prodesse poterunt qui sincere nos diligunt & demereri cupiunt, atq; ij per quos diuino favore digni efficiamur, & peccatorum sarcinis exoneramur. Cogita obsecro dilecte, quanta sit huius uirtutis magnitudo, & discite uel ex præmijs, quæ illi uniuersis dominus proposuit. Nam cum dixisset: Diligite inimicos uestros, benedicite eis qui persequuntur uos, orate pro calumniantibus uos: quia sublimia sunt præcepta, summumq; uerticē tangētia, inquit, ut efficiamini similes patri uestro qui in caelis est: quia solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Vidisti cui similis fiat, dītaxat pro humanis uiribus, qui non solum nō ulciscitur inimicū, sed & orare pro eo studet: Ne igitur negligētia nostra talibus nos fraudemus bonis, & præmijs quæ etiam cogitationem transcendunt: sed modis omnibus bonorum operū nobis cura sit, cogaturq; & erudiatur mēs, ut pareat dei præceptis. Nā propterea hanc admonitionē nunc feci, et parabolam in mediū attruli, & quāta sit huius boni operis magnitudo, & quātum nobis inde lucrum accrescat ostendi, ut cum adhuc tempus est, si quis ex uobis est qui inimico in quempiam sit animo, operā det ut officiose reconcilietur. Et ne quis mihi dicat: Semel atq; iterum orauī, & non assensit. Si hoc synceriter facimus, non prius quiescamus, donec multa sedulitate uictoriam adepti, illum nobis conciliemus, & a suis in nos inimicitijs abducamus. Neque em̄ illi quid largimur, sed in nos transeunt beneficia. Dei fauorem hinc assequimur, peccatorū nostrorum maculas detergi facimus, magnam apud deum fidutiā accipimus. Si hoc fecerimus, poterimus pura conscientia ad sanctam reuerendāq; hanc mēsā accedere, & uerba illa quę precibus nostris inserta sunt, fidenter dicere. Sciunt iniciati quid dicatur. Proinde uniuersiusque con-

Matth. 5. g

scientiā relinquo, quomodo mandato illo impleto, per illud terribile tēpus fidenter ea dicere possimus: quod si negligētes fuerimus, quāta sit hinc nobis cōdemnationis causa, qui diuersa facimus & dicimus, audentes temere uerba precum pronuntiare, & maiorem nobis ipsis ignem extruere, irāq; dei in nos prouocare. Gaudeo et letor, quia uideo uos tāta uoluptate quæ dicimus audire, & plausu tanto excipere, promptosq; esse, & ad dominici mādati adimpletionē paratos. Hæc enim animarum nostrarū medicina est, hoc uulnerum nostrorum pharmacum, hæc optima ad deo placendū uia, hoc certissimum piæ animę indicium, suscipere omnia propter legem domini, & a cogitationum infirmitate non retrahi, sed affectionibus imperare, animo uersare beneficia a deo quotidie nobis exhibita: & quantumuis conemur, uix ullam partem cogitatione assequi poterimus eorū uel quæ olim in nos collocata, uel quæ quotidie accipimus, uel quę in futurum reposita sunt bona, si uoluerimus mandata domini opere complere. Posthac igitur hoc opus sibi quisq; proponat, & quasi ad thesaurum maximū festinet, neq; differat, ut fieri solet, etiam si labore, uel inquisitione, uel longo itinere opus sit, etiā si molestiæ multæ sint: omnia hæc auferamus impedimenta, unica nobis cura sit, quomodo mandatū domini adimpleamus, & obedientiæ mercedem feramus. Scio quod graue & molestū uidetur, ad eum qui hostiliter in te affectus sit, abire, cumq; eo stare & loqui. At si mādati cogitaueris dignitatē, & retributionis magnitudinē: & quod non in illum, sed in te recurrat beneficia, omnia tibi leuia & facilia uidebuntur. Hæc igitur in mentibus nostris uersantes, consuetudinē nostrā uincamus, piāq; mentē dominica mādata adimpleamus, quod et a Christo remunerari mereamur, gratia & misericordia bonitatis eius: cui cum patre & sancto spiritu sit gloria, imperium, honor & nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.



Et dixit deus ad Noe & ad filios eius cū eo. Ecce ego statuam pactum meum uobiscum & cum semine uestro post uos, & ad omnē animam uiuentē quæ est uobiscū, tam in uolucris q; in pecudibus, & ad uniuersas bestias terræ. **M**ERI proposita benedictione, quā consequutus est a domino iustus, q post egressum ex arca altare ædificauit, & oblati hostijs suā declarauit gratitudinē, ulterius neq; progredi, neq; lectionem totā enarrare, neq; quantum se humilitati nostræ misericors deus attemperet, ostendere potuimus; nam sermonē nostrum, quia prolixius se extendebat, celeriter succidimus, ne multitudinē uestra memoria obrueret, nō sine iactura eorum quæ dicēda erant. Non em̄ hoc solum nobis curę est, ut multa dicamus: sed quantum uobis facile sit mente capere, quod cum lucro hinc abire liceat. Nam si nos plura q; par sit dicamus, & uos nihil inde percipiatis, quæ utilitas? Scitis enim, quod propter

propter uestram utilitatem hunc laborē suscepimus, & iustam nos mercedē accepisse credimus, si uestrum uideamus profectum: & quod diligenter quæ dicuntur teneatis, in sinibus animi uestri reposita, continuo ea memorantes & ruminātes. Memoria enim olim dictorū, faciet ut maiori cōmoditate & dicenda capere possitis. In hoc enim inuigilamus & incumbimus, ut omnes uos perfecti & consummati fiatis, & nihil eorum quæ in diuinis scripturis continent, uos lateat. Etenim eorum uirtutis, si uigiles sobrijsq; esse uolumus, & ad melioris uitæ frugem plurimū nobis confert, alacrioresq; ad uirtutū labores facit. Nam cum erudimur, omnibus iustis magnā apud deum esse fidutiā, qui afflicti & tētati per omnē uitam suam, patientiā & gratitudinem declararūt, & sic præmia sunt adepti: quomodo non & nobis cura erit, ut eandem incedamus uiam, quod & eadē præmia obtineamus? Ideo obsecro, ut quotidie aliqd accedat boni operis, & crescat uestrum ædificium spirituale, & bona opera quę olim fecistis, diligenter custodiatis, & si quæ adhuc desiderantur adiciatis, & sic in summum uirtutis perueniatis fastigium, in uestrā gloriam, in ædificationē ecclesię, in honorē Christi. Sanē ego uidēs inexplebilem uestram spiritualium doctrinarū auiditatem, etiā satis conscius magnæ meæ tenuitatis, non intermitto quotidie apparare ex diuinis scripturis cōuiuuium, & quæcunq; dei gratia propter suam misericordiam & uestrā utilitatē suppeditauerit, apponere. Aggē igitur & hodie indicabimus charitati uestræ eminentem dei misericordiam, quam humano generi cōtulit: & ob id uerba quæ deus ad Noe dixit, afferimus. Et dixit deus ad Noe, & filios illius. Postq; benedixit illū & filios illius, & dixit: Crescite & multiplicamini: & tradidit illis dominium super bruta omnia, potestatemq; dedit hisce quasi oleribus herbarū uesci, nec non & mādauit ut carnes in sanguine nō comedant: adhuc gerens curam iusti & posteritatis, beneficijsq; nostrum genus adobruens, denuo maiora adiecit beneficia, & inquit: Dixitq; dominus deus Noe & filijs illius cum ipso, dicens: Ecce statuam testamentū meum uobiscū, & cum semine uestro post uos, & omni animæ uiuenti uobiscū, & omnibus quæ egressa sunt ex arca, & statuam testamentum meum uobiscū. Et nō morietur ultra omnis caro ex aquis diluuij, nec erit ultra diluuiū aquæ, quod omnem terrā corrumpat.] Quia uerisimile erat iustum adhuc in angore esse, & mentē illius formidine teneri: & si quando ingrueret paruus aliquis humber, futurū tristem & attonitū, quasi denuo talis tempestas mundum inuolutura sit: ideo ut & ipse fidere possit, posteritasq; omnis, optimus deus beneficijs quod & paruus moror turbare queat. Nam præteritorum experientia ad formidinem incutiendam multum habet momenti. Itaq; quia uerisimile erat, & a parua pluuia formidaturum, idcirco misericors deus, quasi fidutiā illi addidit, & ab omni formidine solum, in magnam securitatem & iucunditatem inducturus, **Chryf.**

promittit ipsi, quod eiusmodi poenam ultra nō sit illaturus. Et hoc quidem pridem & ante benedictionem promiserat, dicens, quemadmodum audiistis, Non adijciam ultra, ut maledicā terram: etiam si hominū malitia increseat, non tamen ego humanum genus tali subijciam poenæ. Nam mōstrādo ineffabilem suam misericordiam, id ipsum nunc denuo promittit, ut bono animo sit iustus, nec cogitet apud se, ac dicat, Et olim benedictionem generi nostro dedit, & ut ualde multiplicaretur effecit: sed postea cōmunem illam omnium internecionem subiunxit. Quocirca, ut omnem cōcogitationibus illius tumultum expelleret, cōpiosis argumētis certum ipsum fecit, nō futurū ultra tale diluuium: Quasi scilicet diceret, diluuium ex misericordia induxi, ut & malitia impediat, neq; ulterius progredi possit: ita et nunc eadem misericordia polliceor me id non ultra facturū, ut seposito omni morore, præsentem uitam transigatis. Et ideo dixit, Ecce statuo testamentū meum, hoc est pactum facio. Nam sicut in humanis negotijs si quis promittit aliquid, pactum facit, & certis argumentis & indicijs securū alium facit: ita & benignus dominus, inquit, Ecce statuo testamentū meū. Et benedixit, statuo, pro eo quod est, Ecce ego instauro ea, quæ ex peccatorū ruina acciderant: & statuo testamentū meum uobiscū, & cum semine uestro post uos. Vide misericordiam domini: quasi diceret, Non tantum uobiscū statuo pactum: sed & ihs qui uos sequentē stabile & firmum fore pronuntio. Postea ut suam declarat liberalitatem, inquit, Et omni animæ uiuenti uobiscū, a uolatilibus, & a pecoribus, & omnibus bestijs terræ, quæcunq; uobiscū ex omnibus quæ egressa sunt ex arca, & statuam testamentum meum uobiscū, & nō morietur omnis caro ultra ab aqua diluuij. Et non ultra erit diluuium aquæ, ut corrumpat omnem terram.] Vidisti pactorum magnitudinem: uidisti promissionum ineffabilem liberalitatem? Cōsidera quomodo misericordiam suam denuo facit usque ad bruta et feras pertingere: & merito. Quod enim sæpe dixi, hoc & nunc dico. Quia propter hominem hæc producta sunt, ideo & illorum beneficiorū partem habent, quæ homini concessa sunt. Et uidetur mihi cōmune esse testamentū & homini, & brutis. Nam & hoc homini solatio fuerit, ut scire possit in quanto sit honore, quod non solum in se collocetur beneficia, sed propter se in alia quoq; animalia extendatur liberalitas. Et non morietur, inquit, omnis caro ultra ab aqua diluuij, & non erit ultra diluuium, ut corrumpat omnem terrā. Vidistis quomodo et semel, & iterum, & sepius pollicetur se non ultra immisurum communem omnium internecionem, ut ex mente iusti hanc sollicitudinem eximat, et de futuris ut bonā spem ille habeat. Deinde nō ad suam naturam spectās, sed nostram infirmitatem, non contentus est promissione sua, quā uerbis dedit: sed iterum ostendit, quomodo se nostræ infirmitati attemperat, tali metu humanum genus liberās, ut etiam si sæpe pluuia deferant, & uiolente tem-

tom. 1 k 2 pestates

pestates fiant, et si aquarum magna sit inundatio, A neque sic metuendum sit, sed confidendum, nobis ad miraculum respicientibus. Et dixit dominus deus ad Noe, Hoc est signum testamenti, quod ego do inter me & te. Vide quomodo honore iustum dignatus, ita cum eo pacificus quasi homo homini loquens, & dicit, hoc est signum testamenti quod ego do inter me & te, & omnem animam uiuentem, quae uobiscum est in generationes aeternas. Vidisti quomodo signum dandum omni uiuenti duraturum sit in generationes aeternas? Non solum communiter omnibus uiuentibus dat signum, sed & perpetuum & aeternum illud facit, quoad mundus subsistit. Quod ergo signum? Arcum meum pono in nube, et erit in signum inter me & terram. Ecce post pollicitationem uerbo factam & hoc signum do, in idem dicens, quae aliqui fieri dicunt sole radios suos contra nubes mittente. Si sermo meus, inquit, non sufficit, ecce & signum do, nunquam ulterius talem me poenam inducturum. Hoc ergo signum uidentes, a formidine liberemini. Et erit cum nubila uero, inquit, nubes super terram, & apparuerit arcus meus in nube, & recordabor testamenti mei quod est inter me & uos, & inter omnem animam uiuentem super omnem terram. Quid dicis o beate propheta? Recordabor, inquit, testamenti mei, hoc est pacti mei, promissionis, pollicitationis. Non quia ipse opus habeat recordatione, sed ut nos ad illud signum respicientes, nihil durum suspicemus: sed statim recordemur diuinae promissionis, & roboremur, & confidamus, utpote nihil tale passuri. Vidisti quantum deus uerbis se propter nostram infirmitatem humiliet, quantum curam gerat nostri generis, quantum misericordiae magnitudinem declaret: non quia hominum conuersionem uidit, sed ut per omnia nos doceat excellentem suam bonitatem? Et non erit ultra aqua in diluuium, ita ut deleat omnem carnem. Quia sciuit hoc time re humanam naturam, uide quomodo continuo hoc pollicetur, quasi dicens, Etiam si uideritis multos hyemes fieri, neque sic aliquid duri uobiscum concipiet. Non enim erit aqua in diluuium, ita ut deleat omnem carnem. Talis hyemem non erit ultra, tantam indignationem non ultra experietur humanum genus. Et erit, inquit, arcus meus in nube, & uidebo ut recorder testamenti aeterni inter deum, & inter animam uiuentem in omni carne. Confidam quomodo uolens humanam naturam ad fidem & firmam credulitatem inducere, tanta uerborum usus sit humilitate. Et uidebo, inquit, ut recorder. Ergone usus ipsum in memoriam ducet? absit. Non enim ut hoc suspicemur, ita dicit, sed ut quando uidemus signum hoc, dei promissioni confidamus, certi quod non sit possibile dei promissiones intercidere. Et dixit dominus deus, inquit, ad Noe, Hoc signum testamenti mei, quod posui inter me, & inter omnem carnem quae est super terram. Accepisti, inquit, signum id quod dedi inter me & omnem carnem, quae est super terram. Ne ultra confundaris mente, ne turberis animo: sed ad hoc respiciens & ipse bonam spem habeto, & omnes

qui post te futuri sunt hinc consolationem accipiant: & aspectus signi fiduciam eis praestet, quod nunquam talis tempestas terram inuadet. Nam quamuis peccata hominum crescant, ego tamen quae promisi adimplebo, & nunquam talem indignationem in omnes proferam. Vidistis quam excellentem domini bonitatem? Vidistis quantum ad nostram humilitatem uerbis se demittat? Vidistis quanta suae erga nos curae magnitudo? Vidistis quanta promittentis liberalitas? Non enim beneficium suum usque ad duas uel tres, uel decem generationes extendit, sed promissit quoad subsistit mundus, ut ex utroque emendatior reddamur, & ex eo quod illi propter multitudinem peccatorum tali poena puniti sunt, & ex eo quod nos tanta promissione dignatus est. Nam cordatos beneficia magis quam poenae alliciunt ad mandatorum obedientiam. Igitur ne simus ingrati, antequam enim uolum bonitatis specimen exhibuerimus, imo etiam cum poenis digna fecerimus, tanta nos dignatus est beneficentia, quod si grati fuerimus, & de prioribus gratitudinem declarauerimus, conuenterimusque nos ad meliora, quanta tum denique nos dignabitur liberalitate & gratia, qui indignis ita benefacit, & tam misericors est peccatoribus: si a peccatis desisterimus, & uirtutem sectemur, quae non consequuturi sumus? Enim uero hac de causa prior ipse multa in nos beneficia collocat, & cum peccauerimus iterum nobis uentura impartit, & supplicia non est uestigio infert: ut per omnia nos alliciat, & dum nobis benefacit, & dum longanimis est. Saepe etiam dum aliquos punit, alios per hoc inducere uult, ut illorum metu castigati supplicij periculum effugiant. Vidisti sapientissimum dei misericordiam, quomodo omnia quae per ipsum sunt, propter unum solum, nempe humanam salutem, sunt? Idcirco cum haec cogitamus, ne simus desides, ne aduersus uirtutem certemus, ne pretereamus leges ab illo statutas. Nam si uiderit nos conuerti, & quiescere, & principium aliquid facere, ipse quoque sua simul afferet, facietque nobis omnia leuia & facilia, & non permittet ut laborem sentiamus. Nam quando anima ad deum cogitationem suam intendit, non iam decipi potest a uisibili aspectu: sed praeteriens omnia, ea quae non uidentur corporalibus oculis, quae nullam sciunt uicissitudinem, sed perpetuo manent, fixaque sunt ac immota, diligentius speculatur quam ea quae ante pedes sunt posita. Tales enim mentis sunt oculi, qui ad illorum spectaculum continuo intendunt, & supernis radijs illustrati, omnia quae in hac uita sunt quasi umbram & somnium transeunt: non ulli ultra deceptioni obnoxij sunt, neque ipsis imponi potest: sed etiam si opes uiderint, statim derident: scientes quod fugiuo quouis infideliores, ab uno ad alium transeant, & nunquam apud eundem subsistant, & insinista mala possidentibus afferant, quos & in ipsum malitiam, ut dicitur, praecipitium impulsos deturbant. Et si corporis formositatem intuenti fuerint, neque illam magnificiunt, cogitantes tam fragilem ac instabilem, quod superueniens morbus repente omnem

omnem illam formositatem obscurat, & quod non nunquam ante morbum, si inuaserit senectus, facies quae antea formosa erat fiat in decora & iniucunda: mors autem superueniens, omnem corporis pulchritudinem corrumpat. Et si quem uiderit gloria & potentia inflatum, & qui in summum dignitatum uertice euectus omni felicitate fruatur, etiam illum praeterit, quasi nihil stabile & solidum habentem, sed de illis gloriantem quae fluminibus ipsis oculis praeterlabuntur. Quid enim omni huius uitae gloria uilius, quae flori herbae confertur? Omnis enim gloria hominis, inquit, sicut flos foeni. Vidistis dilecti, quam acute uideant oculi fidei, si quando in deum mens intenta fuerit? Vidistis quomodo a nulla re uisibili decipi possunt, sed recti habent opinionum iudicium, neque in ullo falluntur. Sed si gratum est, iterum ad contextum sermonis reuertamur, & paucis propositis finem sermonis faciamus. Nam postquam scriptura sermonem de diuino miraculo finiuit, uoluit iterum nos docere alia quae ad iustum illum & filios illius pertinent, & dicit: Erant autem filij Noe, qui de arca egressi sunt, Sem, Cham, Iaphet. Cham autem erat pater Chanaan. Tres illi sunt a quibus dispersi sunt super omnem terram. Dignus hic fuerit, ut inquiramus, quare diuina scriptura hos tres filios commemorando subdit, Cham autem erat pater Chanaan? Ne putetis, obsecro, hoc absque causa fuisse adiectum. Nihil enim in diuina scriptura continetur quod non aliqua ratione dictum sit, quae non & latentem in se habeat utilitatem. Quare ergo assignauit, Cham autem erat pater Chanaan? Voluit autem per hoc nobis illius intemperantiae nimietatem insinuare, & quod neque calamitatis magnitudo illum coercere potuit, neque tanta in arca angustia irrefrenata illius concupiscentia sedauit: sed quauis senior nondum filios procreauerat, hic incontinentiae deditus, in tempore tantae indignationis, & generalis interitus, quo orbis comprehensus est, rei uenerae operam dedit, iam statim ab initio mentis suae malitiam monstrans. Itaque non multo post, propter contumeliam in parentem, maledictionem suscepturus erat eius filius Chanaan. Ideo scriptura diuina nomen eius prius assignauit, pariter & filij nomen, docens & patris intemperantiam: ut cum eum postea uideris magna ingratitude erga patrem uti, scire possis quod iam olim talis fuerit, utpote neque a tanta calamitate humilitatus. Sufficere enim debebat ad extinguendam libidinem tantus luctus: & nihil flammam & insaniam hanc ita comprimere potest, ut tristitia uehementia & calamitatis excellentia. Igitur qui in tanta malorum magnitudine tantae rabiei & insaniae in procreandis liberis fuit, qua uenia dignus fuerit? At hic nobis alia quaestio nascitur, celebrata, & quae ubique circumsertur, Quare patre peccante, filius maledictum accipit? Sed ne longum sermonem hunc faciamus, in crastinum diem illam reponemus, ut cum ad eum locum peruenierimus, tunc & solutionem afferamus, quam deus donauerit. Nihil enim in sacra scriptura (sicut dixi) inue-

Chryl.

nire licet, quod absque ratione aliqua sit scriptum. Iam hoc quoque sciamus, quod nomen filij non absque causa fuit a Mose commemoratum, cum dixit, Cham autem erat pater Chanaan. Tres, inquit, sunt filij Noe, & ab ipsis dispersi sunt in omnem terram. Neque hoc dictum obiter praetereamus dilecti, sed cogitemus ex illo ipso uirtutis dei magnitudinem. Tres, inquit, erant filij Noe, & ex illis dispersi sunt super omnem terram. Quomodo ex tribus tanta multitudo succreuit? quomodo potuerunt durare? quomodo ex paucis illis totus mundus constitutus? quomodo eorum permanserunt corpora? Non medicus erat qui medicinam adhiberet, neque erat aliqua alia cura. Nondum enim erant ciuitates conditae, sed post tantam miseriam & uitam illam in arca, e qua saluati sunt & incuruati ob compressionem exierunt, & in tanta solitudine existentes, & indicibili uastitate, quomodo non corrupti sunt? quomodo non perierunt? Timorem enim & metum, dicite oro, non putas commouisse eorum mentem, & concussisse animam? Ne admireris dilecti: deus enim erat qui omnia faciebat, & deus naturae opifex erat, qui omnia praepeditamenta aufererebat mandato suo, quo dixit, Crescite et multiplicamini, & implete terram. Hoc enim incrementum dedit. Quia & Israelitae cum in Aegypto in Exod. luto & latere conficiendo onerati essent, in tanto maiorem multitudinem exercebant, quo magis opprimebantur. Et neque immisericors & crudele praecceptum Pharaonis, quod praecipiebat masculos in flumina proijci (& alioqui mire uexabant praefecti operarum) ualuit imminuere illorum multitudinem, sed in maiorem multitudinem incresebant. Aderat enim diuina gratia, quae omnia diuerso modo operatur. Quando igitur dominus praecipit, ne queras ut iuxta humanum morem opera perficiantur. Potentior enim quam natura, non eget naturae ministerio, sed per ea, quae alioquin impediunt, res augmet. Eo modo & nunc, per tres illos totum orbem impleuit. A tribus enim illis, inquit, dispersi sunt in uniuersam terram. Vidisti dei potentiam? uideristi quomodo & si sint multa obstacula, nihil tamen illius moratur uoluntatem? Id ipsum & in fide licebit uideri. Cum enim tales sint qui infestent, tantum sunt qui insidientur, & reges, & tyranni, & populi seditiosi, & omnia facientes ut extinguant scintillam fidei, per insidiatos, per eos qui uetare uolebant, tanta pietatis flamma erupit, ut totum orbem habitatum & inhabitatum inuaserit. Etiam si ad Indos abieris, & ad Scythas, & ad fines orbis terrae, etiam si ad ipsum Oceanum, ubique inuenies Christi fidem illustratam omnium animos. Et quod admirabile ac stupore plenum est, ipsa efferat barbarorum corda demulsit & placida fecit pietatis sermo, didiceruntque philosophari, & abiecta pristina consuetudine ad pietatem translati sunt. Et sicut per tres illos hominum genus multiplicauit uniuersi conditor: ita quoque et in fide per undecim piscatores illiteratos & idiotas, qui neque os aperire audebant, omnem sibi orbem conciliauit. Et illiterati isti, & idiotae, &

tom. 1 k ; piscatores

piscatores, philosophorum obturauerunt ora, & transcurrerunt orbem quasi alati, seminantes ueritatis sermonem, & spinas exsecantes, & pristinas affectiones reuellentes, Christiꝫ leges ubiq; plantantes. Et neq; quod pauci essent, neq; quod priuati & illiterati, neq; quod austeri & insolita docerent, neq; quod ueteri consuetudine humanum genus prauertum esset, obstaculo eis esse potuit: sed prauia gratia sustulit hæc omnia, magnaꝫ facilitate operati sunt omnia, per ipsa obstacula maiorem accipientes alacritatem. Enimvero interdum flagellati decedebant gaudentes, nō propter flagella simpliciter, sed q̄a pro nomine Christi digni habiti sunt ignominia pati. Interdum autem in carcerem coniecti, quia ab angelo educi fuerunt, iterum eadem cōtinuauerunt: & in templum abeuntes, doctrinę sermonem seminarunt, piscati multitudines ad pietatem. Et iterum detenti, non solum non segniores inde facti sunt, sed & maiorem libertatem præ se tulerunt, in medio infamantis populi, & dentibus fremētis stantes, ac dicentes, Obedire oportet deo magis quam hominibus. Vidisti libertatis magnitudinem? uidisti illiteratos piscatores contēnere tot furentes populos, & ad cædes ac mactationes paratos? At tu dilecte audiēs hæc omnia quæ sunt, ne tribue illis: sed diuinæ gratiæ, quæ cōfirmat & instruit illorum alacritatē. Quia & ille beatus Petrus, cum ex utero matris claudum corrigeret, omnibus obstupescens & admirantibus, suam ipse gratitudinē declarans, inquit, Viri quid in nos intenditis, quasi qui propria potentia uel pietate fecerimus illum ambulare? Quare, inquit, sic attoniti & stupefacti estis in hac re? Num nos sumus hoc operati, uel propria uirtute incolumitati illum restitimus, & ambulare fecimus? Quid in nos intenditis? Nihil amplius nos attulimus, quam quod linguā nostram cōmodauimus. Qui autem omnia fecit, dominus est, & ille naturæ cōditor, deus Abraham, Isaac & Iacob, quos patriarchas censeatis. Ille quem uos tradidistis, & negastis coram facie Pilati, iudicantis illum dimittendū. Ille est qui omnia operatus est, quem uos sanctum & iustum negastis, & petistis uirum homicidam uobis tradi: principē autem uitæ cōdemnastis, quem deus excitauit à mortuis, cuius nos testes sumus, & in fide nominis illius, hunc quem uidetis & spectatis, solidauit nomen illius, & fides quæ per ipsum dedit huic incolumitatem coram om̄ibus uobis. Magna & multiplex liberi huius sermōis excellentia. Ineffabilis potentia uirtutis, supernē illis collatæ. Manifestissima resurrectionis demonstratio beati illius sermo fuerit. Quod enim maius miraculum illo quis quæreret, cum is qui ante crucem etiā abiectæ ancillæ minas ferre non potuit, nunc tantus & talis aduersus Iudæorum populum insurgit, tantaꝫ cum fiducia: & cum unicus esset, contra tam incompositā & tam rabidā multitudinem se opponit, & loquitur quæ infaniam illorum magis exasperare queant? Vidisti dilecte id quod in proœmio dicebam, etiam nunc decla-

Acto. 3. 4

ratum: Quod si quis amore in deum accēdatur, non sustinet postea ad corporales res oculos intendere: sed alijs oculis cōparatis, oculis inquam fidei, res item fidei semper speculatur, & ad illas mentem habet intētam: ambulansq; in terra, tanquam municipatum habens & cōuersionem in cœlis, ita omnia agit, nullis humanis præpeditis à uirtutis cursu. Nam qui talis est, non posthac respicit ad secunda huius uitæ, neq; ad dura & aspera, sed omnia illa prætercurrit, ad patriā suam festinans. Et sicut qui sensibile cursum magna contentione peragit, nullum occurrentium uidet, etiam si sæpius in illum incidat: sed animo suo ad cursum intento, facile omnia transit, festinans ad destinatum scopū: Eodem modo, qui cursum uirtutis ut currat, festinat, & à terra in cœlum redire concupiscit: omnia enim quæ uidentur deorsum relinquit, & totum se cursui dedit, neq; prius subsistit, donec in uerticem ascēdere potuerit. Ei qui sic affectus est, etiam quæ uidentur esse terribilia in præsentia uita, contemptibilia fiunt: quin & talis neq; gladium timet, neq; præcipitium, neq; ferarum dentes, neq; tormenta, neq; licitorum manus, neq; aliquid in hac uita triste: sed & si carbo nes uideat substratos, quasi prata & paradisos transilit: & si aliam quandam tormentorum speciem intentari uideat, nō deficit ad aspectum, neque auersatur. Desiderium enim futurorum mentem ipsius transulit. Et quasi frustra corpore amictus, ita affectiōes suas magistrat, & superna gratia munitus, corporis dolores ne sentit quidem. Quocirca, obsecro, ut facile uirtutis labores ferre possimus, magnū habeamus in deum amorē & desideriu, & illuc mente nostra intenta, à nulla re huius uitæ supplantemur in cursu illo: sed futurorum honorum fruitionem continuō cogitantes, omnes huius uitæ molestias mansuetē seramus. & neq; ignominia nos cōtristet, neq; inopia grauet: neq; morbus corporis robur animi dissoluat: neq; contemni à multis, & inter uiles haberi, segniores nos faciat in uirtutis studio: sed omnibus ijs, quasi puluis essent, excusis, assumptoꝫ generoso & sublimi spiritu, egregium per omnia fortitudinis specimen exhibeamus. Et sicut heri uestram charitatem obsecraui, cum inimicis magna alacritate cōciliemur, & ex animabus nostris abfectionum eliminemus reliquias, & si qua concupiscentia interturbet, eam effugemus: & si furor ad iram extimulet, emēdemus inflammationem cantu spiritualium admonitionū, quæ monstrant quam perniciosæ sint affectiones. Vir enim, inquit, iracundus, non honestus est. Et iterum, Qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit gehennæ ignis. Et si pecuniarum cupiditas incessat, demus operam, ut mens uitet tantam perniciem, & sicut radicem malorum om̄ium excindamus. Atq; ita studeamus singulas affectiones malas corrigere, quō & abstinendo à malis, & sectando opera bona, possimus in die illo tremēdo à deo misericordiam assequi, gratia & miserationibus unigeniti eius filij, cui cum patre & spiritu sancto sit gloria, im-

Prophet. 29. d. Eccl. 39. d. Math. 11.

ria, imperium & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Et cœpit Noe homo agricola terræ, & plantauit uineam, & bibit de uino & inebriatus est.

Homilia XXIIX



DE FINEM tandem argumētū, quod de hoc iusto est, uenimus: ideo, obsecro, mente intenta adeste, & diligenter quæ dicuntur auscultate. Nam & ex ijs quæ hodie lecta sunt, nō paruum, neq; uulgarē percipere licet fructum: quan doquidem quæ p̄cis euenerūt, si discere uouerimus, maxime nobis doctrinę sunt occasio. Hac enim ratione non solum op̄a sanctorū bona nobis sunt scripta, sed & peccata, ut illa quidem sur giamus, ista uerō imitemur. Neq; hoc solum, sed monstrat insuper diuina scriptura, & iustos saepe lapsos, & peccatores magnam agentes pœnitentiam, quō utriq; sufficiens & nobis esset securitas: & neq; qui stetit confidentior sit, uidens & iustos cecidisse: neq; qui in peccatis est, desperet, uicis tot qui resipuerūt, & ad summum uirtutis apicem peruenire potuerūt. Itaq; nullus, tæcti multorum honorum operum sibi conscius, præsumptuosus sit, sed anxius & sollicitus: & audiat beatum Paulum admonentē & dicentem, Qui stare sibi uideat, uideat ne cadat. Nullus itē, qui in profundum ipsum malitiæ descēdit, salutis suæ spem abijciat: sed ineffabilem dei misericordiam cogitans, audiat iterum deum per Prophetam dicentem: Num qui cadit, nō resurgit: & qui auersatur, non reuertitur? Et iterū, Nolo mortem peccatoris, sed ut magis conuertatur & uiuat. Vidisti dilecte quōd omnia in diuinis scripturis scripta, non alia de causa memoriæ sunt tradita, q̄ propter nostram utilitatē, & humani generis salutem? Hæc secum quisq; expendat, suisq; cōgrua uulneribus pharmaca imponat. Propterea em̄ tot cuius sunt proposita, & licet uolenti cōueniens suis affectiōibus remediū apponere, & fanitatem accipere celerrimam, tantum medicinæ curam ne quis reijciat, sed suā declarēt gratitudinē. Nulla enim est in humana natura uel corporis, uel animæ passio, quæ medicinam hinc accipere nequeat. Quomodo: dic obsecro. Ingriditur quis huc, tristitia & negotiorum solitudine oneratus, & ingressus huc, ita mœrore adobrutus, statim ut audiuit Prophetam dicentē, Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? spera in deum, quō niā cōfitebor ei: Salutare uultus mei & deus meus: sufficienti cōsolatiōe suscepta abit, & omnem illam mentis tristitiā excutit. Alius item extrema premitur inopia: grauatiū fert & mœret, uidens alios diuitijs affluere, & ualde inflari, & magno apparatu & p̄opa stipari: audit & hic eundē Prophetā dicentē, Iacta in dominū solitudinē tuā: ipse te enutriet. Et iterū, Ne timeas cum ditatus fuerit homo, uel cum multiplicata fuerit gloria eius: quia cum moriet̄ non accipiet omnia. Est & alius quoq; qui insidias & calumnias sustinēs dolet, & insuauē putat uitā, nusquā humanū inueni-

re ualens auxiliū: docetur & hic ab eodem Propheta, in talibus angustijs non ad humanū præsidium confugiendū. Audi quid ipse dicat, Ipsi detrahebant mihi, ego autem orabam. Vidisti unde quærat auxiliū? Alij, inquit, dolos plecebant, & calumnias & insidias: ego autē ad inexpugnabilem murum confugio, ad tutam ancorā, ad portum fluctuum expertē, preces, inquam, per quas omnia difficilia leuia & facilia mihi fiunt. Insuper alius ab ijs qui prius sibi ministrabant, despicitur & contēnitur, & ab amicis relinquitur, & hoc est quod mentem eius maximē conturbat & confundit: sed & hic si huc uenerit, audiat beatum illum dicentem, Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt & steterunt. Et proximi mei à longe steterunt, & uim faciebāt, qui querebant animā meam: & qui querebant mala mihi, loquebantur uanitates, & fraudulentias tota die meditabantur. Vidisti struentes insidias usque ad mortē ipsam, & perpetuū bellum gerentes? Nam hoc indicat cum dicit, Tota die, quia per totā uitam. Quid ergo ille interim, dum insidiatur, & uaria instruunt, egit? Ego autē, inquit, quasi surdus non audiens, & quasi mutus nō aperiens os suū. Et factus sum quasi homo non audiens, & nō habens in ore suo redargutiōes. Vidisti excellentem philosophiam, quomodo diuersa uia uicit? Illi dolos struebant, ipse aures obturabat ne audiret. Illi omni tempore non cessabant linguam acuere, & uanitates & fraudulentias meditari: hic autem silentio illorum infaniam comprimebat. Et quare sic se gerit, & illis hæc apparantibus ipse sic disponit quasi surdus & mutus, et quasi neq; aures, neq; linguam habeat? Audi ipsum tantæ philosophiæ causam dicentem, Quia in te speraui domine: quia à te pendet spes mea, inquit, & in te me protēci, nulla mihi cura est, quid illi agāt. Tua enim gratia satis potens est ad dissipanda hæc omnia, & irritandas illorum machinationes & insidias, ut nihil eorū impleat quod apparat. Vidisti quomodo quacūq; calamitatē humanā naturam premente, cōueniens ex scripturis antidotū accipere liceat, & om̄is uitę huius repellat cura, neq; ab illo quod accidit, grauemur? Propterea obsecro ut subinde huc ueniat̄, & diuinæ scripturæ lectionem diligenter auscultetis: nec solū cum huc uenitis, sed & domi diuina Biblia in manus sumite, & utilitatē in illis positam, magno studio suscipite. Inde enim multū lucri nascitur: primum quidem lectiōe lingua reformatur: deinde anima pennas assumit, & eleuatur, iubarēq; solis iustitiæ illustratur, perq; tempus illud ab immundarū cogitationum illecebris liberatur, multa quiete ac tranquillitate fruens. Insuper, quod ad augendas uires corpori sensibilis ille cibus facit, id animę lectio præstat. Spirituale enim alimētum est, & fortem reddit animam, & constantiorem, & magis philosophicam: non permittens ut à cogitationibus absurdis capiatur: sed leuē & alatum faciens, in cœlum ipsum, ut dicitur, trāsfert. Tantum igitur lucrum, oro, ne per negligentiam amittamus.

Psal. 37. b

sed & domi uacemus diuinarum scripturarum lectioni, & hic presentes nō in nugis & inutilibus colloquijs tēpus decoquamus: sed propter quod conuenimus, attendamus quæ legantur, ut maior inde fructus percepto discedere liceat. Quod si huc ingressi, ad intempestiuas & inutiles cōfabulationes uos confertis, & absque ampliori fructu hinc abitis, quæ utilitas? Quo pacto non absurdū, eos qui ad seculares nundinas ueniunt, sollicitos esse ut antequam redeant, omnia quæ ex nundinis oportet, capiant, licet pecuniæ impendendæ sint: huc autē in spirituales has nundinas uenientes, non omne studium impendere ut acceptis utilibus, & in anima depositis, redeant: maximē cum nullo pecuniarum sumptu hic opus sit, sed alacritate sola & intēta mente? Ut igitur ne deteriores fiamus ijs qui ad seculares mercatus uadunt, operam demus ut perquam uigilantes simus, ne desint hinc migraturis uaticia: immo ut habeamus quæ non solum nobis sufficiant, sed & quæ suppeditare possimus & alijs, & uxore corrigēdo, & famulos, & uicinum, & amicum, & etiā inimicū. Tales enim sunt spirituales doctrinæ, ut communes omnibus proponantur, nullaq; sit in eis diuersitas, nisi quando quis magis intēta affert mentem, & feruentiori desiderio aliū transcendit. Itaq; quia tantum est ē nostris doctrinis lucrū, agē hodie lecta in mediū proponamus, & fructu quopiam inde collecto, domum redeamus. Et cœpit, inquit, Noe homo agricola terræ, & plantauit uineam, & bibit de uino, & inebriatus est.] Vide quæ utilitatis occasio est huius lectionis proœmium. Quādo enim audimus, quod iustus ille & perfectus, & qui tantum superius accepit testimonium, bibit & inebriatus est; quomodo nos post hac, qui tantis & tam uarijs peccatis immergi sumus, non magna contentione damnum ebrietatis effugere studebimus? quamuis nō sit simile, iustum illum hoc uicio capi, & nos in idem incidere. Multa enim sunt quæ iustū illum uenia dignum faciunt: quod dico nō quasi ebrietatem illius excusaturus, sed monstrans quod non quasi ex intemperantia supplantatus sit, sed magis per ignorantiam. Et quod nō ita simpliciter uini potationem inuenit, audi scripturā eius apologiā afferentem, cū dicit: Et cœpit Noe homo agricola terræ.] Istucipsum quod inquit, Cœpit, ostendit quod ipse uini bibendi primus inuentor fuerit: sed per ignorantiam, & nesciens sumendi mensuram, in ebrietatē incidit. Neque hoc solum est in causa, sed quia magna tenebatur tristitia, & sibi ipsi cōsolationem inde excogitare uolebat, sicut & sapiens quidam dicit, Date uinū ijs qui in tristitia, & liceram ijs qui in dolore: monstrans quod nullum est tam præsens tristitiæ remedium atq; uini usus, tantum utilitatem eius ne perdat intemperantia. Quod autē in tristitia & mœrore fuerit iustus ille, uidens seipsum in tanta solitudine, & illorum hominum corpora ante oculos proiecta, & commune omnium sepulchrū hominibus & brutis factum, quis cōtradiceret? Mos enim prophe-

Prover. 31. d

tarum & iustorum omnium, non solum pro ijs dumtaxat dolere qui sibi proximi sunt, sed & pro reliquis omnibus. Et si quis recensere uelit, inueniet omnes hanc compassionē præ se ferre: & audiet Esaiam quidem dicentem, Non ualebitis consolari me in cōtritione filiarū generis mei. Hieremiam autē, Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarū? Ezechielem uerō: Heu mihi domine debebis tu reliquias Israel? Et Daniel lamentantem, & dicentem, Pauculos nos fecisti ultra omnes gētes. Et Amos, Pœniteat te domine super hoc. Et Habacuk, Quare ostēdisti mihi labores & molestias? Et iterum, Et facturus es homines, quasi pisces maris. Et beatū illum Moysen quoq; dicentem audiet, Siquidem dimittis eum peccatum, dimitte, aut & me dele. Et iterū, cum promississet illi deus maioris populi ducatur, se traditurum, & dixisset, Dimitte me, & delebo homines istos, & faciā te in gentem magnam; neq; hoc uoluit, sed præesse istis maluit. Item orbis doctor beatus Paulus, Optabam ipse ego anathema esse à Christo, pro fratribus meis cognatis secundum carnē. Vidistis quomodo iusti omnes magnā compassionem erga proximos præ se ferebant? Considerate nūc, quomodo & iustus ille se habuerit, quomodo uerisimile est eū fuisse affectū, & quomodo à tristitia deprimebatur, uidēs tam immensam solitudinem, & terrā illam quæ antea tam uarijs luxuriabat plantis, & floribus ornabatur, repente quasi defectis comis, & nudam, & solitariam. In tanto ergo mœrore constitutus, paruam quandam sibi consolationē excogitans, terrā colendā sese dedit: & idcirco inquit, & cœpit Noe homo agricola terræ, & plantauit uineā. Sed iure hic queritur, an ipse nunc plantam inuenerit, uel antea ab initio fuerit producta. Verisimile est ab initio fuisse in sex illis diebus creatam, quādo uidit deus omnia quæ fecit, & erant ualde bona: quieuit enim dicente scriptura deus die septimo ab omnibus operibus suis quæ fecit: nec tamen usum fructus ex illa manifestū fuisse. Nam si fuisset ab initio notus, omnino Abelis tempore inter oblatas hostias uinum libassent. Verū quia ignorabant adhuc fructus usum, planta hac usi non sunt. Hic autem agriculturæ studiosus, & magne diligentia, forte etiā fructum degustauit, & contritis botris uinum fecit, eoq; usus est: & quia neque ipse gustauerat prius, neque alium sciebat qui gustauerit, ignarus qua mensura uti deberet, per ignorantiam in ebrietatem incidit. Præterea, quoniam carnis esus in uitam hanc introductus fuit, postea & uini potus accessit. Vide autem dilecte quomodo paulatim mundi status dispensatur, & quilibet iuxta sapientiam à deo natura inditam, initio artis alicuius inuētor sit. Sic in hanc uitam artium studia sunt introducta. Primus enim agriculturam inuenit, secundus artem pastoralē, alius fabrilem, alius musicam, hic autem iustus uinitoriam naturali solertia excogitauit. Et cœpit, inquit, Noe homo agricola terræ, & plantauit uineā, & bibit de uino, & inebriatus est.]

Consi

Confidera quomodo hoc quod erat tristitiæ medicamentum, & sanitati conducibile, ei qui modum per ignorantiam transcendit, non solum nihil profuit, sed & statum eius offendit. Iam forte querat aliquis, Quare planta tot malis plena, in hanc uitam producta est? Ne ita temere loquaris homo quicquid in buccā incidit. Non est planta hæc mala, neq; uinū malum, sed illius abusus; quia non propter uinum, sed propter peruersam uoluntatē nefaria scelera fiunt, & cū in eo sit utilitas, ut noceat in causa est intemperantia. Quocirca nunc post diluuium ostēdit tibi uini usum, ut discas quod & antea in immodicam luxuriam humanū genus incidit, multisq; peccatis se conraminauerit, cum adhuc uini usus nesciretur: ut quādo uideris usum uini, non uino totū tribuas, sed corruptæ uoluntati sua sponte ad malū uentū. Alia quoq; ratione cōsidera quomodo uinum fuerit utile, & ueneraberis; nam per hoc materia bonorū salutis perficitur. Sciunt initiati quid dicatur. Et cœpit, inquit, Noe agricola terræ, & plantauit uineam, & bibit de uino, & inebriatus est, & nudatus est in domo sua.] Grauisimum quiddam est ebrietas dilecti, & quod potest excæcare sensus, & submergere mētem: & hominē rationale animal, qui super omnia dominū suscepit, iniectis uin culis insolubilibus, quasi mortuum & operatione carentem iacere facit: immo deterius habentem, quāam mortuum. Nam mortuus neq; bona, neq; mala operari potest: ebrius autem nihil boni ualet operari, ad malum tamē faciendum nō omnino impotens est, iacetq; ibi ridiculus omnibus, & uxori, & pueris, & famulis. Amici enim suam ignominiam cogitantes, sese abscondunt & confunduntur: inimici autem oblectantur, & irrident, & execrant, quasi hæc dicētes uerba: hunc cū oportebat uiuere: &, hūc cū oportebat spirare aerem: o pecudem, o porcum: & adhuc grauiora loquūtur. Neq; enim miserius affecti sunt, qui ex prelio truentati reportantur. Non desunt enim fortassis qui illos laudibus extollant, propter trophæa, propter uictorias, propter uulnera & cædes: ebrios autem miseros proclamant, eorum nomos uocant, & innumera eis mala imprecantur. Nam quid eo miserius fuerit, qui ebrietati quotidie uacat, & uinum profundit, & mentis suæ iudicium corrumpit? Eapropter & sapiens quidam admonerat, dicens, Principium uitæ hominis panis & aqua, & uestis, & domus tegens turpitudinem: ut si quis ebrietate uincatur, non traducatur, nec euulgetur: sed à suis contegatur, & non iaceat omnibus risus & turpitudinis materia. Et cœpit, inquit, Noe agricola terræ, et plantauit uineam, & bibit de uino, & inebriatus est. Ebrietatis nomē charissime, in sacra scriptura nō ubiq; de temulentia dictum est, sed & satietatem significat. Hoc itaq; forte quis de iusto hoc dicit, quod ut non intēperans inebriatus fuerit, sed ob satietatem hoc ei contigerit. Audi enim David dicentem, Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ: hoc est, implebuntur. Alioquin ebrietati uacantes

Eccl. 31. d

Eccl. 31. b

nunquam satiantur, sed quantū ingurgitant, tantum & sui flagrant, & inflammatio quædam est eis uini usus: & uoluptates quidem euanescent, si tamen in explebilis in præcipitū ebrietatis eos qui illi seruiunt deducit. Et plantauit, inquit, uineam, & bibit ex uino, & inebriatus est, & nudatus est in domo sua. Confidera quod hoc nō foris illi accidit, sed in domo sua. Idcirco em assignauit diuina scriptura, In domo sua: ut ex ijs quæ sequuntur, malitiæ uehemens studium uideas, eius qui nuditatem euulgare fuerit ausus. Et uidit, inquit, Cham pater ille Chanaan, nuditatem patris sui, & egressus annuntiavit duobus fratribus suis foris.] Fortassis si & alij quidam affuissent, & illis nuntiasset patris sui turpitudinem: tāta erat pueri negtia. Propterea em, ut discas iam pridem & ab initio eum corrupte mentis fuisse, non simpliciter dicit scriptura, Vidit Cham nuditatem patris sui: sed quid? Et uidit Cham, pater Chanaan. Quare, dic mihi, & hoc loco filij uocabulum assignat: ut discas quod intemperans & incontinentens erat, & mente qua in tanta turbatione procreandæ proli uacauit, eadem etiam nunc in cōtumeliam patris prorupit. Et egressus, inquit, annuntiavit duobus fratribus foris. Vide, obsecro, hic dilecte quod non in natura sita sunt uitia, sed in arbitrio et uoluntate. Ecce enim omnes fratres fuerunt, & eiusdem naturæ, & eundem habuerunt patrem, eodem utero fuerunt editi, eadem diligentia fuerunt educati, sed non eandē mentem declarauerunt. Sed ille quidē in malitiā incidit, si uerō parenti debitum impenderunt honorē. Fortassis autem & irrisit ac subsannauit patrem, turpitudinem illius nuntiando: & nō audiuit sapientem quendam dicentem, Ne glorieris in ignominia patris. Verū fratres nō sic egerūt. Et quomodo? Cū hæc audiissent, acceptis, inquit, uestibus super humeros suos, Sem & Iaphet ingressi sunt retrorsum, & nuditatem patris sui nō uiderunt.] Vidisti beneuolentiam filiorū? ille euulgauit, isti neq; uidere sustinuerunt: sed retrorsum ibant, ut ne rectā adirent patris contecturi nuditatem. Et uide illorum cum magna beneuolentia & mansuetudinem. Neq; increpant, neq; uerberant fratres: sed, ut audierunt, mox curarunt emendari & honestari factum. Faciesq; illorum auersæ erant, & nuditatem patris sui non uiderunt. Magna puerorum reuerentia, quam nobis scriptura mōstrat, quod non solū tegunt, sed & uidere non possunt. Erudiamur hinc, & ex utriq; lucrī faciamus aliquid: & hos quidem imitemur, illius autem mores fugiamus. Nam qui sensibilem nuditatem euulgauit, maledicto se fecit obnoxiiū, & excidit ab honore quem parē habuit cum fratribus, condemnatus ut illis seruiret: licet autem non ipse, omnes tamen eius posterii serui facti sunt. Quid patientur qui peccata fratrum euulgant: & nō solum nō contegūt & excusant, sed magis ea faciunt manifesta, multaq; ex hoc operantur peccata? Quādo em manifestas fratris peccatū, nō illū tantū ignominiosiorē fecisti, & legniores forte ad uirtutis uitam

Eccl. 3. b

uiam: sed & eos qui audiunt facis negligētiore, & ad focordiā inducis: neq; etiam hoc solum, sed & deum blasphemari facis. Quod quantum affert supplicium, nemo est mētis compos qui ignoret. Fugiamus igitur, obsecro, mores Cham, nec imitemur. Imitemur autem gratorum illorum filiorum pudorem, quem in contigenda parentis nuditate declararūt: & ita adumbremus fratrum peccata, ne ipsos negligētiore per hoc reddamus, sed ut hac ratio e maiorem illis occasionem præbeamus, ut statim ab hoc malo liberentur, & in uirtutis uiam redeant. Nam sicut nō habere multos testes suorum delictorum, respicienti faciliorem reditum præbet: sic si frontem perfricauerit anima, & uiderit quod nemo ignoret quæ mala admiserit, non facile desistere solet, sed quasi in uoraginē quandam incidisset, & ab innumeris undis deorsum traheretur, difficile emergere poterit. In desperationē enim cadit, & nullum sibi reditū promittit. Idcirco precor, ne detegamus proximorum lapsus, & si ab alijs eos didicerimus ne fatagamus ut nuditas uideatur: sed sicut grati illi pueri obtegamus, adumbremus, admonitione, & consilijs lapsam animā erigere studeamus, misericordiæ dei magnitudinem docentes, & bonitatis eius excellentiā, & misericordiæ immensitatem: ut maiorem q̄ illi benedictionem ab omnino domino consequamur, qui uult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire: qui non uult mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat. Et nuditatem patris sui nō uiderunt. Vide quomodo per legem naturæ inditam prius impleuerunt, quæ post ad erudiendum humanum genus in lege scripta fuerūt: & quod lex dicit, Honora patrem tuum, ut bene tibi fiat: & Qui maledixit patri uel matri, morte moriatur: hoc iam tunc operibus impleuerūt. Vidisti quomodo natura prius sufficētem habuit doctrinā? Eui-gilauit, inquit, Noe à uino, & cognouit quæ fecerat sibi filius iunior.] Sui autem factus compos, inquit. Audiāt qui totis diebus in cōuiujs uersantur lapsus grauitatē, fugiantq; qd̄ ex ebrietate est damnū. Sui autē factus compos, inquit. Quid est, Sui autem factus cōpos? Id quod nos dicere sole-mus de mēte captis, si quādo in excessu fiant: uel si quis sibi restituat, à dæmone uexatus, & ab illius tyrānide liberetur: hoc et hic uocat scriptura. Verē em̄ ebrietas uoluntarius est dæmon, & grauius q̄ dæmon mentē obtenebrat, & captū omnium beneuolētia destituit. Sape em̄ dæmoniacum cū uidemus, misericordiā mouemur, & condolemus, magnāq; erga illum beneuolentiam declaramus. Contrā autē facimus apud ebrios: indignamur em̄, importuni sumus, innumera imprecamur. Quare & quæ causa est? quia ille qui à dæmone agitatur, inuoluntarius operat, etiam si recalcitret, etiā si rumpat uestem, & obscœna quæpiam loquat, uenia dignus est. At qui ebrius est, qui quid fecerit, nō est uenia dignus: & ualde incusant illum familiares, amici et uicini, & in summa omnes: quia spontē & libenter eō deuenit, &

Exod. 20. b
Leuit. 20. b

ebrietatis tyrānidi seipsum dedit. Sui autem compos factus Noe, inquit, à uino, & cognouit quæcūq; fecit sibi filius suus iunior.] Et hæc dico non ut iustum incussem: multa enim erāt propter quæ illi uenia debebatur: & cū primis, quod non in id uitij postea relapsus est, id maximū fuerit indiciū quod ignorātia, nō negligētia prius deliquit. Nā si hoc fuisset negligētia, oportebat eum iterum eodem peccato capi: id quod non euenit. Nam si denuō id accidisset, scriptura utiq; nō obtinisset, sed significasset nobis. Vnus em̄ scopus scripturæ diuinæ est, ne quid factorum intermit-tat, sed ueritatem nos doceat. Neq; propter inuidiam, iustorū uirtutes præterit, neq; propter gratiam peccata adumbrat: sed omnia in mediū nobis proponit, ut præscripta & doctrinas quasdam habeamus: & ut si quādo etiā nos per focordiam in id uitij incidimus, cautiore simus postea, & denuō non incidamus. Neq; enim tam graue est peccare, quā in peccatis perseuerare. Itaq; non attende solū quod inebriatus est iustus, sed quod postea non iterū hoc ei acciderit: & ediuerso considera eos qui in tabernis uinarijs sese perditum eunt, & penē dixerim, quotidie moriuntur: & si quando sui cōpotes fuerint facti, neq; sic sibi cauent ab eodem periculo, sed quasi ad opus quoddam strenuū redeunt. Insuper & hoc quis iure cogitabit, quod iustus ille, quia prius non expertus erat naturam uini, nec sciebat qua mensura utendum erat, non mirum si bibens inebriatus sit: sed quia iustus, & bonis operib; pollebat, peccatum obscurare potuit. Nos autem cum ab innumeris alijs affectionibus infestemur, hoc addimus ut & ab ebrietate submergamur. Quid excusabit? uel quis, dic oro, nos dignabit uenia, quos nulla experientia facit castigatiore? Sui autem cōpos factus est Noe, inquit, à uino, & cognouit quæ fecit sibi filius suus iunior.] Vnde cognouit? Fortē fratres significauerunt, non accusationis quidem gratia, sed rem ut facta erat docētes, ut cōueniens ille suo uulneri remediū acciperet. Et cognouit, inquit, Noe quæ fecerat sibi filius iunior. Magnā & intolerabilē rem dicere uult, fecerat sibi. An-maduerte enim, quomodo intus in domo uisa patris turpitudine, qd̄ debebat obtegere, egressus euulgauit, & risui & subsannationi patrē (quantum in ipso erat) exposuit, fratresq; prauæ uoluntatis socios fieri uoluit: cū deberet, si omnino proditurus erat, illos intra domū uocare, & sic nuditatē effari: sed ipse foras exiit, quasi etiā alia ad-esset multitudo, & eā facturū esset paterne turpitudinis consciā, propter hoc inquit: Quæ fecerat sibi. Cōtumeliosus patri fuit, oblitus est honoris quē debet parentib; filijs, prodidit peccatū, fratres uoluit allidere, & socios facere suæ contumeliæ. Quæ fecerat sibi, inquit, filius suus iunior. Atqui nō hic erat iunior. Secundus em̄ erat & maior natu q̄ laphet: licet autē ætate illo prior erat, uolūtate tamē minor, et temeritate illū excessit. Nā q̄a noluit intra suos limites manere, amisit honorē sibi à natura traditū. Et sicut ille id qd̄ natura habuit, neq; a uolun-

uoluntatis amisit: ita laphet quod natura non habuit, sanioem ob mentem accepit. Vidisti quomodo nihil temerē & fortuitō in diuina scriptura continetur? Quæ fecerat sibi, inquit, filius suus iunior, & dixit: Maledictus Chanaan filius, seruus erit fratrib; suis.] Ecce peruenimus ad quæstionē illam ubiq; celebrē: multos enim audimus dicentes: Quare cum peccauerit pater, & prodiderit nuditatē, filius maledictum suscipit? Obsecro, attendite diligēter, & solutionem sumite. Illa enim dicemus, quæ suppeditauerit diuina gratia propter uestram utilitatem. Et dixit: Maledictus Chanaan filius, seruus erit fratrū suorū. Non simpliciter, neq; in uanum cōmemorauit filium, sed ob latentem rationem. Volebat enim & corripere filium propter peccatum, & contumeliam quæ se affecerat, & simul nolebat præiudicare benedictioni quæ illi pridem facta. Benedixit enim, inquit, deus Noe, quādo exiuit ex arca, & filios illius. Ut igitur ne uideatur maledicere, quē deus semel benedixerat, præterito illo qui se contumelia affecerat, filio maledictum intulit. Esto, dixeris, hoc quidem ostendit, quod propterea Cham non est maledictus, quia prius à deo benedictionem acceperat. quare autem cum ille peccauerit, hic pœnam luit? Neq; hoc absq; ratione factū est: quia pater non minorem pœnam & cruciatū habuit, quā filius. Scitis em̄ quomodo sapenunero patres orant ut filiorum pœnas ipsi ferant, & quomodo grauius illis est uidere filios supplicio affici, quā si in ipsos animaduertetur. Factū igitur est hoc, ut ille ob naturalem in puerū amorem, maiorē sentiret dolorem, & benedictio dei seruaret inuolata, & puer accepta maledictione suorum priorum pœnas peccatorum lueret. Nam licet propter peccatum nunc maledictioni sit obnoxius, attamen uerisimile est, quod & propter sua delicta dederit pœnā. Non em̄ solum propter peccatum patris maledictionē accepit, sed ut propter se ille maiorem pœnam penderet. Nam neq; patres pro filijs, neq; filij pro patribus plectuntur, sed unusquisq; pro suis peccatis pœnam luit. Vbiq; hoc à prophetis dictum inuenimus, sicut cum dicunt: Comedentis uuas acerbas, dentes obstupescunt. Et, anima quæ peccauerit, ipsa & morietur. Et iterum: Non morietur pater pro filijs, neq; filij pro patribus. Nullus igitur uestrum quasi ignorans diuinæ scripturæ scopum, audeat scripta hæc reprehendere, sed grato animo quæ dicuntur accipiat, admireturq; diuinæ scripturæ miram diligentiam, & expendat quantum malum sit peccatum. Ecce enim fratrem eadem natum puerpera, eodem egressum utero, ut sibi uindicauit peccatum, seruum fecit, & ablata libertatē, subiectionem illi iniunxit: unde postea seruitus sumpsit originem. Neq; enim antea solabant ita molliter agere, delictari, & aliorum iniustitias indigere, sed quisq; sibi ministrabat: Eratq; par omnium honor, omni inter eos sublato discernimine. Peccatum autem ubi intrauit, libertatē perdidit, & corrupit potestatem naturæ datam, serui-

tutemq; introduxit, ut continua sit doctrix & admonitrix humanæ naturæ, ut fugiamus seruitutem peccati, & ad uirtutis libertatem redeamus. Hinc enim, si uolunt, & dominus & seruus contumiam habet utilitatem. Cogitet itaq; seruus ideo seruitutem incepisse, quod Cham in tantam peruenit temeritatem: & dominus quoq; cogitet, quod nō aliunde subiectio & seruitus coepert, quā quod ille peruersam habuerit uoluntatem, & à pari fratrum dignitate exciderit. Verum si sobrius simus, & prudentes, nihil nos offendent hæc propter peccata patrum nostrorum introducta in hanc uitam, cum res in nominibus solis uersetur. Quia & primus parens propter transgressionem, mortis pœnam, uitamq; in laboribus meroribusq; consumēdam intulit, & hic seruitutē. Verum superueniens dominus Christus hæc omnia sustulit, ad nomina usq; tantum, si uolumus. Neq; enim mors, mors ultra est, sed nomen tantum habet mortis, imō & ipsum nomē sublatū est. Nam neq; mortem ipsam ultra dicimus, sed soporē & somnum: proinde & Christus ipse dicebat: Lazarus amicus noster obdormiuit. Et Paulus Thessalonicensibus scribens, inquit: De dormientibus autē nolo uos ignorare fratres. Et seruitus quoq; similiter nomen est: ille enim est seruus, qui peccatum operatur. Et quod etiā hanc abstulerit aduentu suo Christus, nec nisi nomen esse permiserit, imō & uocabulum ipsum deleuerit, audi Paulum dicentem: Qui autem fideles habent dominos, non cōtemnant eos, quia fratres sunt. Vides quomodo ubi uirtus subintrauit, eos in fraternitatis nomen cōgregauit, qui prius seruitutis nomine erant obnoxij? Et erit, inquit, Chanaan filius seruus fratrum suorū.] Abusus es, inquit, honore, non bene te gessisti, cum par esses dignitate: propterea subiectione emēdari te uolo. Hoc ab initio & mulieri contigit. Quoniam enim par erat uiro dignitate, & honore abusa est, propterea ablata est ab illa potestas, et dictū est ad illam: Ad uirum tuum conuersio tua, & ipse tui dominabitur. Proinde etiam hic nunc, ut se emendet, pœnam fert, & propter puerum quoq; cruciatur: ut discas, quod et si senex nunc esset, attamē quia pœna in filium transit, id ipsi luctuosam & infrauem uitam faciebat, cogitātū quod etiam post suam mortem filius pœnā luiturus esset. Nam quod filius per se malus, & omnes qui ab illo nati fuerint abominabiles, & ad malum propense declinauerint, audi scripturā dicentem per modum maledicti: Pater tuus Amorrhæus, & mater Chanaan, & nō luda. Porro operæpretium fuerit audire nunc post pœnam, quam accepit is qui nuditatem inuulgauit: quos honores & præmia consecuti sunt alij, pro honore quem patri impenderunt. Et dixit, inquit, benedictus dominus deus Sem, & erit Chanaan seruus illius. Hoc, forte quis dixerit, non est benedicere Sem: immo ualde benedixit illum. Quādo em̄ dominus benedicitur, & aguntur illi gratiæ ab hominibus, tunc uberior ab illo

10. m. 11. b

1. Thess. 4. d

1. Tim. 6. d

Ezech. 16. d

Dan. 13. f

ab illo solet istis benedictio dari, propter quos ipse benedicitur. Itaque benedicens deum, debitorem ipsum facit maioris benedictionis, autor sit Sem maioris retributionis: quia deus propter Sem benedicitur. Sicut enim quando benedicitur propter nos, nullum id nobis conciliat fauoris: ita & contra, quando propter nos alij illi blasphemant, maior hinc nostra fit condemnatio. Quocirca obsecro, demus operam, ut ita uiuamus, & tanta uirtutis specimen exhibeamus, quod omnes qui nos uiderint, benedictionis laudes afferant domino deo. Nam quia bonus & misericors est, per nos uult glorificari: non quod ipsi aliquid ad suam gloriam accedat (nullius rei indignus est) sed ut occasiones ipsi praebeamus, ut maiorem nobis gratiam impartiat. Benedictus dominus deus Sem, & erit Chanaan seruus illius. Attende hic, quomodo paternam poenam profert, quae tamen emendatio potius erat, quam poena. Pater enim erat, & clemens pater, neque iustam poenam uolebat inducere, sed ita ut diuinitate obesset, ideo ait: In seruitutem te condemno, ut iugem & indelebilem habeas facti memoriam.

Dilatate deus Iapeto, & habitet in tabernaculis Sem, & fiat Chanaan seruus illius. Iterum haec quoque maxima benedictio est, forte latentem aliquem habens thesaurum. Dilatate, inquit, deus Iapeto. Non aberrabit quis, si dixerit benedictiones iusti prophetias esse. Nam si pater Noe non simpliciter, neque frustra uocabulum indidit Noe, sed uaticinatus est per nomen futurum diluuii: multo magis iustus ille non simpliciter, neque frustra benedictiones protulit. Opinor enim, quod benedicens hos duos, duorum populorum uocationem significare uoluerit: & per Sem quidem Iudaeos, ex illo enim & Abraham, & Iudaeorum genus multiplicatum est; per Iaphet autem, gentium uocationem. Vide autem, quod & benedictio hanc praenuntiet. Dilatate enim, inquit, deus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem. Hoc in gentibus adimpletum uidemus. Dicendo enim, Dilatate, omnes gentes significauit. Sed dicendo, Habitete in tabernaculis Sem: quia gentes frui coeperunt ijs quae Iudaeis parata. Et erit Chanaan seruus eius. Vidi isti & quales ijs gratitudinis acceperunt mercedes, & quanta ille propter temeritatem & impudentiam ignominia punitus est: Sint haec perpetuo in nostra mente scripta, ut horum amulatores & imitatores fieri possimus: huius autem excellentem temeritatem, & nequam uoluntatem fugiamus. Et uixit, inquit, Noe post diluuium annos trecentos quinquaginta, & fuerunt omnes dies Noe nonaginti quinquaginta anni, & mortuus est. Neque hoc putes absque causa assignasse scripturam, sed uide & hoc loco iusti continentiam: quia cum tanta frueretur ubertate & prosperitate, superuixeretque tanto annorum numero post egressum ab arca, noluit ultra indulgere liberorum procreationi. Non enim commemorat scriptura illum alios praeter tres istos habuisse. Hic iterum cogita magnam salacitatem Cham, quia neque patrem uidens tantam continentiam, castior ipse factus est, sed omnia diuerso

modo quam pater agebat. Proinde omne suum genus in seruitutem condemnatum est, ut mala uoluntatis frenum habeat. Deinde hic narrat scriptura eos qui ex filiis nati sunt, & inquit: Cham autem genuit Chus. Et iterum Chus genuit Nemroth, qui cepit esse gigas super terram. Hic fuit gigas uentor coram domino. Quidam dicunt hic, coram domino, id est aduersarius deo: ego autem non puto scripturam hoc insinuare, sed quod robustus quis fuerit & uirilis. Et quod dicit, coram domino: hoc est, a domino constitutus, eo quod acceperat aliquid ab illo diuinam existimationem: uel quod deus per hunc esset in admiratione habendus, quod talem produxisset, & super terram monstrasset. Sed hic iterum proauum suum imitatus, & abusus naturae privilegij, alium seruitutis modum adinuenit, & princeps atque rex fieri attentauit. Rex enim nondum erat, cum nondum essent subditi. Ista autem magis uidebatur esse libertas. Seruitus autem grauissima est in ordine libertatis, praesertim si liberis imperetur. Et uide habendi auiditatem quae faciat. Vide corporis robur non manens intra suos limites, & gloriae appetentem naturam. Non enim ut defenderet illos, imperabat: sed & ciuitates edificabat, ut hostes subigeret. Inde enim, inquit, ex terra illa exiit Assur, & edificauit Niniue. Animaduerte hic quoque, quod nihil offendit naturam nostram progenitorum malitia. Hi enim, Niniuitas dico, misericordiam dei poenitentia sibi conciliant, reuocata illius sententia: attamen inter primos progenitores habuerunt Cham parricidam, deinde Nemroth hominem tyrannum & peruicacem, & nepotem eius Assur. Reperiuntur autem forte & alij fuisse inter illos molles & delicati, & dissolutam & corruptam agere uitam, ebrietati & risui, & subannationibus, & scommatis dediti. Sed quia manifestam praese tulerunt poenitentiam, nihil ipsis obfuit progenitorum malitia, sed tantum sibi coelestis fauoris conciliarunt, ut usque nunc celebretur praecleara eorum poenitentia. Proinde illos & nos imitemur. Et cum sciamus quod neque parentum malitia nos offenderet, si uouerimus respicere: neque parentum uirtus nobis proderit, si fuerimus negligentes: magnam nobis sit studium uirtutis, ut gratiam uoluntate ostendamus, quod eandem cum Sem & Iaphet consequamur benedictionem: ut et a maledictione & seruitute, quam Chanaan accepit, liberemur: & ne simus serui peccati, sed uera possidentes libertatem, ineffabilia bona adipiscamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & spiritu sancto sit gloria, imperium, & honor, & nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Et erat omnis terra labium unum, & uox una omnibus. Homilia xxx. Tandem ad finem sanctae quadragessimae uenimus, & ieiunij nauigationem perfecimus, appulimusque dei gratia in portum. Verum non ideo negligentes simus, sed hac de causa iterum maius studium, maiorem diligentiam, maioremque uigilantiam exhibeamus.



exhibeamus. Nam & naucleri postquam multa maria enauigauerunt, & plenis uelis onerati mercibus in portum ingressuri sunt, tunc maximam curam & sollicitudinem gerunt ne in scopulum uel petram aliquam impingant, quae omnes priores labores simul disperdat. Et cursores quoque ita faciunt: cum enim ad finem stadiorum perueniunt, uehementiorem seruant cursum, ut metam attingant & praemia mereantur. Athletae quoque post plurima certamina & uictorias, cum pro corona certandum est, maiori nisu omnia faciunt, ut coronati abeant. Itaque quemadmodum naucleri, & cursores, & athletae, ubi ad finem ueniunt, magis enituntur & uigilant, eodem modo & nos facere oportet. Quia in magnam hanc hebdomadam peruenimus dei gratia, nunc maxime & ieiunij cursum intendendus, & magis continuanda sunt preces, faciendaeque diligens & pura peccatorum confessio, & in bonis operibus sedulitas, eleemosyna larga, aequitas, mansuetudo aliarumque uirtutes: ut talibus ornatu uirtutibus, ubi in diem dominicum uenerimus, domini liberalitate fruamur. Magnam autem uocamus hebdomadam, non quod plures horae in ea sint, neque plures dies habeat. Est enim idem numerus in hac aliisque omnibus. Quare ergo illam uocamus magnam: quia magna quaedam & ineffabilia bona contigerunt nobis in illa. In illa enim solutum est bellum diutinum, extincta mors, maledictio interempta, diaboli tyrannis dissoluta, uasa eius direpta. Deus hominibus reconciliatus est, coelum penetrabile factum est, angeli hominibus conuiuunt, distantia conuicta sunt, sepes sublata, obices remoti. Deus pacis pacata fecit omnia, quae in caelis, & quae in terris. Et hac de causa magnam hebdomadam uocamus, quia tantam nobis donorum multitudinem in illa largitus est dominus. Et idcirco fideles & ieiunium intendunt, & uigilias, & pernoctationes sacras, & eleemosynas faciunt, ut hebdomadam huic honorem habeant. Nam si dominus talia bona in illa nobis donauit, quomodo non & nos debemus quantum possumus, reuerentiam & honorem ostendere: Enim uero & reges ipsi declarant quam uenerabiles illos dies habeant, mandantes, ut omnibus sint induciae & feriae, qui ciuilibus funguntur negotijs, claudendo fores tribunalium, & auferendo omnes litium & contentionum species, quod magna tranquillitate ac quiete liceat ad spiritualia recte perficienda festinare. Et non hoc solum, sed & aliam liberalitatem ostendunt. Habitant enim in carceribus a uinculis soluunt, & quantum homini fas est dominum suum imitantur: quia sicut ipse graui nos peccatorum carcere exsoluit, & innumeris bonis frui fecit: eodem modo & nobis faciendum est, ut simus imitatores misericordiae domini dei nostri. Vidistis quomodo singuli reuerentiam & honorem exhibeamus diebus ijs, qui nobis tot bonorum sunt autores: Proinde rogo nunc, si unquam alias, ut repulsis uanis cogitationibus, & mente purgata ac uigili assimus. Nullus ecclesiam ingressus seculares curas aduocet, ut digna laborum mercede recepta, iterum domum proficisci li-

ceat. Age igitur consuetam uobis mensam iterum apponamus, & uestram charitatem resocilemus, prolaturi in medium quae lecta sunt ex beato Mose, & indicaturi diuinam scripturam diligentiam. Nam postquam historiae de beato Noe sine impositione, genealogiam consequenter a Sem exorditur, & dicit: Et Sem nati sunt duo filij, nomen uni Phalek: quia in diebus illius diuisa est terra. Confidete ra quomodo signi non multo post futuri praescientiam, uocabulo nati pueri indidit, ut cum uideris rem ope adimpletam, non ultra mireris, uidens diuinitus hoc pueri nomine praedictum. Nam postquam catalogum eorum fecit qui postea nati sunt, inquit: Et erat omnis terra labium unum, & uox una omnibus. Non de terra loquens, sed de hominum genere, ut nos doceat unam linguam omni hominum fuisse naturam. Et erat omnis terra labium unum, & uox una omnibus. Labium unum, sermonem dicit, & id ipsum iterum per uocem, significans omnes usos eadem uoce & lingua. Et quod de loquela dictum sit, & fuerit omnis terra labium unum, audi scripturam alio loco dicentem: Venite ad idum sub labijs eorum. Ita solet scriptura laborum nomine loquelam appellare. Et factum est cum mouerent illi ab Oriente, inuenerunt campum in terra Sennaar, & habitauerunt illic. Vide quomodo humanum genus non potest subsistere intra suos limites, sed amplius coeque piscis, maiora supra se appetit. Atque hoc est quod humanum genus potissimum perdit: quia non uult naturae suae mensuram agnoscere, sed semper maiora desiderat, & quae supra suam sunt dignitatem uotis concipit. Hinc & qui ad mundana respiciunt opera, si quando multo abundauerint auro, & potentes fuerint, quasi obliti suae naturae, in tantum se fastigium efferrunt uolunt, ut usque in profundum ipsum deducantur. Et hoc uidemus quotidie contingere, quamuis nec hac ratione emendatiores euadant alij. Et si ad paruum tempus corripiant, subito tamen omnium obliti, iterum eandem uadunt uiam, & in eadem praecipitia deferuntur: id quod & nunc uidere licet apud illos factum. Et factum est cum mouerent illi ab Oriente, inuenerunt campum in terra Sennaar, & habitauerunt illic. Vide quomodo paulatim docet nos lubricam illorum uoluntatem. Quoniam uiderunt, inquit, campum, migrantes, & relicto priori loco illic habitauerunt. Deinde dicit: Dixit homo proximo suo, uenite coedificemus lateres, & coquamus eos igni. Et facti sunt illis lateres in lapide, & bitumen in calcem. Et dixerunt: Venite aedificemus nobis ciuitatem, & turrim, cuius caput erit usque in coelum. Et faciemus nobis ipsi nomen, priusquam dispergamur super omnem terram. Vide quomodo abutant uoce consona, & quomodo uanum uiuendi consilium sit multorum malorum occasio. Venite, inquit, faciamus lateres in lapidem, & bitumen in calcem. Vide quanta securitate uoluit aedificare, nescientes quod nisi dominus aedificauerit domum, frustra laborant qui aedificant. Et aedificemus, inquit, nobis ciuitatem: non deo, sed nobis ipsis. Vide, oro, quam inuatum.

psal. 133. b
193. a

psal. 129. a

Chryf.

luit malitia, habetes adhuc recentem memoriam generalis in diluuiio interitus, in tantam inciderunt insaniam. Et edificemus, inquit, nobis ciuitatem, & turrim, cuius caput erit usque in coelum. Nomen coeli, audacem illorum temeritatem per hyperbolen docet. Et faciamus, inquit, nobis ipsas memoriam radicem mali: ut, inquit, perpetuam memoriam consequamur, ut nostri perpetuo memores sint posteris: tale erit nostrum opus, ut nunquam obliuioni tradatur. Et hoc faciamus priusquam dispergamur super faciem omnis terrae: Adhuc, inquit, congregati, gloriam nostram operemur, ut posteritati perpetuum nomen relinquamus. Sunt multi etiam hodie qui illos imitantur, & talibus operibus celebrari uolunt. Alij splendidas domus aedificat, & lauacra, & porticus, & deambulacra: quorum si aliquem rogaueris, quare ita laboret, tam miser sit, tantosque pecuniarum faciat sumptus, eosque inutiles: nihil aliud audies, quam haec uerba, ut immortalē seruet memoriam, & audiat quod illius est haec domus, hic ager. Sed hoc non est tam laudē, quam crimē sibi parere. Nam statim ad haec subiungunt plurimarum contumeliarum uerba: Domus haec huius est, huius auari, huius rapacis, huius uiduorum & orphanorum spoliatoris. Igitur hoc non est memoriam assequi, sed perpetuis obijci criminibus, & etiam post mortem infamari, & spectatorum linguas acere in blasphemiam & accusationem eius qui illam possidet. Quod si omnino aeternam memoriam amas, ego tibi uiam monstrabo, qua poteris semper celebrari, dabitque tibi fiduciam in futuro seculo. Hoc pacto igitur poteris & commemorari, & celebrari quotidie, encomijsque euehi & post hanc uitam, si has pecunias in manus inopum dispenles, relictis lapidibus, & splendidis aedificijs, & uillis & balneis. Haec memoria immortalis, haec memoria a sarcina peccatorum alleuiat, haec multam tibi fiduciam apud deum conciliat. Cogita, obsecro, & haec uerba, quae singuli dicuntur: ecce hunc misericordem & benignum, hunc mansuetum, hunc suauem, hunc tam largum dispensatorem. Dispersit enim, inquit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum. Pecuniarum ita dispersae diuitiae expendentem non relinquunt, sed expectant: retentae autem simulque inclusae, etiam se seruantem secum perdunt. Dispersit enim, inquit, & dedit pauperibus, Sed audi quod sequitur: Iustitia eius manet in seculum. Vno die diuitias dispersit, & iustitia eius manet in seculum, & memoriam fecit immortalem. Vidisti memoriam magnis & ineffabilibus plenam bonis? Tali aedificio nostri memoriam relinquere studeamus. Nam lapidibus aedificasse non solum nihil nobis prodesse poterit, sed nos continuo & clara uoce infamabit. Et nos hinc abimus, deferentes peccata unde haec parata, & aedificia hic relinquimus: quin nec frigidam & inutilem memoriam consequimur, sed potius probri deturpamur, non enim statim transit ad alterum. Etenim sic res habent, ut ab hoc ad alium transeant, & ab illo ite-

Psal. 111. b

rum in alium. Et hodie quidem domus dicebatur huius, cras uero dicitur alterius, & mox alterius. Interim sponte nos ipsos decipimus, putantes nos dominium quoddam possidere, nescientes quod solum usu fruimur, & siue uelimus, siue nolimus, alijs concedemus: ne dicam, ijs etiam quibus non fauimus. Omnino tamen si memoriam concupiscis, & hoc tantum studium est: audi quomodo uiduae memores sunt Tabithae, & quomodo circumstant Petrum flentes, & demonstrantes tunicas & uestes, quas faciebat illis, cum adhuc superesset Dorcas. Vidisti domus animatas, uocem emittentes, & tantae uirtutis, ut a morte ad uitam reuocare queant? Nam postquam circumsteterunt Petrum, calidas lachrymas profundentes, cibumque & quibus opus habebant quarentes, Petrus eiecit omnibus, & positis genibus, orauit: & cum excussisset illam, uocauit sanctos & uiduas, & assignauit istis uitam. Si memoriam quaeris, si ueram gloriam amas, haec imitare, tales domus extrue, noli sumptus tuos inanimatis impendere, sed cum illis qui eiusdem sunt generis misericordiam facito. Haec laude digna est memoria, hoc magnum lucrum affert. Caeterum ad institutum redeamus, & uideamus illorum uirorum, qui tunc erant, audaciam. Illorum enim affectiones nostrae, si sapere uoluerimus, emendationi seruiunt. Et edificemus, inquit, nobis ciuitatem, et turrim, cuius caput erit usque in coelum. Et faciamus nobis ipsas nomen, priusquam dispergamur super terram. Vide quod superbia mentis ostendit illorum. Et edificemus, inquit, nobis ciuitatem. Et iterum: Faciamus nobis ipsas nomen. Etiam post diluuium, & generalem omnium interitum non minoribus malis occupantur. Quid ergo fiet: quomodo ab insaniam sua reprimuntur? Pollicitus est deus, se non ultra facturum diluuium, nimirum misericordiae suae consuetudinem seruans. Illi autem neque poenis emendationes facti sunt, neque beneficijs meliores. Audi quae sequuntur, ut discas ineffabilis misericordiae dei magnitudinem. Et descendit, inquit, dominus deus, ut uideret ciuitatem & turrim, quam aedificabant filij hominum. Vide quomodo humano more scriptura loquitur. Et descendit, inquit, dominus, non ut humano modo intelligamus, sed ut per hoc erudiamur, nunquam temere fratres condemnandos, neque auditu solo iudicandus, nisi pluribus argumentis prius certi reddamur. Omnia enim a deo ideo fiunt, & ob hoc tanta ad erudendum humanum genus utitur sermonis attemperatione. Descendit, inquit, dominus deus, ut uideret ciuitatem & turrim. Vide quomodo non statim ab initio illorum reprimunt insaniam: sed longanimitate utitur: & expectat, donec malitiam suam opere declarent, & tunc conatus eorum impedit. Ne enim quis dicere possit, uoluisse quidem illos, sed quae decreuerant, opere non coepisse, praestolatur donec animo destinatum opus aggrediantur, & tunc monstrat eis quam inutilia attentarint. Descendit, inquit, dominus deus, ut uideret ciuitatem ac turrim eorum. Vide misericordiae excellentiam

Acto. 9. f

lentiam, permittit illos laboribus sese affligere, ut rerum experientia praecceptoris loco illis esset. Et quoniam uidit malitiam inualecere, & morbum in crudescere, non usque ad finem permittit, sed suam declarat bonitatem: quemadmodum medicus bonus uidens morbum augeri, & ulcus incurabile fieri, statim sectione utitur, ut omnem morbi causam aboleat. Dixit, inquit, dominus deus, ecce genus unum, & labium unum omnium: hoc est uox una & lingua una. Et hoc coeperunt facere, & nunc non cessabunt ab ijs quae decreuerunt facere. Attende domini misericordiam. Quonia conatus illorum impediturus erat, primum cum illis expostulat, & quasi ostendit peccati eorum magnitudinem & ingratiudinis excellentiam, & quod abusi sunt linguae & uocis unitate. Ecce enim, inquit, genus unum & labium unum omnium. Et hoc coeperunt facere, & nunc non cessabunt ab ijs quae decreuerunt facere. Hic enim dei mos est, ut puniturus prius indicet quam magna sint peccata, & quasi expostulans etiam ipse satisfaciat nobis, ac tum demum corripere incipiat. Nam & cum terribile illud diluuium interminaretur, dicit scriptura: Ut autem uidit deus, quod multiplicatae sunt malitiae hominum, & unusquisque cogitat in corde suo diligenter in mala a iuuentute. Vidisti quomodo prius monstrauit malitiae eorum excellentiam: & postea dicit, Delebo hominem: ita & nunc, Ecce genus unum, & labium unum omnium, & hoc coeperunt facere. Si in tanta concordia, & linguae unitate in tantam inciderunt insaniam: ubi tempus processerit, quomodo non deteriora attentabunt? Non cessabunt enim ab his quae decreuerunt ut faciant: nihil eorum impetum & ardorem morari poterit, sed omnia quae statuerunt secum, studebunt perficere, nisi statim pro attentatis poenam lauant. Id quoque inueniet aliquis & de Protoplasto dici. Eiecturus enim illum deus a paradisi incolatu: age, inquit, quis annuntiauit tibi quod nudus esses? & iterum: Ecce Adam factus est, quasi unus ex nobis, ut sciat bonum & malum. Et nunc ne forte extendat manum, & accipiat de ligno uitae & comedat, & uiuat in seculum. Et emisit illum dominus de paradiso. Etiam nunc inquit: Ecce genus unum & labium unum omnium, & hoc coeperunt facere, & nunc non cessabunt ab ijs quae decreuerunt facere. Venite, & cum descenderimus, confundamus illorum linguas, ut ne audiat unusquisque uocem proximi. Vide iterum uerborum humilitatem. Venite, inquit, & cum descenderimus: quid uolunt sibi uerba haec? Opus ne habet cooperatione dominus ad correctionem, & subsidio ad illorum destructionem? Absit. Sed sicut iam dixit scriptura, Descendit dominus: docet nos per hoc quod euidenter malitiae illorum uidit excellentiam: ita & hic dicit, Venite & cum descenderimus. Dicitur est ceu ad honore pares. Venite, inquit, & cum descenderimus, confundamus illorum linguas, ut ne audiat unusquisque uocem proximi. Poena hac quasi perpetua nota sugillabo illos, quae eos omni seculo comitabitur, neque huius uillo tem-

Chryf.

pore obliuiscetur. Nam quia abusi sunt uocis unitate, ideo uocis diuersitate castigare uolo. Sic enim ubique facere consuevit dominus. Hoc ab initio & in muliere factum est. Abutebatur honore concessio, unde subiecta est uiro. Et similiter Adae contigit: quia enim ex multa prosperitate paradisi in colatu nihil lucrificet, sed praeuaricando poenae obnoxius est factus, eiecit eum ex paradiso, & poenam ei perpetuam iniunxit, dicens: Spinas & tribulos germinabit tibi terra. Hi quoque honore pares, & eiusdem linguae abusi illa quam grauiter peccarint ex linguarum uarietate sunt experti. Et confundamus illorum, inquit, linguas, ut ne audiat unusquisque uocem proximi. Ut sicut linguae unitas cohabitationem fecit, ita linguae diuersitas dispergat. Nam quibus non est idem sermo & lingua, quomodo cohabitare possunt? Et dispersit illos, inquit, dominus deus ab illo loco super faciem uniuersae terrae, & cessauerunt aedificantes ciuitatem & turrim. Considera domini misericordiam, in quantam animi haesitatione impulsit. Amantibus enim postea similes fuerunt. Et ille quidem imperabat hoc, & alius suggerebat aliud, inutilisque fuit omnis illorum conatus: ideo cessauerunt etiam aedificare turrim & ciuitatem. Et idcirco uocatum est nomen illius confusio, quia illic confudit dominus deus labia omnis terrae. Vide quot res fiunt, ut memoria huius facti in omnia secula producat. Primum linguarum fit diuisio, imo ante hoc nominis appellatio: Phalek enim nomen, quod Heber puero imposuit, partitionem significat: deinde loci agnominatio: confusio enim uocatus est, id quod Babylon sonat. Postremum Heber ipse mansit, idem seruans idioma quod & antea habebat, ut manifestum diuisionis huius signum foret. Vidisti per quot res immortalem nullaque obliuione delendam huius facti memoriam seruari uoluerit? Hinc enim pater postea cogebatur dicere causam tam diuersae uocis. Et puer a patre discebat quare Babylon a confusione nomen sortita fuerit, nempe quod illic dominus deus confudit labia uniuersae terrae, & ab illo loco dispersit illos. Nam utrunque loci appellatio mihi significare uidetur, & quod linguas confudit, & inde dispersio orta sit. Audi uistis dilecti, unde dispersionis uarietatisque linguarum orta sit causa. Fugiamus, obsecro, ne hos imitemur: & ijs quae nobis deus concessit, ne abutamur: naturam humanam considerantes, ea consultemus quae mortales deceant: & considerata praesentis uitae fragilitate, quia breue est tempus uitae nostrae, reponamus & thesaurizemus prius fiduciam, operando bona opera: & non solum per hos dies seruemus ieiunij feruorem, eleemosynae largitatem, precum continentiam. Etenim ieiunio preces semper coniunctas esse oportet. Et quod hoc uerum sit, audi Christum dicentem: Hoc genus daemoniorum non egreditur, nisi in precatione & ieiunio. Et iterum de Apostolis dicitur. Nam cum orassent, inquit, & ieiunassent, commendauerunt eos domino, in quem crediderant. Et iterum inquit Apostolus: Ne fraudetis

Matth. 17. e
Mar. 9. d
Acto. 14. d
1. Cor. 7. d

detis inuicem, nisi in precatione & ieiunio. Vidi-
 stis quomodo ieiunium hoc subsidio indigeat: Tunc
 enim potissimum preces sobriæ sunt, cum expe-
 ditior mens nostra, neque grauita, neque malo deli-
 ctarum onere pressa fuerit. Magna arma sunt pre-
 ces, magna securitas, magnus thesaurus, magnus
 portus, refugij locus, modo sobrii & undequaque
 mente nostra collecta, inimicorum nostræ salutis
 nullo aditu permisso, dominum adæmus. Scit enim
 hostis noster, quod per tempus illud possumus de-
 ijs quæ ad nostram salutem attinent, loqui, & pec-
 cata confiteri, & uulnera medico ostendere, & sa-
 nitatem consequi: ideo maxime obsistit, omniaque
 facit & tractat, ut nos supplantet, negligentesque
 faciat. Proinde sobrii sumus, obsecro, & scientes
 illius insidias, maxime tempore isto operam de-
 mus, ut illi quasi presentem illum, & ante oculos
 stantem uidentes, oblectemur: & cogitationem
 omnem, que nos inturbare possit, repellamus:
 totique nitamur ita loqui, ut non solum uerba, sed
 & mens uerborum comes, deum accedant. Nam
 si lingua quidem proferat uerba, mens autem for-
 ris sit, sua tractans negotia, & imaginans quæ in
 foro agantur, nulla nobis utilitas est, fortassis au-
 tem & maior condemnatio. Enimvero si cum ho-
 mines accedimus, tamen intenti sumus, ut propere stan-
 tes sepe numero non uideamus, sed colligimus
 mentem, & ad eum solum spectamus quem acce-
 dimus: quanto magis apud deum idem facere, con-
 tinuoque & iugiter precibus insistere conuenit: Pro-
 pter hoc enim & Paulus scribens, dicebat: Oran-
 tes in omni tempore, orate & in spiritu: non lin-
 gua tantum, & cum perpetua, inquit, uigilantia,
 sed & in spiritu. Spirituales enim, inquit, sint ue-
 stræ petitiones, sobria sit ratio, & ijs quæ dicun-
 tur mens intendat. Talia petite qualia à deo pe-
 tere conuenit, ut & petita obtineatis. Et in illud
 incumbentes, & toti experformati, sobrii, & mente
 solliciti, non oscitantes, & ut somniculosorum mos
 est, uos fricantes, & hinc & inde mentem uertentes:
 sed magno timore & tremore salutem uestram
 operemini. Beatus enim, qui propter reuerentiam
 metuit omnia. Magnum bonum sunt preces. Nam
 si cum homini quis loquatur uirtute prædico, non
 paruum inde fructum percipit: quantis bonis frue-
 tur is, cui cum deo colloquium fuerit? Oratio enim
 colloquium est cum deo. Quod ut scias, audi Pro-
 pheram dicentem: Iucundum sit deo eloquium
 meum: hoc est, sermo meus appareat deo. An non
 præstare potest priusquam petamus? Verum pro-
 pter hoc differt & expectat, ut occasionem acci-
 piat, qua iuste nos sua cura dignos faciat. Siue au-
 tem consequamur quod petimus, siue non con-
 sequamur, perseueremus semper in oratione: &
 non solum gratias agamus si consequamur, sed
 etiam si repulsam passi fuerimus. Nam cum deus
 aliquid nobis denegat, non minus est quam si con-
 cessisset. Nescimus enim nos, quæ nobis condu-
 cant, sicut ipse nouit. Itaque siue uoti copotes, siue
 impotes sumus, gratias agere debemus. Et quid
 miraris, si nos nescimus quid nobis prodest? Pau-

Luc. 21. g

Psal. 103. d

lus talis & tantus, qui ineffabilia illa consecutus
 fuit, ignorabat & quæ non expediebant precaba-
 tur. Nam quia uidebat se tot molestijs cingi, ac cir-
 cundari crebris tentationibus, orabat ut ab eis li-
 beraretur: idque non semel, neque iterum, sed & sa-
 pius. Tertio enim, inquit, dominum rogauit. Ter-
 tio autem, uocauit sepe, & non uulgariter. Vide-
 mus quomodo affectus fuerit. Num grauatim tu-
 lit? num segnior fuit? num languescebat? Non.
 Sed quid inquit? Dixit, sufficit tibi gratia mea. Vir-
 tus enim mea in infirmitate perficitur. Non solum
 non liberauit illum presentibus malis, sed in ipsis
 perseverare permisit. Unde autem manifestum
 quod non tulit grauitate? Audi ipsum qui dicit,
 postquam didicit hoc probari domino: Volupe
 igitur gloriabor in infirmitatibus meis. Non so-
 lum, inquit, postea liberari non requiro, sed & ma-
 gna uoluptate gloriabor in illis. Vidisti gratiam
 animam? Vidisti eius in deum amorem? Audi
 etiam dicentem: Quid enim precemur, ut oportet,
 nescimus. Impossibile, inquit, est, cum nos ho-
 mines sumus, id certo scire. Relinquendum ergo
 hoc est omnium conditori, sumendaque sunt cum
 gaudio & uoluptate quæcumque ipse uoluerit: nec
 spectandum ad speciem eorum quæ sunt, sed quid
 acceptum sit domino. Magis enim scit quid no-
 bis prodest, quam ipsi nos. Ipse nouit quomodo sa-
 lus nostra paranda. Nostrum ergo sit opus, conti-
 nuis insistere precibus, & non agrefere si diffe-
 ratur quod petimus, sed longanimes esse. Neque
 enim renuens preces nostras differt: sed hac arte se-
 dulos nos efficiens, ad semetipsum attrahere uult.
 Nam & pater, quamuis benignus, cum à puero
 rogatur, abnuuit, quasi non uolens dare: non ut ne-
 get, sed ut ardentius petat, & sibi magis concilie-
 tur. Hæc itaque legentes, non desperemus, sed inde-
 finenter accedamus ad eum, & preces dicamus.
 Equidem cum crudelem & inhumanum illum iu-
 dicemus, qui neque deum timebat, neque homines re-
 uerebatur, mulieris sedulitas coegit, & prouoca-
 uit, ut sibi succurreret: quanto magis nos, si uo-
 luerimus illam imitari mulierem, ad opitulandum
 nobis prouocabimus mansuetum & misericordem
 nostrum dominum, compatientem, & ad saluan-
 dum nos occurrentem? Discamus ergo ut ipsi à
 precibus auelli nequeamus, sed perpetuo incum-
 bamus illis, tam die quam nocte: & magis nocte,
 quando nullus inturbat, quando magna cogi-
 tationum tranquillitas, quando absunt turbulen-
 tiæ, quando nullus est qui ab accessu prohibet &
 abducit, quando collecta mens omnia diligenter
 referre potest animarum medico. Cum enim bea-
 tus David, rex simul ac propheta, tantis implici-
 tus negotijs, purpura & diademate amictus, di-
 cat: Media nocte surgebam ad confitendum tibi
 super iudicia iustitiæ tuæ: quid nos dicemus, qui
 priuatam & otiosam uitam agimus, neque eadem
 quæ ille facimus? Nam cum in die multis circun-
 daretur curis, negotijs & tumultibus, nec tempus
 inueniret aptum suo ad deum accessum: relaxatio-
 nis tempus, quod alij somni tempus faciunt, in mo-
 libus

2. Cor. 12. b

Rom. 8. c

1. Cor. 12. e

Luc. 18. d

1. Tim. 2. b

Psal. 118. b

libus stratis recumbentes, & hinc & inde se uersan-
 tes, rex tantis uinctus curis, accedendi ad deum tem-
 pus faciebat, seorsum deo loquens: & synceræ in-
 tentæque precationi deditus, perficiebat quæcumque
 uolebat, & orationibus suis bella conficiebat, tro-
 pheaque statuens uictoriam uictoriæ copulabat.
 Habuit enim inuicta arma, superna scilicet præ-
 sidia, quæ non solum ad humana bella conficien-
 da sufficiunt, sed etiam ad dæmonum cohortes
 peruincendas. Igitur & nos hunc imitemur priua-
 ti & idiotæ regem, otiosam & quietam uitam agen-
 tes, eum qui in purpura & diademate monacho-
 rum uitam transcendit. Audi enim eum iterum ali-
 bi dicentem: Factæ sunt mihi lachrymæ meæ panes
 die ac nocte. Vidisti animam in continua copunctio-
 ne? Alimonia mea, inquit, panis meus, cibis meus
 conuiuium meum, non erant alia que lachrymæ tamen die que
 nocte. Et iterum: Laboraui in gemitu meo, lau-
 do per singulas noctes lectum meum. Quid dice-
 mus, uel quid respondebimus, neque eam compun-
 ctionem declarare uolentes, quam rex tot obse-
 ptus negotijs egit? Quidnam, dic oro, oculis illis
 formosius, perpetuo lachrymarum hymbre, &
 quasi margaritarum decore ornatis? Vidisti re-
 gem, qui noctibus atque diebus lachrymis preci-
 busque deditus fuit? Specta & doctorem orbis in
 carcere compeditum, unam cum Sila orantem tota
 nocte, neque dolore, neque uinculis prohiberi: sed eo
 magis ingentem feruidumque amorem declarare
 erga dominum. Paulus enim, inquit, & Silas me-
 dia nocte orantes, laudabant deum. David in re-
 gno & diademate, lachrymis & precibus totam
 uitam insumebat. Apostolus, qui in tertium cœ-
 lum raptus, cui arcana sunt reuelata mysteria, me-
 dia nocte in uinculis preces & laudes offerebat
 domino. Et rex media nocte experformatus confi-
 tebatur, & Apostoli media nocte continentis pre-
 ces & laudes reddebant. Illos imitemur & nos,
 & precum continuitate uitam nostram muniamus,
 & nullum nobis inquam erit obstaculum.
 Nihil enim est quod obesse nobis potest, modo so-
 brii sumus. Num loco & tempore nobis opus est?
 Omnis locus, omne tempus huic accessui conue-
 nit. Iterum audi magistrum orbis dicentem: In om-
 ni loco leuantes sanctas manus absque ira & dis-
 ceptione. Si mentem habueris purgatam se ab
 illicitis affectionibus, etiam si in foro, etiam si in do-
 mo, etiam si in uia, etiam si in carcere, etiam si in
 mari, etiam si in diuersorio, etiam si in officina, &
 ubiubi fueris constitutus, poteris inuocato deo
 precum fieri compos. Quod cum sciamus, obse-
 cro, ut cum ieiunio precum faciamus diligentiam,
 subsidiū nobis parantes, quo supernam assecuti gra-
 tiam & presentem uitam ita agamus ut deo probe-
 & in futuro misericordiam aliquam adipiscamur,
 gratia & miserationibus domini nostri Iesu Chri-
 sti, cum quo patri & spiritui sancto sit glo-
 ria, imperium & honor, nunc &
 semper, & in secula seculorum, Amen.

Chryf.

Et accepit Thara Abram & Nachor filios
 suos, & Loth filium filij sui, & Saram nurum
 suam, uxorem autem Abræ filij sui: & eduxit
 eos ex terra Chaldaeorum, ut proficiscerentur
 in terram Chanaan: & uenerunt usque Charran,
 & habitauit illic. Homilia xxxxi

Ngentes uobis habeo gratias, quod he-
 sternum de orando sermonem tanta uo-
 luptate suscepistis, & tanto studio in au-
 ditorium conuistis. Facit enim hoc etiam
 nos alacriores, ut spirituale conuiuium largius uo-
 bis apponamus. Quia & agricola si quando uidet
 agrum seminatum uirescere & germinare, nihil
 quod ad se attinet, intermittit, quotidie congruam
 illius curam agens, & die nocteque considerans, ne for-
 te quid labores suos lædat. Simili modo & ego spi-
 ritualem hunc agrum uestrum florere, & semen hoc
 in sinibus uestræ mentis utiliter recondi uidentem,
 gaudeo & lætor: multumque sum anxius, non igno-
 rans quod malignus sit hostis, qui uestræ salutem insi-
 diatur. Et quemadmodum pirata, quando uidet
 nauem multis mercibus oneratam, & plurimas
 portantem diuitias, tunc potissimum uarijs mol-
 untur insidijs, ut possint mercibus omnibus nauis
 gantes illos spoliare: Ita sanè & diabolus, cum ui-
 derit spirituales diuitias coacervatas, alacritatem
 feruidam, mentem uigilem, & quotidie diuitias
 augeri, cruciatur, & dentibus frender, & quasi pi-
 rata circumit, & innumeras excogitat artes, ut si
 quæ uel paruum inueniat aditum, quicquid nobis
 est spiritualium diuitiarum deprædetur. Igitur so-
 brii sumus, obsecro: & quantum spirituales nostræ
 facultates crescunt, tantum uigiliæ nostræ inten-
 dantur, ut undequaque excludamus eius insidias,
 & gratiam dei uita optima nobis concilians, su-
 periori loco stemus, quam ut illius iacula nocere
 queat. Mala enim bestia est, & multiplices machi-
 nationes struit. Et quando non potest recta nos ad
 uitia allicere, & suis dolis inescare (non enim cogit,
 uel uim facit, absit, sed decipit tantum, & quos
 negligentes uidet supplantat) quando igitur sa-
 lutem nostram manifestè lædere nequit, læpe per
 opera carnis quæ agimus, clanculo efca illata, di-
 uicias nostras auerit oēs. Quid igitur? Hoc quod
 dico, operæpretium fuerit manifestius explicare,
 ut illius cognitio insidijs, damnum quod in de na-
 scitur, uitare possimus. Quando uidet nos à ma-
 nifestarijs uitijs abhorre, & fugere intemperan-
 tiam, continentiam uero amplectari: ad hæc auer-
 sari auaritiam, odio habere iniustitiam: ridere &
 contemnere delicias, ieiunijs autem & precibus
 uacare, ac elemosynis dare operam: tunc alium
 comminiscitur dolum, quod pessundet omnes no-
 stras opes, operaque nostra faciat inutilia. Efficit
 enim ut qui magna constantia machinationes suas
 uicerunt, mox bonis operibus insentent, & ad hu-
 manam spectent gloriam, quod scilicet à uera eos
 gloria faciat excidere. Quippe spirituale quid fa-
 ciens, & humanam respiciens gloriam, mercedem
 suam hic accipit, & iam ultra deum non habet de-
 bitorem. Accipit enim laudes suas, ab illis quorum

tom. 1 13 applausus

applausus quærit, & se priuat illis quas dominus A promissit, utpote maioris faciens momentaneam hominum laudem, quam dei omnium cōditoris: id quod Christus de precibus, eleemosynis & ieiunijs antea docuit, sic dicens: Quando ieiunas, unge caput tuum, & lava faciem tuā, ut ne videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo qui est in occulto: & pater tuus qui uidet in occulto, reddet tibi. Et iterū: Quando facis eleemosynam, ne tuba canas, inquit, ante te, sicut hypocritæ faciūt in synagogis & plateis, ut uideantur ab hominibus. Amen dico uobis, acceperunt mercedem suā. Vidisti quomodo, qui hanc inquiris, illam amittit? Qui autem uirtutem ita exercet, ut latere uelit homines, in die illo terribili in manifesto accipiet a domino retributionem. Nam pater tuus, qui uidet in occulto, reddet tibi in manifesto. Quasi diceret: Ne cogites, nullus homo laudabit te, & uirtutem clam facis: sed hoc cogita, tanta erit domini liberalitas, quod nō sinet hoc clam uel in occulto esse: sed præfente omni hominū genere, ab Adam usq; ad cōsumptionē seculi te prædicabit, & coronabit, & retributiones laborū uirtutis dabit tibi. Qua igitur excusatione digni erimus, & laborem uirtutis sustinentes, & propter momentaneā euandamq; & uilem hominum gloriam, æterna illa nosmetipsos priuantes? Obsecro igit, ut nos benediciamus, & quodcumq; spirituale opus aggredimur, studeamus in promptuarijs animi nostri recōdere, ut laudet nos oculus ille qui nunq; dormitat: non ut ab hominibus celebremur & laudemur, & ita indigni efficiamur quos dñs laudet. Ambo enim hæc pernicialia sunt, & salutē nostrā detrimētosa, & spirituale aliquid operādo ad humanam spectare gloriā, & bene aliquid operādo sublimē de se sapere. Idcirco sobrios esse oportet ac uigiles, & conquirere nobis quotidiana ē facris literis remedia, ne perniciosis affectionibus istis irretiamur. Nam etsi quis innumera bona opera fecerit uirtutemq; omnem absoluerit, si tamen magnum quid de se sentit, maximē omnium miserabilis est & miser. Quod nobis manifestum est ex ijs quæ pharisæo acciderunt, qui ut magna de se sentit, & publicanum contempsit, subito deterior factus est publicano, & omnes uirtutum diuitias lingua sua effudit: & se nudans exhauriensq; pertulit rarum & nouum naufragium: apprehenso enim littore omnes merces suas simul perdidit. Nam si ita accidat aliquid propter precēs indignē dictas, perinde est ac si quis in portu naufragium faciat. Propterea & Christus discipulis suis præcipiens, dicebat: Quando omnia feceritis, dicite: serui inutiles sumus. Quo dicto munire eos uult, & quā longissimē a perniciosis illis affectionib; alienare. Vidisti dilecti, quomodo neq; qui humanam gloriā ambit, eius gratia uirtutis agens opera, utilitatem aliquam percipit? & quod qui omnibus uirtutibus præditus est, si post bona opera infletur, & magnū aliquem se existimet, nudus omnino fiat, & omnium uacuus? Fugiamus igitur, obsecro, perniciosas il-

Luc. 18. b

las affectiones, & ad illum semper uigilem oculum spectemus tantum: & nihil quantum ad hoc attinet, cōmune habeamus cum hominibus, neq; ab eis laudari quæramus: sed contentissimus dominica laude: Cuius laus, inquit, non ex hominibus, sed ex deo. Et quod magis uirtutibus locupletamur & crescimus, hoc magis modesti sumus & humiliemur. Nam etsi ad summum uirtutis apicem pertigerimus, & supputauerimus iusta gratitudine dei in nos beneficia, bene uidebimus quod nihil obtulerimus, adeo multa ille in nos cumulauit. Hinc enim omnes sancti probati fuerunt, & deo accepti. Hoc ut scias, audi doctorem orbis, animam illam quæ in cœlo uersata fuit, quomodo post tot præclara opera, post tantum de cœlo testimonium (Vas enim, inquit, electionis est mihi hic) non obliuiscitur suorum delictorum, quomodo utrisq; manibus, ut aiunt, ea uersat, & neque illorum memoriam obliterari patitur, de quibus certissimus erat quod per baptismum fuerant dimissa: sed clamat & dicit: Minimus sum apostolorum, & non sum dignus ut uocer apostolus. Et postea, ut excellentē eius discimus humilitatē, addit: Eo quod persecutus sum ecclesiā dei. Quid agis o Paule? dominus per misericordiam suam deleuit & ignouit omnia peccata tua, & tu ea adhuc subinde uersas & memoras? Etiam, scio enim, dicit, & nō ignoro quod ea dominus meus dimiserit: sed dum mecum considero quæ fecerim, & uideo diuinæ misericordiæ pelagus: bene disco quod gratia & misericordia dei sum, quod sum. Nam cū dixisset, nō sum dignus, qui uocer apostolus, eo quod ecclesiā dei sum persecutus: subdidit, Gratia autē dei sum id quod sum. Ego quidem, inquit, tāta ferebar infania: ineffabilis autē eius bonitas & gratia remissionem dedit. Vidisti animam contritam, & circumferentem continuo memoriam peccatorum, quæ ante baptismum commiserat? Illum & nos imitemur, & eorum quæ post baptismum admisisimus, quotidie simus memores, continuoq; ea in mente uersantes, nunquam committamus ut iporum obliuiscamur. Hoc enim frenum sufficet ad humiliandum nos, & modestiam ingenerandam. Et quid dico Paulum tantum & talem? Vis uidere etiam eos qui in ueteri lege hinc maximē claruerunt, q; post innumera bona opera, & indicibilem ad deū fiduciam, humiles fuerunt? Audi quid dicat Patriarcha, postquam consuetudinem cum deo habuit, & facta est ei promissio: Ego autem, inquit, terra sum & cinis. Cæterum quia in Patriarchæ mentionem incidimus, si placet, hodie lecta proponamus charitati ueltræ, quod illis explicatis uideamus excellentem iusti uirtutem. Et accepit, inquit, Thara, Abram & Nachor filios suos, & Loth filium filij sui, & Saram nurū suam, uxorem autē Abræ filij sui, & eduxit eos ex terra Chaldæorum, ut proficiscerentur in terrā Chanaan, & uenerunt usq; ad Charran, & habitauit illic. Et fuerunt omnes dies Thara in Charran, anni ducenti quinque, & mortuus est in Charran. Attendamus diligenter

Act. 9. i

1. Cor. 15. b

p. XII

diligenter, obsecro, quæ sint lecta, ut mentem eorum quæ in scriptis latent, deprehendamus. Ecce enim mox in principio uidetur esse quæstio. Nam beatus ille propheta, Moses inquam, dixit: accepit Thara Abram & Nachor, & eduxit ex terra Chaldæorum: & uenit usque ad Charran, & habitauit illic. Beatus autem Stephanus Iudæos laudans, inquit: Deus gloriæ uisus est patri nostro Abraham, cum esset in Mesopotamia, priusquam habitaret in Charran, & illinc postquam mortuus est pater eius, migrare eum fecit. Quid igitur? dissident ne a seipis diuinæ scripturæ? Absit: sed ex hoc animaduertere licet, quod cum Patriarcha deo acceptus esset, uisus ei Deus imperauit ut inde migraret. Quod ut agnouit Thara pater eius, licet infidelis pater esset, attamen ob amorem in filium, socius illi peregrinationis esse uoluit. Et ut uenit in Charran, ac illic habitauit aliquandiu, uita hac excessit. Patriarcha autem tunc ad imperium dei in Chanaanem concessit. Deniq; non antea eum Deus inde euocauit, donec mortuus est Thara. Tunc enim illo defuncto inquit: Et dixit dominus Abræ: egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & ueni in terrā quam monstrauero tibi. Et faciā te in gentem magnā, & benedicā tibi & magnificabo nomen tuū, & eris benedictus & benedicā benedicentes te, & maledicētes te maledicam, & benedicētur in te omnes tribus terræ. Singula dicta perscrutemur, ut religiosam & piā Patriarchæ mentem uideamus. Et dixit, inquit, dominus Abræ: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & ueni in terram quam monstrauero tibi. Ne patereamus obiter dicta, sed animaduertamus quantum imperij pondus. Egredere, inquit, de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & ueni in terram quam monstrauero tibi. Quasi diceret: Relinque certa, & non apparentia. Considera quomodo ab initio exercetur iustus, ut præligat non apparentia præ apparentibus, & futura præ ijs quæ in manibus sunt. Neq; enim uulgare & paruum aliquid erat id, quod ei ut faceret præcipiebat deus: nempe ut terram relinqueret, quam inhabitat tanto tempore, & omnem cognationem, & totam patris domum: iretq; ne sciens & ignorans quorsum. Non enim dixit ei, in quam regionem transferre eum uelit, sed mandato indefinito piū Patriarcham exercuit. Veni enim, inquit, in terram, quam monstrauero tibi. Considera, quæso, dilecte, quantū animum requirebat hoc mandatum, & qui planē nulla uel affectione uel familiaritate impediri potuerit. Si enim nunc quamuis tanta sint religionis incrementa, multi adeo sunt consuetudini suæ alligati, ut potius multa, & si necessitas urget, omnia ferre uelint, quam loca mutare in quibus prius habebant domicilium: id quod nō solum uulgō fieri uidemus, sed etiam ab ijs qui ē medio tumultu fugere, & monasticam

uitam delegerunt; quanto magis uerisimile erat iustum illum ad hoc mandatum tardiorē & difficiliorem potuisse fieri? Egredere, inquit, & relinque cognatos, & domum paternam, & ueni in terram quam monstrauero tibi. Quem non turbarent uerba ista? neq; locum, neque regionem certam ei designat, sed indefinito præcepto mentem explorat iusti. Nam si quis ē uulgo fuisset, dixisset utiq; Age, iubes relinquam terram quam inhabito, cognationem, domum paternā: quare non, imperando ut locum hunc relinquam, certiorē me reddis quantum sit iter? Unde enim mihi illud innotesceret, quod hac quam relinquo uerior & præstantior sit illa? At iustus nihil horum uel dixit, uel cogitauit: sed respiciens ad magnitudinem eorum quæ imperata erant, ijs quæ in manibus habebat, incerta præferebat: qui nisi tam generosum spiritum, tamq; philosophicam mentem habuisset, utpote eruditam per omnia deo parendum esse, erat ei & aliud etiam ipsum non paruum impedimentum, nempe mors patris. Scitis enim quod sæpe multi propter sepulchra cognatorum in illis locis mori deligunt, ubi parentes eorum mortui sepulti sunt. Verisimile igitur erat & iustum hunc, nisi deum plurimum amasset, talia potuisse cogitare: Ecce pater propter suum in me amorem, ē domo sua profectus, pristinas consuetudines despexit, & contemptis omnibus huc usque hic fuit: & quasi propter me in aliena terra uita defunctus est: ego autem non daturus sum operam, ut post mortem par ei referam, sed relicto cū cognatione patris sepulchro, hinc abiturus sum? Atqui nihil horum promptitudinem eius remorari potuit: sed omnia leuia & facilia ei apparere faciebat suus in deum amor: quandoquidem & illud mente tractasset, siquidem humanis rationibus res suas moderari uoluisset. In hac ætate, qua nunc ad postremam senectam tendo, quod me conferam? non fratres mecum ducens, neq; cognatos mecum habens, sed ab optimis quibusq; amicis sequestratus, ut solitarius & peregrinus, in terra aliena uersabor, ne scius ubi errandi finis futurus? Quod si in medio itinere cōtingat me uita defungi, quæ tantæ misericordiæ fuerit utilitas? Quis me sepeliet senem, peregrinum, carentem ciuitate, carentem domo? Fortassis uxor uicinos exorabit ut per cōpensationem se adiutēt, & iusta ex collaritia stipe faciet. Quanto satius ut ipse breui quod superest tempore hic residens uitam terminem, quam ut senex hinc & inde uager, & omnium scommatis incessar, qui neque id ætatis quietus uiuam, sed loca locis mutans nullibi consistam? Cæterū iustus ille nihil horum cogitauit, sed præcipienti obedire festinauit. Sed fortē dixerit quispiā: Ad exhortandum sufficiebat ei, Veni in terram quam tibi monstrauero, & faciā te in gentem magnam, & benedicam te. Verum istuc ipsum, nisi pius fuisset, satis erat ad reddendum eum segniorē, & ad obedientiam magis cunctandum. Nam si fuisset ex magno illo numero, dicere potuisset: Quare me pere-

grè proficisci iubes, & in alienam terram abducis. Quare si me magnū facere uis, non hic magnum facis? Quare in domo paterna uersantem, tua benedictione non dignaris? Quod si contingat priuquam perueniam in locum quem iubes, defatigatum me itineris laboribus perire, & uitā finire, quæ mihi ex promissis utilitas? At nihil horū uel in mentem admittendum censuit, sed sicut uoluntarius seruus ad solū imperium obediuit, nihil curiose querens, nullumq; aliud negotiū prætexēs: certissimus enim erat, ne utiquam mendacia esse dei promissa. Et faciā te in gentē magnā, inquit, & benedicā te, & magnificabo nomen tuū, & eris benedictus. Magnum promissionis pondus. Faciam te, inquit, in gentem magnā, & benedicā te, & magnificabo nomen tuum. Non solum genti magnæ te præficiam, & nomen tuū extollam: sed & benedicam te, & eris benedictus. Ne putes dilecte, tautologiam esse, & idem bis dici, cum dicitur: Benedicā te, & eris benedictus. Tanta em̄ te, inquit, benedictione dignabor, ut illa in omne seculum sit duratura. Eris enim benedictus ita ut omnes summi honoris loco habituri sint, si eis cum Abram familiaritas contingat. Vides quō antea & ab initio ei prædicat claritudinem, quam illi daturus erat? Faciam te, inquit, in gentem magnā, & magnificabo nomen tuū, & benedicā te, & eris benedictus. Idcirco & Iudæi in Patriarcha superbientes, uolebāt se in eius familiā intrudere, & dicebant: Filij Abraham sumus. Sed ut discat quōd propter malos mores indigni sunt ea familiā & genere, dicit eis Christus: Si filij Abrahæ essetis, opera Abrahæ faceretis utiq;. Ioannes quoq;, Zacharia filius, cum ad Iordanem cōfluerent baptizari cupientes, dicebat eis: Progenies uiperarum, quis monstrauit uobis ut fugeretis à futura ira? Facite igitur fructū dignum poenitentia, & ne præsumtis dicere: Patrem habemus Abrahā. Dico enim uobis, quōd potest deus ex lapidib; istis excitare filios Abrahæ. Vidisti quomō magnū apud omnes eius nomen fuerit: sed ante euentum iusti pietas monstratur, quomodo dictis dei crediderit, & omnia quæ uidebantur esse grauiā, magna facilitate susceperit. Et benedicā, inquit, benedicentes te, & maledicentes te, maledicā: & benedicentur in te omnes tribus terræ. Vide quomodo attemperat sermonem deus, & quantæ amicitia de monstrat argumenta. Illos, inquit, amicos faciam, qui sincere erga te sunt affecti: & illos inimicos habebō, qui erga te diuerso modo habēt: id quod uix filij pacrum nomine faciendum putarēt, ut fiant inimici & amici. Maxima, dilecti, in Patriarcham dei est hæc beneuolētia. Illos enim, inquit, benedicā, qui benedicunt tibi: & illos maledicā qui maledicunt tibi: & benedicent in te oēs tribus terræ. Ecce & alterius liberalitatis argumentum. Omnes enim tribus terræ enitentur ut in tuo nomine benedicantur, & res suas tua agnominatōne honestiores faciant. Audistis dilecti, qualia imperauit dominus Chaldæo uetulo, qui neq; legem sciuit, neq; prophetarum audiuit uaticinia, neq;

Ioan. 8. c
Matt. 3. b

ullam aliā doctrinā didicit: Vidistis quanta præceptorum moles? quomodo ad ea perficienda sublimi & iuuenili animo habebat opus? Videte posthac & Patriarchæ gratitudinem ac obedientiam, quomodo nobis eam scriptura manifestet. Et profectus est, inquit, Abram, sicut locutus est ei dominus, & iuit cum eo Loth. Non simpliciter dixit, Et profectus est Abram: sed, sicut locutus est ei dominus. Omnia, inquit, fecit, quæ ad præceptum hoc pertinebāt. Dixit, quōd reliquerit omnia, dimiserit cognationem & domum. Dixit, quōd iuit in terram quam nesciret: & munere suo functus est. Promiserat deus se facturum eum in gentem magnam, & benedicturū: & edidit Abram etiā hoc euenturū. Sicut locutus est ei dñs, ita profectus est: id est, credidit ijs quæ sibi à deo sunt dicta, nihil fluctuans nihil cedēs, sed firmato animo ita profectus est: idcirco & à dño magnā obtinuit gratia. Et iuit, inquit, & Loth cum eo. Quare cum dominus dixerit: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui: hunc assumpsit. Non fuit inobediens domino: sed forte quia iuueni erat patris loco præfectus, & ille ob singularem amorem morumq; suauitatem à iusto diuelli noluit, hac de causa Abram eū assumpsit, & filij loco postea habuit: præsertim quōd tam grandæuus nullum adhuc habebat filium, propter Saræ sterilitatem. Aliter etiam dicere licet: Mores adolescentis non multum à iustitia aberant. Nam cū propositi ei essent duo fratres, ipse iustiori adharebat. Quantæ enim prudentiæ erat, diiudicare & probare cui patruorum sui curam permittere deberet? Insuper & peregrinationem eligere, honestatis morum erat indicium. Nam licet tandem in quibusdam errasse uideatur, quando potiores sibi partes usurpauit, attamen uestigium iusti subsequi proximè studebat. Atq; ideo iustus illum sociū itineris accepit, & ipse magna alacritate peregrinationem uitæ domesticæ prætulit. Porro ut sciamus hæc à deo fuisse imperata Patriarchæ, non cum iuuenis esset, sed iam ad senectam uergenti, quando plerique hominum ad peregrinandū difficiliores sunt, inquit: Abram autem erat annorum septuagintaquinque: quando exiuit ex Charran. Vidisti quomodo nec ætas ei fuit obstaculo, neq; aliud quidquā quod potuit eum detinere ut domi resideret: sed uicit omnia ipsius in deū amor. Anima em̄ uigilans & sobria, cuncta abruptit impedimenta, totaq; fit eius quod amat, & à nullo quod in medio apparet difficile, remorari se patitur: sed omnia præterit, nec subsistit priusquā re desiderata potiatur. Propterea & iustus iste neq; senectute, neq; alijs maioribus causis prohiberi potuit, quin omnibus disruptis retinaculis, quasi iuuenis ætate florēs, ac à nullo prohibitus, festinabat & anhelabat domini præceptū perficere. Neq; enim possibile est, ut rem fortem & egregiā quis unquā aliter faciat, nisi antea aduersus omnia quæ obistere possunt, se armet & instruat. Hoc utiq; clare sciens & iustus ille, omnibus præteritis nō curabat uel cōsuetudinē, uel domum

domum paternam, uel sepulchrum, uel senectutem ipsam: sed in hoc duntaxat figebat mentem, quomodo implere posset quod à domino fuerat imperatum. Licebat hic uidere rem multis miraculis plenam, quōd homo in profundissima senectate, cum uxore etiā ipsa ætatis prouectæ, & multis famulis se aliō transferat, maxime quōd nescius ubi nam errandi futurus finis. Adhæc si quis & illud prudenter expendat, quanta per illud tēpus uiarum difficultates erant. Neq; enim sicut nunc, licebat impauide uersari, & tam facile profectiōnes suscipere. Nam singula loca proprijs principibus distincta erant, eratq; necesse iter agentibus ab alijs ad alios principes transire, & quotidie de regnō in regnū progredi. Erat igitur & hoc non nihil obstaculi iusto, nisi tantum habuisset diuina mandata perficiendi desiderium. Verum omnibus illis impedimentis, quasi araneæ telæ essent, distrūptis, menteq; fide roborata, bene fidens dignitati promittētis, iter aggressus est. Et accepit, inquit, Abram Saram uxorem suam, & Loth filium fratris sui, uniuersamq; substantiam quam possederant in Charran, & exiuit ut proficisceretur in terram Chanaan. Vide scripturæ diligentiam, quomodo nobis omnia narrat, ut per omnia discamus iusti pietatem ac religionem. Accepit, inquit, uxorem suam & Loth uniuersamq; substantiam quam possederant in Charran. Non simpliciter dixit: Omnia quacūq; possederant in Charran: sed ut discamus quōd nihil ex bonis Chaldæicis accipiebat Patriarcha, sed paternis illis omnibus relictis fratri, exijt, ea sola secum ferens quæ in Charran possidebat. Et hoc faciebat, non quod usq; adeo illa magnificeret: sed ut facultatibus illis posset omnibus testari, quanta dei erga se fuisset prouidentia. Qui enim ex terra Chaldæorum eum euocauit, & iterū inde migrare iussit, ipse & substantiam illius quotidie augebat, & omnem molestiā auferebat. Itaq; quōd hæc secum ferebat, & per omnem uiam sic procedebat, specimen erat piæ religiosæq; mentis. Quicūq; enim uidebāt, merito causam requirebant quare iustus ille peregrinus: Deinde respondēs ille, quōd iussu dei in alienam terram, relictis proprijs transiret, operibus suis docebat & dicebat quā pia esset iusti obedientia, & quā excellens dei erga illum cura. Et exiuit, inquit, ut proficisceretur in terrā Chanaan. Vnde sciebat, quōd in terra Chanaanæ futurus esset suæ peregrinationis exitus? Quamuis præceptum ita continebat: Veni in terram quam monstrauero tibi, attamen deus ei & hoc significauit, indicans menti eius terram, in qua ipsum constituere uolebat. Propterea enim cum præcipere ei, indefinitè dicebat: Veni in terram, quam monstrauero tibi, ut nobis iusti uirtutem detegeret. Deinde postq; ille quod suum erat magna largitate attulit, mox deus ei significauit, in qua terra uellet eum domicilium habere. Quia enim eximias iusti uirtutes præuidebat, idcirco eum ex domo euocauit, & neq; fratrem ut acciperet iussit: quoniam uolebat illum doctorem fieri, nunc qui-

dem omnibus Palæstinis, paulo post autem etiam Aegyptijs. Vidisti quomodo non in natura, sed in uoluntate mentis nostræ sita sunt, tam quæ ad uirtutem, quā quæ ad uitia pertinent? Ecce natura quidem fratres erant, uoluntate autem non item. Sed ille, licet frater ad tantas uirtutes peruenerat, adhuc errore præoccupatus fuit: hic autem omnibus quotidie monstrabat uirtutis suæ erga deum incrementa. Et uenit, inquit, in terram Chanaan, & pertransiuit Abram terram in latitudinem eius, usq; ad locum Sichem, ad quercum excellam. Docet nos scriptura locum regionis, in quo nūc iustus habitaculum facit. Deinde ut sciamus quomodo se illic res habebant, inquit: Chananæi autem tunc inhabitabant terram. Neq; hoc simpliciter & absq; causa beatus Moses assignauit, sed ut discamus etiā hinc mentem philosophicam & bene institutam. Quia cum loca illa præoccupata essent à Chananæis, cogebatur quasi uagus & peregrinus, & quasi abiectus & uilis aliquis diuersari ut forte obtingebat. Et forte neq; diuersorium facile inueniebat: attamen neq; sic ægrè ferebat, neque impatiens intra seipsum dicebat: Quid hoc? Ipse ego qui tātō cum honore, & tanta cū obseruatione agebā in Charran, nunc cogor sicut ciuitate carens, & peregrinus & aduena obambulare, idq; gratiæ loco ducere, & quietē in uili quærere diuersorio, & neq; hoc inuenire possūm, sed in tabernaculis & tuguriolis uersari, aliasq; necessitates ferre cogit me necessitas. Hocine est, quod dicebat: Veni, & faciam te in gentem magnā: Pulchra, scilicet, præludia, quid suæ posthac expectandū? At nihil tale dicebat iustus, neque fluctuabat, sed integramente & perfecta fide, bene fidens dei promissis, immoto perstitit animo, unde statim & supernam consolationem accipere meruit. Verū ne sermonem producamus longius, hic ei finem imponamus, illud unū orantes charitatem uestram, ut mentem iusti illius imitemini. Quā absurdū em̄ quōd iustus ille, cum de terra in terram uocaret, tantā præ se tulit obedientiā: & neq; senectus, neq; alia que enumerauimus præpedimēta, neq; tēporum difficultas, neq; ulla alia quæ retardare ipsum posse uidebant in obediendo cunctatorē eum facere potuere: sed omnibus remoris abruptis, currit & festinauit senex, quasi iuuenis resumptis uiribus, cum uxore & fratris filio, & famulis, ut persisteret opere quod sibi à deo mandatū erat. Nos autem qui non de terra in terram uocamur, sed de terra in cælum, non eandem quam ille iustus alacritatem obediendo exhibemus, sed frigidas plerunque & inutiles præteximus causas. Et neq; nos promissorum magnitudo, neq; uisibilium rerum utilitas, neq; quod terrenæ sunt & momentaneæ, neque uocantis dignitas atrahit: sed tantæ sumus negligentie, ut præferamus momentanea semper manentibus, terrā cælo: ea que uolant antequam habeantur, ijs quæ nunquam finem accipere possunt. Quousq; enim, dic quæso, ita insanimus in colligendis pecunijs, quæ rabies cogit

cogit quotidie à tã molesta cõcupiscẽtia infestari, & nunq̃ satiari, sed deterius habere q̃ ebrii. Nã sicut illi quanto magis mero se ingurgitant, tanto magis flagrãt siti, & caminũ succendũt minus tolerabilem: ita nimirũ & isti qui sese tyrannidi avaritiã subiecerunt, nullum concupiscẽtiã finem sciunt: sed quanto plura affluũt, tanto magis flamma crescit, & caminus ardet ualidius. Non uideamus quod ij qui ante nos fuere, quanuis totius orbis uictores essent, ut ita dicã nudi & solitarij ex hac uita abrepti sunt: hoc solum inde consecuti, quod rationes & poenã pro omnibus ab eis exigentur: Et sæpenumero inimici facultates eorum inter se partiti sunt: peccata autẽ quã ex illis contracta, ipsi soli secũ ferentes, abiere, & pro ijs magnã indignationis supplicia sustinentes, consolatione undiq̃ destituuntur. Quare igitur, dic oro, tam negligentes salutis nostrã, ita cõsultamus de anima nostra, quasi aliena esset & nõ nostra: Non audis Christũ dicentem: Quam dabit homo commutationem animã suã: Et iterum: Quam utilitatem accipit homo si totũ mundum lucrifaciat, animã autem suã detrimentũ patiatur: Num habes quod pro hac rependatur dignẽ: Etiam si totum orbem dixeris, nihil dices. Quã enim utilitas, sicut dixit Christus, totum mundum lucrifacere, animã autem detrimentũ pati, qua nihil nobis magis familiare: At nos eam quã tam pretiosa est, cuius tantam curam agere debemus, ut nihil illi præferatur, sic despiciamus ut quotidie discerpatur, & interim ab avaritiã expugnetur, aliquando à luxuria laceretur, interdum ab ira confundatũ, & à quibusuis affectionibus multifariam uexetur: & ita erga eam affecti sumus, ut nullam illius geramus curam. Quis nos posthac dignabitur uenia, & ab imminente poena eripiet: Idcirco obsecro, ut dum tempus habemus, detergamus eius sordes largis elemosynis, & illis peccata nostra extinguatũs. Ignem enim, inquit, extinguit aqua: peccatũ uero elemosynã. Nihil enim prorsus ita nos eximere potest à gehẽna ignis, atq̃ largitas elemosynarũ. Hanc si præstiterimus iuxta leges à domino traditas, nempe nihil ad ostentationem facientes, sed ob amorem in deum, poterimus & peccatorum nostrorum maculas abluere, & diuinam misericordiam assequi, gratia & misericordionibus unigeniti filij dei, domini nostri Iesu Christi, cui cũ patre simul & sancto spiritu sit gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Et uisus est dñs Abraã, & dixit ei. Semini tuo dabo terram hanc. Et extruxit ibi altare domino, qui uisus est ei. Hom. xxxii



Purimus & ineffabilis in recens dictis thesaurus latet dilecti, & opus est intenta mente, sobriãq̃ & uigilanti ratione, ita ut nihil eorũ quã in breuius uerbis latent, nos prætereat. Nam propter hoc & misericors deus non facili & perfunctoria lectione uoluit nobis omnia manifesta & perspicua esse, ut excussa somnolentiã no-

stra, uigiles ipsi multã decerpamus utilitatem. Solent enim ea quã labore & inquisitione aliqua inueniuntur, magis insigi nostrã menti: ea uero quã facile conquirunt, citius e corde nostro auolare. Obsecro igitur ne sumus negligentes, sed excitemus mentem nostram, & in ipsam scripturarũ profunditatem intueamur, ut maiori inde lucro accepto, domũ redire liceat. Est em̃ ecclesia dei mercatus quidam spiritalis, medicorumq̃ officina animabus: & par est, ut sicut qui ad nundinas ueniunt, inde multis mercibus conquisitis redeamus; uel quasi e medici domo, receptis quã animabus nostris congruũt medicamentis, exeamus. Nõ enim ideo quotidie confluis, ut cõuentus fiant, præterea nihil: sed ideo congregamur, ut unusquisq̃ pharmaco suis affectionibus congruo suscepto, domum concedat. Quomodo enim nõ fuerit absurdissimũ, quod à pueris nostris quotidie à scholis redeuntibus petimus quid amplius discendo profecerint (neque enim sineremus eos frustra & absq̃ utilitate in ludum ire, nisi fructũ ampliorem inde consecuturos uideremus) nos autẽ qui iustam ætatem habemus, & in spiritalibus scholis uersamur, nõ par illis studiũ exhibemus, maxime cum hæc in lucrũ & salutem animarũ spectent? Igitur obsecro, ut seipsum quotidie scrutet unusquisq̃, quid ex hodierna, quid ex proxima lectione utilitatis retulerit, ut ne uideamur & nos temerẽ atq̃ frustra adesse. Quod sane nos extra culpam facit, offerimus quicquid nostri est officij, & nihil prorsus quod possumus intermittere: quod etiam ijs qui nobis succensent, nec occurrũt, nec dicta diligenter auscultant, maioris cõdemnationis erit occasio. Audi Christũ dicentem ei qui talentũ deperderat: serue nequã, oportebat te pecuniã tuã apud numularios deposuisse, & ueniẽs ego reperissem eam cum usura. De iudeis autẽ: Si nõ uenisset & locutus fuisset eis, peccatũ non habuissent: nunc autem excusationem nõ habent. Caterũ nos nũc nõ hoc arguimus, ut prorsum crimine careamus, & in nullo arguamur, sed uestrũ profectum uidere cupimus: & nostram lætitiã imminui arbitramur, quantumuis innocẽtes ipsi sumus, nisi & uos studium laboribus nostris dignum exhibueritis. Hæc enim nostrã lætitiã materia est, si uestra in spiritalibus incrementa uideamus. Et scio quidem quod gratia dei rãtũ polletis intellectũ, ut & alios ualeatis exhortari: sed iuxta beatum Paulum, memoriam uestram refrico, & prouoco uestrum zelum & promptitudinẽ animi, subinde hæc admonens, & cupiens uos perfectos & absolutos fieri. Nihilominus etiam hoc argumentum mihi est uestri in diuinis profectus, quod tanta promptitudine quotidie huc conuenitis, & spiritali doctrina satiari non potestis. Nam quemadmodum corporalis cibi appetitus, indicium est bonã ualitudinis: ita desiderium spiritalis doctrinã, manifestissimum argumentum est animã bene habentis. Quapropter & ego bene conscius uestri desiderij, quod scilicet quantumuis producã sermonem, non possim uel sic explere desiderium

Mat. 16. d

Mat. 5. 4

Luc. 19. 1

10. 1. 1

Rom. 11. 1

derium, & alimento spiritali uos satiare, non desisto pro mea uirilĩ, ea quã dei gratia suppeditat in uestram utilitatem quotidie uobis proponere, & diuinã scripturã doctrinã mentibus uestris inferere. Agẽ igitur & hodie misericordem deum obsecremus, ut linguam nostram dirigat ad inueniendum quod quærimus, & pro more nostro afferamus doctrinã, propositis primum his quẽ lecta sunt charitati uestrã. Et uisus est, inquit, dñs Abraã.] Nunc primũ inuenimus in scriptura dictum, quod uisus sit, & dixerit ei: Nõne bene dicebam ab initio, latere in paucis illis uerbis magnum thesaurũ: Ecce enim statim rarũ & admirabile procemũ. Et uisus est, inquit, dominus deus Abraã. Neq̃ enim scriptura diuina uerbo hoc usa est, cum de Adam, uel de Abel, uel de Noe, uel de alio quopiam locuta est. Quid igitur est quod dicit: Et uisus est: Et quõ alibi dicit: Nullus uidebit deum, & uiuet: Quid igitur dicemus nũc scriptura dicente: Et uisus est? Quõ uisus est iusto? Nũ ipsam substantiã uidit? Nequaquã. Absit. Sed quid? Sic uisus est, ut ipse solus scit, & ut illi possibile erat uidere. Sapiens enim & misericors dñs noster multas scit uias quibus se humanã attẽperat naturã, & semetipsum his qui se antea præparauerunt dignẽ manifestat. Idq̃ demonstrat per Prophetam, dicens: Ego uisiones multiplicauĩ, & in manibus Prophetarũ afsimilatus fui. Quoniã & Esaiã uidit eum sedentem: hoc autẽ deo indignum. Deus enim non fedet, qui enim potest, cum sit incorporea & locis in cõprehensa natura: Et Daniel quoque uidit eum, ut antiquũ dierum. Zachariã autẽ aliter eum contutus est. Sed & Ezechiel aliter, unde dicebat: Ego uisiones multiplicauĩ: hoc est unicuique apparui pro sua dignitate. Et nunc quoq̃, quia iustum à domo eius euocarat, & imperauerat ut in alienam iret terram, in qua agebat uagus & peregrinus, ut qui Chananais illic adhuc habitantibus inquireret ubi domicilium haberet: bonus igitur dominus cõsolari eum, & eius solidare alacritatẽ uolens, ut ne torpesceret, neq̃ dubitaret ad promissionem iam sibi factam, qua dixit: Veni huc, & faciam te in gentem magnam: quandoquidẽ diuersa à promissione uidebat fieri & se obambulare uti abiectum & uilem, & omni præsidio destitutum, neq̃ habentem ubi diuerteret: ut igitur mentem eius excitet: Et uisus est dominus Abraã, & dixit ei: Semini tuo dabo terram hanc.] Est & hæc pollicitatio magna, & assimilis illi per quam eum à domo euocarat. Dixerat enim: Magnificabo nomen tuum: & propterea nunc iterũ dicit: Semini tuo dabo terrã hanc. Nam cum iam senex esset, filioq̃ careret ob Sarã sterilitatem, promittitur ei quod terram accepturus sit ex eo gignendus. Misericordiam dei hic oro, considera, quomodo cum præsciret iusti uirtutem, uult eum omnibus manifestum facere, & ita elaborare ut quasi margarita aliqua clarescat. Vnde cum promissionem promissionibus adiunxisset, iterum paruam moram facit & differt, ut hac potissimum ratione Patriarchã pietas mon-

stretur: quia res secus quã promittebantur euenire uidens, non inquietus erat, nec impatiens, nec turbabatur, sed immotum habebat animum, certus semel à deo sibi promissa rata & firma fore. Paulatim perscrutemur singula, ut sic & artificiosam optimi dei sapientiam, & simul curam quam erga iustum hunc declarauit, & Patriarchã in dominum amorem addiscamus. Et uisus est, inquit, dominus deus Abraã. Quomodo uisus est? Sicut ipse solus scit, & ille uidere potuit. Non enim hoc dicere desinam, quandoquidem modum ignoro: audio enim solum scripturam dicentem: Et uisus est dominus deus Abraã, & dixit ei: Semini tuo dabo terrã hanc. Diligenter memores estote promissionum quã à deo sunt, ut cum audieritis iustum uarijs casibus iactari, discatis quã fuerit excellentis sapientiã, quã solidã fortitudinis, quã firmi & immoti in deum amoris: & ex ijs quã iusto illi contrigerunt, erudiamini, ut ne existimetis derelictum esse à deo, si quando uideritis probum aliquem tentationibus uel alijs huius uitã afflictionibus uexari: sed cogitantes multiplicem dispensationum dei uarietatem, relinquatis hoc incomprehensibili eius prouidentia. Nam si iustum illum tam piũ, tantamq̃ præ se ferentem obedientiam permittit tentari talibus, quã statim bene scietis, non despiciens famulum suum, sed alijs omnibus uolens illius detegere uirtutem: solet enim ita cũ iustis omnibus agere, & quotquot diuinarum lectionum estis studioli, poteritis ex superioribus discere & inuenire, quod ita famulorum suorum uitam dispenset: quomodo igitur non fuerit extrema ingratitudinis & maleuolentiã, non habere pro maximo signo magnã curã & ineffabilis misericordia dei, sed pro derelictione talem permissionẽ? Monstrans igitur eminentem suam potentiam, duo hæc isto loco efficit, & ut seruatorum suorum tolerantia fortitudoq̃ manifestetur omnibus, & suã prouidentia sapientia etiam in medijs periculis difficultatibusq̃ summis elucescat. Nam cũ propẽ deploratã sint res, tũ quorsum uult, dirigit omnia, neq̃ aliquid difficultatis in medio est quã impedire queat. Et uisus est, inquit, dominus deus Abraã, & dixit ei: Semini tuo dabo terram hanc.] Magna & desiderabilis promissio, præsertim iusto. Scitis enim, quomodo qui iam prouecta senectutis sunt, & omnem uitam absq̃ prole transegerunt, optant liberos. Itaq̃ dominus obedientia mercedem ipsi daturus, quia mox ut audiuit: Egredere de terra tua: non moras nexuit, non distulit, sed obediens imperanti, quod imperatum erat mox fecit, inquit Semini tuo dabo terrã hanc. Vide quomodo per uerbum mentem eius erigit, & sufficientem ei tribuit laborum retributionem. Proinde & iustus suam gratitudinem declarans, statim ad gratiarum actionem conuertitur. Et extruxit illic, inquit, altare domino, quem uiderat.] Vide pietatis specimen. Et locum ipsum, ob suam cum deo consuetudinem ibi habitam, consecrauit, & gratitudinem pro uiribus declarauit. Hoc enim quod

10. 33. d

10. 1. d

10. 6. a

10. 7. b

10. 1. b

quod dicit, Extruxit altare: idem est quod gratias pro promissis egit. Et sicut homines nonnunquam amicitia mouentur, ut domos ædificent ijs qui synceriter amicitiam suam colunt, & nonnunquam etiam ciuitates condiderunt quibus familiaritatis nomina indidere: Ita & iustus ille, uisionem dei affecutus, altare illi cōsecrauit. Et extruxit, inquit, illic altare domino, quē uiderat, & discessit inde. Quid est, discessit inde? Quia deo locus ille segregatus & sanctificatus erat.

Discessit & transiit in montem uersus Oriētem Bethel, & erexit ibi tabernaculū suum. Tumultuarium, inquit, domicilium fecerat. Vide quomodo erat frugalis, & luxum fugiebat, quomodo tam expeditus ut cum uxore & famulis tam facile migraret. Audiant uiri, audiant mulieres. Nam sepe in uillam tantum exire uolentes, multa molimur, ualdeq; occupati sumus ut multa nobiscū trahamus, quæ non solum nō sunt nobis usui, sed & superuacanea, & inutilia, & pompæ gratia parata, & tantum ut ea nobiscum circūferamus. Verum iustus ille non sic egit, sed quia dominus dignatus est cum ipso habere familiaritatem, ut lo cum consecrauit, & altarium extruxit, migravit magna facilitate aliō. Et erexit illic tabernaculum suum Bethel iuxta mare & Agge, uersus orientem. Et ædificauit, inquit, altare domino, & inuocauit in nomine eius. Vide quomodo per omnia religiosam mentem præ se fert. Illic enim ob promissionem sibi à deo factam aram extruxit, & à loco consecrato discessit: hic autem quia tabernaculum fixerat, iterum ædificauit, inquit, altare domino, & inuocauit in nomine domini. Vidisti mentem bene institutam, & sapientiæ deditam? Vidisti quomodo quod scribens admonet admirabilis orbis doctor beatus Paulus, & dicit: In omni loco leuantes sanctas manus: id Patriarcha prius opere cōpleuit, in singulis locis altaria condens, & domino gratias agens? Sciebat enim profecto sciebat quod nihil aliud requirat ab humano genere dominus uniuersi, post innumera & ineffabilia beneficia sua, quam animam gratiarum actioni studentem, & scientem habere gratiā pro ijs quæ iam accepit. Cæterum uideamus, quomodo & hinc iustus migrat. Et discessit, inquit, Abram, & profectus castrametatus est in solitudine. Vide iterum religiosam eius mentem, & sapientiæ studiosam. Iterum, inquit, discessit, castrametatusq; est in solitudine. Quare illinc discessit? Fortè uidebat quibusdam incolis non placere suum aduentum: proinde eximiam suam mansuetudinē declarans, & quomodo tranquillitatē magnificeret, & ne cum homine aliquid haberet negotij, solitudinem apprehēdit. Profectus, inquit, castrametatus est. Aliena dictione usa est diuina scriptura: Nam quemadmodum de militibus solemus dicere, ita & de iusto hic dicit, quod castrametatus sit, ut ostendat expeditum Patriarcham, quod sicut milites absq; difficultate nūc huc, nūc illuc tentoria sua transferūt: ita & iustus ille, quāuis secum duceret uxorem & fratris filium, & tan-

tum seruorum numerum, maiori tamen facilitate migrare solebat. Vidisti frugalem senis cum uxore & tot seruis uitam? Mihi magis admirabilis uideatur iustis fortitudo. Cum enim cogito muliebris sexus infirmitatem, & animaduerto quomodo tam facile tanta alacritate cum iusto peregrè proficiscitur, & subinde migrat, neq; ipsa moleste fert, neq; iusto negotium facit: obtupesco, & censeo quod non minorem animum & fortitudinem quā Abram possederit & ipsa. Et hoc maxime sciemus, cum ea quæ cōsequenter lecta sunt pertractauerimus. Vidisti quomodo postquā audiuit, Semini tuo dabo terram hanc: non quieuit iustus ille, & nunc huc, nunc illuc migravit: uide quomodo iterum à solitudine exigitur, non ab hominibus, sed necessitate famis. Et facta est, inquit, fames super terram. Audiant qui temere & incircumspectè loquuntur & ominantur, dicentes, quoniam ille aduenit, facta est fames: & quoniam ille adfuit, talia contigerunt. Ecce etiam in aduentu iusti fames, & fames ualida, & non turbatur iustus, neq; aliquid humanum patitur, aut suo aduentu tribuit famis causam. Sed quia uidit naturā frustrari, & inualescere famem: Descendit, inquit, in Aegyptum Abram, ut habitaret illic, quia inualuit fames super terram. Attende quomodo iusto profertur peregrinationis meta. Dispensabat enim dominus ut non solum Palaestinam incolentibus esset doctor, sed & ijs qui in Aegypto erant, & lux suæ uirtutis manifestaretur omnibus: quasi enim luminare quoddā, eum qui in Chaldaeorum delitauerat terra, illinc euocarat, ut eos qui in tenebris errorū sedebant, ad ueritatis uiam introduceret. Dixit aliquis: Et quare non potius eos qui in Chaldaea erant ad religionem suam pietate cōuertit? Verisimile quidem est, illorum salutem per aliorum prouidentiam procuratā. Attamen audi Christum dicentem: Non est Propheta absq; honore, nisi in sua patria. Ut igitur opere impleteret promissionem, quam illi fecerat dicens: Et magnificabo nomen tuum: propterea & famem oriri permittit, & urgente necessitate in Aegyptū eum ire cogit, ut disceret & qui illic erāt, quanta lucris uirtus. Nam fames quasi licet, ceu uinculis iniectis, ita uis est deserto in Aegyptum eum abstraxit. Sed uideamus quæ hinc sequuntur, & in quantas difficultates iustus incidit: ut & eius fortitudinem discamus, & uxoris illius sapientiæ studiosam mentem. Postquā igitur multum itineris processerant, & proximè Aegyptum erant, coepit hæsitare iustus, & de uita sua sollicitus pauide cum uxore cōsultat. Factum est, inquit, quando Abram appropinquabat, ut intraret in Aegyptū, dixit Saræ uxori suæ: Scio quod formosa sis mulier: futurum itaq; ut cum te uiderint Aegyptij, dicant: Ista est uxor eius, & occidēt me, te autem uendicabunt. Dic igitur, soror eius sum, ut mihi propter te bene fiat, & uiuat anima mea propter te. Vidisti ex uerbis, in quanto angore & metu constitutus fuerit iustus, & neq; turbabatur animo, neq; cogitans intra se, dicebat

Quid

Quid hoc? num derelicti sumus? num decepti sumus? num nos prouidentia sua destituit dominus, qui dixit: Magnificabo te, & semini tuo dabo terram hanc? Num ille nos permittit nunc de extremis timere, & in manifestū incidere periculum? Nihil horum uel in mentem admittendum existi maui iustus, sed unū hoc curabat, quomodo arte aliqua excogitata posset & famis consolationē inuenire, & Aegyptiorum manus effugere. Scio, inquit, quod formosa mulier sis. Vide quanta mulieris erat formositas: nam & cū in senectam iam uergeret, & post tot annorum numerū adhuc durauit uigor pulchritudinis in facie, etiam post tantam miseriam & malorum sustinentiam, quam in uia fuit experta, de locis in loca migrando, & à Chaldaeorum regione in Charran, & à Charran in Chanaan, & rursus in Chanaan huc atq; illuc, & nunc rursus in Aegyptum. Quem nō fortitum uirorum defatigarent tot continuæ peregrinationes? Verum egregia hæc mulier, etiam post tot exantlatas erumnas, luculēta adhuc est facie, unde & uehementem ac congruam curam assererebat iusto: ideo & dicebat, Scio quod mulier formosa sis: futurum itaq; ut cum te uiderint Aegyptij, dicant: Ista est uxor eius, & occidēt me, te autē uendicabunt. Considera, quantum confidebat personæ mulieris, non timens ne forte laudibus remissior fiat, quin & tale adfert consiliū, dicens: Ut ne me quidem occidant, te autem uendicent: dic igitur, Soror eius sum, ut mihi benefiat, & uiuat anima mea propter te. Quoniam non uulgare erat quod imperabat, propterea uerbis quæ subdidit, allicere & ad misericordiā flectere, persuadereq; eam uolebat, ut prompte in hac fabula partes suas ageret. Futurum itaq; ut cum te uiderint Aegyptij, dicat: Ista est uxor eius: & occidēt me, te autem uendicabūt. Non dixit, uim tibi inferent: non uult enim eam nunc contristare, propter famem fugientē, & grauatim in Aegyptiorum potestatem se permissuram. Eris igitur mihi salutis causa, ut mihi bene sit propter te. Miserabilia sunt hæc uerba, sed & multus erat timor propter insaniam Aegyptiacam. Et quia nondū mortis erat soluta tyrannis, propterea in adulterium uxoris consentit iustus, & quasi seruit adulterio, in mulieris contumeliā, ut mortē effugiat. Erat adhuc terribilis facies mortis, nondū erant aereæ portæ cōfractæ, nondum erat aculeus eius hebetatus. Vidisti amoris copulam maritum inter & uxorem? Vidisti maritum qualia uxori suggere re sit ausus: & quale consiliū acceperit mulier? Et nō renuit, neq; grauatim fert: sed omnia facit, ne prodatur commentū fabulæ. Audiant uiri & mulieres, & imitentur horum cōcordiam, uinculum charitatis, pietatē insignem, & beatam Saræ continentia, quæ & uetula in tanta uenustate permanēs, certabat cum iusto uirtutibus: ideo & tantam eius curā habuit deus, tantumq; supernè illi retributum est. Nullus igitur accuset pulchritudinem, nullus uana uerba hæc dicat: Hanc perdidit forma, huic pulchritudo causa fuit interitus. Nō

Chryf.

pulchritudo in causa est: Absit, opus enim dei est & ipsa: sed peruersa uoluntas malorum omnium causa est. Vidisti admirabilem hanc mulierem utrinq; relucētē, & ob pulchritudinē animæ, uestigia iusti proximè sequentē, & ob formositatem faciei? Hanc imitētur mulieres. Ecce & uenustatis decōr, & sterilitas, & tantū tempus, & facultatum abundantia, & tot migrationes & peregrinationes, & continuæ crebraq; tentationes, & quicquid tale, mentē eius mouere non potuerunt: im mobilis eū mansit. Vnde ob patientiam, dignam mercedem reportauit. In extrema eū senectute, ex uulua sterili, & utero emortuo parere potuit. Ut mihi, inquit, bene fiat propter te, & uiuat anima mea propter te: quasi diceret: Nihil aliud relictum est quo seruer, q̄ ut dicas: Soror eius sum. Fortassis enim effugiam periculū quod expecto, & posthac propter te uiuā, & tibi quod reliquum uitæ fuerit, acceptum feram. Sufficiebāt hæc uerba ad cōpationem uxori mouendam, & ad persuadēdum. Hoc uerè est coniugiū: quoniam non solum in prosperitate, sed & in periculis simul obambulant. Hoc germanæ charitatis indicium est, hoc signo certissimè internoscitur amicitia. Non sic diadema capiti impositū regem illustrat, atque obedientia hanc formam, qua consilio iusti paruic, beatam illustrem & clarā reddidit. Quis nō obstupescat hanc parēdi facilitatem si rectè recogites, quod post tantā cōstentia, & in tali ætate, ad hoc ut iustū seruet, quantū in se erat, etiā adulterio se exposuit, et barbarorum tulit cōgressum? Sed paulisper expecta, & uidebis mirificè sapientem dei prouidentia. Nā propter hoc deus tantam præ se tulit longanimitatē, & opitulari distulit, ut iustum clariore faceret: & per ea quæ illic fiebant, nō solū Aegyptij, sed & Palaestini discerēt, quanta beneuolētia domini omnium hic patriarcha protegatur. Factū est, inquit, quando intrauit Abrā in Aegyptum, ut uiderunt Aegyptij uxore quod esset ualde pulchra: & uiderunt eā principes Pharaonis, & laudauerūt eam apud Pharaonē, & introduxerūt eam in domū Pharaonis, & Abram bene uisus fuit propter illam. Et fuerunt ei oves, & uituli, & asini, & serui & ancillæ, & muli & camelæ. Vide quomodo ea quæ prius iustus suspicabatur, re ipsa euenerunt. Nam ut in Aegyptū intrauit, ut uiderūt Aegyptij mulierem quod pulchra esset ualde, nō simpliciter inquit pulchra, sed excellenter, ita ut omnes qui eam uidebāt, allicerentur. Et ut uiderunt eam principes Pharaonis, laudauerunt eam corā Pharaone. Oro dilecte, ne temerè præter eas quæ dictū est, sed admirare quomodo nullus Aegyptiorum mulieri, utpote peregrinæ, & à terra aliena aduentanti aliquid fecit, neq; contempserunt uirum: sed ingressi, regi omnia nuntiauerūt. Cæterum hoc factum est, ut res fieret manifestior, & ultio non in priuatum & plebeum aliquem, sed in regem sauiret, ut ubiq; divulgaretur hoc factum. Et introduxerunt eam in domum Pharaonis. Protinus ab uxore iustus abducitur, & ipsa ad Pharaonem introducit. Con-

tom. x

m. sidera

sidera quanta dei longanimitas, quomodo non ab initio, neque a proceribus sua declarauit providentiam: sed permisit omnia fieri, & quasi in fauces bestiae mulierem incidere, & tum demum manifestam facit omnibus suam uirtutem. Et introduxerunt eam in domum Pharaonis. In quo statu putas per illud tempus erat mulieris mens? quomodo turbata erat ratio: quomodo fluctus eleuabantur? quomodo naufragium non fecit, sed mansit quasi immobilis petra ad caelestem gratiam semper spectans? Quid autem dicam mulierem? quid animi uerisimile est fuisse iusto, illa in domum Pharaonis introducta? Et Abraham, inquit, bene uisum est propter illam. Et fuerunt ei oues, & uiculi, & serui, & ancillae, & muli, & camelus, & alini.] Haec autem ipsa quae honoris & ministerij gratia data sunt ei, quomodo non magnam rogum in eo succenderunt? quomodo autem non eius exussit mentem, & deflagrare fecit rationem, cogitatio causarum factorum donorum? Vidisti quomodo prope ad finem uenerint pericula? Vidisti quomodo nulla iuxta humanam consequentiam spes correctionis relicta? Vidisti quomodo iuxta humanam opinionem res deploratae? Vidisti quomodo quasi in gula bestiae mulier incidere? Vide consequenter ineffabilem dei misericordiam, & obstupescere patientiae eius excellentiam. Et examinauit, inquit, deus Pharaonem examinibus magnis, & grauibus, & domum eius, propter Sarā uxorem illius.] Quid est, examinauit? poenam, inquit, exegit flagitij & mali conatus examinationibus magnis. Non simpliciter puniuit regem, sed poenis magnis. Nam quia flagitium non erat uulgare, sed ualde magnū, ideo et poena magna. Et domum eius, inquit, non ipsum solum, sed & domum eius. Et quae de causa, cum rex peccet, omnes de domo eius poenae sunt participes? Non absque ratione hoc fit, sed ut per hoc regis insania consequatur. Grauiori enim plaga indigebat, ita ut ipse exterreretur. Et ubi hoc iustum, propter illum alios puniri? Non propter illum solum poenam sustinuerant, sed uerisimile est eos cooperatos fuisse, ut aliquando committeretur iniquitas. Audisti enim supra scripturam dicentem: Quia uiderunt eam principes Pharaonis, laudauerunt & introduxerunt eam in domum eius. Vidistis eos lenonis agere officium in regis gratiam, auferendo iusti uxorem? Quapropter non ipse solus, sed & omnes qui adhaerebant, poenae fuerunt participes: ut discerent quod non in quibusuis peregrinum furorem suum exercuerint, neque in hominem e medio uulgo, sed in uirum cuius tutor deus, tanta illum cura prosequens. Et idcirco acerbissima poena concutiens eius mentem, discedere fecit ab nephario flagitio, coercuit ab irrationali impetu, cohibuit incontinentem mentem, alligauit concupiscentiam indomitam, refrenauit furoris insantiam. Propterea consequenter uide quanta lenitate loquitur rex tyrannus hospiti, quasi uago obambulantem, cui & uxorem auferre ausus fuit. Et pulchre dixit scriptura, quod examinauit deus Pharaonem & domum eius ob Sarā uxorem Abrae. Sensum ei poena praestat, quod sit uxor iusti. Et nunc

domum introducta, mansit uxor iusti. Cum uocasset autem Abram Pharaonem, dixit: Quare hoc fecisti mihi?] Vide qualia uerba rex profatur: Cur hoc fecisti mihi? inquit. Ego tibi feci, peregrinus, nulli notus, qui propter famem adsum: regi, tyranno, & imperanti super Aegyptum? Cur feci tibi? Tu abstulisti uxorem: Nonne sicut peregrinum & hospitem despectisti, contempsisti, nullius momenti me habuisti? Omnino intemperati concupiscentiae tuae obsecutus es, & quae tibi placebant, opere uolebas compleri. Quid igitur feci tibi? imo ipse magna mihi fecisti, & grauiam in me commisisti. Vide quanta rerum uicissitudo: Rex priuato dicit: Cur fecisti mihi? Deum, dicere uult, inimicum mihi reddidisti, iram eius super me induxisti, poenam obnoxium me fecisti. Fecisti ut poenam lueret tota mea domus, eorum quae in te admiserunt. Cur hoc fecisti? Quare non annuntiaisti mihi quod uxor tua esset? Quare dixisti: Soror mea est, & accepi eam mihi uxorem? Ego, inquit, quasi sororem tuam uolebam ducere. At unde didicisti quod uxor fuit iusti? Vltor tanta iniquitatis ille mihi rem indicauit. Cur fecisti mihi hoc, & non indicasti mihi quod uxor tua esset? non accepissem eam mihi ipsi uxorem peccaturus. Quasi sororem tuam habiturus hoc feci. At tunc de quomodo supplicij grauitas concussit eius mentem, ita ut & iusto ratione redderet, & omne erga eum exhiberet officium. Quauis nisi dei fuisset gratia, quae mentem eius emolliabat, consecratiuum erat quod in maiorem furorē inducitur, quasi deceptorē puniuisset, & extremis affecisset supplicij. At nihil horum fecit. Timor enim supplicij inflammata eius iram humiliauit & restinxit. Unde unum hoc curat, ut in iustum officiosus sit. Rescruit enim tandem, quod non esset possibile eum uulgare quempiam esse, qui tanta superna gratia fruebatur. Et nunc ecce uxor tua coram te, accepta ea ocyus uade.] Nunc, inquit, quia cognoui quod non est foror tua, sed uxor, ecce habes eam. Neque enim offendi in aliquo coniugium uestrum, neque priuauit te uxore tua. Sed ecce uxor tua coram te, accepta ea ocyus uade. Quae lingua, quae mens poterit dignè quae facta sunt admirari? Mulier praefulgida forma, simul cum uiro Aegyptio, & rege, & tyranno, & sicinano & incontinente concumbens, intacta egreditur, seruata castitate sua. Talia enim, sicut prius dixi, sunt quae a deo dispensantur, rara semper & admirabilia: & quando apud homines desperatum est, tunc potentiam & sapientiam suam deus declarat. Enim uero sicut admirabile & rarum erat uideri re uirum desideriorum stare in medio ferarum, & nihil pati: sed quasi oues eum circumsteterint, ita illasum egredi e lacu: Et tres pueros in camino, quasi in prato & paradiso uersari, & nihil ab igne laedi, sed egredi inde tanquam statuas: Ita admiratione dignum est & hoc facinus, quod iusti uxor nullam uim passa a rege Aegyptio, tyranno, intemperante, exiuit salua. Deus enim erat qui faciebat omnia, & in inuis uiam dabat, & spem bonam semper in rebus deploratis asserere ualet. Et nunc inquit

inquit: Ecce mulier tua coram te, accepta ea ocyus uade. Ne existimes, inquit, a nobis uiolatam illam. Nam licet per ignorantiam attentauerimus, quae facta sunt, certe nunc cognouimus quomodo tibi commissa sit. indignatio enim quae in nos defuisset, docuit nos quantum gratiae tibi sit apud deum omnium. Accepta igitur uxore ocyus uade. Terribilis postea erat eis iustus, & propterea magnis officijs esse profectus contendit, placantes ipsius dominum propter ea quae in illum commiserat. Vidisti dilectum, quantum bonum est patientia & fortitudo? Hic, quae so, memor esto uerborum illorum quae dicebat Aegyptium ingressurus: Scio quod mulier pulchra sis: futurum itaque ut cum te uiderint Aegyptij, me quidem occidant, te autem seruent. Illis igitur in mentem resumptis, considera etiam quae nunc fiunt, & admirare simul iusti tolerantiam & misericordiam dei uirtutem, quanta cum gloria redire facit iustum, qui cum tanto timore & metu descenderat. Et praecipit, inquit, Pharaon uiris super Abram, ut inde deducant eum, & uxorem eius, & omnia quae eius erant, & Loth cum eo.] Magna cum claritate & gloria, locupletatusque diuitijs redit iustus: et fit doctor per ea quae contigerunt non Aegyptiorum solum, sed etiam omnium qui in itinere erant, & qui in Palaestina habitabant. Nam quotquot uiderant eum, quando descendit fame coactus, pauidum & trepidum: nunc uero redeuntem cum tanta claritate & facultatibus, & diuitijs, discabant uirtutem providentiae dei erga illum. Quis uidit unquam? quis audiuit? Abijt ut famem suam mitigaret, & diuitijs abundans, ineffabili gloria redit. Ne admireris dilectum, ne factum hoc ita rarum tibi uideatur: imo admirare & obstupescere, & glorificari communitis omnium domini uirtutem. Et uide etiam illius nepotes ob eandem famis necessitatem in Aegyptum descendisse, & ibi in graui seruitute uiuentes, multas exantlasserunt, magna tamen felicitate tandem rediisse. Talis enim est sapientissimi & optimus deus noster, quando permittit auergeri & coaceruari molestias, tunc rursus discussa tempestate serenitate rerumque mira uicissitudinem facit, docens nos suae potentiae magnitudinem. Ascendit autem Abraham ex Aegypto, ipse & uxor eius, & omnia quae eius erant, & Loth cum eo, in solitudinem.] Opportunè hic quis accommodarit uerba illa, quae beatus David ihs qui a Babylonia redibant captiuitate dicebat: Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent. Euntes ibant & flebant mittentes semina sua. Venientes autem ueniunt in exultatione, gestantes manipulos suos. Vidisti descensum anxietate atque timore plenum, habentem secum & mortis formidinem? Vide nunc reditum claritate & dignitate conspicuum. Omnibus posthac uenerabilis erat iustus ille, tam ihs qui in Aegypto, quam ihs qui in Palaestina, quis enim non reueritus fuisset sic a deo custoditum, & tantam beneuolentiam assequutum? Neminem enim forte latebant ea quae regi familiaeque eius acciderant. Omnia enim deus propterea permisit, & eorum durauerunt tentationes iusti, ut eius patientiam

clarior fieret, & facta eius in totum orbem diuulgarentur, ita ut nullus esset, qui iusti uirtutem ignoraret. Vidistis dilecti quantum ex tentationibus lucrum? Vidistis quantum patientiae praemium? Vidistis & uirum & mulierem, & senem, & uetulam, quantum philosophiae praefulerunt: quantum fortitudinis, quantum mutuae dilectionis, quantum charitatis uinculum demonstrarunt? Illum omnes imitemur, & nunquam tristemur. Ne existimemus esse signum quod nos dereliquerit & despicat dominus, si tentationes nobis inferantur: sed hoc maximum sit nobis indicium quod deus nostri curam gerat. Nam & si habeamus peccatorum sarcinas quae nos premant, poterimus magnam patientiam & gratitudinem declarando leuiiores eas facere: & si non multa habeamus peccata, sic quoque maiori fruamur gratia, si grato animo tulerimus. Quia enim deus noster liberalis est, & nostrae salutis curam gerit: ea de causa quasi luctam & exercitum materiam nobis proponit, & pro theatro tentationes inferunt: ut si quod nostrum est afferamus, largiore dignetur nos cura. Quod cum sciamus, ne tristes simus in tentationibus, neque afflictiones grauiter feramus: sed & gaudeamus, iuxta beatum Paulum: Nunc enim, inquit, gaudeo in afflictionibus. Vidisti animam gratam? Nam si in afflictionibus gaudebat, quomodo potuit unquam in tristitia esse? quae alios afficiunt tristitia, ipsi pariebant laetitiae occasionem, cogitatio, in quo statu illius erat anima. Et ut dicas quod non sit possibile aliter nos promissa bona assequi, & regno caelorum dignos fieri, nisi per afflictionem uitam praesentem transeamus, audi apostolos dicentes eis qui nuper ad fidem conuersi erant: Et cum docuissent, inquit, multos, reuersi sunt Lystram, & Iconium, & Antiochiam, denuo confirmantes animas discipulorum, exhortantesque ut perseverarent in fide, & quod per multas afflictiones oporteat nos intrare in regnum caelorum. Qualis igitur posthac erit nobis excusatio, si noluerimus fortiter ferre quae inferuntur: praesertim scientes quod non sit possibile aliter salutem nos assequi, nisi hanc uerimus uitam? Audi & Christum dicentem: In mundo afflictionem habebitis, sed confidite. Vt ne audita tristitia, spe excidant, statim fiduriam eis affert, & suam pollicetur gratiam. Sed confidite, ego uici mundum. Habes, inquit, eum qui grauiam alleuiet, qui non permittat te submergi ab illatis tentationibus, qui cum tentatione & exitum praebat, & non permittat supra nostras uires inferri grauiam. Quid tristaris? quid moeres? quid impatiens es? quare tam abiecto animo es? Nam, si quae nostra sunt attulerimus, patientiam dico, & fortitudinem, & mentis gratitudinem, nos sine despicit? Num & si desperatae sunt res, uincere possunt sapientiam domini nostri? Nos quae nostra sunt exhibeamus, & sinceram habeamus fidem, scientes quae sunt haec facilia animarum nostrarum praesidi. Et ipse qui melius nouit quam nos, quid conducant: ita res dispensabit, ut sibi honorificum, & nobis utile: quod & patientiae mercedem accipiamus, & eius gratiam

1. Thes. 1. c.

Acto. 14. d

Ioan. 16. g

1. Cor. 10. e

12. XIII

12. 13. d

Dom. 14

Dom. 15

Chryf.

tom. 1

in 2

gratiam

gratiam consequamur, gratia & miserationib. do-
mini nostri Iesu Christi, cu quo patri simul & spi-
ritui sancto sit gloria, imperiu, honor nunc et sem-
per, & in secula seculorum, Amen.

Abram autē erat diues ualde pecoribus &
argento & auro. & profectus est unde uene-
rat, in solitudinem usq; Bethel, usq; ad locū
in quo prius fuit tabernaculū eius, inter Be-
thel & inter Agge, ad locū altaris quod ibi
principio fecerat. Homilia xxxiiii



VM alacré uestrum conuentū, & ingēs
audiendi desiderū hodie uideā, aēs alie
nū, quod charitati uestrā debeo dinu-
merare uolo. Et scio eius uos oblitos
esse, eo quod multi dies intercesserint, sermoq; no-
ster ad alia interim sit digressus. Dicendorū enim
consequentiā interruptit sanctarū feriarū aduen-
tus. Incongruū em erat, ut festa crucis dominicæ
celebrātes, de alijs sermonē afferremus: sed men-
sa uobis proponenda erat suis congrua temporib.
Et idcirco quando uenit dies traditionis &
passionis, continua docendorū serie resecta, præ-
sentibus quæ urgebāt nos accommodantes, primū
in cōditorē linguā laxauimus: deinde de cruce a-
liqua in mediū protulimus. Postea, illucescēte re-
surrectionis die necessariū erat, ut de resurrectio-
ne domini charitatē uestrā doceremus: & sequen-
tibus dieb. propter miracula quæ tunc facta sunt,
resurrectionis demonstratio iterū afferenda erat:
in quibus etiā in manus accepimus Apostolorū
acta, inde uobis continua proponentes cōuiuia,
& crebris quotidianisq; admonitionibus eos qui
nuper baptisimi gratiā acceperant, exhortantes.
Nunc autē necessarium ut debiti memor sim, &
uobis fatis faciā, tamet si uos debiti genus igno-
retis, utpote curis multis impliciti, & solliciti pro
uxoribus & liberis, et quotidiana alimonia, mul-
tisq; alijs negotijs. Verū nos qui nullis id genus
curis turbamur, & uobis debiti memoriā suggeri-
mus, & ad restituendū nos paramus. Neq; admi-
remini hanc nostram benignitatē. Huius enim a-
lienū aeris genus a corporalib. pecunijs diuersum
est. In illis enim nunq; debitor tantum gratitudi-
nis præ se fert. Scit enim quod dinumerando pe-
cunias, suram imminuat substantiā & accipientis
augeat facultates. Non autē ita est in spiritali de-
bito, sed in eo dinumeras dum soluit, magis abun-
dat, & accipientibus maiores accrescunt opes. Et
idcirco illic magna ingratitude esse solet, hic au-
tem utriusq; lucrum est, & dinumerati, & accipien-
tibus. Atq; id quod de charitate admonuit beatus
Paulus, dicens: Nemini quicq; debeatis, nisi ut di-
ligatis inuicē: indicat, hoc debitū semper solui, &
nihilominus durare semper. Et qd uos ad capien-
dum parati semper estis, istuc ipsum & nos debi-
tores locupletiores facit, & uobis magnæ utilita-
tis est materia. Igitur quoniā talis est huius debiti
natura, ut quanto magis depēditur, tanto auctio-
res nostras reddat opes: agē doceamus nunc &
debiti materiā, ut & ipsi alacriores dicenda su-
scipiatis, & nostram gratitudinem boni consulē

tes, nos diligenti auscultādi studio remuneretis.
Quænam igitur debiti materia? Scitis & memo-
res estis, quando de Patriarcha quædam in me-
dium attulimus, quomodo demōstrauerimus de-
scensum eius in Aegyptū propter famem, & rabi-
nam Saræ a Pharaone factā, & indignationē dei
quam in Pharaonē & domū eius ob suā erga iu-
stum curā immisit, & reditū Patriarchæ ab Aegy-
pto magna cū gloria. Mandauit enim, inquit,
uiris super Abram, ut deducant eum & uxorem
eius, & omnia quæ habebat, & Loth cum eo. A-
scendit autē Abram ex Aegypto, ipse & uxor
sua, & omnia quæ erant illius, & Loth cum ip-
so in solitudinem.] Hic sermonem missum feci-
mus, & eum medijs diebus transfulimus in do-
ctrinam, quam requirēbant tunc occurrentes fe-
riæ. Ideo hodie fuerit operæpretium, ut dicenda
cum dictis cōtexamus, & quasi in unum corpus
coaptemus, quō sermo fiat magis perspicuus. Et
quō manifestiora sint quæ dicuntur, operæpretiū
fuerit, ut charitati uestræ proponatur principium
eorū quæ hodie sunt lecta. Abram autem, in-
quit, erat diues ualde pecoribus, & argento, & au-
ro: & profectus est unde uenerat, in solitudinem
usq; ad Bethel, usque ad locum in quo prius fuit
tabernaculū eius, inter Bethel & inter Agge, ad
locū altaris, quod illic principio fecerat: & inuo-
cauit Abram nomen domini dei.] Ne prætere-
amus obiter lecta, sed discamus clarē diuinarum
litterarum diligentiam, quomodo nihil nobis su-
peruacū narrat. Abrā autē, inquit, erat diues ual-
de. Considera primū istuc ipsum, quod nō frustra
assignauit: quoniā dixerat, quod non capiebat
eos terra, id quod nullibi aliās meminit, sed nunc pri-
mū dicit quod diues fuerit. Quare hoc, & quam
ob causam: ut discamus diuinæ sapientiæ solertiā,
& suæ in iustū prouidentia immensam & excellen-
tem potentiā. Nā qui famis necessitate in Aegy-
ptum peregrinari coactus fuit, & angustias quas
in Chanaanæa experiebatur ferre nō poterat, is su-
bito diues factus est: & diues non tantum pecori-
bus, sed & argento & auro. Vidisti quāta dei pro-
uidentia: abit, ut aliquā famis consolationē inue-
niat: & redit, nō solum fame mitigata, sed & diui-
tijs, & indicibili gloria cōspicuis, & omnibus ma-
nifestus qualis nam esset: postea enim & Chana-
næa inhabitatores clarē iusti uirtutē didicerūt, ui-
dentes rerū mutationē tam repentinā, & tātis di-
uitijs affluentē, qui ut peregrinus & quasi fugiti-
uus & uagus in Aegyptū descēderat. At tu uide
quomodo hic neq; prosperitate, neq; diuitiarum
affluentia remissior uel negligētior factus est: sed
iterū contēdit ad eum locū, ubi prius fuerat pri-
usquam in Aegyptū concederet. Venit enim, in-
quit, in solitudinē, usq; ad locum ubi prius fuit ta-
bernaculum eius, ad locū altaris quod fecerat ibi
principio, & inuocauit nomen domini dei. Cog-
ta, obsecro, quātus erat quietis & tranquillitatis
amator, & in diuino cultu q; sedulus. Ad eum e-
nim locum, inquit, accessit, quem prius ædifica-
uerat, & in quo nomē domini inuocauerat. Ecce
iam

iam multis antea seculis impleuit hoc qd postea
a David dictum est: Elegi abiectus esse in domo
dei mei, magis q; habitare in tabernaculis pecca-
torū. Solitudo enim propter inuocationē nomi-
nis domini dei grator ei erat q; ciuitates. Sciebat
enim, sciebatq; clarē, quod ciuitatis magnitudi-
nem non facit ædificiorū pulchritudo, neq; inco-
larum multitudo: sed inhabitantium uirtus, pro-
pter quā & solitudo ciuitatibus dignior est, quæ
uirtute iusti ornat, & orbe toto fit fulgidior. Et
Loth, inquit, qui cum Abram ibat, erant oues, &
boues, & armenta, neq; capiebat eos terra, ut si-
mul habitaret. Erat quippe substantia eorū mul-
ta, & non poterant habitare simul.] Non solū Pa-
triarchæ facultates auctæ sunt: sed & Loth, inq;
erāt oues, & boues, & armēta. Fortē partim Ab-
ram, utpote liberalis, illa Loth fratris filio dona-
uerat, partim alij dederant in Patriarchæ gratiā.
Et nō capiebat, inquit, eos terra: erat quippe sub-
stantia eorū multa. Vide quod facultatū multitu-
do statim causa fit discessus, diuisionē operatur,
concordiam impedit, & cognitionis uinculū diri-
mit. Et facta est pugna inter pastores pecorum
Abræ, & inter pastores Loth: Chananæi autē &
Phereæi tunc inhabitabant terrā.] Attēde quo-
modo familiares discessionis inuitū faciunt. Hinc
enim semper mala omnia pullulant a famulorum
nequitia. Facta est enim, inquit, pugna inter pa-
stros. Hi diuisionis occasionem præbuerunt, hi
concordiam dirimebant, hi multam morum inci-
uilitatem præ se ferebant. Chananæi autē & Phe-
reæi tunc inhabitabāt terram. Quare nobis hoc
assignauit: quoniā dixerat, quod non capiebat
eos terra ut habitarent simul: causam quoq; doce-
re uoluit diuina scriptura, quod ideo eos non ca-
piebat, quia a gentibus illis præoccupata erat. Ve-
rum nos religiosam Patriarchæ mentē uideamus,
quomodo sua lenitate exarsurum incendium re-
stinguit. Dixit autem, inquit, Abram ad Loth:
Ne sit rixa inter me & te, & inter pastores meos
& tuos, quia homines fratres sumus nos.] Vide
insignem modestiā, uide sublimem philosophiā,
ætate & dignitate senior, iuuenē, fratris filiū, fra-
trem appellat, & in eandem in qua ipse erat digni-
tatem euehit, nihilq; minus illi q; sibi tribuit: sed
dicit, Ne sit rixa inter me & te, inter pastores me-
os & tuos. Indignē enim hoc fieret, quoniā fra-
tres sumus. Vidisti quomodo Apostoli legem im-
plet, quæ dicit: Ita q; iam quidem omnino delictum
in uobis est, quod lites habetis inter uos inuicem.
Cur non potius iniuriā patimini? cur non potius
damnum accipitis? immo uos iniuriam facitis, &
damno afficitis, idq; fratres. Hæc omnia operibus
implens Patriarcha, dixit: Ne sit rixa inter me &
te, inter pastores meos & tuos, quoniā homines
fratres nos sumus. Quid hac anima pacatus? Pro-
inde non frustra, neq; temerē principio dicebam,
quod amore quietis & tranquillitatis solitudinem
locis frequentibus prætulit. Attēde em, quo-
modo & nunc uidens pastores conflagrare, statim
initio tentat restinguere incendium quod erupit

Chryl.

rum erat, & contentionem sedat. Debebat enim
ipse, utpote missus omnibus Palæstinæ cultoribus
sapientiæ doctor, nullam scandali dare occasio-
nem, uel ansam concedere: sed morū lenitate, tu-
ba clarius omnes erudire, & fug uirtutis facere imi-
tatores. Ne sit, inquit, rixa inter me & te, inter pa-
stros meos & tuos, quoniā homines fratres su-
mus. Multa uerborū lenitas, inter me & te. Con-
sidera quomodo ei loquit ceu honore pari, quā-
uis opinor nō aliunde rixas fuisse exortas, quā
quod pastores Patriarchæ nō permiserūt illis ea-
dem copia frui, qua ipsi. Sed iustus equaliter o-
mnia facit, specimē præbens eminētis suæ sapien-
tiæ, ac docens non tantum præsentēs, sed poste-
ros etiam omnes, nunquam cum proximis esse di-
micandum, cum quibus nobis contentio incidit:
alioquin ea res magnam nobis affert ignominia,
& non illis imputatur quæ sunt, sed in nos trans-
fertur reprehensio. Quomodo enim rationi con-
sentaneū, quod homines qui fratres sunt, qui ean-
dem naturā sortiti, qui eiuſdem sunt familie, qui
eodem loco habitaturi sunt, quos mæfuetudinis,
lenitatis, & omnis Philosophiæ doctores esse o-
portebat, inter se cōtendant, & digladientur? Au-
diant hæc qui se extra crimina putāt esse, quando
propter familiaritatem suis ministris permittunt
& cōnuent rapere, decipere, multa mala machi-
nari, & in ciuitatibus & in agris, & auferre uia a ui-
cinis, nunc agrum nunc domū, ea q; de causa ma-
iori tales beneuolentia prosequuntur. Nam licet
iniuriæ illæ opus alienum sint, tamē & ipse nego-
tio cōmunicas: nō solum quod oblectaris factio,
& credis inde facultatibus tuis incrementum ac-
cedere: sed quod non prohibes, ne facinus cōmit-
tatur. Nam qui prohibere potest eum qui iniuriā
facit, & non prohibet, is non minorem luet pœ-
nam, q; qui iniuriam fecit. Obsecro igitur, ne se-
ducamus nosmetipsos: sed & ipsi fugiamus rapi-
nas & fraudes, & ex istiusmodi artib. emolumen-
ta & lucra: & familiares nostros erudiamus ne
quid tale operentur. Non enim hoc nos infones
facit, sed potius maiori cōdemnationi obnoxios:
quia in nostri gratiam illi suam amittentes salutē,
iniustitiam audent, & ipsi intereuntes nos secum
rapiūt. Quod si prudentes esse uoluerimus, et ipsi
ab eo damno liberabimur, & illos a malis conati-
bus abarcebimus. Porro nolo mihi dicas friuola
illa uerba: Nihil mihi curæ est: nungd ego rapui:
nihil mihi ea de re constat: alius fecit, non fui par-
ticeps iniustitiæ. Prætextus illa sunt, & inane cō-
mentum. Si uis declarare, quod non communica-
ueris iniustitiæ, neq; auaritiæ fueris operarius, e-
mēda factum, solare eum qui iniuria affectus est,
redde ablata. Sic enim & teipsum a criminibus li-
berabis, & iniuria affectum eriges. Si declaraue-
ris, quod nō sunt hæc facta iuxta uoluntatē tuā,
& obseruaueris pauperē, non fines eum a tristitia
absorberi, quam ablatis bonis suis passurus erat.
Ne sit, inquit, rixa inter me & te, inter pastores
meos & tuos: quia homines fratres nos sumus.
Vidisti mansuetudinē: uidisti lenitatem: audi &
sequen-

tom. 1

m 3

sequen-

sequētia, ut discas excellentē eius philosophiam, quomodo rixa dirimitur, & contentio restinguitur: Ecce, an non omnis terra, inquit, coram te est? Discede à me: si tu ad sinistrā, ego ad dextrā: si tu ad dextrā, ego ad sinistrā.] Considera optimos mores, & insignē modestiam huius iusti: sed prius, obsecro, cogita quantum ex diuitijs damnatum, quanta ex multis opibus contentio. Aucta sunt armenta, multiplicati greges, affluerunt diuitiæ multæ, & statim discindit cōcordia. Antea erat pax & charitatis uinculum, nunc rixa & contentio. Vbi enim meum & tuū, illic omne litium genus & contentionis occasio: ubi autē hæc non sunt, ibi secunda uersatur pax & cōcordia. Et ut discas, audi qd dicat beatus Lucas de ijs, qui ab in-

Acto. 4. f

magnum quiddam fuisse: nihilominus excellentis uirtutis suæ exhibens specimē, desiderium iuuenis explere uolebat, ita ut nulla ex separatione nasceretur moeroris occasio: unde ei proposita potestate omni, dicit: Ecce omnis terra corā te. Separare à me, & qualem uolueris terrā, elige. Oportebat igitur nepotē, cum tantā experiretur aequitatem Patriarchæ, parem repēdere honorem, & ei potius liberam electionē concedere. Solemus enim fermē cuncti homines, si obliuiscunt uidea mus aduersarios ac cōtēdentes, potiores partes appetere, nec ferre nos inferiores esse, aut eis cedere: quos si ipsoscedere uiderimus, et uerbis idoneis potestatem omnē nobis permittere, quasi reueriti magnam mansuetudinē, & à contentione desistimus, & uersa uice omnē potestatem eis cōcedimus, etiam si minores esse uideantur. Debebat igitur & Loth hoc facere: at ille, utpote iuuenis & maiori cōcupiscentia tractus, potiores tum sibi uisas partes arripit, & electionem facit. Et sublati, inquit, Loth oculis suis, uidit omnem regionem circa Iordanem, quod tota esset rigua, antequā dominus subuerteret Sodoma & Gomorra, quasi hortus dei & sicut terra Aegypti, usq; ad uenit in Sogora. Et elegit sibi Loth omnem circa Iordanem regionem. Et recessit Loth ab Oriente, diuisiq; sunt uterq; à fratre suo.] Vidisti uirtutem iusti excellentē, quomodo radicem malitię ne germinare quidem permisit, sed statim cum oriretur, funditus execut & aboleuit, multa usus lenitate, & indicibilem temporalium cōtempum præ se ferēs: declarauitq; omnibus, quomodo pacem habere, & à contentione liberari, omni substantiæ suæ præferret. Nam ut ne quis contemneret iustū, quasi ingratiū circa Loth, quod quem ē domo sua eduxerat, in terra aliena nunc à cōtubernio reijceret: neue putet ipsum inimicitiarū gratia hæc facere: sed ut discamus omnes quod pacis studiosus hæc faciat, ideo & electionem ei concessit: neq; moleste tulit quod potiores ferret: ut omnibus notū foret, quomodo mens sua ad pacis charitatisq; scopum potissimū spectaret. Præterea & aliud quoddam mysterium iam antea dispensabatur, ut multa posthac inciderēt, per quæ Loth rebus ipsis erudiret quā indignē electionem sumpsisset, & ut discerent Sodomitæ uirtutem Loth, & separatione facta promissionem Patriarchæ datam euentu compleri, qua dictum est ei: Tibi & semini tuo dabo terram hanc: id quod paulatim procedendo uidebimus, diuina scriptura nobis ea faciente manifesta. Et Abram, inquit, habitauit in terra Chanaan, Loth autem habitauit in ciuitate sita circa Iordanem, & tabernaculum habuit in Sodomis. Qui autem homines Sodomis agebāt, mali erāt, & peccatores coram deo ualde.] Vides Loth tantum spectantem terræ naturam, & non aduertentem inhabitantium malitiā: Quæ enim utilitas, dic pro, si terra sit fructuosa & ferax, homines autem adeo mali: Quid damni ē solitudine & infrugifera terra, si homines sint humaniores? Caput enim & summa bonorum

norum est, inhabitantium bonitas. Caterū Loth ad unum tantum respexit, nempe fertilitatem terræ. Et idcirco scriptura manifestare nobis uolens habitantium illic malitiā dicit: Qui autem in Sodomis agebant, homines mali erant, & peccatores coram deo ualde. Non solum, inquit, mali, sed & peccatores: & nō simpliciter peccatores, sed & coram deo: hoc est, prodigiosa erat eorum iniquitas. Ideo & subdidit, corā deo ualde. Vidistis malitiæ magnitudinem? Vidistis quātum est malum primum locum capere, & non quod uult esse considerare? Vidistis quātum bonum sit humanitas, & primo loco cedere, & inferiorem fieri? Ecce in processu doctrinæ uidebimus nihil profuisse primum locū ei qui elegerat: & eum qui inferiōre se fecit, clariorem quotidie factum, opesq; illius per omnia auctas, omnibusq; factum spectabilē. Caterum ut ne prolixiores simus docendo, hoc loco subsistat sermo, & quod reliquū est, in sequentem seruetur sermonem. Illud autem uos rogauerim, ut imitatores sitis Patriarchæ, & nunq; concupiscatis primatus: sed obtemperate beato Paulo dicenti: Honore alius alium præcedētes, & date operam ut in omnibus humiliemini. Hoc est enim primum habere, sicut & Christus dicit: Qui se ipsum humiliat, exaltabitur. Quid igitur huic uirtuti conferendū, quando per ea in quibus alijs cedimus, ipsi maiori fruimur honore: & per quæ alios ueneramur, ipsi in summum honore euehimur? Itaq; obsecro ut studeamus imitari Patriarchæ uirtutē, & sequi uestigia eius, qui ante legem tantam philosophiam præ se tulit, nos qui in gratia uersamur. Ista enim uera est humilitas, quam eximus ille uir declarauit erga eum qui multo se fuit inferior, non solum ob uirtutis rationē, sed & propter ætatem, & alia omnia. Cogita enim quod senex iuueni celsit, & patruus nepoti: & tãram à deo sortitus gratiam, ei qui nulla in re magnū aliquid specimen præbuit: & ea quæ oportebat illum dicere, ut iuuenem ad senem ætate & dignitate, & patruum, illa Patriarcha ad iuuenem dicebat. Igitur nos quoq; nō eis tantum qui ætate nobis sunt maiores, uel etiam æquales, honore exhibeamus. Non est enim humilitas, facere quod ne celsitate debes uel cogaris: hoc, inquam, non est modestiæ, sed debiti. Vera autē modestia est, quando cedimus ijs qui nobis uidentur esse minores, & eos ueneramur qui nobis uidentur esse magis indigni quàm nos. Quod si recte sapimus, nullos etiā nobis esse minores arbitrabimur: sed nos superari ab omnibus hominibus dicemus. Et hoc dico nō solum de nobis, qui innumeris immeriti sumus peccatis: sed etiam si quis sibi plurimorum bene gestorum conscius sit, nisi apud se sentiat quod omnium sit postremus, nulla ei futura utilitas ex omnibus bonis suis operibus. Hæc est humilitas, quando quis occasiones habens ut extollatur, seipsum humiliat & suppressit, & modestē se gerit: tunc enim ad uerum subuehetur fastigium, iuxta promissionem domini, quæ dicit: Qui se humiliat, exaltabitur. Satagamus igitur, obse-

cro, uerticem illum omnes apprehēdere per modestiā, ut eandem quam iustus ille à domino gratiam cōsequamur, & ineffabilia bona mereamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Et dixit deus Abræ, postquam separatus est ab eo Loth. Eleuatis oculis tuis uide à loco in quo tu nunc es, ad Aquilonem & Aphricum & Orientē & mare: quia omnē terram quā tu uides, tibi dabo eā. Hom. XXXIII

HARISSIMI, didicistis heri eximiam Patriarchæ modestiam, uidistis lenitatem egregiā. Neq; enim erat res uulgaris, quod senex quem omnium dominus tantis profecutus fuerat beneficijs, tantaq; gratia frui fecerat, pari honore dignaretur iuuenē, & fratris filium, & primatu illi cederet, inferioraq; ipse deligeret, nihilq; nō faceret quod bellum impeditet, & contentionis materiam ē medio tolleret. Hunc omnes imitari studeamus, & nūquam super proximum extollamur, nūquam de nobis sublimia sentiamus: sed modestia conspicui cedamus alijs, & inferiores haberi conemur tam uerbis q; operibus. Neq; enim unquā eis qui nobis iniuriam faciunt aduersemur, etiam si prius multum in illos cōtulerimus beneficiorū. Hæc enim optima est philosophia. Neq; contumelia affert feroces simus, etiam si contēptiores & magis inopes nobis sint, qui nobiscum cōtēdunt: sed mansuetudine & lenitate furorem comprimamus. Nihil em̄ illa potētius, nihil illa fortius. Illa animam nostram in perpetua trāquillitate, & quasi in portu constituit, & omnis recreationis ac quietis occasio nobis est. Eapropter & Christus diuina illa docēs: dicebat: Discite à me quia mitis sum, & humilis corde: inuenietisq; requiē animab. uestris. Nihil em̄ animā ita in tranquillitate & quiete esse facit, ut mansuetudo & modestia. Hæc omni diademate se possidenti est utilior. Hæc omni claritudine & gloria conducibilior. Quid enim beatius, q; intestino liberari bello? Nam quāuis plurimā pace externa fruamur, si intra nos cogitationum nascatur tēpestas & tumultus, nihil externa pax nobis proderit: Sicut neq; miserabilis est aliquid ciuitate, quæ licet præsidijs & muris bene sit munita, intus tamē ciues foueat proditores. Hoc igitur, obsecro, ut ante omnia nobis sit curæ, quomodo animam à turbulentia uindicemus, & in tranquillum statum educamus, & ab omni liberemus amaritudine, quod & ipsi multa fruamur quiete & ijs qui familiaritatem nobiscū habent, simus blandi. Hoc enim certissimū signum, quo inter noscitur uir ratione præditus, si mansuetus fuerit, si lenis, si mitis, si modestus & quietus: si nō quasi ferus ducat & trahatur, aut ab ira, aut ab alijs affectionibus: sed ratione uincat inter nos illos incōpositos motus, nobilemq; suram generositatē seruet, ne in brutorum ferociam negligentia degeneret. Et ut discas quantū mansuetudinis & lenitatis sit



HARISSIMI, didicistis heri eximiam Patriarchæ modestiam, uidistis lenitatem egregiā. Neq; enim erat res uulgaris, quod senex quem omnium dominus

ROM. 12. c
LUC. 14. c

Mat. 11. d

robur, & quod sola hæc uirtus sufficiat se colen-
tem diligenter ineffabilibus laudibus dignū red-
dere: audi beatum Moſen hinc potiffimū prædi-
cari, & ex hac ei coronā pleſti. Et Moſes, inquit,
erat mitiffimus omnium hominum ſuper terrā. Vi-
diſti encomij magnitudinem? Omni enim huma-
no generi parem pronūtiat, imò omni hominum
generi præfert. Et iterum de Dauid dicit ſcriptu-
ra: Memento domine Dauid, & omnis mæſuetu-
dinis eius. Hinc Patriarcha ſibi maiorem cœlitus
conciliauit beneuolentiā, & afferens quæ ſua er-
rāt, à miſericorde deo maiora aſſequutus eſt. Hoc
ſciētis & uos, ubi attulerimus in mediū ea quæ
heſterna dicta ſequuntur, & quæ prius ſunt lecta
charitati ueſtræ declarauerimus. Nam quia Ab-
ram pro ſua æquitate Lotho potiore partē ceſ-
ſit: & omnem ei eligendi facultatem permittens,
cōtentus fuit minore, modo auferret omnis con-
tentio: uide quantam ſtatim mercedem à deo cō-
ſequitur, & quomodo adhuc maiori retributiōe,
ut per omnia multum abundet, Patriarcham di-
gnatur deus. Talis enim eſt dominus noſter, ut ſi
quando uel paruū quid attuliſſe nos uiderit, lar-
giſſimas ſuas nobis remunerationes ſuppeditet:
tantamq; præ ſe ferat liberalitatem, ut ea quæ no-
bis ſunt facta, multis numeris à nouis ſuis benefi-
cijs uincant. Et hoc in noſtris factis omnibus in-
ueniet quis ab eo fieri. Quid em̄, dic mihi, uilius
duobus obolis? Attamen quia uidua illa duos o-
bolos in carbonā miſit, inde celebris facta eſt ab
eo tēpore uſq; in præſens toti mūdo. Et quid di-
co duos obolos? Etiam ſi quis calicem aquæ frigi-
dæ præbeat, & pro eo magnæ decernuntur retri-
butiōes. Semper enim coronat eos qui uirtutem
operantur, iuxta operantium uoluntatem. Simil-
ter in precum aſſiduitate iſticipſum ab eo fieri ui-
dere licet. Nam ſi quis alacriter eum adit, ſtatim ei
dicit: Adhuc loquente te, ecce adſum. Quod ſi
quis ampliorē ſedulitatem teneat, & magno deſi-
derio feruentiq; mentis alacritate ſiant petitiōes:
iterū liberalitate certat, & ante petitionem tribuit
palmam & coronā: id quod & in Chanaāa mu-
liere declarauit. Quoniam enim uidit inſatigabi-
lem eius cōſtantiam & perſeuerantiam, primum
eam prædicauit, & præconijs (ut ita dicam) coro-
nauit, totiq; mūdo celebrauit, poſtea liberalitate
magna preces eius etiā ſuperauit. Nam ut dixit:

Matth. 23. c

Mulier magna eſt fides tua: tunc ſubdidit, Fiat ti-
bi ſicut uis. Et ſi uellemus ſingula ſcripturæ diui-
næ exēpla afferre, ubiq; magnam domini munifi-
centiā eſſemus uifuri. Sciebat hoc patriarcha ille,
cedentē minoribus aſſequuturū maiora, ſicut he-
ri audiuiſtis. Et ceſſit Lotho, regionemq; deterio-
rem elegit ut cōtentionis reſecaret occaſiones, &
ſeruata uirtute ſua peculiari, totā domū pacatam
redderet. Ceterum uideamus ex recēs lectis, quid
ei retributū ſit à domino pro tanta mæſuetudine.

Et dixit, inquit, deus Abraę, poſtquā ſeparatus
eſt ab eo Loth: Eleuatis oculis tuis cerne à loco
in quo tu nunc es, ad Aquilonē, & Aphricū, &
Orientē, & mare: quia omnem terrā quam tu ui-

des, tibi dabo eam, & ſemini tuo uſq; in ſeculū.]
Vide quomodo diuina ſcriptura acceleratam dei
prouidentiā & retributionē iuſto factam demon-
ſtrat: uolens nos docere, quantū approbata fue-
rit à miſericorde deo Patriarchæ humilitas. Poſt-
quam dixit, ſeparatus eſt Loth, & abiit in terram
quam elegit, ut in præſtantiorē, ſtatim ſubdidit,
Et dixit deus Abraę. Deinde ut diligenter diſca-
mus, quod deus remunerauerit eū pro ijs quæ in
Loth collocauerat, hæc addidit: Et dixit deus Ab-
raę, poſtq; ſeparatus eſt ab eo Loth: quali manife-
ſtē hæc ei uerba dicens: Ceſſiſti ob tuam mæſue-
tudinē regione meliore & amœniore fratris filio,
& eximiā præ te tuliffi humilitatē, tantamq; pacis
habuiſti curā ut nihil non potius delegeris q̄ eſſe
inter uos cōtentiones, ea propter largas illas à me
retributiones accipe. Eleuatis, inquit, oculis tuis
uide à loco in quo tu nunc es, ad Aquilonē & A-
phricum, & Orientē, & mare: quia omnē terram
quam tu uides, tibi dabo eam, & ſemini tuo uſq;
in ſeculū. Vidiffi retributionē, facti genus mul-
tis modis præcellentem: liſdem uerbis utitur mi-
ſericors dominus, q̄bus & Patriarcha ceſſionem
fecerat. Nam ſicut Patriarcha dicebat: Ecce, an-
non omnis terra coram te: ſeparare à me: ſi tu ad
dextram, ego ad ſiniſtram: ſi tu ad ſiniſtrā, ego ad
dextrā. Ita & dominus dicit: Eleuatis oculis tuis
uide à loco in quo tu nunc es: quia omnē terram
quā tu uides, tibi dabo eam, & ſemini tuo uſq; in
ſeculū. Hic quæſo animaduerte excellentē mu-
nificentiam. Dicit enim: Tu quidem dato illi ele-
ctionis arbitrio, ea quam ille uoluit eligere, terra
ceſſiſti, relictam autem ipſe apprehēdiſti: ego ue-
ro tanta te liberalitate proſequar, ut omnē quam
ante oculos tuos terram uides ſitam, ex utroq; la-
tere dextro & ſiniſtro, à Seprētrione & Meridie,
ab Oriente & Occidente, & in ſumma, omnē ter-
ram quam uides, tibi ſim conceſſurus: neq; tibi ſo-
lum, ſed & ſemini tuo uſq; in ſeculū. Vidiffi di-
gnā diuina bonitate munificentia: Vidiffi quan-
tis ceſſiſti, & quāta eſt aſſequutus: Hic erudiamur
ut magna in dādīs eleemoſynis largitate utamur,
quod datis paruis, adipiſcamur magna. Quomo-
do enim paria ſunt, dic obſecro, dare parum ar-
genti, & obtinere peccatorum remiſſionem: pa-
ſcere eſurientem & in die illa horribili ſidutiā aſ-
ſequi, & audire uerba nulli regno cōferenda: Eſu
riui, & dediſtiſti mihi quod comederem: Num qui
tibi tantam rerum dedit ubertatem, potuit & il-
lius inopia leuare & ſolari? Hac de cauſa reliquit
illum inopia uexari, ut & ipſe patientia multum
mercedis acquireret, & tu per eleemoſynam tibi
ſidutiæ materiam illuc præmitteres. Vidiffi mi-
ſericordiam domini, quomodo propter noſtram
ſalutem diſpēſat omnia: Ita q; dum cogitas, quod
propter te & propter tuam utilitatem, ille cum
inopia conſtictans fame perit, ne abſq; miſericor-
dia tranſeas: ſed eſto fidelis eorum quæ tibi à do-
mino conceſſa ſunt, bonorum diſpenſator, ut ad-
iutus illius penuria, tibi ſupernam concilies gra-
tiam: & gloria dominum tuum, quod propter
te &

te & ſalutem tuam permittat illum in paupertate
uerſari, ut tibi uia pateat per quā peccata poſſis
ablueri: ut diſpenſatis bene ijs quæ à domino tibi
ſunt conceſſa, laudes illas mereare quas nec uer-
bis nec cogitatione aſſequi licet. Audies enim
Serue bone & fidelis, ſuper pauca fuiſti fidelis, ſu-
per multa te conſtituā: ingrediere in gaudium do-
mini tui. Talia animaduertentes, ita reſpiciamus
pauperes, quaſi operarios, qui occaſiones ſalutis
dare nobis poſſunt, & eis largiter hilariq; præopti-
tudine communicemus, nunq; reuertes dare,
ſed magna comitate cū eis colloquentes, & mul-
tam humanitatem exhibētes. Inclina, inquit, pau-
peri aurem tuam, & reſpōde ei pacificē in lenita-
te: ut & anteq; des, uerbis amicis deiectum eius
animum erigas. Adeo etiam uerbum animam ro-
borare, conſolationemq; multam afferre ſolet. Igi-
tur non eum tantum attendentes qui accipit, in-
dandis eleemoſynis ſimus liberales: ſed aſtime-
mus potius quis ille ſit, qui in pauperem colloca-
ta, ut ſibi impenſa imputat, & pro datis ſolutio-
nem pollicetur: atq; ita animo illum intuētes, ma-
gna promptitudine dare ſtudeamus, & largiamur,
dum adhuc tempus eſt, ſemētem faciamus, ut &
ubertim metamus. Nam qui ſeminat parcē, in-
quit, parcē & metet. Manu igitur minimē parca,
ſemina illa bona ſpargamus, ut ſuo tēpore mul-
tum metamus. Nunc enim ſeminandi tēpus eſt,
quod ne prætereamus obſecro: ut in die retribu-
tionis pro ijs quæ hic ſeminauimus, fructus per-
cipiamus, & domini miſericordiam aſſequamur.
Nullum enim omnino aliud bonū ſic poterit re-
ſtinguere peccatorum noſtrorum incendium, ut
eleemoſynæ largitas: hæc & peccatorum noſtro-
rum abolitionem operatur, & magnam nobis fi-
dutiā conciliat, & præparat ut ineffabilibus il-
lis bonis frui nunc liceat. Et de ijs quidem fatiſ di-
ctum eſt charitati ueſtræ: & demonſtratū quod ſi
parua dederimus, à domino noſtro magna cōſe-
quamur. Hinc enim ſermo in eleemoſynæ admo-
nitionē digredi coepit, quod Patriarcha dum par-
tem terræ meliorem Loth conceſſit, & uiliorem
ipſe retinuit, tantā à domino conſequutus eſt glo-
riam, ut omnem cogitationē tranſcendat promiſ-
ſio quam ei dominus fecit. Eleuatis enim ocu-
lis tuis, inquit, uide à loco in quo tu nunc es, ad A-
quilonem & Aphricū, & Orientē & mare: quia
omnē terrā quam tu uides eam tibi dabo, & ſemi-
ni tuo uſq; in ſeculū.] Parte terræ, inquit, ceſſiſti.
Ecce ego totā tibi terrā polliceor: neq; hoc ſolū,
ſed & ſemini tui polliceor eam uſq; in ſeculū: hoc
eſt, perpetuū. Vidiffi quomodo certat beneficijs:
Sciens enim deus quod hoc maximē cuperet Pa-
triarcha, & nihil eius alacritatē ita roboraret, in-
quit: Et hoc tibi concedam, ut qui ex te naſcētur,
tibi ſuccedant, & ſimiliter terra fruant, habeantq;
perpetuam illam poteſtate. Deinde, ut ne reſpi-
ciens ad naturam & ſenectutē ſuam, Saraq; ſteri-
litatē, promiſſionem minus curaret, ſed bene fide-
ret pollicentis uirtuti, inquit: Et faciam ſemen-
tum ſicut arenā terrę.] Si quis poteſt numerare

arenam terræ, & ſemē tuū numerabitur. Verē ſu-
pra naturam humanā eſt hæc promiſſio: non ſo-
lum promiſit ſe facturū eum patrem inter tot im-
pedimenta, ſed in tantum multiplicaturum filio-
rum numeroſitatem, ut arenæ terræ cœquētur:
& innumerā multitudinem fore, tam hyperboli-
ca ſimilitudine declarare uoluit. Attende quomo-
do miſericors deus paulatim uirtutem iuſti huius
exerceat. Nam cū ſuperius dixerit, Semini tuo da-
bo terrā hanc: nunc iterū dicit, Et ſemini tuo uſq;
in ſeculū dabo, & faciam illud quaſi arenā ter-
ræ. Et tunc uerbis tantum facta eſt promiſſio, in-
terceditq; inter rem & promiſſionem multū tem-
poris, ut religioſam Patriarchæ mentē, & ineffa-
bilem dei uirtutē diſcamus. Data enim opera di-
fert ac moratur, ut cum in profundā peruenerint
ſenectam, & de humanis uiribus, ut ita dicā, om-
nino deſperauerint, tunc ſuā ſciant infirmitatem,
& cognoscant inenarrabilis potentie dei eminen-
tiā. Hoc loco expēdas quæſo, à tēporis tanta in-
tercapedine, q̄ ſolida fuerit Prophetæ mens, quo-
modo humanis omnib. præteritis, ad potentiam
eius qui pollicitus erat reſpexerit. Non impatiēs
erat, non turbabatur. Scitis enim quod plerun-
que quando quis ſemel atq; iterum pollicetur, &
promiſſa implere tardat, ſegniōres ſumus ad cre-
dendum ijs quæ iterum promittit, id quod in ho-
mine non iniuriā locum habet. De deo autem,
qui res noſtras maxima diſpēſat ſapientia, ſi qua
ſemel promiſſa fuerint, etiam ſi innumerā interce-
dant obſtacula, confidendum eſt ad magnitudi-
nem potentie ſuæ reſpicientibus: firmandaq; eſt
ratio, & ſciēdum quod omnia quæ ab illo ſunt di-
cta euenire modis omnibus oporteat. Nihil enim
eſt quod morari queat eius promiſſiones, quoniā
deus eſt, cui omnia ſunt poſſibilia: & idcirco quo-
modo cunq; uult, res tranſmutat: & ubi non ſunt
uiæ, inuenire ſcit exitū: & deſperatos in bonam
ſpem adducit, quod excellentia potētie ſuæ ſapientie
nobis maniſteſtior ſiat. Dicit em̄: Surge & per-
ambula terram in longitudinem eius & latitudi-
nem, quia tibi dabo eā. Vide quomodo in rebus
omnibus certitudinē ſummā & ineffabilem iuſto
inferit. Dicit enim: Surge, & circumi, & addiſce
tam latitudinem q̄ longitudinē, ut ſcire poſſis &
magnitudinem terræ qua fruitorus es, & anteq;
fruaris, ſpe paſtus, magnam inde animi uolupta-
tem haurias. Nam quantūcunq; terræ circūieris,
tibi dabo: ut ſcias quod non tantū dimiſeris quan-
tum accepturus es. Ne igitur putes quod minorē
terrā tu fortitus ſis, quoniā ille arripuit quæ prior
ſibi uifa eſt & potior. Diſces enim nō multo poſt
rebus ipſis, q̄ nihil profuerit ei potioris terræ ele-
ctio: & ipſemet diſcet quantum malum eſt prima-
tum amare. Tu autem nunc accipe modēſtiæ &
equitatis qua erga fratris filiū uſus es mercedem:
& iam nūc cognosce terrā omnē, cuius dominus
es, & quam nō multo poſt & ipſe tu & ſemen tu-
um in aternū poſſidebitis. Et ſemini tuo, inquit,
uſq; in ſeculū. Magna diuina promiſſionis ma-
gnitudo, magna noſtri omnium domini, ut uincat
benefi-

beneficijs, liberalitas. Magna mercedis præstatio, quam dat misericors & clementissimus dominus beato illi, & ex illo nascendo seminari. His auditis Patriarcha, de ineffabili bonitate dei obstupefactus, Motis tabernaculis, inquit, uenit, & habitauit iuxta quercum Mambrae, quæ est in Chelbron.] Postquã, inquit, accepit promissionem, & separauit se à Loth, tunc transfudit tabernaculum suum ad quercum Mambrae. Vide mentem optimis moribus præditam, uide spiritus sublimitatem, quomodo facile migrat, nec grauat de locis in loca transire. Inuenies enim eum nulla consuetudine deuinctum teneri: id quod multis euenit, etiam ijs qui se philosophos, & e medijs liberatos tumultibus iactant: & si quando tempus uocet, spiritualis negotij gratia, ut in aliud locum cõcedant, sæpenumero morosi sunt, tristes, & migrationem ægrefcentes, eo quod consuetudine præoccupati sint. Verum non ita iustus, sed iam tum nõdum fulgente Euangelij luce philosophum agebat: & quasi peregrinus & hospes, ultro citroq; transigrabat, & per omnia religiosam suam mentem declarare studebat. Nam postquã tabernaculum fixit apud quercum Mambrae, statim ibi extruxit altare domino. Vidisti mentem gratam quia mox ut tabernaculum fixit, statim pro facta sibi promissione, gratiarum actiones obtulit domino: in singulis locis ubi tabernaculum fixit, inuenies hoc præ omnibus ei fuisse curam, ut extructo altari preces offerret, & Apostoli præceptum implet, iudicatis ut in omni loco oretur, & eleuetur sanctæ manus. Vidisti animam diuino amore succensam, & ad diuinam promptam, perq; omnia gratias agentem: non enim expectauit, donec promissa complerentur: sed & mox pro promissione gratias egit, & faciebat quod in se erat, ut de precedentibus dignam & synceram gratitudinem præ se ferens, dominum suum prouocaret ad promissiones suas implendas. Illum sane & nos imitemur, & promissionibus diuinis fidamus, & neque alacritas obsolescat tempore, neque mens remissior fiat præpedimentis quæ interueniunt: sed uirtute diuina fidentes quasi iam ante oculos uideremus promissiones impleri, ita puram & inadulteratam declaremus uirtutem. Magna enim & immensa promissit dominus, & quæ nostram transcendunt rationem: nempe participes regni, & ineffabilem bonorum fore, utpote conuersationem cum angelis habituros, & liberationem à gehenna. Cæterum ne diffidamus ideo quod ea non uidentur corporalibus oculis, sed cogitemus mentiri non posse eum qui promissit: & potentiam suam magnitudinem oculis fidei metiamur, & ex iam concessis, etiã de futuris bonam spem habeamus: ea enim de causa & hic multa nobis donata sũt, ut ex ijs adiuuemur, manuq; ducamur, ut illa quoq; bene credamus. Nã qui filium suum tradidit propter suam in nos charitatem, quomodo nõ omnia nobis & reliqua largiturus fuit? Sicut & Paulus inquit: Qui nõ pepercit proprio filio suo, sed pro nobis omnibus, tradidit illum, quomodo nõ & omnia nobis cum illo tribuet? Si fi-

1. Tim. 2. b

Rom. 8. f

lium suum impendit pro peccatis nostris, si baptisimatis donum largitus est, si priorum peccatorum remissionem tribuit, si poenitentiam uiam nobis aperuit, si innumera alia ad salutem nostram operatus est, manifestum quod & futura bona nobis reposita præbebit. Nam qui pro sua bonitate, antequam esse inciperemus hæc præparauit, quomodo non & frui cõcedet? Quod autem prius hæc bona nobis præparauerit, audi quid dicat stantibus à dextris: Venite benedicti patris mei, hæreditate accipite regnum paratum uobis ab origine mundi. Vidistis bonitatis excellentiam, quanta erga nostrum genus misericordia usus sit, ut & ante iacta fundamenta mundi nobis regni cœlorum fruitionem præparare dignatus sit: Igitur ne simus ingrati, obsecro, neq; indignos talibus nos donis reddamus: sed diligamus, ut decet, dominum nostrum, nihilq; faciamus quod eius erga nos beneuolentiam impediat. Num enim nos priores illum huc prouocauimus? Imò ipse prior magna & indicibilem charitatem erga nos declarauit. Quomodo igitur nõ absurdum fuerit, si eum qui sic dilexit nõ diligamus omnibus nostris uiribus? Ipse propter suam erga nos charitatem omnia cum uoluptate sustinuit: & ex ipsis paternis sinibus exiliens, ut ita dicam, serui formam assumere uoluit, & experiri omnes hominum molestias, & ferre à ludæis contumelias & opprobria, deniq; & crucem & mortem ignominiosissimam: ut nos qui huiusmodi trahimur, & infinitis peccatorum sarcinis oppressi sumus, nostra in se fide liberos faceret. Unde omnia hæc mente recogitas beatus Paulus, feruidus Christi amator, & quasi alatus in uniuerso orbe discurrens, in corpore incorporea facere studens, clamabat dicens: Charitas dei detinet nos. Vide gratitudinem, uide omnis charitatis excellentiam. Charitas detinet nos: hoc est, cõpellit, cogit, constringit. Deinde uolens interpretari quod se dictum, inquit: Iudicantes hoc, quoniã unus pro omnibus mortuus est, ut & uiuētes posthac nõ sibi ipsis uiuant, sed illi qui pro eis mortuus est & resurrexit. Vidisti quod iure dixit, quia detinet nos charitas Christi: Si enim pro nobis, inquit, omnibus mortuus est, propter hoc mortuus est, ut nos uiuētes posthac non nobis ipsis uiuamus, sed ei qui pro nobis mortuus est & resurrexit. Audiamus igitur apostolicam admonitionem, & non nobis ipsis uiuamus, sed ei qui pro nobis mortuus est, & resurrexit. Et quomodo, dicet quispiã, poterimus non nobis ipsis uiuere? Audi eum iterum dicentem: Uiuo autem, nõ iam ego, uiuunt autem in me Christus. Vidisti quomodo super terram ambulans, & carne circumdatus, quasi cœlum inhabitans, & inter incorporeas uirtutes conuersans afficiatur? Proinde alibi iterum dicebat, Qui autem Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum affectionibus & concupiscentijs. Hoc igitur est non sibi ipsis uiuere, sed ei qui pro nobis mortuus est, & resurrexit: quando quasi mortui sumus presentem uitam, & ad nihil eorum quæ uidentur respicimus. Nam idcirco dominus nostræ crucifixus est, ut hanc uitam pro illa commutemus, immo per hanc illam nobis negotiemur. Præsens enim uita, si uolumus

Matth. 23. c

1. Cor. 13. a

Galat. 2. d

Galat. 2. d

uolumus esse sobrii & uigiles, ducit nos ad fruitionem uitæ æternæ: & poterimus, si parum uoluerimus uigilare & aperire mentis oculum, & quietis illius semper apud nos meminisse, ita presentia præterire & superuolare, ad futura autem & semper durantia mentem intendere, sicut beatus ille qui nos erudiuit, dicens: Quod autem nunc uiuo in carne, in fide uiuo filij dei: qui dilexit me, & tradidit semetipsum propter me. Vide animam ignitam, uide mentem alatam, uide rationem incensam dei amore. Quod enim, inquit, nunc uiuo, in fide uiuo. Non enim, inquit, putetis me facere aliquid huius uitæ causa. Nam licet carne uestitus sim, necessitatibusq; carnis alligatus: in fide tamē uiuo, quæ in Christum, despiciens omnia presentia, & spe quæ in illum est omnia prætercurrens, intentam in cœlum mentem habeo. Deniq; ut discas excellentiam amoris sui, dicit: In fide uiuo filij dei, qui me dilexit, & tradidit semetipsum propter me. Considera quæ eminentis gratitudo. Quid dicis o beate Paulus: paulo ante dicebas, Qui proprio filio suo nõ pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum: & nunc dicis, Qui dilexit me: & ut proprium uirum commune beneficium. Profecto, inquit: Nam licet pro omni hominum genere sacrificium oblatum sit: tamen propter amorem in eum, id quod factum est omnibus, proprium mihi facio. Ita & Propheta mos est facere, & dicere: Deus deus meus, quamuis totius orbis sit dominus. Sed peculiare hoc est amori, ut ex communibus propria faciat. Filij dei, inquit, qui dilexit me. Quid dicis? te solum dilexit? Omnem, inquit, hominum naturam dilexit, sed ego ei gratias habeo, quasi me solum dilexisset, & tradidisset semetipsum pro me solo. Quid igitur, pro te solo crucifixus est? an nõ dicit: Quando exaltatus fuero, traham ad me omnes? Nonne tu dixisti, quod pro nobis omnibus tradidit semetipsum? Profecto, inquit, non loquor pugnantia, sed meum amorem ita solor, iam uide iterum et aliud, quid dicis illis nos docere uelis. Cum enim superius dixerit de patre, quod pro nobis omnibus illum tradiderit: hic dicit, Semetipsum tradidit. Et illic quidem ut concordiam indicet, & parem honorem patris & filij. Quia & alibi dicit: Factus pro nobis obediens, usq; ad mortem: ubi dispensationem fideliter docet. Hic autem uerbum, tradidit, idem est quod semetipsum posuit: ut indicet, quod uoluntarie passionem suscepit, & nõ necessitate, neq; uolens & sponte, ut totius humani generis salutem operaretur, crucem sustinuit. Qualem igitur uicissim gratiarum actionem exhibere poterimus, tam diuitem erga nos charitatem declarati? Etiam si animam ipsam impendamus pro suis legibus, & obseruatione mandatorum, quæ ab ipso sunt data: neq; sic ad charitatis modum pertingere poterimus, quam erga nostrum declarauit genus. Ipse enim deus existens, pro hominibus, hoc subiit, & dominus proferens, & non pro seruis simpliciter, sed pro ingratis, & perpetuis inimicis. Et ipse prior in indignos, & toties lapsos tantam contulit beneficentiam. Nos autem, etiam si fecerimus quæcumq; facere po-

Matth. 23. a

Rom. 8. f

Psal. 17

Rom. 12. e

Psal. 5. d

Psal. 2. b

terimus, nihil magnam faciemus, ut ei qui nos tantis beneficijs præuenit, aliquid rependamus. Non frustra enim, si qua sequuntur, retributio quidam sunt & debitum: illius autem sunt gratia, & beneficia, & largitionis magnitudo. Hæc igitur omnia cogitantes, diligamus Christum, sicut Paulus ipsum dilexit, nullamq; presentium rationem habeamus, sed perpetuum eius amorem nostram infidentem seruemus. Ita enim & omnia quæ in hac uita sunt deridebimus, & terram quasi cœlum inhabitabimus: neq; felici huius uitæ successu remissiores erimus, neq; aduerso & tristi cõsternabimur: sed omnibus præteritis, ad amabilem dominum nostrum hinc festinabimus, neq; presentia cõturbabunt, neq; dilationem grauatim feremus, sed & nos sicut beatus ille dicemus, Quod nunc uiuimus in carne, in fide uiuimus filij dei, qui dilexit nos, & semetipsum tradidit pro nobis, ut & presentem uitam absq; mœrore perficiamus, & futuris bonis frui mereamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri & sancto spiritui gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Factum est autem in regno Amarphal regis Sennaar, Arioch rex Elasar, & Chodollogo mor rex Aelam, & Thardal rex gentium, gesserunt bellum cum rege Sodomorum.

Homilia XXXV

MGENS bonum est dilecti, diuinarum scripturarum peritia. Hæc enim facit animam optimis moribus præditam, hæc in cœlum mentem transfert, hæc gratitudinis studiosum reddit hominem. Hæc facit, ne ad aliquid presentium respiciamus: sed ut perpetuo in alia uita mente nostra uersemur, & ad domini mercedem respicientes, omnia operemur, alacritateq; magna uirtutum labores aggrediamur. Ex ipsis discere licet dei celeriter succurrentis providentiã, iustorum fortitudinem, domini bonitatem, retributionum magnitudinem. Hinc possumus ad imitationem & emulationem optimæ generosorum uirorum uitæ excitari, ut nõ torpescamus in uirtutis certaminibus: sed confidamus, etiam antequam eueniant, diuinis promissionibus. Proinde magna diligentia diuinarum scripturarum lectioni uacemus. Ita enim & scientiam assequemur, si ea quæ ibi continentur assidue uersemus. Neq; enim fieri potest, eum qui diuinis scripturis magno studio feruentiq; desiderio uacat, semper negligi, sed licet desit nobis hominis magisterium, ipse dominus supernè corda nostra intras illustrat mentem, rationi iubar suum infundit, detegit occulta, doctorq; fit eorum quæ ignoramus, tantum nos quæ à nobis sunt afferre uelimus. Non uocabitis enim, inquit, magistrum super terram. Quando igitur in manus spirituales librum capimus, omni seculari cura repulsa, cogitationes nostras cõpescamus, & mentem, ne distrahat, cohibentes lectioni uacemus magna pietate & attentione, ut possimus sancto spiritu ad scriptorum intelligentiam duci, & multum inde fructum percipere. Barbarus ille regis Æthiopi Eunuchus, qui in tanta erat gloria, & curru

Matth. 23. a

Acto. 8. a

& curru

& curru uehebatur, interim lectionem non negli-
gebat: sed prophetā in manibus habēs, magnum
adhibebat studium, idēq; nescius quid in libris con-
tineretur, & afferebat quicquid in se erat, nempe
studium, alacritatē, attentionem. Cogita em̄ obse-
cro, quantū erat neq; in itinere lectionem negli-
gere, & præsertim sedentē in curru. Audiant ex-
emplum ij qui neq; domi ut hoc faciant persuade-
ri possunt, sed putātes superuacua esse horum le-
ctionem, quia uel in coniugio uiuunt, uel militiæ
asseripti sunt, uel puerorū & seruorū aliorūq; ne-
gotiorum agunt curam, non conuenire sibi opi-
nantur diuinæ scripturæ lectionem. Ecce hic eu-
nuchus erat & barbarus, quæ utraq; ad reddend-
um negligentiorē sufficiebant, & ad hæc digni-
tatis amplitudo, & opū abundantia. Adde quod
& in itinere erat, & curru ferebatur. Hoc em̄ mo-
do iter facienti non est facile lectioni esse attentū,
imò ualde molestum: attamen desiderium & in-
gens studium om̄ia obstacula è medio auferens,
in lectione retinebat. Vnde non dicebat ea, quæ
nunc pleriq; dicunt: Non intelligo ea quæ scripta
sunt, non possum intelligere profunditatem scri-
pturarum. Quare frustra, & incassum laborē su-
stinerē: lego, & nō habeo qui manu ducat. Nihil
ijs simile cogitabat ille, lingua quidem barbarus,
mēte autem philosophus: sed cogitauit potius se
non contemptum iri, sed superna gratia adiuuan-
dum, modò quod suum erat afferret, studium, in-
quam, & diligentiam. Quem & nos imitemur, &
quæ hodie lecta sunt, quid sibi uelint, diligēter di-
scamus. Sed lectionem primū in medium asserre
operæpretium fuerit. Factum est autē, inquit, in
regno Amarphal regis Sennaar, Arioch rex Ela-
sar, & Chodollogomor rex Aelā, & Thardal rex
gentium fecerunt bellum cum Balla rege Sodo-
morū, & cum Barfa rege Gomorrhæ, & cū Se-
naab rege Adama, & cū Symohor rege Seboim,
& rege Balak, ipsa est Segor. Omnes ij conspira-
uerunt in ualle Salsa, quæ nunc est mare Salis.
Duodecim annis seruerūt Chodollogomor, ter-
tio autem decimo anno desierunt. Quarto deci-
mo autem anno uenit Chodollogomor, & reges
qui cum eo erant, & trucidarūt gigantes in Asta-
roth, & Carnaim, & gentes fortes, & unā cū ipsis
Somæos, qui erāt in Saue ciuitate: & Chorraeos,
qui erant in montibus Seir, usq; ad terebinthum
Pharan, quæ est in eremo. Et reuersi uenerunt ad
fontē iudicij, ipsa est Cades, & occiderunt omnes
principes Amalek & Amorrhæos, & habitātes
in Asofonthamar.] Ne prætereamus obiter dile-
cti, quæ dicta sunt, neue putemus inutile esse nar-
rationem. Dedita enim opera diuina scriptura di-
ligenter nobis omnia narrat, ut discamus quanta
fuerit uirtus, & quanta potentia barbarorum, &
quanto impetū in bellum uenerint, qui & gigan-
tes, hoc est p̄ceros & fortes corpore debellarint,
omnesq; gentes in fugā uerterint. Nam sicut tor-
rens uehemēter inundans omnia secum rapit &
perdit: ita & barbari illi inuaserunt omnes gētes,
& omnes prorsus perdidērūt, ita ut & principes

Us exemplari
Græco aliqua
desiderabatur.

Amalechitarum, & alios omnes in fugam uerte-
rint. Dixerit quispiā: Et quæ utilitas, scire barba-
rorum robur? Non temere, neq; frustra narratio-
ni talia immiscuit scriptura diuina. Alioqui neq;
uos, ut eorum memores essetis in hortaremur: sed
ut discatis & excellentē dei potentiā, & Patriar-
chæ uirtutē: id quod procedēdo docebimus. Con-
tra illos igitur, qui tanto robore præditi erant, &
tot gētes in fugā uerterāt, Egressus est, inquit,
in prælium rex Sodomorū & Gomorrhæ, & rex
Adama, & rex Seboim, & rex Balak, ipsa est Se-
gor, & direxerunt acie in ualle Salsa, contra Cho-
dollogomor & Thardal regem gentiū, & Amar-
phal regē Sennaar, & Arioch regem Elasar. Qua-
tuor reges contra quinque. Vallis autem illa Salsa,
putei bituminis.] Deinde ut discamus quomodo
contrafacto eorum robore, & cōsternata magnani-
mitate, in fugam uersi sunt, inquit: Et fugit rex
Sodomorū, & Gomorrhæ & ceciderunt illic ubi
fontes erant: reliqui autē fugerunt in montana.]
Vidisti quanto robore pollebant isti uiri, quomo-
do hostes suos etiā aspectu suo in fugā uerterūt:
Vide consequēter quomodo illis fugam ineuntibus,
isti ablati omnibus quæ illorum erant, redie-
runt. Acceperunt autem, inquit, omnes equos
Sodomorū & Gomorrhæ, & omnes commeatus
eorum, & abierunt. Acceperunt quoq; & Loth fi-
lium fratris Abrahæ, & supellectilem eius, & abie-
runt. Habitabat em̄ in Sodomis.] Ecce id quod
heri dicebam, id nunc euenit: nihil enim profuit
Lotho primatus & electio. Nā ex hoc non solum
nihil utilitatis ei accreuit, sed ecce captiuus etiam
abductus est, & didicit re ipsa quod multo satius
ei fuisset uti consuetudine iusti, q̄ separatim in li-
bertate uiuere. Ecce enim ut separatus est à iusto,
& putabat se in maiori esse rerum ubertate & co-
pia, & potiora se assequutū & abundare, repente
factus est seruus, carens domo, carens & foco: ut
discas quantum malum sit diuisio, & quantū bo-
num concordia: & quod conuenit nō maiora tem-
erē capessere, sed potius minoribus cōtentum
esse. Tulerūt, inquit, Loth, & sarcinas eius. Quan-
to melius erat eum cū Patriarcha uiuere, & omnia
ferre, ut ne cōcordia solueretur: q̄ separatim, &
electis potioribus, in tanta repente pericula inci-
dere, & in Barbarorū uenire potestātē. Venit
autem quidam, inquit, ex ijs qui seruati erant, &
nuntiauit Abrahæ transitori. Ipse autē habitabat iux-
ta quercū Mambre, fratris Eschol, & fratris Au-
nan, qui erant coniurati Abrahæ.] Quomodo tan-
tum bellum conflātū ignorauit Patriarcha? For-
tassis magna distantia aberat, & ideo ignorauit.
Adueniēs autem quidā annunciauit Abrahæ tran-
sitori. Hoc dicit, ut nos memores faciat quomo-
do ex Chaldaea exierit. Nam quia trans Euphra-
tem domicilium habuerat, dictus est transitor. Et
antea etiam ab initio parentes ei hoc nomen indi-
derant, iam antea significātes eum inde migratur-
rum. Vocatus enim est Abram, quia migraturus
erat trans Euphratē, & in Palaestinam uenturus.
Attēde quomodo & parētes eius, licet infideles
forent

forent, ductu potentissimæ sapientiæ dei nomen
puero imposuerunt, sicut & Lamech suo Noe.
Est enim & hoc diuinæ misericordiæ, futura per
infideles dicere. Adueniens itaq; quidam, inquit,
nuntiauit transitori quæ acciderant, captiuitatē,
uidelicet, filij fratris, & regum illorum magnā po-
tentiam, Sodomorumq; populationem, & igno-
miniosam fugam. Ipse autem, inquit, habitabat iux-
ta quercum Mambre fratris Eschol, & Aunan,
qui erant cōiurati Abrahæ. Iam forte hic aliquis in-
terrogauerit: Quare cū efferunt Sodomitæ alij,
iustus Loth in captiuitatem abducit? Non teme-
re hoc, neq; frustra: sed ut discas his euentibus &
Patriarchæ uirtutem, & quod propter ipsum ser-
uantur & alij: & ut erudiaris primatum non appe-
tere, sed maioribus cedere. Audiamus igitur con-
sequenter quæ sequuntur, ut discamus & iusti uir-
tutem, & indicibile subsidium dei. Verū diligen-
ter dictis auscultate, mentemq; recolligite. Mul-
tum em̄ lucrifacere hinc poterimus, & ex his quæ
Loth euenerunt discere, nunquā agrefendum,
si quando iusti incidunt in tentationes, improbi
uero & mali euadant: neq; ullo modo primatum
quærendum, neq; aliquid iustorum familiaritati
& conuictui præferendum: & seruitutē apud bo-
nos uiros, libertate apud malos utiliore habenda.
Et interim discemus & Patriarchæ insignem
tolerantiā, propensum in Loth amorem & bene-
uolentiam, fortitudinis magnitudinē, opum con-
temptum, ineffabilem diuini erga illum adiutorij
uirtutem. Nam ut audiuit, inquit, Abram, quod
captus esset Loth fratris sui filius, numerauit pro-
prios uernaculos suos trecētos decem & octo, &
persequutus est illos usq; Dan, & irruit super eos
nocte ipse & pueri eius, & percussit eos, & per-
sequutus est eos usq; Chobam, quæ est in sinistra
Damasci. Et reduxit omnē equitatū Sodomorū.
Et Loth filium fratris sui reduxit, & substantiam
eius, & populum, & mulieres.] Considera hic di-
lecte magnanimitatē & fortitudinem iusti, quo-
modo bene filius misericordiæ dei, non percussus
est animo, cum audisset uirorum fortitudinem, &
stragem quam fecerant, primū in omnes gentes
irruptione facta, debellatisq; Amalechitis & cæ-
teris omnibus. Deinde quod irruerint in Sodo-
mos, & in fugā ipsos uerterint, omnemq; eorum
diriperint substantiam: & idcirco superius hæc
omnia narrauit nobis scriptura, & qualia sua uir-
tute strenuē gesserunt, ut scias quod nō corporali
robore eos deuicerit Patriarcha, sed fira in deum
fide & superno præsidio adiuutus omnia illa gesse-
rit, non armorū apparatu, nec telorū, nec lancea-
rum, nec arcus intendens, nec scuta obiciens, sed
solum cū uernaculis. Dixerit aliquis, Et quare nu-
merauit trecentos decem ac octo uernaculos? Ut
scias quod non uniuersos assumpsit, sed uernacu-
los, & qui cum Lot educati erant, ut ultionē spon-
te & beneuole facerent, quasi serui pro suo domi-
no certantes. Et uide, obsecro, miram dei poten-
tiam, quanta uelocitate cōtigit uictoria. Irruit em̄
inquit, super illos nocte, ipse & serui eius, & per-
Chryf.

cussit eos, & persequutus est eos. Erat enim ma-
nus superna, quæ adiuuabat & cominuitabat. Et
ideo neq; armis, neq; machinis opus habebāt, sed
tantum ut comparuit cum famulis, alios quidem
percussit, alios autem fugā inire fecit, & utrumq;
impauide, cum nullus esset qui obturbaret: et tam
equos regis Sodomorum reduxit, quam Loth fra-
tris sui filium, & omnes eius substantias & mu-
lieres. Vides quare alijs fuga elabentibus, Loth
captiuus abductus est: nempe ut & Patriarchæ
uirtus claresceret, & propter ipsum alij multi sa-
lutem assequerentur. Rediit autē magno & præ-
claro triumpho insignis, cum Loth equos, & mu-
lieres, & cæteras substantias reducens, & clara ac
plena uoce prædicans, tubaq; uocalius clamans,
quod non humana uirtute neq; corporali robore
& illos fugarit, & uictor euaserit: sed superna ma-
nu faciente omnia. Vidisti per omnia iustum cla-
riorem fieri, & quotidie magis declarari dei erga
eum prouidentia: Vide consequenter, quomodo
studet ut Sodomitis diuini cultus doctor fiat. Di-
cit enim: Egressus est autē rex Sodomorū in occur-
sum ei, postq; reuersus est à strage Chodollogo-
mor, & regum qui cū illo erant.] Attende quanti
sit uirtus & diuinū adiutorium. Rex peregrino &
seni in occursum egrediit, & omnem honorem im-
pendit. Iam em̄ didicerat quod nihil proflit regnū
ei, qui superno auxilio destituitur: & quod nihil
potentius sit eo qui manu dei adiuuat. Et Mel-
chisedek rex Salem protulit panes & trinū. Erat
autem sacerdos dei altissimi.] Quid sibi uult hæc
obseruatio, rex Salem, & sacerdos dei altissimi: Il-
lum enim nobis & beatus Paulus scribens ad eos
qui ex Hebrais crederant, cum in medium ad-
duxisset, & nomen eius tractaret, ciuitatem simul
interpretatur cū significatione nominis eius, uetus
etymologia quadā Melchisedek rex iustitiæ. Nā
iuxta Hebraicam linguam, Melchi regnū signi-
ficat: & sedek iustitiā. Et cū ad nomen ciuitatis ue-
nit, rex pacis, inquit. Salem enim idem quod pax
est. Sacerdos autem erat, forte à semetipso ordina-
tus: sic enim tunc erant sacerdotes: uel quod quia
ætate prouectior erat, à suis colebatur: uel quod
& ipse sacrificare studebat, sicut & Noe, Abel, A-
bram, quando sacrificia obtulerunt. Alioquin &
typus Christi futurus erat, unde & Paulus ipsum
extollens sic dicit: Absq; patre, absq; matre, absq;
genealogia, neq; initium dierum, neq; uitæ finem
habens: assimilatus autē filio dei manet sacerdos
in perpetuum. Et quomodo, dicis, possibile est ho-
minem absq; patre & matre & genealogia esse, &
non habere uel initium, uel finem uitæ? Audisti,
quod figura fuit: ne ergo admirare, neq; omnia re-
quire in typo. Neq; em̄ typus esset, si omnia quæ
ueritati accidit, haberentur. Quid igitur est quod
ibi dicitur: Igitur sicut ille, inquit, eo quod non sit
mentio eorum qui genuerunt, dicitur sine patre
& sine matre: & quia non recensetur eius genea-
logia, dicitur sine genealogia: ita & Christus, quia
non habet uel in cœlo matrē, uel in terra patrem,
absq; genealogia dicitur. Et uide per honorem in-
tom. 1 ii Patriarcham

Patriarcham tollatum, quomodo sacramentum insinuatur. Extulit enim illi panem & uinum. Videns typum, cogita oro & ueritatem, & admirare diuinarum scripturarum uirtutem, quomodo superioribus seculis & ab initio futura præsignata sint. Et benedixit, inquit, Abramum, & dixit: Benedictus Abrā deo altissimo, qui condidit cœlum & terram: & benedictus deus altissimus, qui tradidit inimicos tuos in manus tuas.] Non solum illum benedixit, sed & deum glorificauit. Dicendo enim, Benedictus Abram deo altissimo, qui condidit cœlum & terram, & per creaturas uirtutem dei nobis declarat. Si enim deus est ille qui condidit cœlum & terram, nō sunt iam dii qui ab hominibus coluntur. Dijs enim, inquit, qui cœlum & terram non fecerunt, pereāt. Benedictus, inquit, deus qui tradidit inimicos tuos in manus tuas. Vide de oro, quomodo nō solum iustum prædicat, sed & dei præsidium agnoscit. Neque enim absque illius fauore potuisset hostem potentem uincere. Qui tradidit, inquit, ipse est qui totum confecit, ipse est qui ex fortibus fecit infirmos, ipse est qui per inermes armatos defecit: ab eo est gratia, quæ tantam tibi uirtutem concessit. Vides quomodo declarauit concordiam, & propensum amorem in Loth, quod pro suis proprijs inimicis istos habuit propter ea quæ in fratris filium patrauerant? Et dedit ei, inquit, decimas de omnibus. Hoc & Paulus dicit. Considerate autem quantus ille, cui decimas Abram dedit de primitijs. Patriarcha uidelicet ex spolijs quæ adduxit, remunerauit Melchisedec, & decimas ei segregauit de omnibus quæ attulit, per hoc doctor factus omnibus, ut declarates gratitudinem, primitias eorum quæ sibi à deo conceduntur offerant. Post hæc Sodomorum rex Patriarchæ magnanimitatem obstupescens, dicit ei: Da mihi uiros, equitum autem tolle tibi.] Honesta regis gratitudo, sed uide & optimos mores iusti. Dixit autē Abrā regi Sodomorum: Extendā manū meam ad deū altissimū, qui fecit cœlū & terrā, si à funiculo usque ad sphæroterem calceamēti accipiā de omnib. tuis: ut ne dicas, Ego ditauī Abram.] Magna Patriarchæ in contemnendis diuitijs uirtus. Sed qua de causa abiurat & dicit: Extendam manum meā ad deum altissimū, qui fecit cœlum & terrā? Duo simul docere uult Sodomorum regē: primum animi sui magnitudinē, qua munera eius contemnebat: deinde pietatem erga deum: quasi dicens: Illum tibi testem adhibeo, quod nihil tuarum rerum accipiā, qui omnium est conditor, ut scire possis deum omnium, & ne credas esse deos ea quæ ab hominū manibus fabricant. Ille enim cœli & terræ conditor, ille & nobis in hoc bello uictoriae & triumphī autor. Ne igitur expectes me permisurum, ut mihi des quippiam. Neque enim mercedis gratia uindictam feci, sed primum ob amoris affectum quem erga fratris mei filium gero: deinde & propter ipsius iustitiæ officium, ut ē barbarorum manibus eriperē iniuste abductos. Si à funiculo, inquit, usque ad sphæroterem calcei accipiā de tuis omnibus: hoc est, nihil tam uile, nec tam contem-

Hebreos 7.4

ptibile quod accipiam. Nam sphæroterem solent uocare apicem calcei qui in acumen desinit: quo calceorum genere barbari consueuerunt uti. Exin & causam, quare accipere detrectet, dicit: Ut ne dicas, Ego locupletauī Abram. Habeo deum, qui innumera mihi suppeditet bona, supernæ gratiæ innitor, non opus mihi diuitijs tuis, non indigeo humanis facultatibus, contentus sum dei in me beneficentia, scio illius largitatem. Paucis & uilibus celsi meo Loth, magnas & ineffabiles promissiones assequutus sum, & nunc maiorum diuitiarum negotiatio mihi est, & maiorem eius gratiā mihi concilio: quare opes tuas nō accipio. Ideo autem opinor & iuramentū adhibuit, & dixit: Extendā manum meam ad deū altissimū, ut ne putet eum ita simulare, ut probabile est sæpe contingere: sed ut sciat hoc ita planē decretū apud Abrā, ut ne uel minimū quid inde sibi seligeret. Atque ita implebat mandatū illud à Christo discipulis traditū: Gratis accepistis gratis date. Nō enim ego, inquit, aliud quid ad belli rem attuli, præter quæ uoluntatē & promptitudinem. Uictoriā autē, & triumphum, ac cætera, operatus est ille ineffabili uirtute. Deinde ut ne putet rex quod propter contemptū & despectum quæ ab eo dabantur nō acciperet, declarans firmiter & in hoc humanitatē, & bene moratā mentem, inquit: Non accipiam, exceptis eis quæ comederunt iuuenes, et portione uirorum qui mecum uenerunt, Eschol, Aunan, Mambre, ij accipient portionem.] Hos, inquit, permittā accipere portionem aliquam, quoniam ingentis amicitia specimen declararunt. Hi enim erant, dicit, cōiurati Abrā: hoc est, amicitia cōiuncti: quā ostenderūt, quia uoluerunt periclitari cum eo. Vnde remane rare uolens eos facit ut partem aliquā accipiant, Apostolicam legem etiā in hoc implens: Dignus est operarius alimēto suo. Nihil enim ultra usum suum accipere permittit. Dicit enim: Exceptis ijs quæ comederunt iuuenes, & portione eorum qui mecum uenerunt, Eschol, Aunan, Mambre, ij accipient portionem. Vidisti euidētem Patriarchæ uirtutem, quomodo & philosophiā exercuerit, opes contemnendo, & modestiā præ se ferendo, ut nihil per arrogantiam & contemptum facere uideat, neque uictoria superbiat: Talem imitemur & nos, obsecro, & operam demus, ut in uictos nos custodiamus, & neque prætextum uirtutis arrogantes, uanam gloriam quæramus, neque prætextu modestiæ uirtutē negligamus: sed ubique modum seruemus, & bonis operibus nostris humilitatem, quasi fundamentū & basim, substruamus: ut securē uirtutes superextruere ualeamus. Virtus enim non est, nisi coniunctam habeat humilitatem. Qui hoc fundamentum rectē iecerit, poterit in quantam uoluerit altitudinem structuram excitare. Hæc est inexpugnabilis turris, hæc omne continet ædificium, non sinens ipsum uel a uentorum uiolentia, uel ab hymbriū impetu, uel a spirituum uidei: sed omnibus insidijs inaccessum facit & inuictum, quasi ex adamante constructum esset, magnasque nobis diuinæ largitatis retributiones

Math. 10.4

Luc. 10.8

Cor. 7.7

retributiones affert. Per hanc & Patriarcha tantarum promissionum accepit magnitudinem. Scietis enim, permittente deo, & ex ijs quæ in contextu dicenda, quomodo nunc, ut cōtempserit ea quæ daturus erat Sodomorum rex, magna & ineffabilia dei dona consequutus est. Per hanc non ille solus, sed & iusti omnes deo fuerūt grati: id quod, si fueritis diuinarum scripturarū lectionis studiosi, ad discere poteritis. Misericors enim dominus quando nos uidet despiciere præsentia, etiā ipsa largius suppeditat, reponitque plurima quibus olim fruimur. Videre hoc potes in diuitijs, in gloria huius uitæ, & in omnibus alijs temporalibus rebus. Despicimus igitur præsentia diuitias, ut ueras diuitias inuenire ualeamus: despiciamus uanam hanc gloriam, ut uera illa & solida fruamur: despiciamus præsentem prosperitatem, ut præ ineffabilibus illis nihili faciamus præsentia, ut ad futura præmia excitari ualeamus. Neque enim possibile est ut qui præsentibus est mancipatus, ineffabilium bonorum desiderium cōcipiat unquam. Sicut enim gramæ quædam oculis opplentes, ita præsentium cupiditas intellectum obscurat, & non permittit uidere quid oporteat facere. Contra non est possibile, ut qui solida & immobilia illa bona amant, momentanea ista, & quæ antequam appareant marcescunt, concupiscant. Nam sauctus amore diuino, & qui futurorum desiderio tenetur, alijs oculis uidet præsentium statū, & scit quod omnis præfens uita est & deceptio, & a somnijs nihil differt. Idcirco & Beatus Paulus dicebat, scribens: Præterit figura mundi huius: monstrans quod omnia humana in figura tantum sunt, & sicut umbra & somniū transeunt, nihil solidū, nihil uerum habentia. Quod igitur non fuerit mens puerilis, ad umbras spectans, & de somnijs superbiens, & alligata ijs quæ paulo post præteribūt? Præterit enim, inquit, figura huius mundi. Itaque cum audieris quid præterit, posthac amplius quæris? Quando audis, figura solum sunt humana omnia, ueritate destituta: quare uolens ac libens imposturā fers? quin tu potius cogitans quæ sunt instabilia & mutabilia, ijs præteritis ad illa quæ semper durant, semper immobilia, semper stabilia, nullius uicissitudinis capacia, desiderium transfers? Nam ut scias intellectum doctoris orbis uide etiā alio loco ubi omnia præclara huius uitæ nullius esse momenti demonstrare uult, qualis utatur dictione: Quæ enim uidentur, inquit, momentanea sunt, etiam si diuitiarum abundantiam dicas, etiam si gloriam, etiam si claritudinem, etiam si principatum, etiam si potentiam, etiam si regnum, etiam si diademate redimitum illum, etiam si thronum summum: omnia hæc quæ uidentur, in breue tempus dispensata, non admodum diuturnū sui fructum nobis sinunt. Quæ igitur nos inquirere uis, si omnia momentanea sunt: Illa, inquit, quæ non uidentur. non hæc quæ uidentur, sed ista ipsa quæ oculis corporalibus non spectantur. Et quis hoc consuleret, ut quæ uidentur præterantur, & quæ non uidentur, inquirantur? Ipsa rerum, inquit, natura doceat nos. Nam

Chryl.

hæc quidem licent uideantur, statim tamen præterfluunt: illa autem licet nunc ea uidere nō possimus, sunt tamen perpetua, continuo durant, terminum nesciunt, finem non accipiunt, uicissitudinem ignorant, stabilia & immobilia sunt. Fortassis tandem & molestus esse uideor, quotidie frustra consulens. Sed quid faciam? magna malitiæ lues est, magna pecuniarum tyrannis, magna uirtutum raritas. Et idcirco uellem saltem assiduitate monendi morbum uincere, & incolumitati integræ huc conuenientes restituerē. Eam ob rem & scripturas enarrandi tantū nobis est studium, & iustorum uirtutes in mediū afferimus: nec piget eadem sæpius repeterē, ut per omnia uos inducere ad æmulationem iustorum ualeamus. Veltandem igitur salutis nostræ curam habeamus, & bene utamur statuto huius uitæ tempore nobis dato: & dum adhuc tempus est, ad poenitentiam & lapsuum correctionem festinemus, & pecuniarum abundantiam in animarum nostrarum salutem expendamus, superfluaque indigentibus insulamur. Quare enim, dic mihi, permittis filium aurum & argentum prodigere, quæ oportebat in pauperum uentres euacuare, reponēdo in tuum promptuarium, ut tempore quo maxime opus habes, eorum adiutorio consolationem inuenias, & qui à te hic pasti sunt, alibi fidutię fores tibi aperiant, & accipiant te in æterna sua tabernacula? Vestes quoque non sinamus à uermibus rodi, & absque usu in arcis putrescere, cum tot sint qui indigeant, & obambulent nudi: sed honorem demus nudo Christo potius quam tinea: & uestiamus eum qui propter nostram salutem nudus obambulare uult, ut ipso induto audiamus in die illo: Nudus erā, & uestiisti me. Num onerosa sunt præcepta? num molesta? Ea quæ pereunt, inquit, quæ à uermibus arroduntur, quæ absque usu & frustra cōsumuntur, hæc dispensa, ut tibi fiant utilia: ut & detrimenti damnum effugias, & ex ipsis lucrum maximum tibi pares. Excellentis enim & magnæ inhumanitatis est post tot spirituales admonitiones, scribijs & parietibus includere superflua, & non illis subleuare proximorum inopiam: sed sinere à rubigine & tinea potius corrumpi, & ante prædonum iacere manus, & propter illa supplicijs potius plechi, quæ dignā pro eis remuneratio nem accipere. Obsecro, ne sumus tam negligētes salutis nostræ, sed expēsis in pauperes superfluis, magnā nobis fidutiā antea reponamus: ut ineffabilibus olim bonis frui mereamur, gratia & misericordia dñi nostri Iesu Christi, cui cū patre & sancto & uiuificatore spiritu, gloria, imperiū, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Post hæc autem uerba factus est sermo domini ad Abram per uisionem dicens: Ne timeas Abram, ego protector tuus sum, & merces tua magna ualde. Homilia XXXVI



HE SAURO cuius a similitur iustorum uirtus, in quo plurimæ & ineffabiles diuitiæ continentur. Nam sicut qui ex illo uel paruum quandam par-

tom. 1 n. 2 teni

tem capere potest, breui sibi copiā rerum, quanta A fatis est, paratita euenire & in uirtutibus Patriarchæ, uidere quis potest. Ecce ferè quotidie ex historia eius proposita uobis doctrina, magna largitate conuiuū præbemus, & hucusq; nondum paruum bonorū illius operū partem enarrare potuimus, tantis abundat uirtutib. Et sicut è fonte largis fluente riuus etiā si omnes hauriant, nō solum non imminuuntur fluentia: sed quāto plures sunt qui inde hauriant, tanto magis aquarū natura scaturit: ita etiam in Patriarcha nostro fieri uidemus. Quot enim à tempore quo fuit, usq; in præsens ex fonte bonorum illius operum hauriunt: & non solum non euacuuntur fluentia, sed tanto abundantior est scaturigo bonorū operum. Narrationem enim de illo in diuina scriptura, quasi catenā auream inuenimus contextā: & omni tēpore primum quidem ipse aliquod bene institutæ mentis exemplum exhibet, statim autem subsequitur diuina remuneratio. Et ut discatis quod ita se res habeat, operæpretium fuerit breuiter uobis res eius recensere: ut sciatis & eximīā iusti fidem, quā diuinis promissionibus habuit, & largissimas dei retributiones, quas ei amantissime reddidit. Sufficit enim unus ille iustus, ut oēs nos erudiat, ut alacriter aggrediamur uirtutis certamina, confidentes supernis remunerationibus, & scientes misericordis dei nostri liberalitatē: & ut sustineamus omnia magna facilitate, quæ dura & ardua in hac uita uident, spe remunerationū nutriti. Attendite itaq; obsecro, quō ab ineunte ætate, postquā domi sibi nata indole, & insita naturæ nostræ scientia bene usus est, tamen citra præceptoris operam, imō ab infidelibus parentibus educatus, diuina tamen uisitacione potitus est. Relicto em̄ errore patrio pietatem diuini cultus cōplexus, mature diuina oracula obtinuit, etiā tum in Chaldæa constitutus: & hoc nobis beatus Stephanus exponit manifesti-

Ab. 7.4 us, sic dicens: Deus gloriæ uisus est patri nostro Abraham, cū adhuc esset in Mesopotamia, priusquam habitaret in Charran. Vidisti quō eum inde uisio euocauit: Verisimile enim, quod cum sedula in deum pietate, eximīā quoq; parentibus reuerentiam exhibuerit: tantoq; amore parentes sibi conciliauerit, ut inde ad relinquendum amore filij suam patriam, & ad quærendum alienam moti sint. At diligenter uide, obsecro, quō & hæc præcedentem uiri uirtutem cōsecuta dei uisitatio iterum clariorem ipsum reddidit. Elegit paternā regionem relinquere, & alienā inhabitare, ut præceptum dei perficeret: & paratus erat etiā absq; familiaribus, ut mihi uideretur, peregrinus fieri: sed, ut dixi, hominis uirtus & insignis erga parentes pietas effecit, ut pater comes fieret itineris. Deinde occupata Charran, postq; illic tabernaculum fixerunt, & morte functus est Tharra (hoc enim patri eius nomen erat) iterū præceptū est ei à deo, ut exiret inde. Egredere em̄, inquit, de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & ueni in terrā, quam monstrauero tibi. Nam postq; cum tota domo in Charran migrarunt, ibi imperās ei,

dicat: Egredere de terra & cognatione tua: manifestans quod ipsum solū per se uult peregrinationem suscipere, neq; fratrem, Nachor dico, neq; aliū quenquā necessarium. De terra autē tua dicebat, quia non paruo tempore ibi habitārāt, & quali in propria patria illuc habebāt domiciliū. Et cū in iugēdo parētē maximē foret occupatus, essentq; difficultates aliæ multæ, tunc præcepto peregrinandi magna paruic alacritate, idq; ignorans ubi nā futurus errandi finis. Veni em̄, inquit, nō in hæc uel illam terrā, sed in eam, quā monstrauero tibi. Nihilominus licet indefinitū esset mandatū, ommissa curiosiore percontatione, imperata faciebat. Porro & fratris filio assumpto, suā demonstrauit uirtutem: quē, quia iuuenē acceperat, paulatim suæ uirtutis imitatorē effecit. Vnde em̄ relinquere noluit, sed peregrinationis sociū fecit: Quali diceret: Si pater qui infidelis fuit, ob suū in me amorem, domū paternā, in qua nati sumus & adoleuimus, relinquere, & me comitari uoluit, uitaq; in aliena terra defunctus est: multo magis ego fratris filij, iuuenem, indole sua pollicentē paulatim uirtutis incrementa, nō patiar hic relinqui. Itaq; declarās modis omnibus suā religionē, etiā istam peregrinationem fecit. Postq; autē in Palæstinā peruentum est, & in Chananeorū fines, apparuit ei deus uolens eius alacritatē cōfirmare, & manum porrigere, dicēsq; Semini tuo dabo terrā hæc, eo quod filios sibi succedere ualde optabat, ac desiderabat: quod & statim promittit, retribuens tantis laboribus mercedem: Quoniā enim natura infœcūsus erat, & ætas quoq; prouectior, ne sibi quid polliceri posset, faciebat, promissione deus excitat & erigit athletā, & alacrem fieri & reuiuenscere facit in sequentibus certaminib. Proinde uide quomodo post hanc promissionem iustus aliud certamen aggreditur. Inualescente enim fame, & Chananeæ magnis pressa necessitatibus & angustijs, in Aegyptum profectus famis illic lenimen quærens, maioribus sese periculis inuoluit. Vxoris enim uenustas & pulchritudo mortē ei quasi ante oculos monstrabat. Ideo cum iam in cōfinijs esset Aegypti, ingressurus dixit uxori: Scio quod mulier formosa sis, scio tuę pulchritudinis decorem, & timeo Aegyptiorū intemperantiā. Nam si te uiderint, & cognouerint quod uti uxorem te mecū ducam: te quidem uiuā asseruabunt, ut suam cupidinem expleant: me autē occident, quod liceat sibi secure quæ nefas est patrare, nemine existēte qui adulteriū coarguat. Dic igitur, Soror illius sum. Vide adamantinam animā, uide mentem ferro solidiorem: non turbauit eius rationem calamitas quā expectabat. Non cogitabat, neq; dicebat intra semetipsum: Ideone propria relicta patria tanta cum obedientia in alienam ueni terram, ut hisce malis implicarer: Nonne paulo antea promissum mihi: Semini tuo dabo terrā hæc? En & adulteriū & mortis timor mentem meam cōcutit. Sed nihil horum neq; in mentem accipere dignatus est. Vnum ei duntaxat curæ erat, quomodo miseram hanc fabulā ita ageret, duobus hinc inde periculis

riculis urgentibus, ut uel unum saltem effugere A posset. Igitur postquam ipse quæ sua erant attulit, consilium uidelicet & animi fortitudinem: mulier quoq; singularem erga uirum affectionem & obedientiam declarans, cooperata est, & his quæ decreuerant subministravit: atq; ita ambo quod suū erat perfecerunt, cumq; iam iuxta humanum morem desperaretur, & ferè opere cōpleta fuisset Aegyptiorum malitia, tum demū deus magnam uiri curam se gerere declarauit. Non solum enim mulierem à stupro eripuit, indignatione sua in regem & in domū eius immisit: sed & Patriarcham cum magna gloria in Palæstinam ex Aegypto redire fecit. Considera quomodo misericors dominus in medijs succurrēt tentationibus, athletam ad ferendam sequentia certamina fortioerem reddit: nec unquam eum sro destituit auxilio, sed in omnibus monstrat ei, quod semper parua illa, quæ faciebat Patriarcha, magnis & mirum in modum magnis, humanūq; captū transcendentibus remuneretur. Vidisti iusti patientiā: uide nunc eiusdem post reditū ex Aegypto humilitatis magnitudinem, & insignem mansuetudinē. Nam cum redisset ex Aegypto, multamq; possideret substantiam, tam ipse quā fratris filius: Non capiebat, inquit, eos terra ut habitarent simul, quia multas facultates habebant: unde & rixa orta est inter pastores Loth & Abram. Tunc iustus animæ suæ mansuetudinē & præclaram sapientiā exerens, uocato Loth dixit: Ne sit rixa inter me & te, & inter pastores meos & pastores tuos, quasi diceret: Nihil pace præstantius, nihil contentione clamnosius & grauius. Ut igit ē medio tollamus omnem rixandī materiā, elige quam uolueris regionem, & reliquam mihi relinque, ut à litium & contentionum molestia simus alieni. Vidisti uiri uirtutem? celsit iuniori primatu, & electiōe, ipse contentus uiliore terra. Sed uide hic etiam quantam mercedem nactus sit pro ijs suis officijs. Statim enim separatione facta, inquit ei deus: Sublatis oculis tuis uide omnem terram ab omni parte: quia omnem quam tu uides, tibi dabo, & semini tuo usq; in seculum. Considera quantis beneficijs certare dignatur ob eius modestiā quam erga fratris filium declarauit: & ipse quidē, ut paruis celsitate potiore partem deligens, nō multo post in pericula incidit: & non solum nihil cōmodi ex electione percepit, sed factus captiuus, domo atq; foco repente simul priuatus est: rebusq; ipsis didicit q; eximīa uirtus iusti, & ipse postea dedit operam, ne quid unquam tale attentaret. Nam postq; Sodomis habitare cepit, statim exortū est graue bellum: & uicinarum gentium reges magnis exercitibus omnem regionē simul depopulati sunt: Sodomorum & Gomoræ reges profligauerunt: & montanis omnibus occupatis, & equitatu regis Sodomorū abducto unā cum Loth captiuo, & uxoribus, & omnibus sarcinis, abierunt. Sed uide iterum ingentem dei prouidentiam. Volens

enim simul & Loth à captiuitate liberū reddere, & Patriarchæ gloriā magis illustrare, excitat iustum ut fratris filio succurrat. Nam ut didicit quæ erant facta, cum uernaculis suis impetu facto in reges illos, eos paruo labore perculit, & Loth, & uxores, & omnem equitatum regis reduxit. Quibus tam claris triumphis, omnibus patefacta est ingens dei erga illū beneuolentiā, & quod illenō sua uirtute tantā stragē cōfecisset, sed superna uirtute munitus. Et ipse quoq; Patriarcha entebat ut Sodomitis doctor diuini cultus fieret, uerbis illis quæ regi loquebat. Quia cum occurrisset rex, & pro beneficio gratias egisset, ac omnē equitatū ei se donaturū diceret, hominesq; duntaxat accepturū: uide iterū iusti magnanimitatē, quō & moderatissimi instituti sui specimen exhibet, q; nō sit cupidus eorū quæ ab illo dabant, & illos ad ueræ religionis notitiā inducit. Non enim absq; causa non dicit: Non patiar ut aliquid tuorū munerum ad me redeat, non mihi tali mercede opus est: sed quid? Extendo manus meas ad deum altissimum (quali docens eum: Non sunt dñj, qui à te colunt, sed ligna & lapides: sed unus est deus super omnia, qui creauit cœlum & terrā) quod nō accipiam de funiculo usq; ad sphaeroterem, ut ne existimes metalium rerum gratia ultionem sumplisse, & ne dicere possis, quod mihi abundantia factus sis autor. Nam qui mihi uictoriam dedit, & tropheum per me statuit, idem & diuitias abundē mihi supeditat. Vidisti quō, siquidem lucrum facere uoluisset rex, autorē agnoscere uictoriæ ex Patriarcha potuisset: Docebat enim posthac non fidendum propria sua uirtute, sed agnoscendum autorem omnium, ridendosq; manufactos deos, & colendum deum, qui est super omnia, qui omnia condidit, qui & bonorū omiū fons est. Et in summa discebat ex omnib. Patriarchæ uirtutē. Nam ne existimet, quod per arrogantiam & fastum data contemneret, idcirco dicit ei: Ego quidem nihil sumam. Neq; enim opus habeo, neq; indigeo, ut meæ facultates augeantur ab alijs: eis autem qui periculorum meorum fuerunt socij, permitto ut suas portiones accipiant, quo paruum aliquā suorum laborum consolationem habeant. Ita Sodomorum regi respondit iustus. Postquā autem & Melchisedek rex Salē panes & uinū attulit (erat enim sacerdos, inquit, dei altissimi) ab illo accepit oblata. Dein ut rependeret benedictionē quam ab eo acceperat & glorificationē in deum (dixerat enim, Benedictus Abram deo altissimo, & benedictus deus qui tradidit inimicos tuos in manus tuas) decimas ei dedit de omnib. spolijs quæ attulerat. Vidisti quantā pietatem & religionem in omnibus præ se ferat iustus? & quomō à rege Sodomorum à funiculo usq; ad sphaeroterem accipere nihil uoluit: accepit autē ea quæ à sacerdote sunt oblata, retribuens & sua. Quibus nimirū nos docuit, habendū aliquem delectū, & non pascim ab omnibus dona accipienda. Nam quamuis Sodomita ille quantū ad liberalitatem attinebat, sapiebat: erat tamen alioquin incredulus, & institutio-

tione multa indigebat. Proinde Patriarcha do-
 A tione multa indigebat. Proinde Patriarcha do-
 na quidē despexit, omnia autē cura adhibita, & per
 ea quæ accipere refutauit, & per ea quæ dixit, cu-
 rauerit ut illū ad pietatē induceret. A Melchisedek
 autem non iniuria accepit. Viri enim uirtutē diu-
 na scriptura assignauit, dicens: Erat autē sacerdos
 dei altissimi. Quāuis aliās etiā quæ fiebant, Chri-
 sti typus erant, & oblata sacramentū quoddā præ-
 signabant: ideoq; non reuicit. Cæterū ut accepit,
 uicissim illum suis remunerādo, docebat uirtutis
 suæ magnitudinē. Decimas enim ei dedit, etiam
 hac ratione piam suā mentē significans. Fortassis
 prolixius sese extendit sermo noster, atqui nō ca-
 ret causa, neq; frustra erit. Cōpendio enim cogno-
 uimus, ab initio usq; ad hodiernā lectionem, quæ
 iusti huius fortitudo, magnanimitas, excellens fi-
 des, mens optimis moribus prædita, insignis mo-
 destia, admirabilis diuitiarū contemptus, ad hæc
 dei perpetuam prouidentiam, quæ eum iugi adiu-
 torio firmans, quotidie clariorem & illustriorem
 reddidit. Nunc autem, si uidetur & non defatiga-
 mini, ad ea quæ recens lecta sunt accedamus, &
 paucis quibusdam propositis, abfoluamus sermo-
 nem; ut discatis quanta denuo ei rependatur mer-
 ces, eo quod contēpserat donata sibi à rege. Quid
 igitur inquit: Post hæc autem uerba factū est uer-
 bum domini ad Abrā. Quare sic incipit, post hæc
 autem uerba: num indicat uerba, quæ cum Sodo-
 morum rege colloquutus ē? Post cōtemptū illum,
 inquit, postquam ea quæ ab illo oblata sunt repu-
 lit, post doctrinam illam, quam reiectis donis pro-
 nuntiauerat, ut pietate & agnitione conditoris om-
 nium regem initiaret, post hæc uerba, postquam
 decimas Melchisedek obtulit: quando, inquit, om-
 nia quæ ex se erant impleuit, tūc post uerba hæc.

Cap. XV

Factum est uerbum domini ad Abram in uisione
 noctis, dicens: Ne timeas Abram, ego prote-
 go te, merces tua multa ualde erit. Vide miseri-
 cordiā domini, quā statim & ē uestigio sequens,
 beneficijs suum athletam remunerat, & ad ulte-
 riora certamina iterū instruens, uigore nouo ro-
 borat. Factum est uerbum domini in uisione no-
 ctis. Quare in nocte: ut in silentio & quiete meli-
 us quæ dicuntur accipiat. Et dicit ei: Ne timeas
 Abram. Attende immensam dei curā. Quare dixit,
 ne timeas: Quia tantas opes cōtempserat, nō
 curatis his quæ rex dabat: hoc est, Ne timeris
 quod despexisti tanta dona, neq; anxius sis quasi
 imminutiones sint tuæ facultates. Ne timeas. De-
 inde ut animum magis exciter, adiecit uerbo &
 appellationem, & inquit: Ne timeas Abrā. Non
 parum ad expectandū facit, cum quempiam
 proprio nomine compellamus. Ego protego te.
 Multam habet & hoc uerbum emphasin. Ego qui
 à Chaldæis te euocaui, ego qui te huc duxi, ego
 qui te à periculis Aegypti liberaui, ego qui semel
 atq; iterum promisi, tibi atq; semini tuo daturum
 me terram hanc, ego te protegā ego qui in dies
 magis ac magis omnibus te clarum ostendo, ego
 protego te: hoc est, ego pro te certo, ego propu-
 gnator fio, ego curā gero, ego omnia difficilia faci-

lia tibi reddo, ego protego te. Merces tua multa
 erit ualde. Noluisti mercedē accipere pro labori-
 bus quos sustinuisti, tantis periculis te ipsum obij-
 ciendo, sed cōtempstisti & regem, & munera eius.
 Ego tibi mercedem dabo, non tantā quantam ac-
 cepturus eras, sed multā, & ualde multā. Vidisti
 liberalitatem domini: uidisti uerborum pondus.
 Vidisti quomodo excitat pietatis athletā: uidisti
 quomodo animā eius confirmauit. Ipse enim qui
 arcana cordiū nouit, sciebat illi opus esse huius-
 modi uerborū consolatione. Et uide quid ex his
 uerbis cōcepta fiducia Patriarcha dicit, Domi-
 ne, quid mihi dabis? ego autē sine liberis dimittor.
 Postquā merces sibi promissa est, eaq; copiosa, &
 ualde copiosa, exponens animæ suæ dolorem, &
 tristitiā propter proliis inopiā, quæ interim in pe-
 ctore eius toto illo tempore fuit, dicit: Dñe, quid
 tale mihi dabis? Ecce enim ego usq; ad senectam
 perueni, & prole carēs dimittor. Vide quō priscis
 illis seculis iustus ille philosophabatur. Nam qui ui-
 tam honestē & in uirtutibus egerunt, quando ex
 hac uita emigrant, uere liberant, & quasi soluun-
 tur à certaminibus, & à uinculis relaxantur. Est
 enim mors his, qui bene uiuunt, translatio quædā
 ad meliora: à momentanea uita ad perpetuam &
 immortalē, finemq; non habentem. Ego autem
 dimittor, inquit, prole carēs. Et ut misericordem
 dominum sibi conciliaret, non ijs contentus fuit
 uerbis. Et quid dicit? Filius autem Masek uer-
 naculæ meæ, hic Damascus Eliezer. Et dixit Ab-
 ram: Quoniā non dedisti mihi semen, ille hæres
 meus erit. Ingentem dolorē animæ eius declarāt
 hæc uerba, quasi diceret deo: Neque ea sum affe-
 quutus quæ ancilla mea uernacula: sed ego quidē
 abibo sine prole, & sine filio, hic autē uernaculus
 meus hæreditatem accipiet, quæ à te mihi data,
 idq; cum semel atq; iterum promissionem à te ac-
 ceperim, dicēte: Semini tuo dabo terrā hanc. Con-
 sidera, obsecro, & hoc loco iusti uirtutē, quod cogi-
 tationes in animo uersans, nunquā aliquid duri-
 rum loquutus est: sed & nūc instigatus uerbis quæ
 loquutus est ei dñs, magna fiducia dominū allo-
 quitur, manifestamq; facit internā cogitationum
 perturbationē, ostendens animæ suæ ulcus, unde
 & acceleratum accepit medicamentū. Et statim
 uox dei facta est ad eum. Vide quomodo signan-
 ter scriptura loquitur. Statim inquit. Non permi-
 sit iustum ne tantillū quidem ægrē habere, sed fe-
 stinatam ei consolationem affert, & mœroris gra-
 uitatē uerbis emendat. Et statim, inquit, uox dei
 facta est ad eum, dicens: Non erit hic hæres tuus,
 sed qui egredietur ex te, hic hæres tuus erit. Hoc-
 cine timuisti: hoc cine mentem tuā turbauit: hoc-
 cine tristitiā tuam auxit? Scias igitur, quod non
 erit hic hæres tuus, sed qui egredietur ex te, hic hæ-
 res tuus erit. Ne igitur ad humanam spectes natu-
 ram: ne tuam senectam, Saræ ue sterilitatem cogi-
 tes: sed eius qui tibi promisit potentia bene fide,
 & tristitiā ponens, cōsolationem quæ tibi suffi-
 ciat accipe, persuadeatq; tibi, quod hæredem habi-
 turus sis, qui ex te nascatur. Porro quia supra na-
 turam

turam erat promissio, & uincebat humanam ra-
 tionem (magnam enim in eo turbationem excita-
 bant tot naturæ præpedimenta, senectus eius, &
 quod Sara sterilis ac utero emortuo erat) auget
 dominus promissorum magnitudinē, ut iustus
 ad promittentis liberalitatem respiciens, bene spe-
 raret, cōfideretq; sic euenturum. Eduxit autem
 eum foras, & dixit ei: Eia suscipe in cœlum, & nu-
 mera stellas, si poteris numerare eas. Et dixit ei:
 Sic erit semen tuū. Et credidit Abram deo, & re-
 putatum est illi in iustitiā. Quare assignauit,
 quod duxit eum foras: Quia superius dixit, quod
 in uisione noctis apparens ei, uerba illa loquutus
 sit: nunc autem uult ei ostendere, q; innumerabi-
 les sint stellæ, inquit: Eduxit eum foras, & dixit:
 Suscipe in cœlum, & numera stellas, si poteris eas
 dinumerare. Et dixit ei: Sic erit semen tuum. Ma-
 gnum promissum, uaria promissionis magnitudo:
 sed si ipsam promittentis uirtutem cogitabimus,
 nihil nobis apparebit magnū. Qui enim de nihilo
 formauit & cōdidit omnia quæ uident, ille etiam
 dare poterit quæ supra naturam sunt. Vidisti do-
 mini liberalitatem? Postquam enim dixit, absque
 prole dimittor, quasi apud portas inferni existēs,
 nec amplius operari ualēs procreationi liberorū:
 sic uerba illa protulit, dicens: Filius Masek uerna-
 culæ meæ, hæres meus erit. Ideo uolens spiritum
 eius erigere, & nouum uigorem menti addere, ab
 imminente timore eum liberat, promissioneq; ac-
 doni magnitudine mentē eius erigit, & ostenden-
 do stellarū multitudinē, & promittendo nascen-
 dos ex eo illis pares futuros, in bonā spem adducit.
 Videns enim dei promissionem, reiecta omni
 humana ratione, & neq; ad seipsum, neq; ad Sa-
 ram minus procreationi aptā, respiciens: sed præ-
 teritis humanis omnibus, sciens quod potens est
 deus etiā ea quæ supra naturā sunt largiri: fidem
 habuit dictis, bonoq; animo cœpit esse, ut qui ni-
 hil amplius hæsitaret aut ambigeret. Hoc em uer-
 tum fidei est, quando promissione non iuxta soli-
 tum morem & hominibus cognitum facta, nos
 promissoris uirtuti fidimus. Fides em est eorum
 quæ sperantur substantia, rerum quæ non uidentur
 argumentum. Et iterum. Quod autem uidet
 quis, cur & sperat? Hæc igitur est fides, quando
 illis credimus quæ non uidentur, & mentem ad
 dignitatē eius qui promisit intendimus: id quod
 profecto & iustus ille fecit, synceram & eximiam
 promissis fidē habens. Idcirco & prædicatur: Cre-
 didit Abram deo, & reputatum est ei in iustitiā.
 Vidisti quomodo & ante euentū & implementationem
 promissorum, eo ipso quod credidit, sufficientem
 mercedem accipit? Nam in iustitiā ei reputatum
 est, quod credidit promissioni diuinæ, & non hu-
 mana ratiocinatione curiosius ea quæ dicta sunt
 explorauit. Discamus igitur & nos obsecro à Pa-
 triarcha, dei credere dictis, & eius promissis fide-
 re, neq; ea cogitationib; nostris indagare, sed ma-
 gnā gratitudinē exhibere. Hoc enim nos & iu-
 stos reddere poterit, & assequi pmissa faciet. At-
 qui Abræ promissum est, quod ex semine eius ma-

fidei desi- nitio. Heb. 11. d Rom. 8. e

xima futura esset multitudo, erantq; præter solitū
 naturæ modum quæ promissa erant: proinde & fi-
 des in deū iustitiā ei attulit. Nobis autem, si so-
 brii simus ac uigilantes multo maiora pmissa sunt,
 quæ & ipsa humanas cogitationes longe transcen-
 dūt: modo tā potētī promissori credamus, ut ex fi-
 de iustitiā reportemus, & adipiscamur bona pro-
 missa. Ea enim quæ nobis maxime promissa, hu-
 manam transcendunt rationem, & omnem cogi-
 tationem excedunt: tanta promissionū est magni-
 tudo. Neq; enim præsentem solum nobis promi-
 sit huius uitæ statū, & uisibiliū fruitionem: sed &
 postq; hinc emigrauerimus, & post corporis cor-
 ruptionem, quando in cinerem & puluē nostra
 dissoluentur corpora, tūc resurrectura ea promisit,
 & in maiori gloria futura. Oportet enim (inquit
 beatus Paulus) corruptibile hoc induere incorru-
 ptionem, & mortale hoc induere immortalitatē.
 Et post corporū resurrectionem regnō frui, datur-
 rum se nobis pollicitus est, & conuersationē cum
 sanctis, & in perpetuo seculo quietem, & ineffabi-
 lia illa bona, quæ oculus nō uidit, & auris non au-
 diuit, & in cor hominis non ascenderunt. Vidisti
 quanta promissionū excellentia? Vidisti donorū
 magnitudinem? Hæc cogitantes, & sciētes quod
 mentiri nequit is qui ea promisit; magna alacritate
 expediamus nos ad uirtutis agones, ut & pro-
 missis bonis frui possimus: & ne præferamus sa-
 luti nostræ & tantis bonis momentanea; neq; cogi-
 temus labores uirtutis, sed retributiones in men-
 te reponamus: neq; pecuniarū sumptus tantū spe-
 ctemus, si quando opus est eas pauperibus erogare,
 sed potius quantū inde nobis accrescat. Ea em
 de causa semini eleemosynā cōparauit diuina scri-
 ptura, ut cum gaudio & multa alacritate eam ope-
 remur. Nam si ij qui semina terræ concedunt, &
 intus reposita spargunt, ita negotiantur bona spe-
 foueantur, & iam nunc manipulos imaginant ac
 plenas areas: multo magis quibus datū est semen
 hoc spirituale seminare, gaudere & exultare con-
 uenit, quod messuri sint in cœlo hoc quod in terra
 ferunt: & nummos expendendo peccatorum re-
 missionem recipiunt, & fidutiā materiam inueni-
 unt, conciliantes sibi per ea quæ hic dant, perpetuam
 quietem & cum sanctis cōuersationem. Et
 continentiam eligere uolentes, non spectemus q;
 laborem habet uirtus, neq; quod uirginitas ma-
 gnū habet certamen: sed quietem quæ nos exci-
 piet, cogitemus: hæc semper ante oculos nostros
 depingentes malæ concupiscentiæ refrenemus
 rabiem, uincamus carnis motus indecentes, &
 respectu mercedis laborum molestiam subleue-
 mus. Sufficit enim bonorum spes, ut etiam pericu-
 lula contemptim aggrediamur: quanto magis ut
 uirtutis labores fortiter feramus. Quando enim
 animo uersas, quod si ad breue tempus certaue-
 ris, & fulgidam seruaueris uirginitatis lampada-
 dem, beata uita censeberis dignus, & cum spon-
 so intrare poteris, modo accensas habeas lampades
 & sufficiens oleum, bonorum operum actionem
 inquam, quomodo non cum omni facile

1. Cor. 15. 8

2. Cor. 2. c

tate difficilia omnia transcurrere poteris cogitas. **Heb. 12. d.** illud quod a beato Paulo dictum est: Pacem secte mini cum omnibus, & sanctificatione absque quacumque nullus uidebit dominum. Vidisti quomodo sanctificationi pacem coniunxit. Nam ut sciamus quod non solum corporis requirit puritatem, sed & pacem, opportune nos monet, utrinque uolens muniri: ut & cogitationes sedemus, ita ut nulla sit in nobis turbatio, nullusque tumultus: sed in tranquillitate & quiete uersemur, & cum omnibus pacifice agamus, & mansueti simus & mites, & humani, adeo ut omnes uirtutis colores in facie nostra reluceant. Ita enim deinceps & gloriam presentis uitae poterimus despiciere, ueram gloriam praesentes, & humilitatis maiorem habentes curam, uidereque omnem praesentis uitae prosperitatem, ut uera & solida felicitate fruamur, & Christum uidere mereamur. **Matth. 5. c.** Beati enim, inquit, puri corde, quoniam ipsi deum uidebunt. Purificemus itaque nostram conscientiam, & magna cura uitam nostram gubernemus, ut cum praesentem uitam in omni uirtutum genere transegerimus, horum laborum praemia mereamur accipere in futuro seculo, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Dixit autem ei: Ego sum deus qui eduxi te de terra Chaldaeorum, ut darem tibi terram hanc, ut in hereditate possideas eam. Dixit autem, domine domine secundum quid cognoscas, quod in hereditate accipias eam. **Hom. xxxvi**



Magna diuinae scripturae uirtus est, et multae in uerbis latent sententiarum diuinitas. Ideo conuenit, ut diligenter intendamus, & sollicito scrutemur, quod amplioris utilitatis inde percipiamus. Nam propter hoc & Christus praecipit, dicens: Scrutemini scripturas: ut non tantum nudae lectioni uacemus, sed indagatis profundis, uerum ueritatis sensum percipere ualeamus. Talis enim scripturae mos est, ut & in paucis uerbis plurima saepe multitudo sensuum inueniatur. Diuina enim sunt doctrina, non humana, & propter hoc omnem illam uidere licet secus se habere quam humanam. Et quod hoc ego dicam. Illic enim, in humana sapientia, omne studium concinnandis uerbis adhibitum est: hic uero profusus aliter. Nulla scripturae habent rationem pulchritudinis uel compositionis uerborum: habent enim domesticam gratiam effulgentem & pulchritudinem quae dicuntur. Et illic post longam et indubitabilem nugacitatem, uix dignae aliquae sententiae uenantibus occurrunt: hic autem ut scitis, etiam parua dictio saepe integram nobis praerceptionem contexit. Propterea & heri quantuis in initia lectionis attigerimus, quia tamen tantum inuenimus sensuum thesaurum, non potuimus ultra progredi, ut ne dictorum multitudine memoriam uestram obrueremus, & iam dictis obesse-mus. Ideo ea nunc attingamus, dicendaque heri dictis copulemus, ut ita enarrata lectione tota, uos hinc dimittam. Sed oro, ea quae dicuntur, auscultate diligenter. Nam & si labor noster, utilitas ta-

Matth. 5. c.

men uestra, imo communis, Et quid dico labor noster: donum est gratiae dei. Cum attentione igitur suscipiamus & nos ea quae a deo donantur, ut lucrari facientes aliquid in animarum salutem, hinc abeamus. Hanc ob rem quotidie spiritualem hanc apponimus mensam, ut admonitione continua, & multa diuinarum scripturarum exercitatione, omnes maligni daemonis excludamus insidias. Cum enim nos uiderit multum in spiritualibus occupari, non solum non inuadit, sed neque aspicere audeat: scies quod in uanum molitur, & in caput suum ausus suos couertat. Age igitur heri dictorum repetito contextu, quod reliquum fuit enarremus. Quid autem est quod heri fuit dictum? Promissionem quam deus fecit Abrahae descripsimus, ubi imperauit ei, ut suspiceret in caelum, & inspiceret stellarum multitudinem. Numera enim, inquit, stellas, si poteris eas numerare, & dixit ei: Sic erit semen tuum. Deinde cum demonstraret nobis diuina scriptura religiosam mentem Patriarchae, & quod ad promittentem uidens, & uirtutem promittentis cogitans, crediderit dictis, dicit: Et credidit Abrahae deo, & reputatum est ei in iustitiam. Hucusque heri sermonem produximus, neque ulterius progredi potuimus: ideo operae pretium est ut addamus sequentia. Quid ergo dicit?

Dixit autem ei deus, Ego sum deus, qui eduxi te de terra Chaldaeorum, ut darem tibi terram hanc, ut in hereditate possideas eam. Vide quod sermonem nostrae infirmitati attemperet, quomodo fidem illius corroborare uelit, & persuadere copiosis argumentis de his quae nuntiata sunt: quasi diceret: Memor esto, quod ego te a domo tua euocaui. Ecce quae a domino deo dicuntur, consona sunt beati Stephani dictis, qui & de domo, & de Chaldaea domini praeepto euocatum eum dicit. Et eius sententiae obsequutus pater (ut antea diximus) quamuis infidelis esset, magnam tamen societatis causam habens, nempe amorem, comes fuit, & simul exiit. Itaque reminisci eum facit hoc loco, quantum ab initio eius curam gesserit, declarans ei quod uolens eum ad magna prouehere, tanta uidelicet promittendo & implendo, tantum itineris conficere iusserit. Ego sum deus, qui eduxi te de regione Chaldaeorum, ut darem tibi terram hanc, ut in hereditate possideas eam. Num te absque causa illinc euocaui? Num frustra & in uanum te illinc eduxi? Propter hoc iussi ut te in Palaestinam conferres, & relicta paterna domo ires in terram hanc, ut in hereditate eam possideas. Cogitans igitur quantis fruaris nunc per meam prouidentiam, ex eo tempore quo Chaldaeam reliquisti usque in praesens, & quomodo clarus es factus, & per meum subsidium & curam tui quotidie clarior euadis, confide & meis dictis. Vidisti excellentem misericordiam? Vidisti quam congruat huius imbecillitati diuinus sermo, quo eius animam corroborare, & fidem confirmare uoluit, ut ne posthac ad naturae obstacula spectare possit, sed eius cogitare potentiam qui promisit, & ita credere & considerare, quasi iam impleta essent promissa? Verum iterum attende & Patriarcham, quod post fiduciam ex dictis acceptam

acceptam certiora inquirat argumenta. Dixit enim: Domine domine, secundum quid cognoscas quod in hereditatem accipias eam? Tamen si scriptura prius testata fuerit, quod credidit dictis dei, & ideo reputatum est ei in iustitiam, ueruntamen quia audiuit: Propter hoc te eduxi, ut darem tibi terram hanc, ut in hereditate possideas eam, dicit: His quidem quae a te dicuntur, impossibile est, ut non credam: tamen uellem & hunc modum discere, quod eam in hereditatem sum possessurus. Video enim me nunc prope modum ad extremam senectutem peruenisse, & usque in hunc diem obambulare quasi errorem. Et non possum humana ratione deprehendere, quod hoc sit futurum, licet prius crediderim dictis tuis, quod potes ex nihilo res producere, & omnia facere & transformare. Non igitur ut incredulum hoc in interrogo, sed quia iterum mihi hereditatem nominas, uolebam crassius atque clarius signum accipere quod possit infirmas meas cogitationes solidare. Quid igitur bonus dominus & morem gerit suo famulo, & uolens eius corroborare animam, quoniam uidit confidentem suam imbecillitatem, & credentem quidem promissioni, cupientem autem certiora quaedam argumenta accipere, dicit ad eum: Sume mihi uaccam triennem, & capram trimam, & arietem, & turturem, & columbam. Vide quod more humano inquit cum eo foedere. Quemadmodum enim nos homines quando aliquid promittimus, & uolumus certum reddere eum cui promissio fit, ut de promissis nihil ambigat, signum aliquod damus & pignus, ut ad illud spectans scire queat promissa omnino euentura: Ita & misericors dominus postquam dixit Abram: Quomodo cognoscas? inquit: Ecce & hoc tibi praebeto, sume mihi uaccam triennem, & capram trimam, & arietem, & turturem, & columbam. Attende, obsecro, in quam crassitudinem descendendum sibi duxerit bonus dominus, quod patriarcha argumentis copiosis certiore reddat. Nam quia olim ita mos erat paciscendi & pacta firmandi, ideo & ipse uia hac ingreditur. Et accepit, inquit, & diuisit ea per medium. Observandum quod non absque ratione, neque in uanum, etiam tempus assignauit. Triennia enim accipere iussit: hoc est, perfecta & absoluta. Et diuisit ea per medium, & utraque partes inter se posuit obseruatas: aues autem non diuisit. Et sedens obseruabat, ut ne possint diuisas partes laedere aduolantes aues: & per totum diem hoc facere perseverabat. Descenderunt autem aues in corpora & diuisiones eorum, & assidue debat apud eas Abram. Cumque sol iam occumberet, struit ecstasis in Abraha, & ecce timor magnus & tenebrosus inuasit eum. Quare tempore occasus solis, cum iam diei uespera esset: Quia omnimodis attentorem eum facere uult, ideo ecstasis & horror magnus & tenebrosus inuadit eum, ut per omnia quae sunt, sentiat se uidere deum. Eum enim morem deus ubique habet. Nam & quando Moysi in monte Sinai daturus erat legem & mandata: Tenebrae, inquit, & caligo erat, & mos fumigabat. Propter hoc & scriptura inquit: Qui tangit montes &

fumigant. Enimvero quia incorporeum uidere per sensibiles hosce oculos non est possibile, aliter suam nobis operationem significare uult. Igitur quoniam attonitus & perculsus erat animo iustus ille, & concusserat eius mentem timor eorum quae fiebant: Dixisti, inquit ad eum, quod cognoscas? & signum uoluit accipere, quo pacto terram hanc in hereditatem possessurus sis. Ecce do tibi signum, magna opus est fide, ut scias quod possim ex desperatis rebus quoslibet in spem bonam adducere. Et dixit ad Abram: Cognoscens scies quod peregrinum erit semen tuum in terra non sua, & redigent eos in seruitutem, & affligent & humiliabunt eos annis quadringentis: Gentem autem cui seruiet, iudicabo ego: postea egredientur huc cum sarcina multa. Magna sunt haec dicta, & quae ad animam masculum pertinet, qui transcendat & infra se relinquat humana omnia. Nisi enim generosum & fortem, optimisque moribus praeditum habuisset Patriarcha, tanta erant haec ut perturbare potuissent. Sciens, inquit, scito, quod peregrinum erit semen tuum in terra non sua, & redigent eos in seruitutem, & affligent, & humiliabunt eos annis quadringentis: Gentem autem cui seruiet, iudicabo ego: post haec egredientur huc cum sarcina multa. Ne admireris, inquit, apud te ipsum, uidens & senium tuum & Sarae sterilitatem, & uterum eius emortuum, & ne putes magnum aliquid esse dictum, quod dixi: Semini tuo dabo terram hanc. Non solum enim hoc tibi praedico, sed addo, quod & illud semen tuum in alienam abducentur. Et non dixit, in Aegyptum, neque indicauit terrae nomen: sed dixit, in terra non sua, & seruitutem ferent, ac miseriam: idque non ad breue tempus, neque ad paucorum annorum numerum, sed usque ad quadringentos annos. Vltionem sane eorum ego faciam, & gentem illam seruitute prementem ego iudicabo, & sic eos magna cum sarcina huc redire faciam. Interimque praedicens ei, quae posthac certo euentura essent, & seruitutem declarat, & descensum in Aegyptum, & indignationem quam propter eos Aegyptii sensuri erant, & gloriosum eorum reditum. Et ostendit ei, quod non in ipso duntaxat ea quae supra naturam sunt euenient, & post tanta impedimenta dei promissa implebuntur, sed & in toto semine eius hoc continget. Haec autem, inquit, iam tibi dixi, ut priusquam uitam finias, scire possis, quae & nepotibus & posteris euenient. Tu autem, inquit, abibis ad patres tuos, exacta senectute bona. Non dixit, morieris: sed, abibis: quasi peregrinatus eo, & migraturus a patria in patriam. Abibis, inquit, ad patres tuos. Non carnales dicit: qui enim poterat? Incredulus enim erat pater eius, & non erat possibile ut eundem locum caperet, quem ille. Chasma enim, inquit, magnum est inter nos & uos. Cur igitur dixit, ad patres tuos? Iustos nimirum insinuans, ut Abel, & Noe, & Enoch. Exacta, inquit, senectute bona. Et qualis haec senectus bona, ad quam tantis molestiis per omnem uitam uenit? Verum ne hoc attendas homo, sed specta quae illi omnitempore fuit gloria, & quomodo gloriosus uixit peregrinus

Luc. 16. 2

Matth. 19. c.

Matth. 103. d.

peregrinus, qui ciuitate locoq; carebat, & frui ei datum est omni tempore dei subsidio. Non igitur iuxta presentem opinionem res iudica, neq; senectutem esse bonam cense, uersari in luxu, delicijs & crapula, & possessione diuitiaru, & magna pecorū & mancipiorū multitudine. Non enim fecerit senectutem bonā, sed & multā condemnationem attulerit, neq; in senectute continentiam nouisse, neq; ad extremos spiritus de his quæ decebat consulere: sed quotidie indulgere uentri & sectari cōiuiua & ebrietates: de quibus omnibus nō paulo post reddendæ sunt rationes. Sanē qui in uia uirtutis ambulauit, hic uerē exacta senectute bona, uita defungit, & laborum presentiu inuenit mercedes & retributiones. Et idcirco inquit: Tuis quidem nepotibus talia euenient, tu autē ab his exacta senectute bona. Considera obsecro, quo modo nisi multiplex fuisset fortitudo & uirtus exitiā, hæc quoq; conturbare eius mentem potuissent. Dicere em̄ potuissent, Quare promittis mihi tantum semen ex me futurū & propagandum, si tantis erunt mali. & calamitatibus obnoxij, seruitutemq; tot annis toleraturū? Quæ hæc mihi utilitas? Verū nihil horum iustus cogitauit, sed quasi gratus famulus, omnia quæ a deo fiebant boni contuluit, & quæ deo uidebant, suæ præsebat sententia. Deinde & tempus ei significat, quo a seruitute erāt rediturū. Nā quia annos quadringentos seruituros dixit, subdit: Generatione autē quarta reuertentur huc. Verū hic meritō quis addubitet, quo modo quadringentis annis dicit seruituros eos, quamuis neq; dimidiū eorum fuerint ipsi in Aegypto. Et propterea non dixit, quod in Aegypto futuri sint annis quadringentis, sed in terra non sua: ita ut possit cōnumerari cum annis habitationis in Aegypto, & tēpus Patriarchæ, ex quo ei imperatum est, ut Charras egredederetur. Ab illo enim tēpore, tēpus annorū nobis manifestū fecit scriptura, quæ dixit, quod septuagintaquinque annorū fuerit Abrā, quando exiuit ex Charran: ex eo igitur tempore usq; ad exitū de Aegypto, inueniet quis numerū saluum integrū. Dici potest etiā aliter, quod cū dñs sit misericors, & imbecillitati nostræ respondentes faciat pœnas, quia uidit eos ita labore pressos, & Aegyptios magnā in eos crudelitatem exercere, ante definitū tempus ultionē fecit, & ad libertatē eos reduxit. Dei enim mos est, quoniā in omnibus salutē nostrā operat, ut quamuis minet se puniturū, si nos uoluerimus conuersionis exhibere specimina, possimus eius reuocare sententias. Et ediuerso si pollice aliquid suauē nobis daturum, nos autem non afferimus quod ex nobis est, neq; ipse promissum adimplet, ut ne nos ea ratione deteriores fiamus. Atq; hæc inuenire poterūt studiosi sacrarum literarum omnes.

Quarta autem generatione reuertentur huc. Nondum enim compleræ sunt iniquitates Amorrhæorum usq; nunc. Tunc, inquit, erit tempus ut & illi reducantur in libertatem, & ij pœnā luentes pro multitudine peccatorum e terra expellantur. Ambo itaq; fient tempore opportuno, & illo

rum instauratio, & horū excidiū. Nondum enim impleræ sunt iniquitates eorū, quasi dicat aliquis: Nondum in tanto numero peccata fecerūt, ut talem ferat pœnam. Deus enim cum misericors sit, non solum nō inducit pœnas peccatis grauiorē, sed & ualde minores. Atque propter hoc tantam ostendit longanimitatem, ut cum sibijpsis pœnarum sint autores, nullam post hæc excusationem habeant. Vidistis quō Patriarchæ omnia diligenter indicauit, ut unde quaq; eius roboraret fidem, ut ex his quæ ad eū dixerat habere possit fidem, quæ etiam hæc posteritati eius ita accidēt: & uicissim quæ de ea prædixit, fidem faciant quod necesse sit iam fieri quod de ipso prædictum: Postea completa propheta signoq; accepto, Postq; fuit sol ad occasum, inquit, facta est flamma, & ecce clibanus fumigans & lampades ignis, quæ transferūt inter diuisiones illas. Et flamma, & clibanus, & lampades existunt, ut signū habeat iustus firmiterum fœderū, & aduentus diuinæ operationis. Deniq; postq; cōplera & perfecta sunt oia, igne consumente quæ pposita erāt: Testatus est, inquit, dñs in die illo Abræ testamentū, dicens: Semini tuo dabo terrā hanc, a fluuio Aegypti usq; ad fluuium magnū Euphraten: Cinæos, & Cenezæos, & Cedmonæos, & Chettæos, & Pherzeæos, & Raphaim, & Amorrhæos, & Chananæos, & Euzæos, & Gergesæos, & Iebusæos. Vide quō adhuc perseverat, ut confirmet suā in illum promissionem. Testatus est em̄, inquit, testamentū: Semini tuo dabo terrā hæc. Deinde ut ex latitudine terræ, & amplitudine terminorū scire possit quantum extendat eius semen, inquit: A flumine Aegypti, usq; ad flumen Euphraten, tantū erit semen tuū. Considera quō semper excellentiā multitudinis declarare ei uult. Superius em̄ dixit, se sicut innumerabilem stellarum numerū illud facturū: hic & latitudine finiu idipsum declarat, ut & hinc discas quā sit se dilatatura multitudo futura. Neq; hoc solum, sed & iuxta genera gentiu memorat, qualem promissionē semini eius sit daturus, quō copiosis argumentis undiq; fulciatur iustus. Et cum tantæ promissiones essent factæ, adhuc mansit Sara sterilis & senectus eius appetebat, ut ablata maxime fidei suæ coniectura, sciant & humanæ naturæ infirmitatem & diuinæ uirtutis magnitudinem. Verum ne iterū aliquanto prolixius sermonem extendamus, hic finem imponamus: attamen obsecrauerimus uos, ut imitatores sitis huius Patriarchæ. Cogita enim dilecte regem Sodomorum, quomodo propter uerba illa quæ faciebat, imō & propter uirtutem aliā omnem, quam per omnem uitam suam declarauit, tanta mercede eum dignatus sit: & quā congrua humilitate cum eo agere deus uoluerit, monstrans per ea quæ in Patriarcham contulit nobis omnibus suæ liberalitatis immensitatem: & quod uel minimis operibus prouocatus, nos absque mora magnis donis remunerat, si sinceram fidem, sicut iustus ille, declarauerimus, & nunquam mente fluctauerimus, sed eam confirmatam habeamus.

Hinc

Hinc enim & ille probatus fuit. Audi igitur beatum Paulum dicentem de uos fide, quam ab initio ostendit: dicit enim: Fide uocatus Abram, obediuit ut exiret in locum, quem occupaturus erat: & exiuit, ignorans quō iret, illud nobis insinuās, quod a deo dictū est: Egredere de terra tua, & ueni in terrā quam monstrauero tibi. Vidisti fidem firmam? uidisti mentem synceram? Hunc & nos imitemur, & egrediamur mente & alacritate a presentis uitæ negotijs, & iter in cœlū faciamus. Possibile enim est, si uoluerimus, & hic uerfantes eō pergere, quando digna cœlis operamur, quando non spectamus ad ea quæ sunt huius mundi, quando nō gloria uanam huius uitæ inquirimus: sed hac contenti, illam desiderare studemus, ueram illam dico & semper manentē. Quando non in luxu uestium occupati sumus, neq; corpus ornare studemus: sed omnem illum externum cultum in animæ transferimus curā, & non sinimus eam nudam & spoliatam indumentis uirtutum: quando ridemus delicias, quando gulam & crapulam fugimus, quando non conuiuia & cœnas sectamur, sed frugalitatem tenemus iuxta apostolicam admonitionem. Habentes uictum & indumentum, his cōtenti sumus. Quæ enim utilitas superfluorū, dic mihi, ita ut uentrem distendas præ nimia uoracitate, & mentis iudiciū oblectas præ immodica potatione? An nō inde corporis & animæ mala nascuntur omnia? Vnde enim multiplices illæ ægritudines & membra distorta? nōne hinc quod plus quā utile est, uentrem oneribus grauamus? Vnde autē adulteria, stupra, rapinæ, auarorū fraudes, cædes, latrocinia, & totius animæ labes? nōne quia plus cōcupiscimus quā nobis conuenit? Sicut enim Paulus radicem omnium malorum auaritiā uocauit: sic nō quis aberauerit, si fontem omnium malorum dicat immoderantiam, & quod transgredi uolumus suū quisq; usum. Nam si uellemus in alimentis & uestibus & domicilijs & alijs corporalibus cunctis uisibus nihil immodicē concupiscere, sed necessaria tantum querere, multis damnis liberaretur humanū genus. Verū nescio quī fiat quod omnes & singuli modis omnibus auaritiæ dediti sumus, nunquā enitentes ut intra nostros maneamus limites, sed planē contra apostolicū mandatum, quod dicit: Habentes uictum & amictum, omnia facientes, nescientes quod de omnibus quæ ultra usum nostrum sunt, rationem reddaturi simus, quod abusi sumus diuinis muneribus. Non enim hæc concessit, ut nos tantum eis utamur: sed ut & proximorum indigentiam subleuemus. Quali igitur uenia dignandi sunt, qui in uestimentis tantam uanitatē ostentant, & ut uermium texturas gestent solliciti sunt: & quod grauissimum, in his superbiunt: quos oportebat tremere & se abscondere præ confusione, quod ipsi quidē ob nullam utilitatem, neq; necessarij usus gratia, sed tantum ob uanitatem & inanem gloriam, & ut uulgo forens admirationi sint, talibus induuntur: obambulat autē eiusdem naturæ consors, nudus, qui neq;

crassissima ueste amictu se potest: & neq; natura ad cōpansionem ducuntur, neq; conscientia ad optulandum proximo incitat: neq; memoria horrendi illius diei, neq; gehennæ timor, neq; promissionum magnitudo: neq; istucipsum, quod communis dominus noster ut sibi facta usurpat quæ proximis fiunt: sed quasi lapideum cor haberent, & non eiusdem naturæ forent, ita se putāt ob uestiū cultus etiam alijs hominibus superiores esse, non perpendentes secū quātis malis seipfos obnoxios faciant, qui concredita sibi a domino malē disperfant, & nolunt conferuis partem cōcedere: sed potius a uermibus consumi permittētes, grauiorem gehennæ ignē sibi præparāt. Nam si omnia quæ intus reposita habent, indigentibus diuites distriberent, neq; sic supplicium effugerent eorū peccatorū quæ in delictijs uestiū & conuiuiorū admittunt. Quo em̄ supplicio nō sunt digni, qui modis omnibus dant operā ut sericis & auro intertextis induantur, & post se pompā trahūt in foro: Christum autē despiciūt nudum, & neq; cibum necessariū impetrant. Maxime autē sermo iste in mulieres competit. Maiorem enim apud eas inuenimus ornatus cupiditatem & intemperantiā, cum auratis uestibus, & auro in capite, in ceruice, & in alijs corporis partibus ornantur, & in his quoq; superbiunt. Quot pauperū uentres poterant inde pasci, & quot corpora in nuditate agentium poterant cōregi ex his quæ a solo collo & humeris pendent, nullius alterius usus gratia, q; in damnū & nocumentum animæ? Propter hoc & doctor orbis, cum dixisset: Habentes uictū & amictum: uertit statim ad mulieres sermonem, & dicit: Non infertis, uel in auro: uel margarita, uel ueste sumptuosa ornent se. Vides quomodo nō uult eas talibus ornari, neq; auro circūdari, neq; margaritis, neq; ueste sumptuosa: sed uerum ornatum in animam inducere, & per bonorum operum actionem, pulchritudinem animæ illustrare: & ne ab illa quæ in talia inhiat, contemnatur sordida, squalida, panosa, famelica, geluq; rigescens? Hoc enim studium in ornando corpore internam indicat deformitatem, & huius delitiæ illius manifestam faciūt famem: & huius uestium sumptus illius indicat nuditatem. Impossibile est enim aliquā agere curam animæ, & tanti facere corporis pulchritudinem & ornatum: sicut & impossibile, in externo illo cultu tantopere occupatū illius agere curam. Quomodo enim posset anima talis aliquid utile contemplari, uel in cogitationem spiritualium uenire, quæ semel terrenis ita dedita cœpit esse, & humi (ut ita dicam) trahitur, & nunquam caput attollere potest, et obstipa innumeris peccatorum sarcinis seipsam grauat? Nam quot inde nascuntur mala, non possum nunc sermone complecti: sed satis est ut relinquam conscientia eorum qui in ijs occupantur, quantas inde quotidianas molestias experiuntur. Vel enim aliquid intercidit ex aureo illo cultu, & magna tēpestas, magnusq; tumultus oboritur in tota domo: uel famulus surripuit, & omnes flagellantur & uerberantur, & in

& in carcerem conſiſcuntur: uel inuidi quidam inſidiati ſunt, & ſubito ſpoliarunt, & intolerabilis mœror omnes occupat: uel rerum difficultas ingruens in extremam inopiam redegit, & grauiorem morte uitam eis attulit: uel aliud quiddam incidens multam triſtitia peperit. Et in ſumma, nunquam inuenies animam iſtiusmodi occupatam, à turbationibus aliena: ſed ſicut maris fluctus neq; numerari neq; terminari queſit, ſemper nouis ſuccreſcentibus: ita & turbationes inderiententes nemo dinumerarit. Idcirco obſecro, fugiamus in omnibus habendi cupiditatem, & modi transgreſſionem. Veræ enim diuitiæ ſunt, & inexhaustæ facultates, cupere tantum quantum uſui fati, & ea que ad uſum pertinent recte diſpenſare. Neq; enim ille qui hoc facit, inopiam timere poterit, neq; execrationes ſuſtinet, neq; turbationem ſentit: ſed & extra calumniã erit, & liberabitur ab inſidiantibus, & ut ſummatim dicam, in perpetua tranquillitate erit, & quiete ac otio fruatur: & quod maius eſt omnibus, caputq; bonorũ, & deũ habebit propitium, & ſuperna fruatur gratia, utpote factus diſpenſator pecuniarum domini. Beatus enim, inquit, ſeruus ille, quem cum uenerit dominus, inuenit facientem ſic, & diſpenſantem conſeruis, & non arcis & uectibus includentem, & uermibus eſcã fieri permittentem: ſed inopum miſeriam ſubleuantẽ, bonumq; & fidelem diſpenſatorem factum eorum, quæ à domino ſuppeditantur: ut & pulchre huius diſpenſationis magnam mercedem aſſequi, & promiſſa bona obtinere mereat, gratia & miſericordia dñi noſtri Ieſu Chriſti, cui cum patre & ſancto ſpiritu ſit gloria, imperiũ, honor nũc & ſemper, et in ſecula ſeculorũ, Amen.

Sara autem uxor Abram non gignebat ei liberos: ſed habebat ancillam Aegyptiam, nomine Agar. Hom. XXXVIII

RVSVM hodierna lectio linguam noſtram ad mentionem Patriarchæ reuocat, neq; uos admiratio teneat, q; nunc tot diebus hiftoriã eiusdem toties in medium afferimus: nam ne hodie illã abſoluere poterimus. Magna enim abundantia eſt uirtutũ iuſti, & eximia ſunt illius bona opera, adeo ut omnem humanam linguam uincat. Quẽ enim deus ſuperno præconio illuſtrẽ coronauit, quis hominum dignẽ laudare poterit? Nos tamen ſi nõ pro dignitate uiri, certe pro noſtris uiribus, quæ de illo ſcripta ſunt in medium afferẽtes, ad æmulandum & imitandum uirtutem illius, uos inducere cupimus. Sufficit em̄ huius uiri philoſophia ad omne hominum genus erudiendum, & ad trahendum diligenter auſcultantes in uirtutum uiam. Cæterum, obſecro, ut intendatis his quæ dicuntur, quod liceat etiam ex nuper lectis iuſti uitam, quam fuerit bonis moribus prædita, addiſcere. Poſt enim hic locus docere & uiros & mulieres, ut magna inter ſe concordia uiuant, & coniugij uinculum in diſruptũ ſeruent: & neq; uir inſurgat aduerſus mulierem, ſed ut uali inſirmiori maiorem illi ueniam tribuat; neq; mulier uiro ſe opponat, aut ab eo

diſſideat, ſed ut uiciſſim alter alterius onera ſerre certent, domeſticãq; pacem omnibus bonis præferat. At operãpretiũ fuerit audire uerba ipſa, ut fiat nobis doctrina manifeſtior. Sara autem, inquit, uxor Abræ, non peperit ei: cæterũ habebat ancillam Aegyptiã, cui nomen Agar.] Cõſidera dilecte hoc loco indicibilem dei lãganimitatem, & eximiam fidem & gratitudinem iuſti, quam in factis ſibi promiſſionibus declarauit. Cum enim toties promiſiſſet deus ſe daturum ſemini eius terram, & in tanto multiplicaturum numero, ut multitudinẽ ſtellarũ adæquaretur: uidens quod nulla promiſſionũ opere impleteretur, ſed ex promiſſionibus nihil præterq; uerba acciperet, non turbatur ratione, non cõmouebatur mente: ſed manſit immotus & inflexus, credens potẽtiã promittentis. Et idcirco etiã hic ſignanter ſcriptura diuina dicit: Sara autem uxor Abræ nõ peperit, quaſi hoc dicat: Poſt pacta cum eo inita, poſt pollicitationem innumeræ multitudinis ex eo procreandæ, nihil fluctuabat ſecum, uidẽs nihil dictorum opere impleri, ſed omnia contrario modo ſeſe habere. Et propterea dicit poſt illa omnia: Sara uxor eius non peperit: ut diſcas quod nihil illi acceſſit poſt tantas promiſſiones, quamuis Sarã ſterilem & utero emortuo eſſe, in mente iuſti multam hæſitationem ingenerare poterat. Verũ Patriarcha non conſiderat impedimenta naturæ: ſed ſciens omnipotentiam domini, qui naturæ cõditor eſt, uiaq; in inuiſi poteſt inuenire, ſicut gratus ſeruus non quaerit curioſe modũ eorũ quæ fiunt, ſed relinquit incõprehenſibili domini prouidentia, & credit dictis: idcirco inquit: Sara autẽ poſt tantas promiſſiones nõ peperit ei. Habebat autẽ ancillam Aegyptiã, cui nomen Agar.] Nõ abſq; cauſa etiã hoc loco ſcriptura diuina ancillã meminit, ſed ut ſciamus unde habuerit illã. Et idcirco adiecit, quod Aegyptia fuerit, ut ad ſuperiorem hiftoriam recurramus, & quod fuerit ex his quæ Pharaon donauerat. quando enim tanta ultione ab omnium deo potita eſt, redeundo etiam hanc accipit. Studioſe enim nobis & nomen & gentẽ ſignificauit diuina ſcriptura. Verũ ulterius hic cõſidera, quo modo & Saræ mens bonis prædita fuerit moribus, & mirũ in modum cõtinentis, & ſupra q; dici poteſt Patriarchæ obediẽs. Dixit autẽ Sara, inquit, Abræ in terra Chanaan: Ecce cõcluſit me dominus, ne parerem: ingrediẽre igitur ad ancillam meam, ut ex ea prolem procrees.] Vide bene uolentiã mulieris: nihil tale dixit, quale poſt hæc Rachel inquit ad Iacob: Da mihi filios, quod ſi minus, morior ego. Sed quid dicit? Ecce cõcluſit me dominus, ut ne pariam. Et quia, inquit, ſterilem me fecit naturæ conditor, & priuauit me filiorum procreatione, ut ne propter meam ſterilitatem, cum in profundam ueneris ſenectam, poſtea maneat abſq; liberis, ingrediẽre ad ancillam meã, ut ex ea filios procrees. Multiplex & indicibilis mulieris pbitas. Quẽ em̄ unq; mulier hoc ſuſtineret facere, uel uiro talia cõſulere, uel ancillæ cõiugali thoro cedere: Vidifti quõ ab omni uicio fuerint

fuerint alieni: Vnus erat eis ſcopus, ne abſq; liberis hinc decederent: & huc ſpectabãt ut ſic quoq; ſibi conſolationem pararent, & indiſſolubile patris uinculum ſeruarent. Obſerua igitur hic Patriarchæ inſignem continentia, admirabilemq; animi equitatẽ. Neq; enim difficilior fuit uxori propter ancillã, ut imprudentes nonnulli: neq; amor eius erga mulierem immittior factus eſt. Scitis enim multos hanc potiffimũ ob cauſam mulieres deſpicere, ſicut ob contraria adamare, utrunq; ſtolidẽ & imprudenter, qui uxoribus aſcribant ſterilitatem uel foecunditatẽ, quaſi neſcientes quod à naturæ cõditor fiat uniuerſa: & quod neq; coitus neq; aliud quicq; ad procreandos liberos ſufficere poteſt, niſi cooperetur manus ſuperna, quæ naturam ad procreandum excitet. Quæ ſanẽ iuſtus ille ſciens, uxori nõ imputabat quod carebant filiis: ſed congruum honorem ſemper ei tribuebat. Atq; hanc ob cauſam ipſa quoq; officijs cum illo certans, uolensq; declarare ſuam in mariti charitatem, non ſuũ negociũ agens, ſed illius ſterilitatis conſolationem procurans, quaſi ſuis manibus acceptam ancillam Aegyptiã in lectum induxit. quã & uerbis ipſis oſtendit, quã de cauſa faciat, & quis eius ſit ſcopus. Quia ego, inquit, inutilis ſum, & ad generandũ non idonea. Concluſit enim me dominus, ut ne pariam.] Vide prudentem animã, quomodo nihil aſperũ loquitur, neq; ſterilitatem deplorat: ſed ſolũ hoc nobis declarare uult, quod naturæ domino & opifici hoc aſcribens, fortiter & leniter ferat, malẽs quod deo placebat, q; quod ipſa concupiſcebat: & hoc unũ ſpectans, ut uirum ſoletur. Quonia, inquit, dominus me concluſit, ut ne parerem. Quanta huius uerbi emphaliſ eſt, q; ineffabile oſtendit dei potentiam & prouidentia: quaſi diceret. Sicut nos aperimus & claudimus domos: ita & dominus in natura operatur, & ſuo præcepto claudit, & iterum quando uult aperit, & iubet naturã quod ſuum eſt operari. Quonia igitur cõcluſit me dominus, ut ne parerem, ingrediẽre ad ancillam meã, ut ex ea prolem procrees. Scio quod ego ſum cauſa quare nõ habeas prolem, propterea nolo te priuare eo ſolatio. Fortaliſ autẽ & ſuſpicabatur Sara ſterilitatem illam nõ à ſe ſola eſſe, ſed etiã ex Patriarcha: quod uolens certo experimento cõperire, ancillã cedit, & illam in lectũ illius ducit, ut diſcat ſibi uiri rem totam eſſe imputandã. Obediuit autem Abram uoci Saræ.] Magna iuſti uirtus: quod em̄ antea dixi, hoc & nunc dico: quia neq; prior hoc conſuluit, quamuis in extrema ſenectute eſſet, & nunc à Sara admonitus, proptẽ obediuit: docens quod nõ concupiſcentiam uel affectiones ſectando, cõgredi illi uoluerit, ſed ut ſeminis relinqueret ſucceſſorem. Et ut accepit Sara uxor Abræ Agarem Aegyptiã, ancillam ſuã, poſtq; decem annos cohabitãſſet uiro ſuo in Chanaanã, dedit eam Abræ uiro ſuo in uxorem.] Attẽde obſecro ſcripturẽ diligentiam: ut em̄ diſcamus, quod non mox poſt hæc uerba Sarẽ in opus proſiſſerit: ideo dicit: Et accepit Sara uxor Abræ Agarẽ Aegyptiã.

Chryſ.

ptiam ancillam ſuã: quaſi monſtrans nobis quod uxorem cõſolaturus, & obedire ei uolens, hanc rem fecerit. Nã ut euidenter ſcias Patriarchæ continentia & eximia temperantia, dicit: Poſtquã de cẽ annis cohabitãſſet uiro ſuo in terra Chanaan. Nõ abſq; cauſa tẽpus aſignauit, ſed ut ſcire poſſimus quot annis iuſtus fortiter in foecunditatẽ tulerit, & affectionibus ſuperior, magnã declarauerit continentia: neq; hoc ſolũ, ſed ut & aliud quiddam inde diſcamus. Propter hoc em̄ adiecit, Poſtquam decem annis cohabitãſſet uiro ſuo in terra Chanaan: ut ſignificaret quod non omne tẽpus cohabitãtiõis nobis declararit, ſed ſolum quod in Chanaanã conſumpſit. Quare, & ob quã cauſam hoc? Quia ſtatim ut uenit in Chanaanã, miſericors dominus dicens: Semini tuo dabo terrã hãc: & poſt hæc quoq; ſemel atq; iterũ promiſſiones ei fecit: ut ſcias dilecte, q; quamuis per tot annos dominus differret, & promiſſa nõ impleteret, Patriarcha tamẽ nõ fuerit animo turbatus, ſed prætulit ſuã ſententiã diuina dicta. Propterea dicit, poſtq; decem annos cohabitãſſet uiro ſuo in terra Chanaan. Vidifti maſculũ animũ: uidiſti philoſophia huius exercitationẽ, quomodo dominus ut eam magis declaret, ceſſat, ac differt? Nã quia plurimũ ei curæ ſunt famuli ſui, nõ ita ſimpliciter in eos conferre beneficia, ſed ſimul etiã claros facere, fidemq; ipſorũ omnibus manifeſtare uult. Si enim ſtatim ut promiſit ſe daturũ ſemini eius terram hanc, aperuiſſet Sarẽ uulnam, & ſucceſſores dediſſet liberos, neq; tam magnũ monſtraſſet miraculum, neq; tam clara apud omnes fuiſſet uirtus iuſti. Virtus enim dei & tunc quidem manifeſta fuiſſet. Nam emortuam naturæ officinam, & inutilem ad procreandos filios factam, ſuo præcepto iterum uiuificãſſet: at non ita ſuarum laudum corona redimĩtus fuiſſet Propheta, ſtatim promiſſa accipiẽs, ut nunc cum tanto tẽpore ſua probata eſt uirtus, & quotidie facta eſt clarior. Et ut ſcias quod deus nõ ſolum benefacere uult, & dona ſua dare: ſed ſolitus ſit ſua beneficia accepturos facere clariore: uide quomodo hoc et in Chanaanã illa faciat: & idcirco ceſſat & differt, ut nõ ſolum petitionẽ illius exaudiat, ſed & ut illam ipſam in toto orbe nobilem faciat. Quando quidem cõſupplicaret ac diceret: Miſerere mei domine, quia filia mea malẽ à dẽmonio torquetur: neq; reſponſo dignatur eam miſericors & clementiſſimus dominus, alioqui preces noſtras ſemper preueniens. Et diſcipuli quidem neſciẽtes quid futurum, & quod curam ageret mulieris, nolletq; theſaurũ latere, ac ideo non reſpõderet: quaſi cõpactientes acceſſerunt, inquit, & obſecrabãt eum: dicentes: Dimitte eam, quia clamat poſt nos: ſubinducantes ſe iam non ferre illius moleſtia. Dimitte eam, inquit, nõ quia tam erumnofa eſt, nõ quia preces eius rationabiles, ſed quia clamat poſt nos. Quid igitur dominus? Volens & paulatim illius theſaurum detegere, & docere quantum apoſtoli à ſua miſericordia abeſſent, reſpõſum dat, quod & mulieris oecãcare mentẽ, niſi tam ſeruens deſiderium

Matth. 5. c

tom. 1 9 rium

rium tamq; constans alacritas adfuisse, & apostolos ab interpellatione deterrere, potuisset: Non sum missus, inquit, nisi ad oues domus Israel, que perierunt. Et hoc quidē dictum illos absterruit: ne pro muliere intercederēt: sed illam segniorē non reddidit, imō fecit ut magis urgeret. Ita em se habet anima dolens, & cum feruenti affectione accedens: nihil attendit quod dicit, sed unū solū spectat, quomodo uoti cōpos fiat: id quod & ista fecit. Auditis enim his, iterū, inquit, adorauit eum, dicens: Miserere mei. Sciebat domini misericordiam, & proinde magna sedulitate utebatur. Sed uide sapientē illum & solertē, quomodo neq; sic annuat, sed asperius & uehementius illam concutiens, respōsum det. Sciebat em fortitudinē mulieris, & uolebat eam non occulte accipere beneficium, sed ita ut discipuli discerent ex facto dilationis causam, & alios omnes docerēt, quanta sit longanimitatis potentia, & mulieris uirtus. Nam dicit: Non est bonū sumere panem filiorū, & obijcere canibus. Hic obsecro animaduerte, quæ fuerit mulieris cōstantia, quāta alacritate successa quantā in deū fide alata fuerit, cū interim uiscera ipsa, ut ita dicā, præ dolore dissecarētur, & multū filiaē cōpateretur: nō auerfatur, nec retrō cedit ob uerbi contumeliā: sed audito canis nomine, boni cōsulit, & fatetur se catellū, ut à canū liberetur brutitate, & in filiorū allegat ordinem. Audi nūc quid ad hæc mulier dixerit, ut discas quantū differente deo lucrū concedatur. Non solum enim non abegit mulierem dīctorū asperitas, sed in maiorē alacritatē excitauit, nempe postq; audiuit hæc uerba, inquit: Etiam domine, nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt à mēsa dominorū suorū. Vidisti quare huc usq; distulerit: ut per uerba mulieris, fidem illius eximiam discamus. Vide em quomodo statim eā laudauit, & prædicauit dominus, dicens: O mulier, magna est fides tua. Quam principio neq; respōso dignabatur, cum admiratione & laudibus dimittit. Magna, inquit, est fides tua. Erat em reuera supra naturā magna, quod cum uideret semel atq; iterum & sæpius auersantē preces, nō segnior fuerit facta, neq; retrocesserit: sed perseverantia sedula prouocauerit dominū, ita ut uoti cōpos fieret. Fiat enim tibi, inquit, sicut uis. Vidisti quomodo qui prius illam neq; respōso dignatus fuerat, nunc largitionibus certat: Non enim simpliciter annuit precibus illius, sed prædicauit & celebrauit illam. Nam dicēdo: O mulier, monstrauit quomodo fidem eius obstupescat: dicendo autē: Magna est fides tua: diuitias quoq; mulieris ostendit. Deinde inquit, Fiat tibi sicut uis. Quantū uis, quantum animo concipis, tantū præbeo. Tanta em tua perseverantia dignā te declarauit tua petitione. Vidisti mulieris constantiā: uidentis diuinæ dilatiōis causam, uidelicet ut mulierem clariorē redderēt: Redeamus autē, si placet, ad propositā historiā, & discamus quod propter nihil aliud promissiones Patriarchæ factas, tot annis implere distulit, q̄ ut multa cum gloria eas illi concederet, omnibusq; mōstraret iustū fidem: &

idcirco dicit: Postq; decem annos cohabitasset uiro suo in terra Chanaan.] Ut discas quātum præterierat tēporis ex quo promissiones accepisset. Statim enim ut uenit in Chanaan, audiuit: Semini tuo dabo terrā hanc: & tanto intervallo temporis absq; liberis māserat, minusq; apta generationi Sara fiebat. Et dedit, inquit, Agar Abræ uiro suo in uxore.] Vide quantū etiā olim uirtutis studium apud ueteres exercebat, quomodo & uiri tēperati erant, & magnā continentiā habebat rationē, & mulieres zelotypiæ carebant uitio. Dedit em opera dicit scriptura: Et ut tulit Sara Agar em ancillam. Et iterum: Dedit eam in uxore: ut discas q̄ sedatis affectibus, negotiū egerit, & quantum apud eos uirtutis studium. Et ingressus est, inquit, ad Agar, & cōcepit.] Vide quomodo discit Sara quod non iustus in causa fuerit quare cauerint filijs, sed sua potius sterilitas: statim enim congressum cum ancilla subsequuta est cōceptio. Cæterum uide & ancillæ ingratiitudinē, & mulieris sexus infirmitatē: ut discas etiā hoc loco Patriarchæ mirā lenitatē. Et uidit, inquit, quod uerum gereret, & cōtempta est domina corā ea.] Ille enim ferme seruatorū mos est, ut cum parū prosperitatis eis aspirauerit, nequeant intra suos limites manere: sed statim sui ordinis obliuiscantur & in ingratiitudinē propensi sint: id quod & huic ancillæ accidit. Nam ut uidit uteri sarcinā, neq; dominæ admirabilem honestatē, neq; suæ conditionis uilitatē cogitauit: sed inflata & superbiēs contempsit dominā, quæ illam tam cōmendatam habebat, ut & in uiri thalamū admitteret. Quid igitur Sara? Dixit, inquit, ad Abram: Iniuria à te afficior. Ecce dedi ancillam meā in sinū tuū, quæ quia uidit quod uterū gerit, cōtemptū coram ea habita sum. Iudicet deus inter me & te.] Hic que so animaduerte incredibilē longanimitatē & reuerentiā iusti, quæ erga Sarā declarauit, ueniam ab ea petens tam immerito obiecti criminis. Que em manibus ancillam uiro tradiderat, & dixerat: Ingredere ad ancillam meā: quæ suo pte instinctu & sua sponte ad congressum hortata fuerat, ipsa nunc mutato animo, inquit, Iniuria à te afficior. Mulier, nunqd ipse ancillæ cōgressum approperauit: Nunquid intēperantia impellente, ad rem habendam cum ancilla festinauit? A te persuasus & tuo mandato obtēperans, hoc tandē fecit. Qua te iniuria maritus affecit: Ecce dedi ancillam meam in sinū tuū. Quid igit in iuriā improperas? Etiā, inquit: nam quamuis ego dederim, tamē uidens eius temeritatē, debebas cohibere mentē tam petulantē. Nam ut uidit se uterū gerere, cōtemptit me. Iudicet deus inter te & me. Verē hæc mulieris uerba sunt, & infirmi illius sexus: quasi enim hæc inquit ad eū: Ego quidē uolebam tuū mœrorem solari, quē habes ex prolis inopia. Tam officiose hac in re me gessi, ut et ancillā meā meis manibus traderē, & ad cōgressum inhortarer: tu autem qui uidens hanc inde fieri temerariā propter uteri sarcinā & magno saltu inflari, debebas reprimere & ulcisci eius in me iniurias: quasi omnium priorum

priorū oblitus, me despicias etiā tu, me que tibi tot annis cohabitauit, & ab Aegyptia ancilla mea cōtemnor. Iudicet deus inter te & me. Dolentis animæ uerba. Et nisi tantis uirtutibus præditus fuisset Patriarcha, & in tanta reuerentiā Sarā habuisset, ægrē tulisset hæc uerba, & ex dīctorū asperitate dolorē concepisset. Verū eximius ille ad sexus fragilitatē spectans, omnē dedit ei potestātē. Iudicet deus inter me & te. Cogita quantam rem egerim, ut te cōsolarer, uolens te uel in senectute patrem fieri, etiā ancillam meā in locū meum adduxi: tu autē uidens illam tam ingrātā, non ultus es, nō repēdisti mihi uices beneuolentiæ quā in te declarauit. Iudicet deus inter me & te. Ille, inquit, qui abscondita omnium cordiū nouit, ipse erit iudex inter nos: quod ego quidē uicis omnibus affectionibus, tuā consolationē meæ prætulit, & in lectū meū ancillam meam induxit: Ipse autē nihil horum quæ à me facta sunt cogitans, permittit illi ut cōtra meam insurgat lenitatē, nec audaciā reprimis, neq; ingratiā castigas. Quid igit adamas ille, fortis ille athleta, qui undequaq; coronas sibi plectebat: monstrans etiā in hoc suā uirtutē, uide quid dicat ei. Dixit autē Abram ad Sarā: Ecce ancilla tua in manibus tuis, utere ea ut tibi libitū fuerit.] Ingens iusto uirtutis studium, mirā æquanimitatis excellentia. Non solum em non ægrē tulit ea que Sara dixerat, sed & admodū mansuere respōdit & inquit: Suspicas me autōrē esse contumeliarum quibus affecta es, & putas mihi placere quæ ancilla aduersum te ausa fuit, quoniam semel cōmunicaui mihi in lecto: discas q̄ nisi hoc suscepissem ut tibi gratificarer, ne à principio quidē admisissem ancillam in lectū meū: ueruntamen ut re ipsa certior fias, ecce in manibus tuis est, utere ea ut tibi placuerit. Num quis potestātē tuā minuit? Num dominū tuū à te ablatū est? Nam licet cum ea cōgressus fuerim, salua tamē adhuc est potestas tua, nec ipsam manumissisti: puni, castiga, increpa: ut uis & tibi placet, sic age cum ea, tantū ne succenseas, tantū ne mihi imputes quæ illa temerē egit. Neq; em meis affectionibus incitatus rem cū ea habui, ut erga illam ita afficiar quod contra equitatem ei gratificarer. Scio quem tibi debeā honorē. Non ignoro familiaritū ingratiitudinē. Nulla mihi eius rei cura uel ratio. Vnum tantū est cui studeo, ut tu mœrore careas & turbatione, ac in omni lis honore. Hoc est uerū contuberniū, hoc mariti officium, quando nō magna diligentia ad mulieris spectat uerba, sed imbecillitati sexus ueniā nō nihil cōcedit, hoc unū fatagens, ut è medio tollat tristitia, & pax atq; cōcordia cōstringatur arctius. Audiant uiri & imitent iusti lenitatē, & tantū honorem ac reuerentiā mulieribus tribuāt, ut & imbecilli uasculo parcat, & concordie uinculū crescat. Illæ em uerē sunt diuitiæ, illæ maxime sunt facultates, si uir cum muliere nō discordet, sed cōiuncti sint ut corpus unū. Erunt enim, inquit, duo in carnem unā. Tales & si in paupertate sint, et si in uilitate, omnium sunt beatissimi, uerā percipiunt uoluptatē, & in continua consistunt tranquillitate.

Chryl.

Sicut contrā, qui hæc nō fruuntur, sed zelotypia laborant, & bonū pacis amittūt, etiam si magnis affluant diuitijs, etiam si sumptuosas habeant mensas, etiam si clari fuerint ac nobiles, miserissimi omnium sunt: turbas & fluctuationes sibi quotidie excogitant, & uicissim suspicant, nullamq; uoluptatē habere possunt, interno bello omnia cōsumdente, multamq; eis amaritudinē intrehente. Verum hic nihil tale, sed Patriarcha indignationem matris familiæ sua placauit lenitate, & data ei in ancillam potestatem, domū pace repleuit. Et afflixit eam, inquit, Sara, & aufugit à facie eius.] Postq; puniuit eam ob temeritatē domina, fugā inijt ancilla. Qui scilicet seruatorū mos est, quādo nō permittitur eis more suo agere, & impediunt eorum conatus, statim dominorū ruptis frenis, fugā capessunt. Cæterū uide & hoc, quomodo ancillæ superna prouidentia nō deest, quod iustus in maiori sit honore. Nam quia iusti semen intra se gerebat, ideo & angeli uisitationē meruit. Inuenit eā, inquit, angelus domini prope fontē aquæ in solitudine in uia Sur. Confidera misericordiā domini, quomodo nullū despiciit, sed etiam si seruus sit uel ancilla, suam erga eum declarat prouidentia, non ad dignitatē respiciens eminentiā, sed ad animæ affectionē. Hic autē non propter ancillæ meritū angelus assistit, sed ob honorē iusti. Nam, sicut dixi, digna erat quæ non negligeret, ob dignitatem seminis iusti, quod in ea conceptū. Et ut inuenit eam angelus, dixit ei: Agar ancilla Saræ, unde uenis, & quō uadis?] Vide quomodo & angelus dicit eam in memoriā suæ conditionis inducūt. Nam ut attentiorē reddat, statim appellationem nominis eius in mediū affert, & dicit: Agar. Solemus em diligentius auscultare, quādo nostris nominibus uocamur. Deinde dicit, ancilla Saræ: quo recordari eā facit dominæ suæ, ut sciat quod licet particeps fuerit herilis lecti, attamē dominā agnoscere debeat Sarā. Et uide angelū interrogatē, ut eā ad respondendū necessitatē cogeret. Vnde, inquit, nunc in solitudine hanc aduenisti, & quō contendis? Atq; ob hoc in hac solitudine comparat angelus, ut ne putet aliquē ex uulgaribus uiatoribus præterire. Solitudo em erat, & nullus alius aderat: & idcirco ut sciat, non esse quē uis è uulgo qui sibi colloquit, postq; in eremo apparuit, rogauit ex ea. Et inquit illa: A facie Saræ dominæ meæ ego fugio.] Vides quomodo non negat dominā, sed confitetur uerē omnia: Non est, inquit, homo, ut possim decipere. Primū dixit nomen meū, & domine meę meministi, congruū est ut et ego uera dicā. A facie, inquit, Saræ dominæ meæ ego fugio. Vide quomodo citra odium meministi dominæ. Non dixit, malè me afflixit: nō dixit, grauiā mihi fecit, non possum ferre molestiam eius, & ideo fugam inij: nihil asperū loquuta est, sed solū seipsam ut fugitiuā accusauit. Vidisti eius probitatē: Vide quid iterū angelus ei dixit. Dixit autē ei angelus domini, inquit: Reuertere ad dominā tuā, & humiliare sub manibus eius.] Ad hoc quidem dicitur: A facie dominæ meæ fugio, inquit: Reuertom, i o 2 tere

tere & ne sis ingrata erga dominam tuam, quae de te tam bene merita est. Deinde quia ex fastu & superbia mentis dominam suam in iram excitauerat, inquit: Et humiliare sub manibus eius, subiecta esto ei: hoc enim tibi proderit. Agnosce seruitutem, ne ignores dominum, nihil sublimis sapito, ne plus de te quam oportet senti. Humiliare sub manu eius, magnam praeter te fer obedientiam. Satis eius animam demulserant angeli dicta, satis eius spiritum compresse rant, satis frenauerat eius furorem, multamque in cogitationibus serenitatem fecerant. Caeterum ne putaret temere & absque causa id curam in eam impensum, sed discat quod propter semen iusti tantam benevolentiam assequutura sit: uide quomodo eam consolatur & mentem eius erigit, & consolationem dat, quae abunde sufficiat, cum ira subiungit: Et dixit ei angelus domini: Multiplicabis multiplicabo semen tuum, & praeter multitudinem non numerabis. Et tibi, inquit, praedico tantum fore seminem tuum, quod neque numero subiaceat. Ne igitur moesta sis, neque succubas, neque turberis animo, sed praeter te fer omnem obedientiam. Ecce enim uterum geris, & paries filium, & uocabis nomen eius Ismael. Ideo, inquit, & partum tibi praedico, & nomen iam impono puero qui nascetur, ut re certius conperta uiam remetiariis, & emendes quod deliquisti: quia audiuit dominus humilitatem tuam. Hinc discamus, quantum sit in afflictionibus lucrum, quanta calamitatis utilitas. Postquam enim secessit, & dolor auctus est, multisque circumdata est afflictionum molestiis in solitudine, in ualitate & angustiis uersans, post tantam prosperitatem, & in parte cum domina sua dignitate euecta: ideo acceleratum nata est subsidium. Haec enim tibi erunt, inquit, quae promissi, & paries filium, & semen tuum innumerabile erit, quia probauit dominus humilitatem tuam. Ne igitur grauatum feramus, si molestiis prementibus humiliemur. Nihil enim ita nostrae naturae conducit, ut contrahere & humiliare superbum spiritum, & inflationem mentis deprimere. Tunc enim nos magis audit dominus, quando cum dolore animae & corde contrito ipsum inuocamus, maiorem in precibus sedulitate adhibentes. Quia audiuit dominus humilitatem tuam. Postea praedicit pueri qui nasciturus erat studium. Hic erit, inquit, agrestis homo, manus eius contra omnes, et manus omnium contra eum: contra faciem omnium fratrum suorum tabernacula figet. Praedicit ei quod uirilis & fortis erit, quod bellator, quod agriculturae uocabit. Vidisti propter Patriarchae honorem quanta sint & ancillae facta: Quicquid enim illi impensum est, ad honorem Patriarchae pertinet. Haec ubi consuluit & felicitate annuntiavit, recessit. Caeterum uide iterum ancillae probitatem. Et uocauit, inquit, nomen domini, qui loquebatur sibi: Tu es deus qui uidisti me: quia dixit: Coram uide eum qui uidit me. Propter hoc uocauit puteum, puteum ubi coram uidi, inter Cades & inter Barad. Vides quomodo & haec uult perpetuam memoriam insingere loco per uocabuli impositionem? Vocauit enim locum, puteum ubi coram uidi. Vidisti

asti & ancillam crescentibus afflictionibus aliquanto castigationibus moribus fieri, & magnam gratitudinem declarare erga eam propter quam tanta ei collata beneficia? Et peperit, inquit, Agar Abrahae filium, & uocauit Abraham nomen eius, quem peperit sibi Agar, Ismael. Hic discimus quantum bonum sit mansuetudo, quantum lucrum habeat, & quantum fructus ex afflictionibus proueniat. Nam mansuetudine Patriarcha placauit Sara indignam bundam, & famulae potestatem ei dedit, domumque pace repleuit: afflictionibus autem fructus in ancilla uidere licet. Quia postquam ab hera afflictam fugit, & multum erummosa fuit, dolenteque anima dominum inuocauit, statim superna uisitationem assequuta est. Ut enim discat quod per humiliationem & afflictionem tantam benevolentiam inuenierit, dicit angelus ei: Uterum geris, & paries filium, & uocabis nomen eius Ismael, quoniam audiuit dominus afflictionem tuam. Itaque dilecti cum sciamus quod si sobrii & prudentes fuerimus, tribulationes nos magis domino appropriare facient, & tunc poterimus eius gratiam nobis conciliare, quando dolente anima & seruidis lachrymis ipsum accedimus: ne doleamus in afflictionibus, sed lucrum ex eis facientes, omnia quae nobis eueniunt placido feramus animo: discamusque humani esse & mansueti erga omnes, maxime autem mulierum nostrarum curam agamus, ut siue iuste siue iniuste nos arguant, ne ita ad uitium & accuratè excusiamus causas: sed unius rei nobis cura sit, ut tristitia causa e medio tollatur, crescatque ac roboretur pax domestica: ut & illa ad uirum suum habeat conuersionem, & uir ab externis ac forensibus negotiis & turbationibus ad eam quasi ad portum confugiat, & omnigenam inueniat consolationem. In adiutorium enim data est, ut contentus eius consolatione, quae occurrunt aggredi queat alacrius. Nam si sit ornata uirtutibus & mansueta, non solum uiro suo praebet consolationem, sed & in alijs omnibus multum sit utilis: omnia illi leuia & facilia reddit, & percipere non sinit illas externas molestias, neque difficultates quae quotidie domi nascuntur: sed quasi gubernator optimus omnem eius tempestatem in serenitatem sua sapientia conuertit, intelligentiamque sua magnam confert consolationem. Enim uero qui sic coniuncti fuerint, a nulla rerum difficultate male habebunt. Quando enim concordia & pax & uinculum dilectionis cum muliere & uiro fuerit, omnia simul affluunt bona, & nullis insidijs expositi sunt, magno & inexpugnabili quodam muro circumdati, sua iuxta dei praerceptum concordia. Hoc ferro fortiores eos reddet, hoc omnibus diuitijs & abundantia magis conferet, hoc supernam gloriam eis parabit, hoc & dei benevolentiam eis ubertim conciliabit. Proinde oro, ne quid illi praefendum existimemus: sed omnia faciamus & agamus ut tranquillitas & pax sit cohabitantibus. Tunc enim & filij qui nascuntur, uirtutem sequentur, quos imitabuntur & serui, & undequaque domus uirtute florebit, eritque multiplex rerum prosperitas. Quando enim diuina praer-

na praerimus, facile alia omnia prospere nobis succedent, & nihil difficile putabimus, suppeditante nobis omnia largiter diuina gratia. Vt igitur etiam ipsi absque tristitia temporis istius uitam transigamus, & maiorem domini benevolentiam nobis conciliemus, concordiam & pacem in domum nostram introducere conemur: complexisque hanc uirtutem, curam nobis sit ut honeste enutrientur liberi, curam nobis sint & mores famulorum: ut pro omnibus larga accepta remuneratione, mereamur promissa bona, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & spiritu sancto sit gloria, imperium & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Quando autem factus est Abram XCIX annorum, apparuit ei deus. Homil. XXXIX



Atis uidistis dilecti, nihil otiose in diuina scriptura positum: Scitis quantum utilitatis heri percepimus, cum de Agar ancilla fugitiua differeremus? Didicimus enim magnam Patriarchae lenitatem, eximia contentiam, reuerentiam qua Sara complexus est, & quomodo concordiam bonis omnibus praefendam duxerit. Vidistis dei ineffabilem misericordiam, quomodo in honorem iusti non solum reduxit Agar, quae in solitudine errabat, & ob timorem dominae aufugerat, sed & ei Ismaelem prolem dedit, inde iusto magnam solatium procurans, tantamque patientiae mercedem ei tribuens. Et postquam natus est Ismael, uult nos docere scriptura tempus & numerum annorum Patriarchae. Unde assignauit, dicens: Quando natus est Ismael, annorum octoginta sex erat Abraha. Videamus autem & hoc loco, id quod & ex sequentibus discemus, eminentiam iusti & ineffabilem atque eximiam misericordiam domini. Sciamus autem utraque euidenter, si item tempora uitae iusti addiscere poterimus: & quomodo bonus deus quae ad se attinent omni tempore dispensat, probans suum famulum, & piam eius mentem detegens. Ipse enim clare praesciebat famuli sui bonam mentem, & animae eius pulchritudinem nouerat, margaritamque hanc euidenter agnoscebat. Sed quia uoluit omnibus tunc presentibus eum manifestare, ut & posterioribus seculis ad imitationem ac zelum, eos qui aemulari uolunt, prouocaret: idcirco paulatim mentem iusti tam opulentam nobis detegit, ut discamus & nos diuinis promissionibus non diffidere, neque dilationem grauatum ferre: sed maiorem spem in inuisibilibus quam uisibilibus ponere, quae dominus omnium promiserit: & sciamus, quod non sit possibile ut unquam intercidant promissa dei: quin & si longo post tempore eueniat aliqua a diuinis promissionibus diuersa, ne propterea mens turbetur, sed cogitemus eius qui promissit inuictam uirtutem et sapientiam: & quod quandoque uoluerit, opere quae probant complere poterit, omniaque ei cedent & obtemperabunt. Nam quia dominus est naturae & opifex, potes etiam est dare ea quae supra naturam sunt. Ne igitur ad propriam imbecillitatem respicientes, curiosius quae a deo sunt inquiramus, Chryf.

neque ad naturam ordinem intendentes, mente claudicemus: sed sicut grati famuli immensam domini nostri potentiam non ignorantes, credamus eius promissionibus: et humanis uirtutibus superiores facti, promissa assequamur omnino: & cum eius fruimur benevolentia, pro nostra uirtute deum quoque ueneremur. Maximus enim hic est noster honos, quem offerre possumus, ut uirtute sua fidamus, etiam si praeculis uideamus diuersa. Et quid admiraris apud deum honorem maximum esse, cum apud nos maximum honorem sibi impensum putent homines, quando aliquid uile & modicum promittunt, nosque de promissionibus non fluctuamus, sed promissionibus bene fidimus? Quod si hoc in hominibus, qui tam crebro fallere solent, uel ob infirmitatem praestare nihil ualent: quanto magis dei promissiones credere debemus, etiam si interim multum temporis interfluat? Quae nunc non absque causa dicta sunt, ut scire possimus, cum uenerimus ad principium eorum quae hodie nobis sunt proposita, quomodo misericors deus uolens apud omnes nobilem reddere Patriarcham, tot annis suam longanimitatem seruauit: & iustus non aegrefert, nec segnior fit, nec desperat, sed bona spe uegetatus, religiosum animum in omnibus praese fert. Sciamus autem liquidum omnem Patriarchae uirtutem, si didicerimus quantum tempus interfuerit. Omnia enim beatus Moses spiritu sancto afflatus docebit. Quid igitur ille dicit? Quando obediuit mandato dei, & migrans a Charris, in Chananaeam contendit, annorum erat septuagintaquinque. Et statim ut uenit in Chananaeam, dominus promissit ei & semini eius daturum se omnem terram: & tanto numero multiplicaturum, ut innumerabile fiat sicut stellae & Chariena. Et post promissionem hanc multa interim acciderunt iusto, nempe descensus in Aegyptum propter famem, rapina Sarae, & statim diuina consolatio. Iterum post reditum ab Aegypto, alie molestiae a rege Gerarorum, & statim subsidium. Atque haec omnia uidens iustus, post promissionem quae ei euenerat, non turbabat animo, neque curiosius disquirebat, quare accepta promissione tali, in tantas tentationes quotidie incidat, & tanto tempore maneat absque prole. Noluit enim, utpote pius, humani iudicij rationibus ea quae a deo fiebant submittere, & boni consulebat, gratumque suscipiebat quaeque deo fuerat uisa. Et post decimum annum suscepit Ismaelem ex ancilla, et in illo putat quod reliquum erat promissionis adimplendum. Erat enim Patriarcha quando natus est ei Ismael annorum octoginta sex: & iterum tredécim annis exercetur a misericorde deo in patientia donec eius promissio impleatur. Nam quemadmodum uidisti aurum in coflatoria fornacula purgari, ita temporis accessione iusti uirtus clarior fit & illustrior.

Quando enim factus est Abram annorum nonagintanovem, apparuit ei deus iterum. Et quare nam tanto tempore distulit, ut non solum iusti patientiam & uirtutem discamus, sed & immensam suam potentiam uideamus. Cum enim spei nihil esset in natura, quae ad procreandam prolem

inutilis erat, & mēbra prae senectute languida & frigida essent, tunc tandem iusti uirtutē detexit, & suā potētiam indicauit, promissionem implendo. Sed operepretium est iterum audire, quae cum illo deus loquutus est uerba. Cum factus esset, inquit, nonagintanouem annorū, apparuit ei deus & dixit ei.] Cum autem audieris, apparuit, nihil humile suspiceris, neque putes oculis carnalibus uideri diuinā illam & incorruptibilem substantiam, sed pie omnia intellige. Apparuit, inquit, ei deus: hoc est, uisitatione sua illum dignatus est, & dignum duxit eum cuius curā ageret, usus magna sermonis attemperatione. Dicit enim, inquit, ad eum: Ego sum deus tuus, esto probatus coram me, & esto irreprehensibilis, & ponam testamentum meum inter me & inter te, & multiplicabo te ualde. Et prociidit Abram super faciē suam.] Magna iusti gratitudo, excellens item clementissimū dei in illum misericordia. Ego sum, inquit, deus tuus: quasi diceret, Ego sum qui usque in praesens res tuas uarijs modis dispenso. Ego sum, qui te ē domo tua euocaui, & huc duxi, qui omni tempore propugnator tuus sum, & qui te inimicis praeualere feci. Ego sum: & nō dixit simpliciter ego sum deus: sed, ego sum deus tuus. Vide mirā bonitatem, quomodo hoc etiam additamento amorem suū erga iustum declarauit. Nam qui totius mundi est dominus, & uniuersū opifex, creator coeli & terrae, dicit: Ego sum deus tuus. Ingens profecto honor qui iusto huic habetur. Sic & prophetis loqui mos est. Nam sicut ipse nunc, cū sit dominus communis omnium, a seruo ut peculiaris uocari uoluit, & inuenimus eū post hanc dicentem, Ego sum deus Abraham, deus Isaac, deus Iacob: ita & prophetae dicere cōsueuerunt: Deus deus meus: non circūscribentes eius dominium, sed amorem immentum declarātes. Non igitur mirum si homines hoc faciāt, cum & ipse idem faciat. Caterū ne miremur dilecti, sed audiamus Prophetam dicentem: Melior est unus faciēs uoluntatem domini, quam decies mille peccatores. Et iterū audiamus Paulum dicentem: Obambulauerunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus nō erat dignus hic mundus. Sic Prophetam quidem pronuntiat unum bonū impijs decem millibus meliorē. Beatus uero Paulus doctor orbis, memorās bonos omnes in afflictionibus hic agentes, inquit: quibus non erat dignus hic mundus. Ita cum dixisset totum mundum, mundo opposuit eos qui hic uexantur & affliguntur, ut discas quāta sit uirtutis magnitudo. Atque ob hoc dominus deus inquit ad Patriarchā: Ego sum deus tuus, sis probatus coram me, & esto irreprehensibilis. Neque enim cōtemnam tuā uirtutis sudores, sed ponam testamentum meum inter me & inter te, & multiplicabo te ualde. Non tantum, inquit, faciā te in multitudinē magnam crescere, sed magnam ualde: manifestans augmentationem plurimam. Quod supra dicebat, cum diceret arenā & stellas: id hic per aduerbiū ualde significauit. At gratus & religiosus famulus, uidens tantā dei er-

Exod. 3. b

Psal. 62. a

Eccle. 16. a

Heb. 11. g

ga se misericordiā & obsequiū atque curā, obstupefactus, animoq; uersans & naturā suā, & bonitatem immensamq; misericordiā dei, Cecidit, inquit, in faciē suam. Quia figura suam indicauit gratitudinem. Non solum em tunc non fuit factus arrogantior, neque superbiebat propter fauorem dei, quem experiebat, sed & multo magis humiliabatur. Et cecidit, inquit, in faciem. Ita em gratā animae, quanto maiori fruunt fidutiā, tāto maiorem deo reuerentiā exhibēt. Cecidit, inquit, in faciem suam. Et quia post tātam fidutiā iustus seipsum & naturae suae imbecillitatē considerās neque oculos attollere ausus fuit, sed in faciē pronus suā declarauit reuerentiā, uide iterū boni dei ineffabilem liberalitatem. Loquutus est, inquit, deus dicēs: Ecce ego & testamentum meum mecū, & eris pater multitudinis gentiū, & nō uocabitur ultra nomen tuum Abram, sed erit nomē tuū Abraham: quia patrem multarum gentiū cōstitui te, faciāq; te crescere ualde: & ponam te in gentem, & reges ex te egredientur.] Considera dilecte, quomodo praedicat & nunc manifestē omnia, & ut maioribus eum argumentis certū reddat, etiā literā addit nomini eius, & inquit. Eris pater multitudinis gentiū. Non uocabitur enim nomen tuum Abram, sed Abraham: quia patrē multarum gentium constitui te. Nā prius nomen eius transitum indicabat, iuxta Hebraeorū linguam: & hoc scitū qui linguā illius sunt periti: quia parētes eius nomen hoc indiderant, eo quod a patria sua in Chanaanā transiturus erat. Iam fortasse dixerit quispiam: cū parentes eius infideles fuerint, unde illa scientia, ut rem multo tēpore postea futurā nomen cōpleterentur? Sed est etiā hoc omnipotētis sapientiae dei argumentū, quae saepenumero per infideles eiusmodi res dispenfat: & multa similia inuenimus etiā in alijs facta. Statim enim occurrit nobis & Noe uocabulum: neque enim absque causa & inuanū etiā huic nomen indiderunt parētes, sed praesignarunt subsequuturū diluuium. Enim uero & huius patrem non ideo nomen puero indidisse quod ipse iustus esset, audi scripturam dicentem: Noe solus inuentus est iustus, perfectus in generatiōe sua. Non autē obticuisset scriptura, neque dixisset, Noe solus iustus erat, si & Lamech pater eius uirtutem iusti fuisset imitatus. Impositurus itaq; puero nomen, inquit: Et uocabitur nomen eius Noe: hic faciet nos quiescere ab operibus nostris, & a molestijs manū nostrarum, & a terra quā maledixit dominus deus. Vnde illi praescientia eorum, quae post tot secula erant euentura: dicit enim: Uocabitur Noe, hic nos quiescere faciet. Nomen autē Noe, lingua Hebraeorū, quies dicitur. Itaque quia ingruēte diluuiō hic solus mundus seruatorus, & posterioris seculi futurus autor erat: idcirco, inquit, hic faciet nos quiescere: requiem diluuium uocans. Diluuium em magno undarum impetu superueniēs, sceleratorūque nequitiae finem imponens, & terram quasi delasatam malitia hominū, multaq; labe pollutā purificauit, inhabitantū uitijs dudum impuram, & ipsos

ipfos homines per supplicium ad quietem adduxit. Mors enim, ut inquit ille, requies uiro. Vidisti quomodo & per incredulos multa saepe praesignari facit: eodē modo & Patriarchae nomen parētes indiderant, statim ab initio declarantes quod peregrinus erat futurus & transiturus flumen in terram alienā. Inquit igitur: Quoniā nomen a parentibus tibi inditū illud praesignauit: accipe & unius elementi additionē, ut scias quod hoc tibi declarat te multarum gentiū fore patrem. Et uide euidentiam uerborū. Non dixit omnium gentiū, sed multarum gentiū: quia erāt & aliae gentes expellendae, ut semē iusti haereditatē acciperet: ideo dicit, Patrem multarū gentiū cōstitui te. Sciens, inquit, tuā uirtutis magnitudinē, multarū gentium doctorem te faciam, & crescere te faciā ac multiplicari ualde ualde, & ponam te in gētes, & reges ex te egredientur. Dilecti, ne perfunctoriē transeamus quae dicuntur. Nam si cogitauerimus Patriarchae aetate, quod haec in extrema senectia audijt, stupefcemus iusti uirtutē, & misericordis dei eximiā potentiam: quia ex homine propemodū mortuo, & mēbris inualido, quicq; quotidie morte pra oculis imaginabat, in tantū auctū iri significauit semen, ut & in multas gentes fiat, & ex eo reges egrediant. Vidisti quomodo crescant promissiones? Faciam te crescere, inquit, ualde ualde. Duplicationē huius aduerbiij non frustra adiecit, sed ut significet iusto miram multitudinē dandam. Proinde in nomine, quasi in columna quadam indelebili, promissionē ei inscripsit. Et statuatam, inquit, testamentum meum inter te, & inter semen tuum post te in generationes eorum, in testamentū sempiternū, ut sim deus tuus.] Non solum erga te hanc meam declarabo prouidentiam & curā, sed & erga semen tuum, et post tuam mortem. Vide quomodo resocillat animam iusti, promittens ei quod & seminis eius multam, curā sit habiturus. Et quae uirtus testamenti? ut sim deus tuus, inquit, & seminis tui post te. Hoc enim erit tibi summa & caput honorū. Et dabo tibi & semini tuo post te terram in qua peregrinus es, omnem terrā Chanaan in possessionē sempiternam, & ero eorū deus.] Propter tuā, inquit, uirtutē & posteritū tui erunt mihi cōmendatores, & dabo eis in possessionem pternam terrā Chanaan, & ero eorum deus. Quid est, Et ero eorum deus? hoc est multam me eorū curā habere ostēdam, & meum subsidium illis praestabo: tantum tu testamentum meum obserua, & semen tuum post te in generationibus eorum. Nihil aliud a uobis requiro, q̄ obedientiam & gratitudinem, & ego omnia quaecūq; pollicitus sum, opere cōplebo. Insuper uolebat eos qui ex ipso propagādi erant, facere suum peculiarem populum: & ut postea cum multitudine propagaretur, non se gentibus illis, quarum haereditatē occupatura erat, cōmiseret. Et aliās quia iuxta praedictionem suam in Aegypto seruituri erant, ne gentibus se cōmiserent in Aegypto, circumcissionem signi gratia iusto praecipit, & inquit: Hoc est testamentum quod seruabis inter

me & uos, & inter semen tuū post te in generationibus illorum. Circūcidetur in uobis omne masculinū. Circūcidetis carnē praeputij uestri.] Deinde ut doceat & illos & omnes nos quare hoc iniunxit, & quod nō alterius cuiuspiā gratia, q̄ ut esset assignatus & sibi segregatus populus, inquit: Et erit in signū testamēti inter me & uos. Et postea etiā de tēpore imperat, quo cōueniat hoc fieri. Puellus, inquit, octo dierū circūcidetur, & uernaculus, & emptitijs: & omnes in summa, ut ita dicā, qui apud uos sunt, hoc signum suscipient. Et quisquis non circūcidetur in die constituto, perdetur: quia testamentū meū dissipauit, quia transgressus est (dicit) praecipitum. Vide sapientiā domini, quomodo cum sciret eos nō admodum bonae mentis futuros, signū circūcisionis quasi frenum quoddā imposuit, ad indomitos eorū impetus cōhibēdos, ut ne gentibus cōmiserentur. Nam quia sciebat eorū lasciuia, & quod licet infinites moniti ut se ab illicito contineant, non parerent: ideo dato eis perpetuo memoriali, iniicit eis circūcisionis signū, quasi uinculū quoddam: deditq; eis terminos & regulas, ultra quas transire eis nō liceat: ut in nullo cum gētib; se cōmiserent, sed sua gente cōtenti essent: ut Patriarchae semen inpermixtum maneret, atq; ita promissa in eis compleri possent. Et quēadmodū uir aliquis prudens & lenis, ancillam habens petulantē mandata illi dat ne unq; extra uestibula prodeat, neq; cū praetereuntibus conueniat: ita & misericors dominus circūcisionis signū carnī eorū indidit, quasi pedibus uinculum quoddā: ut domesticū habentes signum, non ultra doctrina aliorū opus habeant. Atqui improbi insensatiq; Iudaei etiam hoc tēpore circūcisionē seruare uolunt, puerilemque declarant mentē. Cuius enim gratia, dic mihi, circūcidi uolunt? Nam tunc quidem, ut ne impijs gentibus se cōmiserent, hoc in mandatis acceperunt: nunc autē per dei gratiā omnibus ad lucem ueritatis adductis quae circūcisionis utilitas? Nunc quid ad animae libertatē confert carnis depositio? Non audierūt manifestē deum dicentē: Et erit in signum testamēti: quasi demōstrantem quod ob multam insipientiam tali signo indignerint. Ita enim & in humanis rebus nonnunquā fieri solet. Quando nō habemus aliquibus fidem, curamus ut ab ipsis signū pignoris loco recipiamus. Similiter & omnium dominus, sciēs mentū inconstantiam, hoc ab eis signum petere uoluit: non ut maneat signū hoc, sed ut postq; signata finem acceperint, & signi usus auferatur. Nam sicut qui signum repetunt, & pignus accipere uolunt, cum negotium perfectum fuerit, tūc et signū tollunt: ita etiā hic cum signaretur populus Patriarchae, signū hoc apud uos introduci oportebat, quoad gētes illae, propter quas signū accepistis, esse cessarent: at nunc cū illae ad ueritatis lucem properent, uestri est nō iam propriae ingratiudinis indiciū circumferre: sed liberos esse, & ad pristinam generositatē redire. Considera em quod eximius ille Patriarcha, priusquā acciperet circūcisionis

mandatum (nonaginta enim & nouem annorum A erat, quando hoc ei praeceptum est) & acceptus fuerit deo, & multis modis a domino praedicatus sit. Et quia propediē per natiuitatē Isaac promissiones erant implendae, & augendum genus, & Patriarchae emigrandum ex hac uita: nunc demum accipit mandatum circuncisionis, & tam grādis natu circunciditur, ut posteris omnibus lex quaedam & regula fierent ea quae Patriarcha prior fecerat. Et ut euidenter discatis dilecti quod hoc nihil ad animae uirtutē conducat, ex his quae sunt hoc intelligere potestis. Cur enim infans octo die rum circūciditur? Tempus hoc definitū a misericordē deo duabus de causis opinor. Vna, ut in aetate immatura facilius circūcisionis in carne molestiā ferre queat: alia, ut rebus ipsis disceremus, quod id animae nihil conducat, sed hoc fiat signi gratia. Pueri em immaturi, cū ea quae sunt ignorant, neq; sensum eorū habēt: quam inde in anima sua utilitatem accipere possunt. Illa em sunt uerē bona opera animae, quae ex electōe sunt. Animae enim bonū opus est uirtutē eligere, & malitiam fugere. Animae bonum opus est, ut ne plura q̄ oportet concupiscat, & facultates tribuat indigentibus. Animae bonū opus est, nō addictū esse rebus praesentibus, sed eas quidem despiciere, futuras autē continuo in animo habere. In carne uero signum accipere, quale bonū opus fuerit. Verum dementes illi & insensati Iudaei, quāuis iam illuxerit ueritas, adhuc in umbra sedent: & quāuis sol iustitiā affulserit, qui lucis suae radios undiq; emisit, adhuc candelabri luci sunt addicti: & quāuis sit tempus ut solido pascantur cibo, ipsi adhuc lacte nutriantur. Neq; beatū Paulum audi Rom. 4. b re uolunt clamantē & dicentem de Patriarcha: Et signū accepit circūcisionis, signaculum iustitiā fidei in praepitio. Vide quomodo utraq; nos docuit, & quod accepit signi loco circūcisionem, & quod cum praepitatus erat, iustitiā ex fide declarauerit. Quippe ne impudenter Iudaeus dicat, Nōne circūcisio ei iustitiā conciliauit? idcirco beatus ille ad pedes Gamalielis eruditus, & in lege apprime institutus, inq;: Ne putetis impudentes Iudaei, quod circūcisio uobis aliquid ad iustitiā cōferat: nam cum tēpore praepitij fidem praese ferret, dictum est de eo: Credidit autē Abraham deo, & reputatū est ei ad iustitiā. Cum igitur esset iam iustus ob suā in deum fidem, in signū circūcisionē accepit. Et prius quidem nomini eius litera addit, deinde autē circūcisio imperatur: quod ostendit deus, quod ob multā uirtutē iustitiam peculiariter possederit, & propter illum etiā eos qui illi nascituri erant. Et quādmōdū cū quis seruum comparat, nomē eius & figurā saepe immutat, omniāq; facit ut sciatur suus esse, & dominium suum innotescat: ita nimirū & omnium dominus, quasi posthac separare eos uolens ab alijs hominibus, adiecta quidē litera, declarauit quod multorum populorū esset pater: circūcisione autem, quod electus eius populus futurus esset; & ab alijs gentibus sequēstratū semē ex eo nasciturum.

Quod si illi ob cecitatem suam adhuc seruare uolunt circūcisionē, non audientes iterū Paulum dicentem: Si circūcidimini, Christus nihil uobis proderit: nam propter hanc affuit dominus, ut omnia illa tolleret, atq; propter hoc legē impleuit, ut legis obseruatio finem haberet: & idcirco dicebat beatus Paulus: Quicūq; in lege iustificamini, lege excidistis: nos certē credamus beato huic, & non manufactā circūcisionē suscipiamus. Dicit em, In quo circūcidimini circūcisione nō manufacta, in despoliatione peccatorū carnis, in circūcisione Christi. Deinde docēs nos diligētius quid sit circūcisio, subdit: Consepulti ei in baptismo. Sicut em illos circūcisionis signū ab alijs gentibus segregauit, & demonstrabat quod peculiariter ad deū pertinerēt: Simili modo etiā apud nos, circūcisio per baptismū, euidentiorē facit separationē & discretionē fidelium & infidelium. Dicit em: In quo circūcidimini circūcisione nō manufacta, in despoliatione peccatorum carnis. Nam id quod illic operat circūcisio in despoliatione carnis, hoc hic agit baptismus in despoliatione peccatorū. Igitur qui semel carnis peccata exuimus, & puram induiti sumus uestē, maneamus dilecti in puritate, magistrēmus affectiōes carnis, uirtutē amplexemur. Et qui sub gratia sumus, eum qui in lege, imō ante legē fuit, amulemur: ut cum uestigia eius sequēdo, uitā nostrā rexerimus, mereamur in illius sinu occurrere, & sempiternis frui bonis, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cū patre & sancto spiritu sit gloria, honor, imperiū nūc & semper, & in secula seculorū, Amen.

Et dixit deus Abraham: Sara uxor tua nō uocabitur Sara, sed Sarra erit nomen eius.

Homilia XL
AGE reliquias hesternae mensae nobis apponamus, & finem hodie imponamus sermōni, immo benedictioni & promissioni, quem uniuersorum dominus cū Patriarcha habuit. Verum audiens reliquias mensae, ne quid sensibile suspiceris. Neq; em quales sunt edulcorū sensibilibus, tales sunt spiritualium reliquiae. Illae enim licet uariae sint, non tamen parem uoluptatem conuiuatoribus praestant: nam si in die posterū fuerint seruatae, inutiles fiunt omnes. haec uero nō solum si in unum & alterū diem, sed & quātoius tempore relictae fuerint, eandem seruāt uoluptatē. diuinae enim sunt & spirituales, neq; ullis eis a tēpore periculum imminet: sed quotidie nouū uigorē acquirūt, & eos qui illis frui uolunt, multa implent laetitia. Proinde quia talis harū reliquiarū uis est, age alacriter & uos magnā inde uoluptatē referete, & nos fidentes earū efficacitae, apponamus eas uestrae charitati. Verū ut nobis sermo ille manifestior uideatur, operapretium fuerit meminisse finis heri dictorum, ut sic facto contextu doctrinam attingamus. Heri praepitum circūcisionis adduximus in mediū, & quod dixit deus Patriarchae: Circūcidatur omne masculinum uestrum, & erit in signū testamenti inter uos & me. Et puer

Et puer octo diebus circūcidatur. Et qui non circūcisus fuerit, peribit anima illa: quia testamentum meum dissipauit. Ibi sermōnem finiuimus in circūcisionis materia: & ne multitudine dīctorū uestra adobrueremus mentē, nolimus ultra progredi. Neq; enim hoc solum curamus ut multa dicamus anteq; abeat, sed nostri sermōnis doctrinam uestris uiribus cupimus esse adequatam, & ut fructu quopiam inde percepto ex his quae dicuntur, domum redeatis omnes. Age igitur ad ea quae dicta sunt, adiungamus & reliqua: & uideamus post circūcisionis praepitū, quid misericors deus Patriarchae loquatur, & proponat. Et dixit, inquit, deus Abraham: Sara uxor tua nō ultra uocabit nomine suo Sara, sed Sarra erit nomen eius. Quemadmodū, inquit, nomine tibi imposto significauit quod pater sis futurus multarum gentium: ita & uxori tuae similiter appono literam, quia nunc tēpus adest ut olim a me promissa impleantur. Erit enim, inquit, nomen eius Sarra. Benedicā autem eam, & dabo tibi ex ea filium, & benedicā illum, & erit in gētes, & reges gentium ex eo exibunt. Et idcirco prius literā adieci, ut scias quod omnino fient quae a me dicta sunt. Ne igitur ad infirmitatē naturae spectaueris, sed potius ad uirtutis meae magnitudinē respiciens fidem habes ijs quae a me dicta sunt. Benedicā enim eam, & dabo tibi ex ea filiū, & benedicā illum, & erit in gentes, & reges exibunt ex eo. Excedunt humanam naturā promissa. Et simile fuit, quasi aliquis polliceretur ex lapidibus homines se facturū. Nihil enim a lapidibus differēbat, quantū ad generationē attinet. Et Patriarcha praesentē tēpore propē impotens erat, & ad procreationē filiorum omnino inutilis: & Sara ad hoc quod natura sterilis erat, laborabat & aetatis & senectutis uitio. Caterum iustus haec audiēs, & putās olim dei promissionem impletā in Ismaele, quando dixit, Tibi & semini tuo dabo terrā hanc: nec existimans, quod hoc tribueretur ei qui ē Sara nasciturus erat: cogitabat secum quod promissiones impletae essent. Nunc autem audiens dominū deum dicentē: Benedicā Sarā, & dabo tibi ex ea filium, & benedicā illum, & erit in gentes: & iterum: Ex illo reges gentium egredientur: cum nesciret quid diceret, neq; enim discere potuit tam religiosus ad suam respiciens aetate, & Sarae sterilitatē usq; ad illam aetatem: concilij anceps & obstupescēs promissionē dei: Cecidit, inquit in facie suam, & risit. Videns excellentē promissionē, & magnitudinē eius qui promiserat cogitans, cecidit in faciem suam & risit: quū uoluptate perfunderetur, & in animo cogitaret quomodo iuxta humanum morem hoc fiat, & num centenariū nascat filius, & num sterilis & nonagenaria repētē possit idonea fieri ad partū. & haec cum animo cogitasset, nō autē debat tale quiddā lingua effari: sed monstrata sua gratitudine, orauit pro Ismaele, quasi diceret: Domine satis me cōsolatus es, & dolorē quē ex proli inopia gerebā, dato Ismaele in laetitiā uertisti. Nato enim illo, neq; in mentem postea accepi uel

cogitauit aliquādo quod ē Sara sit mihi futurus filius, sed neq; ipsa hoc expectauit, eo quod Agā, mihi tradidit omnē sibi spem denegans. Satis, cōsolationum accepimus nato filio Ismaele. Hic igitur qui a te datus est, uiuat, oro te, & abunde satis recreati erimus, & senectutē nostrā illius uita solabitur. Quid igitur ad haec misericors dominus? Quia satis piā iustitiam tanto tēpore probauerat, & Sarā fidē: quia uiderat utrunq; nihil sibi de suis promittentē uiribus, Abrahā quidem propter senectutē, Sarā autē propter sterilitatē & annos, dicit: Quia omnino uobis hoc esse uideatur impossibile, nam & ego tādū distuli, ut ostendam quod longē ultra naturā sit donū quod concedo, quod & uos aliq; omnes per haec discāt quod natura sim dominus, & ad quodcumq; libuerit ea utar, & ipsa obedit & cedit meis praepitis. Qui enim eam ex nihilo produxi, multo magis quum iam sit & claudicer, erigere possum. Ut igitur melius confidere possis, audi & expergiscere, & repulsis cogitationibus mentis tuae accipito ex his quae tibi afferuntur certū argumentū. Ecce em Sara uxor tua, quam putas tum propter sterilitatem tum propter aetate parere non posse, ipsa pariet tibi filiū: & ut nihil haesites, ecce tibi & nomē eius qui nascetur praemonstrabo. Eum enim qui nascetur uocabis Isaac. Et ponā testamentum meum ad eum in testamentum sempiternū, & semini eius post eum. Hic enim est quem primū et ab initio tibi promisi, & in hoc promissiones meae implebuntur. Proinde & omnia tibi praedico, nō solū quod nascetur, sed & quomodo eum uocabis, & quod ei constituum testamentū meum. Et ad haec quod & semini eius post eum. Insuper dominus omnino accumulare uolens beneficia, & uota iusti superare: quoniam mentē eius crexerat, & per ea quae promisit ferē iuuenem ex sene fecerat, & eum qui mortuus erat, ut ita dicā, uerbis fecundarat, benedictiōis eū largiōsimis prosequens, inquit: Et haec quidem, quae scilicet promisi, opere complebo: & in super quod de Ismaele rogasti, concedam tibi. Auditi em orationē tuā. Et ecce benedixi eum, & augebo eum: & multiplicabo eū ualde ualde. Duodecim gētes generabit, & dabo eum in gentem magnā. Quandoquidem enim, inquit, sementium est, sic augebo eum & multiplicabo ualde, ut duodecim gentes ex eo procedant. Caterū testamentum meum statuā cum Isaac: quem tibi Sara pariet tempore hoc, anno sequente. Vide, obsecro, hic dilecte, quomodo iustus in uno temporis momento mercedes omnis tēporis accepit, & impletum est illud, quod Christus discipulis suis dixit: Quisquis reliquerit uel patrem, uel matrē, uel domum, uel fratres, propter nomē meum, & hic centuplum accipiet, & illuc uitā aeternam in haereditatē accipiet. Considera enim quoniam iustus ille propte praepitum domini obaudiuit, & relicta domo paterna, praetulit alienā natali: quomodo paulatim multam praese ferens patientiam, in fastigium uirtutis progressus, ita illustri & spectabilis factus est, ut ex eo nati astris coeli adaequent. Fortasse

Rom. 4. b

Acto. 22. d

Galat. 3. d

Rom. 6. d

Matth. 23. d

Mar. 10. d

tasse si quis bene uelit intueri, non solum centu-
plum accepit hic iustus, sed decies milles millescu-
pla. Quod si hic tanta consequutus est, quis sermo
narrare posset, quibus post hæc fructurus sit ille?
imò etiã hoc, quantum nobis possibile, sermo ostē-
dere poterit. Quādo em̄ audis quod omnes iusti
ab illo tēpore usq; nunc, & usq; ad consummatio-
nem temporū, opus orationis faciunt, ut in sinu
Patriarchæ occurrant; quē alium hoc maiorē ho-
norem cōmendare quis poterit? Vidisti quanta
res sit patientia, quanta uirtus, quantum sit esse reli-
giosum, & magnā præ se ferre gratitudinē in be-
neficijs dei? Quia enim quādo oportebat sua attu-
lit, magna gratitudine omnia ferēs, tam iucūda,
q̄ iniucūda; propterea misericors deus caput bo-
norum, & id quod iustus maximē cōcupiscebat,
largitus est. Considera enim, quomodo uiginti-
quatuor annis probauit iusti uirtutē. Quando e-
nim exiit à Charris, & obediuit præcepto domi-
ni, septuagintaquinq; annorū erat: nunc autem
postq̄ hæc audiuit, nonaginta & nouē annos ex-
cesserat. Hæc audientes dilecti, discamus prom-
ptam exhibere obedientiã, & nunq̄ in laboribus
uirtutum uel dormire, uel torpescere: sed scire,
quod dominus noster benignus est et munificus,
& pro paruis laborib; magna reddit præmia: non
solum in futurū immortalia bona reponēs, sed &
in præsentī uita nostræ naturæ infirmitatē multis
largitionibus consolans. Quandoquidem & Pa-
triarcha iste nō paucas mediō tempore sustinuit
molestias, tamen aduersa prosperis nō mediocri-
ter tēperabatur. Vniuersorū enim deus nostri cu-
ram agens, neq; semper in aduersis nos manere
relinquit, ut non deprehendat nostrā infirmitas;
sed celeriter & ipse opitulat, firmās nostrā alacri-
tatē, & mentem excitans: neq; semper in prosperi-
tate nos esse relinquit, ut ne siamus negligēti-
ores, & in uitiorū partes transfugiamus. Humana
em̄ natura quādo multū prosperē ei succedit, suæ
obliuiscitur generositatis, neq; intra suos limites
subsistit: Idcirco quasi clementissimus pater ali-
quando nobis indulget, aliquando castigat, ut ua-
rijs uisjs nostræ animæ salutē curet. Quoniã & me-
dicus, quando infirmū curat, neq; semper in fame
detinet, neq; semper larga mēsa frui sinit, ut non
uoracitas febrim paritēs augeat morbum, famies
uero infirmiorē eum efficiat: sed cōiectans apud
se quantæ sint egrotantis uires, & diligēter utens
arte, omnia sua in mediū affert. Similiter & mise-
ricors deus, sciens quid cuius expediat, aliquan-
do concedit nobis prosperitate frui, aliquādo au-
tem exercitationis gratia tētationibus nos circun-
dat. Nā siue aliqui uirtute præditi fuerint per tē-
tationē clariores euadunt, abundantiore sibi fir-
pernam gratiã conciliantes: siue, ut nos, peccato-
res fuerint, si magna gratitudine tētationes ferāt,
grauē deponūt peccatorū sarcinã, multa q̄ uenia
& ipsi potiunt. Ideo obsecro, cum sciamus potē-
tiam et sapiētiam medici animarū nostrarū, nunq̄
curiose eius dispensationes inquiramus. Enimue-
ro cū eas neq; mens nostra cōprehendere ualeat,

magis obstupescamus & glorificemus deum pro
omnibus; quod talē habemus dominū, qui men-
tis nostræ captū excedit. Nā etiã si sciremus, quo-
modo res dispensaret: attamen neq; sic sciremus
quid nobis uilē foret, ut ipse scit. Neq; sic nostra
nos curamus, ut ipse salutē nostrā; & omnia facit
& tractat, ut ad uirtutē nos inducat, & à diaboli
manibus eripiat. Et cum uidet nihil prodesse no-
bis prosperitatē, tunc sicut bonus medicus qui a-
nimaduertit habitiores fieri eos quorū curā gerit,
propter crapulam, ad sanitatē per continentia re-
ducit: Ita & eximius animarū nostrarū medicus
dimittit paulisper nos tentari, ut sentiamus quan-
tum damni ex prosperitate acceperimus; & quan-
do scit profutura remedia, tunc celeriter nobis sub-
sidio cōcedit ut à tētationibus liberemur, & suæ
prouidentia curā ubertim declarat. Itaq; etsi aliqui
præditi uirtute in tētationē incidant, ne turben-
tur, sed hinc meliorē spem cōcipiant: quia afflictio-
nes & tētamenta præmiorum eis sunt materia.
Quod si in peccatis fuerint, & aduersa eis eueni-
ant, ne propterea grauatim ferāt, sciētes quia sem-
per peccatores purificant aduersis, modo grato
animō suscipiamus ea quæ eueniunt. Grati enim
famuli est, non solum gratū esse domino, quando
ubertim ex sententiã omnia succedunt: sed & ut in
aduersis eandem gratitudinē declaret. Sic em̄ Pa-
triarcha ille gratus fuit deo, et tantā apud deū ob-
tinuit fidutiã, & dona accepit quæ supra huma-
nam sunt naturā. Sed operæpretiū est ut ad infir-
mitatē sermonē redeamus, & uideamus iusti obedi-
entia: & quomodo fecit quod à deo imperatū est,
nō quærens causam, sicut multi insipientes faciūt,
& de his quæ à deo fiunt curiose querūt, & dicūt:
Quare hoc, & quare illud? & quæ hinc, & quæ illinc
utilitas enascit: sed sic ut famulus diligēs dominū,
quæcūq; præceperit implere studēs, nihil ulterius
percōtans: & ut discas, audi quæ sequunt. Postq̄
enim dominus promissionē ei fecit, & cōpleuit
sermonē suū, statim iustus quæ imperata fuerunt
perfecit, & signū hoc quod à deo erat datū, indi-
dit Ismaeli, circūcisionē dico, & omnib; uernacu-
lis & emptijs, sicut loquutus est ei deus. Circun-
cisus est autē & ipse. Nonaginta em̄ & nouē anno-
rum erat quando circūcidit carnem præputij sui:
Ismael autē erat annorū tredecim. Ne putes absq;
causa scripturā proponere nobis numerū anno-
rū, Nam ut ex hoc discas iusti magnā obedientiã,
quod cū iam in decrepita esset ætate, leniter tulerit
dolorē propter præceptū dei, propterea facit
illam enumerationē: & nō ipse solū, sed et Ismael,
& omnes uernaculi circūcidunt. Neq; hoc fortui-
tum fuerit. Non enim idē est carnē sanā & malē
habentē secare. Nā licet medici quoq; mēbra in-
firma aliquādo incidunt, at nō est similis dolor:
Emortuū enim membrū, ut ita dicā, & uitali ope-
ratione destitutū tunc incidunt. Hic autē senex &
decrepatus (cētum enim annorū erat) cruciatum
libenter tulit, simul & præceptum dei implere uo-
lens, & filium & uernaculos omnes propitiores
reddens, ut ne cederent, sed magna alacritate dei
præce-

præceptum implerent. Vidisti quanta res sit uir
præstans uirtute, quomodo ministros omnes do-
cet ut sua uestigia sequantur? Nam id quod heri di-
cebam, hoc item & nunc dico, quod propter hoc
ferē ex illo die præceptum fuit à deo, ut immaturā
ætate hoc ferret pueri, quod absq; sensu incisionem
carnis ferrent. Verum considera dei misericordiam,
& ineffabilem eius erga nos beneficentiam. Illa enim
circūcisio dolorem habet & laborem: & nulla alia ex
circūcisione fuit utilitas, q̄ hæc sola, quod ex hoc
signo essent cognobiles, & ab alijs gentibus seque-
strarentur. Nostra autem circūcisio, baptismatis, inquam,
gratia, medicinam habet citra dolorē, & innumera bona
nobis affert, & spiritus sancti gratia nos implet, & nul-
lum definitū habet tempus sicut illic: sed licet &
in prima & in media & in ultima ætate hanc non
manus factam circūcisionem recipere, in qua non
sustinetur labor, sed peccatorū deponuntur onera,
& remissio inuenitur omnium peccatorū, quæ
per totam uitam gesta sunt. Quippe cum deus ui-
dit grauem nostram infirmitatē, & quod ægrota-
remus incurabiliter, summaq; indigeremus medi-
cina, & indicibili misericordia: dispensans nostrā
salutem, largitus est nobis per lauacrū regenera-
tionis inuouationē: ut deposito homine uetere,
hoc est operibus malis, & induti noui, in uisā uir-
tutis eamus. Verum iterum oro, ne deteriores si-
mus illis infensatis, deteriores Iudeis dico. Illi em̄
suscepto circūcisionis signaculo in tuto erant ca-
uentes ne ultra cum gentibus se miserent, quan-
tum ad communionis rationē pertinet: quantum
enim ad impietatem, sæpe illos etiam uincebant.
At nos cum semel suscepimus baptismi circūci-
sionem, ita securē nostra corrigamus. Non dixe-
rim quod nō liceat nobis uersari inter gentes: sed
licet cum illis uersetur, nostram tamen custodia
mus uirtutem: sic eos ad nostram trahentes reli-
gionē, ut per bonorū operum administrationem
magistrorū eis uice simus. Ea enim de causa com-
munis omnium dominus permisit simul uersari bo-
nos & malos, pios & impios, ut boni lucrifaciant
malos, & qui in malitia adhuc sunt detenti, manu
ducantur ad pietatē. Nihil enim ad eodē gratum est
deo ut salus animarum. Proinde, obsecro, ne si-
mus negligētes, neq; nobis, neq; alijs. Quantum ad
nos attinet, ita instituiamus uitam, ut uisum est &
probatum deo: quantum autem ad proximū, sic lu-
ceamus uirtutibus, ut etiam silentibus nobis, om-
nes quotquot nos uident, satis doceantur. Nam si
cut si uirtute præditi sumus, multū & ipsi lucra-
mur, & infidelibus usui sumus: ita si negligentes
fuerimus, & ipsi magnam dabimus poenam: & a-
lijs occasio scandali erimus. Et sicut uirtutem am-
plexati, duplicem mercedem à deo accipiūt, tum
quod ipsi uirtutē exercuerint, tum quod alios ad
uirtutis cōmunionē traxerint: ita & in peccatis,
nō solum punimur quod ipsi peccauimus, sed &
quod alijs scandalo fuimus. Verū absit ut aliquis
eorū qui hic sunt talis fiat, sed omnes nos ad ædi-
ficandum eos qui nos uident, uitā instituiamus, ut

possimus magna fiducia stare apud tribunal Chri-
sti, & ineffabilia illa bona consequi: quæ nobis o-
mnibus cōcedantur, gratia & misericordia domi-
ni nostri Iesu Christi, cum quo patri & sancto spi-
ritui sit gloria, honor & imperium, nunc & sem-
per, & in secula seculorum, Amen.

Apparuit autem ei deus apud quercū Mam-
bræ, sedēte ipso ad ianuā tabernaculi sui me-
ridie.

Homilia XLI



Vnctabundus hodie nec admodū ala-
cris ad docendum enarrandumq; acce-
do. Nam cum mente repeto, quod no-
bis quotidie insonantibus, admonenti-
busq; & spirituale hoc uobis conuiuuiū apponēti-
bus, multi ex his ipsis qui assunt, & spiritualis hu-
ius doctrinæ, & horrēdæ atq; terribilis mēsa par-
ticipes, totos dies in spectandis ludis equestribus
perdūt, & perinde atq; nō doceremus, tam nihil
proficiūt: sed quasi consuetudini cupiã feruētēs,
si tantū annuat eis diabolus, sua sponte accelerāt
ad impia illa spectacula, & seipos ulro maligni
dæmonis illaqueant retibus: & neq; nostra admo-
nitio, neq; periculum ipsum, neq; inutilis ipsa cō-
uersatio, docere eos possunt: qua tandē prompti-
tudine docebo uiros, quibus nō est animus ut ex
ijs quæ dicunt proficiāt: Et ne mireris. Si quidem
& agricola, cū post multos labores & erūnas steri-
lem uidet agrū, neq; digna laboribus mercede re-
spondētē, non parī alacritate illū seminat & co-
lit. Et medicus quoq; uidens infirmū suis manda-
tis non obtēperare, sed uacantē quotidie his quæ
morbum in crudescere faciūt, sæpenumero in sua
illum ægritudine relinquit, ut experientia ipsa ut-
tur magistra. Similiter & qui disciplinas pueros
docent, uidentes illos priora respuere, & abijcere
eorū quæ antea tradita sunt memoriã, sæpe auer-
santur: sic negligentia eorū correcturi, & ad ma-
ius studium reducturi. Veruntamen agricola tar-
dior quidem sit, quia uidet damnum suum maius
fieri, utpote qui laborem & sumptus ferat, & fru-
ctibus destituatur. Medicus autem nō immeritō
ægri sæpe relinquit: corpus enim est quod cu-
ratur, & propter hoc dimittit, ut doloris accessio
morbu sentiri faciat, & sic tandem medicinā non
respuat. Magister autem ludi pueros, eo quod te-
nera sint ætate, utiliter nonnunq; plagis castigat.
Verū nos præcellentes illos omnes, hoc agemus
ut paternū erga nostros amorē declaremus: & do-
ceamus, si in illa negligentia manserint, eos inde
maiorē condemnationis causam habituros. Nam
agricola quidē non parī alacritate seminat, cogi-
tans sumptus hæcenus fuisse inutiles: nos autē ab
hac cura liberi sumus. Licet em̄ iacto spirituali se-
mine, ob auditorū ignauiam fructum non capia-
mus, perfecta nobis tamen futura merces: pecu-
niam enim concreditā expendimus, & mādaturū
domini impleuimus: superest ut auditores ratio-
nem reddant ei qui repetiturus est concreditā. Ve-
rum hoc nobis nō satis est, quod extra damnum
sumus, & quod nostrum est implemus: sed uolu-
mus ut & uos ex dinumeratis pecunijs multum
nego

negotiemini, ut ne obnoxij fiat supplicio quod
luit ille qui talentum recōdidit, & dominicā pecu-
niam non solum non multiplicauit, sed & ipsam
in terra defodit. Tales enim sunt qui sermones au-
diunt, talentū enim hos uocat & pecuniā, neq; o-
peram dant ut fructum afferat. Sed forte dixerit
quispiam, parabolam istam talentorū de doctōri-
bus esse dictam; nec ego hoc nego. Verum si di-
ligenter eam intueamini, scietis quod doctores
quidem debent dinumerare pecuniam: sed uos
non solum eam seruare, sed & similiter negotiari
debetis. Quod ut discas, operapretium fuerit eam
in medium afferri. Paterfamilias quidam, inquit,
pergreꝛe proficiscens uocauit seruos suos, et dedit
uni quidē talenta quinque, alij autē duo, alij uero u-
num. Post multū autem tempus, cum aduenisset
ipse, uenerunt serui: & ille quidem qui acceperat
quinque talenta, accessit dicens: Domine, quinque ta-
lenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucra-
tus sum. Magna serui frugalitas, larga etiā domi-
ni benignitas. Et quid dicit? Euge serue frugi &
fidelis, super pauca fuisi fidelis, super multa te cō-
stitua: ingredere in gaudium domini tui. Quoniam,
inquit, in ijs quæ tibi credita sunt, bonæ frugi ap-
paruisi, dignus es cui & maiora tradant. Acces-
sit autē & qui duo talenta acceperat, dicens: Non
ne duo talenta mihi tradidisti? ecce alia duo lucra-
tus sum in eis. Habuit & ille in pecunijs domini
sui debitā curā, & beneuolentiā, unde & eadem
quæ superior meritis est. Et quare ille q̄ duo attu-
lit talenta, eundem consequitur honorē, quē ille
qui talenta quinque attulerat? merito: augmentatio-
nem em̄ & imminutionem, nō uel huius diligen-
tia, uel illius negligentia fecit, sed concreditorum
quantitas. Nam quod ad diligentiam attinet ambo
pares fuerunt, proinde & eandem dignitatem as-
secuti sunt. Verum alius ille nihil tale fecerat: sed
quid? Accessit, dicens: Cognoui te, quod auste-
rus homo sis, metens ubi nō seminas, & congre-
gans ubi non spargis: & ueritus abij & occultauit
talentū in terra. Ecce habes quod tuum est. O ne-
quitiā serui, o insignē ignauitā. Nam nō solū iusta
contēpsit, & nihil negotiatus est talēto sibi cōcre-
dito, sed & pro lucro accusationē attulit. Ita em̄
solet malitia, obtenebrat rationē, & eum qui se-
mel à uia aberrauit, per abrupta præcipitem dat.
Hæc autem omnia de magistris dicta sunt, ut talen-
ta sibi concredita non abscondant, sed omni dili-
gentia discere cupientibus apponant. Verū ultra
audi dilecte ex indignatione erga illū, quomodo
& discipuli rei sunt: & nō solū illa repetitur quæ
cōcredita, sed & cū lucro operatio quærit. Quid
igitur dicit illi dominus? Serue nequā. Terribilis
indignatio, & minæ ualentes per se percellere a-
nimū. Sciebas, inquit, quod metā ubi nō semino,
& congregem ubi non dispersi: oportebat igitur
te pecuniā tuā dinumerare mensarijs, et ego cum
uenissem, cū lucro repetissem illam. Pecuniam di-
cens eloquia pretiosa: nūmularios autē uos qui sus-
cipitis. Tuum quidem fuerat, ait, tantū dinume-
rare, meum autē repetere ab illis non solum dinu-

Matt. 25. b

merata, sed & usurā. Videtis dilecti, quātus in di-
ctis terror. Quid ergo dicent, qui cōcredita serua-
re negligunt, quādo & lucrū ab eis requiritur? Et
uide misericordiā domini. In his sensibilibus pe-
cunijs prohibuit ne quis usurā acciperet. Quare,
& ob quam causam? quia uterq; magno dāno as-
ficitur. Nam debitor quidē inopia atteritur, cre-
ditor autē augens diuitias, & peccatorū accumu-
lat sibi multitudinem. Proinde ab initio olim lu-
dæis crasioribus tale dedit præceptū, dicēs: Non
foeneraberis fratri tuo & proximo tuo. Quia igitur
excusatione digni erunt, qui ludæis sunt inhu-
maniores, & post gratiam, & tantā à domino mi-
sericordiā inueniunt his qui sub lege fuerunt in-
feriores, imò peiores? In spiritualibus autē repeti-
tur se promittit usuras. Quare? quia omnino di-
uerso modo se habent spiritualis usura, & sensibi-
lis. Illic enim à quo requiritur fuerit, subitō in
extremā inopiā defertur: hic autē à quo exigitur,
quādo bonæ mentis fuerit, quanto maiorem usu-
ram afferet, tāto largiori fruatur remuneratione.
Quocirca dilecti, cum uobis concredita dinume-
rauerimus, uobis necessariū erit duplicē afferre la-
borem & uigilantiā, tum quod dinumerata custo-
dienda sunt ut fixa maneant: tum quod operan-
dum ut & alijs cōmunicentur, & multos in uiam
uirtutis inducāt: ut bifariā uobis lucrū accrescat,
tum pro salute uestra, tum pro aliorum utilitate.
Quod si hoc feceritis, et uos reddetis beatos: Bea-
tus enim, inquit, qui dicit in aures audientium: & fa-
ciatis ut largior uobis apponatur mēsa. Igitur fra-
tres uestros nolite negligere, neq; solum spectate
quæ ad uos attinent: sed unicuiq; cura sit quomo-
do proximū suum ē diaboli faucibus eripiat, & ab
impijs illis spectaculis in ecclesia adducat, mon-
strando ei multa lenitate & mansuetudine tum da-
mni grauitatē, quod illinc fert, tum honorū quæ
hic conceduntur magnitudinē. Et non solum se-
mel atq; iterū hoc facite, sed semper. Nam etsi ho-
die uerbis tuis non obtemperat, postea obtempera-
bit; etsi neq; secūdō uel tertio admonenti obtem-
perabit, iterum tamē te uidens uigentē, forte eru-
bescet: & reueritus tuam curā, ab his quæ te offen-
dunt desistet. Et nunq; dic, quia semel & iterū &
tertio & sæpius dixi, & nihil perfecti. Ne cesses di-
cere: nam quanto magis tu perseueraueris, tanto
magis & merces tibi crescit. Non uidetis quanta
omnium deus nos longanimitate tolerat, & quo-
modo quotidie negligimus obtemperare eius man-
dato, & neq; sic cessat à cura nostra, sed omnia sua
suppeditat: solem oriri facit, pluuias concedit, a-
liāq; omnia. Simili modo & nos erga fratres nos-
tros bene affecti, magnam adhibeamus diligen-
tiam, & obluemur maligno illi dæmoni, ut irri-
tos eius faciamus conatus. Nā si singuli q̄ alsint,
unum lucrificare possent, cogita quantam nobis
lætitia ecclesia multitudine filiorū suorum asser-
ret: & quomodo diabolus cōfunderetur, uidens
inuanum & frustra extēdi sua retia. Quod si hoc
feceritis, audietis & uos in die illo: Serue bone &
fidelis, in pauca fuisi fidelis, supra multa te con-
stitua

situam

situam. Cæterum bona spe sum, uos hoc factu-
ros: Video enim uultus uestros, & coniecturam
sumo quod admonitionem nostram magna uolu-
ptate acceperitis, atq; hinc spero uos, quod uestrū
fuerit, facturos. Proinde hanc admonitionem hic
finiamus. Proponemus autē uobis tenuem nostrā
ac pauperem mensam, ut cum solitā acceperimus
doctrinā, domum concedamus. Operapretium
igitur & hodie in medium afferre patriarchā Ab-
raham, ut discatis quantam hospitalitatis merce-
dem à domino acceperit. Apparuit autē ei deus,
inquit, apud quercum Mambre, sedente ipso ad
ianuam tabernaculi sui meridie. Singula uer-
ba diligenter examinemus, & excusso thesauro,
omnes in eo latentes diuitias perdiscamus. Appa-
ruit autē ei deus, inquit. Quare sic exorsus est?
Specta domini misericordiā, & considera famulī
gratitudinem. Postq; enim superius apparuit ei,
& post cætera etiam circumcisionis mandatum de-
dit: eximius autem ille semper dei præcepta dili-
genter perficere solitus, relicta omni mora et ipse
circuncisus est implēs mandatū domini, & Ismae-
lem circumcidit, & uernaculos omnes, & in sum-
ma miram declarauit obedientiam: iterū ei appa-
ret. Talis enim est dñs noster, ut si quando uiderit
nos in prioribus gratos accumulēt beneficia, &
nunquam à sua beneficentia desistat, remunerans
obedientium gratitudinē. Propter hoc, quia obe-
diuit, iterū apparuit ei. Qua de causa sic dixit bea-
tus Moses: Apparuit autē ei deus apud quercum
Mambre, sedente eo ad ianuā tabernaculi sui, me-
ridie. Considera oro, hic uirtutem iusti. Sedente,
inquit, ad fores tabernaculi sui. Tantopere cura
bat hospitalitatem, ut nollet hospitum captatio-
nem cuiquam familiarium cōmittere: sed trecen-
tos decem & octo habens uernaculos, homo se-
nex & nunc decrepita ætatis (centenarius enim
erat) apud ianuam sedebat. Et hic quidem huic
rei operam dabat, & neq; senectus illi obstaculo
erat, neq; suæ quietis cura: nec in lecto recumbe-
bat, sed ad ostium sedebat: alijs autē sape non so-
lum hoc studium non est, sed & planē diuersum,
& horum congressus fugiunt & euitant, ut ne in-
uiti cogantur excipere. Verum non iustus ille ita
agebat, sed sedebat ad ianuam meridie. Hoc ual-
de auget hospitalitatē & uirtutem iusti. In meri-
die, inquit, hoc faciebat. Merito, quoniam sciebat,
quod quibus est itineris necessitas, eo tēpore ma-
xime indigent cura: proinde tempus hoc ut ido-
neum elegit, & sedens eos qui præteribant, capta-
bat, pro sua quiete ducens ministrare uiatoribus:
& eos qui calore aestuabant sub tectum introdu-
cere studebat, non curiose explorans eos qui præ-
teribant, neq; requirens an noti uel ignoti essent.
Neq; enim hospitalitatis fuerit diligenter singula
perscrutari, sed omnibus simpliciter suam com-
municare benignitatem. Et quia hospitalitatis fa-
genam expanderat, meruit & uniuersitatis domi-
num cū angelis suis suscipere. Eapropter & Pau-
lus dicebat: Hospitalitatis ne obliuiscamini. Per
hanc enim quidam nescij angelos exceperunt ho-

Chryf.

spitio, Patriarcham insinuans. Atq; ob hoc Chri-
stus dicebat: Qui susceperit unum ex his minimis
in nomine meo, me suscipit. Audiamus dilecti, &
hospitio excepturi nunquam quaeramus quis, &
unde. Nam si Patriarcha in rogando fuisset curio-
sus, forte peccasset. Sed sciebat, inquit, aduenien-
tium dignitatem. Unde hoc tibi liquet? Quō si ita
est, admirationem promeritus fuisset: Neq; enim
sic admirabile erat, si suscipiendo hospites curio-
sus explorasset qui essent, sicut nunc cū ignorans
quinam aduenerint, tanta alacritate & honore ac-
cedit, uerbis suis quasi seruus domino eis uirtula
inijcit, & supplicat eis ut ne renuant, seq; maxi-
mo damno afficiant. Sciebat enim quid faceret,
quod ex hac re magnæ uoluptatis fructū percipe-
ret. Sed audiamus scriptorem ipsum, ut uideas in
extrema senectā iuuenilē alacritatē, & senē quasi
iuuenē exultantē & putantē se inuenisse thesaurū
quendam hospitū aduentū. Eleuatis aut, inquit,
oculis uidit, & ecce tres uiri steterunt supra eum:
& ut uidit, occurrit in occursum eis ab ostio taber-
naculi sui. Currit, & uolat fenex. Vidit em̄ præ-
dam quam uenabatur, & nulla infirmitatis sue ra-
tione habita, ad uenationem cucurrit, & non uo-
cauit famulos, neq; imperauit puero, nihilq; rusti-
catis neq; desidia præ se tulit: quasi diceret, Mag-
nus thesaurus est, magna negotiatio: per memet
ipsum hanc mercem inferre debeo, ne elabatur tan-
tum lucrū. Et hæc faciebat fenex, homines obscu-
ros & uiatore suscipere se existimans. Discamus
& nos, ac imitemur iusti uirtutē. Nam si hoc fece-
rimus, uerisimile est & nos aliquando eiusmodi
præda potiri, imò semper assequimur si attendi-
mus. Ob illam enim causam misericors dominus,
ut ne ad talem benignitatē segnes simus, neq; curio-
sius eos qui adueniunt scrutemur, inquit: Qui
acceperit unum ex minimis in meo nomine, in e
accipit. Ne igitur ad utilitatem ueniētis spectes,
neq; uilē ex his quæ uides putes: sed cogita quod
per ipsum dominū tuum suscipias. Quando enim
ppter eius nomen corpus hospitū curaueris, mer-
cedem accipies quasi illū susceperis. Esto si res deses
& negligentioris uitæ, qui tua frui benignitate,
non sit tibi eius rei cura: plena em̄ tibi & perfecta
merces dabit, in domini honorem hoc faciet, &
imitanti Patriarchæ uirtutem. Et ut uidit, inquit,
occurrit in occursum eis ab ostio tabernaculi. Be-
ne & hoc uerbū, occurrit, quadrat: ut discas quod
quasi ignoti affuerunt, & qui nō sua sponte ad ta-
bernaculum uenerūt: propterea ne subterfugeret
eum spirituale lucrū, qui seruera, incanuerat,
& centenarius erat, occurrit, & cursu promptitu-
dinem declarat. Et conspicatus eos, inquit, ado-
rabat super terrā, & dixit: Dñe, si inuenigratiam
corā te, ne transeas seruū tuū. Sumat sanē aqua,
& lauent pedes uestros, & refrigerabimini sub ar-
bore, & accipia panem, & comedetis, & posthac
præteribitis, cuius gratia declinastis ad seruū ue-
strum. Verba iusti sublimia ualde sunt. Neq; tan-
tum miraculū, quod eos susceperit, quantū quod
cum tanta promptitudine & studio, & nō attenda-

Matt. 18. 4

tom. 1

p

aut sua

aut sua aut aduenientis aetate. Nam fortassis uidebant sibi iuuenes: neque existimauit sufficere si uerbis tantum inuitaret, adorabat, inquit, super terram: quasi supplicans, & uiolentas preces afferens, ut ne putetur perfunctorie inuitare. Et idcirco diuina scriptura monstrat nobis iusti uirtutem, inquit: Adorabat super terram, & gestibus, & uerbis magnam seruorem, egregiam animi humilitatem, summam hospitalitatem declarabat. Et cum adorasset, inquit, dicit: Domine, si inueni gratiam coram te, ne pretereas seruum tuum. Quis pro dignitate laudauerit iustum hunc, etiam si innumeris eum linguis praedicet: Dicere enim, Domine, est captantibus beneuolentiam: dicere autem, Si inueni gratiam in oculis tuis, hoc est admirabile. Beneficium, inquit, das, non accipis. Verè enim eiusmodi res hospitalitas est, qua magis accipit quod dat qui illam prompte & alacriter exercet. At ne quis auditorum eleuas iusti uirtutem, existimet quod non ignarus quales fuerint haec eis locutus sit. neque enim magnam aliquid fecisset, si cognitis talia dixisset: sed admirabile & rarum est, quod quasi homines alloquens, talia uerba loquitur. Ne admireris autem, quod cum tres exceperit, ad unum se conuerterit iustus, dicens, Domine. Fortassis enim unus gloriosior ceteris apparebat, ad quem preces suas conuertit. Deinde autem procedentibus uerbis in committit eos compellat, & inquit: Sumatur aqua, & lauent pedes uestros: & iterum, refrigerabimini sub arbore, & comedetis panem, & postea transibitis, cuius gratia declinastis ad seruum uestrum. Vides quod ignorans qui sint, quasi hominibus loquens transeuntibus, ita communi exhortatione utitur, semel atque iterum seruum se uocans. Et uide quomodo praedicat & mensam suam tenuitatem, imò laetitiam. Sumatur, inquit, aqua, & lauent pedes uestros, & refrigerabimini sub arbore. Quia enim fatigati estis, & multum tulistis aestum, ideo oro ne praetereatis seruum uestrum. Num magnam quiddam est quod ego exhibeo: aquam uobis solum praestare possum, qua loti pedes uestros sub arbore fatigationem deponatis. Insuper & mensam dicit speciem. Ne putetis, inquit, me laetitias uobis appositurum, uel condimentorum diuersitatem, uel assatorum uarietatem. Panem comedetis, & sic transibitis, cuius gratia declinastis ad seruum uestrum. Vidisti quomodo uariis utitur modis, precibus uincere praetereantes, & gestibus & uerbis & operibus attrahere uolens. Primum enim, inquit, adorauit, deinde dominos uocat. Postea dicit quae illis exhibiturus sit, extenuans res, & nihil esse significans. Ait enim: Aquam hanc omnibus expositam habeo ad lauandos pedes, & panem & rectum ab arbore, Ne parui feceritis mihi tabernaculum, ne despexeritis senectutem, ne renuatís ad exhortationem meam. Scio quantum fertis laborem, cōiecto quantus sit calor aestus, & propterea paululum uos refrigerare uolo. Qualem pater amatissimus filijs exhibet benignitatem, talem ille ignotis & peregrinis, & nunquam antea uisis. Verum quia magna alacritate processit ac constantia, assequutus est uenationem, & praedam intra recta concludere

re potuit. Et dixerunt, inquit: Sic fac, ut dixisti. Senis excitatus est iuuenilis uigor. In manibus, inquit, habeo thesaurum, diuitias hinc sumam, senectutis obliuiscar. Et uide eum gestientem in opere, exultantemque praegaudio, & perinde atque multa bona in manibus afferret, ita se oblectantem. Et festinauit, inquit, Abraham in tabernaculum. Sicut quando ad uenationem contendebat, significauit eius alacritatem & laborem diuina scriptura, dicens: Accurrit autem in occursum eorum. Ita & nunc, quia adduxit uiros, & id quod optabat perfecit, neque sic ab alacritate desistit: sed magis fruentem declarat amorem, neque quia securus fuit, ideo fit negligentior. Id quod nobis frequenter euenit, & principio ualde studiosi sumus: quando autem in negotium uentum est, non par studium afferimus. Verum iustus non sic, sed quid? Iterum festinat & anhelat, & currit senio cōfectus in tabernaculum ad Sarram. Accelera, & misce tres mensuras similia. Considera quod & Sarram uenationis sociam facit, & quomodo eam erudit, ut suam imitetur uirtutem. Et enim & illam incitat ne officio suo negligenter fungatur, sed acceleret. Magnam, inquit, negotiationem assequuti sumus, ne perdamus thesaurum. Accelera & misce tres mensuras similia. Quoniam sciebat boni operis magnitudinem, uolebat uitae suae sociam etiam retribuendarum mercedum esse participem. Quare enim, dic mihi, nulli famulorum hoc praecipit, sed mulieri tam prouectae aetatis? Nonaginta enim annorum erat. Non rebellat mandato Sara, sed parem alacritatem etiam ipsa affert. Audiant uiri, audiāt mulieres. Viri quidem ut sic suas coniuges erudiant, ut si quando spirituale lucrum incidat, ne per famulos hoc perficiatur, sed per seipsum faciant omnia. Mulieres autem, ut accelerent iuuare uiros in tam bonis operibus, & non erubescant, aliquos excipiendo hospites propter Christum, illis congruum praebere ministerium, & per seipsas afferre: sed imitentur Sarram uetulam, in tanta senectute laborem libenter suscipientem, & famularum opera perficientem. Verum scio, quod nullus feret ea quae a nobis dicuntur. Nunc enim omnes plane contraria uia incedunt, & multa mulierum est mollities, & omne studium in cultu uestitu, in aureis ornamentis & monilibus & externo ornatu, animae uero nulla est cura. Neque Paulus eas humiliat, dicens: Non in crinibus tortis, uel auro, uel margaritis, uel sumptuosa ueste. Vide animam hanc in caelo uagantem, quod non putauit infra suam dignitatem, etiam de capillorum ornamentis admonere. Merito: omne enim ei studium erat in excolenda anima. Quia igitur sciebat quod haec maxime animae perniciem generent, propterea non refugit quae conueniebant ad docendum hoc morbo laborantes, sed inquit: Si uis ornari, uero te ornato cole, qui decet mulieres pias. Bonis te operibus orna, hic animae cultus est, hic a nullis externis commendat, hunc nullus depradari poterit, hic perpetuo manet indreptus. A cultu autem externo innumera sunt mala. Taceo nunc animae nocumeta, arrogantiam quae inde nascitur, despectum proximi, fastum spiritus, animae corruptio

corruptionem, uoluptatum illicitarum fomitem. Quid autem quod facile diripitur ille cultus & famulorum malignitate & latronum insidijs & scycophantarum calumnijs: Et infinita mala inuenire in eo licet, ac perpetuas amaritudines. Atque Sara talis non erat, sed uerum possidebat ornatum: ideo & digna fuit Patriarcha: & sicut ille festinauit, & in tabernaculum cucurrit, ita & ipsa magno studio fecit quae imperata erant, & miscuit tres mensuras similia. Nam quia tres erant qui aduenerant, tres mensuras iussit misceri, ut citius panes pararent. Et ut hoc praecipit, ad boues ipse iterum cucurrit. O senis inuentum, o animae constantiam, currit ad boues, & non permittit aliquem famulorum eum transire: per omnia monstrans his qui aduenerant, quanta uoluptate perfusus sit, & quantum faciat eorum praesentiam, & quod hunc pro thesauro haberet honorem. Et accepit, inquit, uitulum tenellum & bonum. Ipse per semetipsum electionem fecit, & optimum qui aderat accepit, famuloque dedit: & illum quoque urget, ut sine mora quantum fieri potest appropere. Animaduerte, quod omnia cum uelocitate, cum feruenti alacritate, cum hilaritate, cum gaudio, cum magna iucunditate facit. Et festinauit puer ut hoc faceret. Ne nunc quidem senex quiescit, sed iterum in ministrorum ordinem transit. Et ut accepit butyrum & lac & uitulum quae maius fuerat, apposuit illis. Sic per semetipsum omnia facit & apponit. Et neque dignum semetipsum censuit qui consideret eis, sed illis comedentibus adstabat ipse sub arbore. O magnitudinem hospitalitatis, o humilitatis excellentiam, o mentem oppido piam. Adstabat centenarius comedentibus illis. Mihi uideatur tunc praegaudio alacritateque multa imbecillitate sua factus superior, & robur quoddam accepisset. Sola enim alacritas animae, si quando uehementior fuerit, uincere corporis imbecillitatem. Adstitit igitur Patriarcha quasi famulus, summum honorem suum existimans, quod praesentibus ministraret, & solaretur itineris eorum laborem. Vidisti quanta iusti hospitalitas: Neque enim hoc solum considera, quod panes apposuit & uitellum: sed illud cogita, cum quanto honore & quanta modestia exhibita sit hospitalitas: non sicut multi, qui si quid tale fecerint superbiunt & despiciunt susceptos, eo quod ministri illis exhibeant. Hoc autem perinde est, ac si quis diuitias congreget & circumferat: & cum collegerit, omnia simul e manibus labi sinat. Quisquis enim paru alacris operatur quippiam, quasi plus preberet quod acciperet: nescit quid faciat, proinde & mercedem officij disperdit. Verum iustus ille sciens quid operaretur, per omnia quae faciebat ostendit alacritatem mentis. Et postquam largiter & magna hilaritate seminauit hospitalitatem, statim & manipulos uberrimos mellis. Nam ubi ea quae ex se erant impleuit, & nihil intermisit, & finem acceperunt quae ad hospitalitatem pertinebant, declarataque fuit uirtus iusti: ut postea discas quantorum & qualium bonorum causa fuerit iusto hospitalitas, manifestat se qui affuit, & paulatim iustum suae magnitudinem potentiae docet. Quia ubi uidit eum stare apud

quercum, & stando magnum honorem & ministerium sibi exhibere, dixit ei: Vbi est Sara uxor tua? Statim autem per interrogationem indicauit ei quod non esset ex uulgaribus aliquis, quandoquidem & uxoris illius nomen sciuit. Ille autem inquit: Ecce in tabernaculo. Et quia iam tanquam deus polliciturus erat ei rem supra naturam, propter hoc & dicendo nomen Sarrae, significauit quod super hominem esset qui in tabernaculum eius diuenterat. In reditu, inquit, ueniam ad te hoc anni tempore, & habebit filium Sara uxor tua. Ecce hospitalitatis fructus, ecce alacritatis illius mirae merces, ecce laborum Sarrae retributiones. Illa autem, inquit, audiuit iuxta ostium tabernaculi, stans post illud. Et ut hoc audiuit, risit secum dicens: Nondum quidem mihi fuit usque nunc, dominus autem meus senex. Et ut respondeat diuina scriptura pro Sarra, prius asignauit, Abraham autem & Sara profecerat in diebus suis. Et neque hoc contenta, adijcit: Et defecerat Sarra fieri muliebria. Arefactus erat, inquit, fons, excacatus oculus, officina erat inutilis facta: ad quae respicientes Sarra, cogitabat apud semetipsum & senectutem Patriarchae. Verum dum illa intra tabernaculum ita cogitat, is qui scit arcana mentis, demonstrare uolens & uirtutis illius excellentiam, & quod nullum occultum se lateat, dicit Abraham: Cur risit Sara apud seipsam, dicens: Nunquid uere pariam, ego autem senex? Haec enim illa apud semetipsum cogitabat. Num impossibile, inquit, apud deum uerbum? Ecce manifeste seipsum detegit. Non scitis, inquit, quod naturae dominus existens, omnia possum quando uoluerit, & emortua quoque uuluum fecundam & partui idoneam facere? Num impossibile, inquit, apud deum uerbum? Nonne omnia facio & transformo: nonne uitae & mortis potestatem habeo? non impossibile est aliquid apud deum? Nonne hoc iam antea pollicitus sum? Num possibile est a me dicta effectu carere? Audi igitur quod in hoc anni tempore reuertar ad te, & erit Sarra filius. Postquam reuertero, inquit, tempore isto, tunc sciet re ipsa Sara, quod neque senectus ei obstaculo fuerit neque sterilitas, sed uerbum meum non poterit irritari: & partus eam docebit eorum quae a me dicta sunt potentiam. Ceterum ut illa audiuit, quod neque illa quae cogitabat essent a praesente occulta, negauit dicens: Non risi. Timor enim concusserat eius mentem. Et propterea scriptura tribuens hoc infirmitati eius totum, inquit: Timore enim perterrita fuit. Verum Patriarcha dicit ei, non, sed risisti. Ne putes, inquit, licet in animo haec tractaueris, & in occulto riseris, quod possit abscondi a praesentis uirtute & scientia. Itaque negare factum noli, ne addas ad peccatum: magna enim ab hac hospitalitate nobis proueniunt bona. Hunc imitemur omnes, & magnam geramus hospitalitatis curam: non ut momentaneam & corruptibilem retributionem solum accipiamus, sed ut reponamus nobis etiam immortalium bonorum fructum. Nam si hoc faciamus, suscipiemus & nos hic Christum, & suscipiet etiam

faciant, inquit, iudicium & iustitiā: nihil præferen- do iustitiæ, & uiuēdo citra omnem iniustitiā. Hæc enim maxima uirtus est, ac propterea eueniūt omnia quæ locutus est ei dñs. Opinor autem quod & aliud quiddam significet, cum dicit: Abraham autem futurus est in gentem magnam & populo- sam: pro eo, Tu quidem qui uirtutē amplexaris, & meis obtemperas præceptis, obediētiāq; præ- te fers, in gentem magnā & populosam eris. Impij autem illi Sodomorū regionem inhabitantes, di- speribunt omnes. Nam sicut uirtus salutis causa est eam operātib; ita & malitiā interitus. Porro postq; benedictionibus & laudibus fiducia ac ani- mos addidit iusto, his uerbis exordij argumentū.

Clamor Sodomorū & Gomorræ apud me mul- tiplicatus est, & peccata eorū magna ualde. Cum igitur descēdero, uidebo utrū iuxta clamorē suū qui ad me uenit, perficiunt, an nō, ut scia.] Terribilia uerba. Clamor, inquit, Sodomorū & Gomorræ. Quāuis & aliæ ciuitates simul perierint, sed quia hæ fuerūt clariores, eas solū cōmemorauit. Multi- plicatus est apud me, & peccata eorū magna ualde. Vide quomodo mala coaceruent. Non solum magna est multitudo clamoris & iniustitiæ. Nam quod clamor Sodomorū & Gomorræ multipli- catus est, opinor significare, quod præter infan- dum illud flagitiū, nullaq; uenia dignū, alia quoq; scelera multa patrabant, insurgentes potentiores cōtra inualidiores, diuitesq; cōtra pauperes. Pro- inde non solum, inquit, magnus erat planctus cla- moris, sed & peccata ipsorū non uulgaria fuere, sed magna atq; ualde magna. Insolitū enim iniqui- tatis modum excogitauerunt, & alienas & illicitas coeundi leges inuenerunt. Atq; tanta erat ma- litia procliuitas, ut omnes omni malo repleren- tur, & nullam postea correctionem admitterent, totiq; aboleri digni essent: neq; enim incurabiles illorum morbi medicinam ferebant. Postea do- cens omne hominū genus, licet magna ualde & confessā sint peccata, nō tamen pronuntiamdam sententiam priusquam manifeste conuincantur, inquit: Cum descenderim autem, uidebo utrum iuxta clamorem suum, qui ad me uenit, perficiāt, uel non, ut sciam. Quid sibi uult, quod sermonem suum ita attemperat: cum descenderim, inquit, ui- debor. Nunquid de loco in locum transit uniuersorū dominus: absit. Non hoc dicit: sed, ut dixi, per uerbum crassius docere nos uult, quod opus sit magna diligentia: & non auditu solo peccato- res cōdemnandi sint, neq; sententiæ ferendæ, nisi probatio præcedat. Audiamus hæc omnes: non enim solum ij qui pro tribunali sedent obseruare hanc legem debent, sed & nullus unquam ob nu- dam accusationem proximum condemnet. Idcirco enim & post hæc beatus Moses spiritu sancto

Exod. 23.4

afflatus admonet dicens: Auditum uanum ne ac- cipias. Et beatus Paulus scribēs clamabat: Tu autem cur iudicas fratrem tuum? Et Christus quoq; præcipiens discipulis suis: Nolite, inquit, iudicare, ut ne iudicemini. Cur enim, inquit, ante tem- pus inuadis iudicis ius? Cur præuenis diem illum?

Rom. 9.4

Mat. 7.4

cur præuenis diem illum?

terribilem? Vis iudex esse, cognosce te metipsum, & tua delicta. Nullus est qui ueret: sic enim & pec- cata tua emendabis, & nihil ex facto incommodi capies. Quod si relictiis rebus tuis sedes ad iudi- candum alios, maiores te tibi ipsi colligere pecca- torū sarcinas non sentis. Idcirco, obsecro, fugia- mus omnino ne cōdemnemus alios. Nam est iu- diciariæ potestatis non sis particeps, attamen iu- dicasti mente, & peccato fecisti te obnoxium: præ- fertim quando nulla demonstratione audita, sed sola suspicione, & tenui accusatione condemnas. Quapropter beatus David clamabat, dicēs: De- trahentem clam proximo suo, hunc persequer. Vidisti uirtutis eminentiam? Non solum non re- cipit quæ dicuntur, sed & abigit uolentem fratri suo maledicere. Igitur si & nos peccata nostra im- minuere uolumus, hoc maxime omnium serue- mus, ne condemnemus fratres nostros, neq; de- trahere cupiētes admittamus: imò iuxta Prophe- tam abigamus, & omnino auersemur. Hoc enim opinor & prophetā Mosen insinuare cum dicit: Auditum uanū ne acceperis. Et hac de causa etiā nunc dominus tam crasso uerbo usus est, in utili- tatem animarum nostrarum. Dicit enim: Cum descendero autem, uidebo. Cur ita? Num nescie- bat? Ignorabat ne peccatorum magnitudinem? Nesciebat lapsos correctionem non suscepturos? Minime: sed quasi satisfactionem quandam af- fert factum suū impudenter calumniaturis, quan- doquidem omnis uirtutis contemptores tanta tu- lit longanimitate. Fortassis autē alia quoq; causa subest, uidelicet ut iusto detur occasio declarandi mentem suam condolentem, & bene in alios affe- ctam. Angeli enim, ut dixi, abierant in Sodoma, patriarcha uero stabat corā dño. Et ut appropin- quauit, inquit, Abrahā, dixit: Nunquid perdes si- mul iustū cum impio, & erit iustus sicut impius? O quanta iusti fiducia, imò o quāta animi cōpas- sio. Quodāmodo compassiois ebrietate grauatus, nescit quid dicat. Et monstrās diuina scriptura, quod cum magno timore & tremore preces fa- ciat: Ut appropinquauit, inquit, Abraham, dixit: Nunquid perdes simul iustum cum impio? Quid facis o beate Patriarcha? Quid opus habet tua deprecatione dominus, ut ne hoc faciat? Verum ne hoc cogitemus: non enim quasi domino hoc facturo dicit, sed quia manifeste pro fratris filio non audebat, communes pro omnibus facit pre- ces, uolens cum alijs & hunc seruare, & cum hoc etiā alios eripere: incipitq; patrocinari, ac dicit:

Si fuerint quinquaginta iusti in ciuitate, per- des eos? Non parces toti loco propter quinquaginta iustos, si fuerint in ea? Nequaquam facies uerbum hoc, ut occidas iustum cum impio, & sit iustus sicut impius. Nequaquam. Qui iudicas omnem terram, non facies iudicium?] Vide quo- modo & in hac oratione suam religiosam & piā mentem declarat, & iudicem omnis terræ confi- terur, precaturq; ne pereat iustus cū iniusto. Post hæc mitis & misericors dominus annuit petitiōi, & dicit: Facio id quod dixisti, & accipio tuam pe- titionem

titionem. Si inuenientur quinquaginta iusti in ciuitate, propter illos parcam omni ciuitati, & toti loco.] Dabo hoc, inquit, quinquaginta iustis, si inuenti fuerint, & alios saluabo, & petitionem tuam implebo. Verum uideamus iustum illum, quomodo arrepta fiducia, & agnita misericordia dei, iterum aliam petitionem affert, & inquit:

Nunc cœpi loqui ad dominum meum, ego au- tem sum terra & cinis.] Ne putes, inquit, domi- ne me ignorare me ipsum, & transgredi mensu- ram, & tanta uti fiducia. Scio enim, quod terra sum & cinis: sed sicut hoc scio, & manifeste scio: ita neq; illud ignoro, quod copiosa est tua mi- sericordiæ magnitudo, & quod diues es in bonita- te, & quod uis omnes homines saluos facere. Nam quos ex nihilo produxisti, quomodo factos per- deres, nisi tanta esset peccatorum nostrorum gra- uitas? Idcirco iterum oro & precor, si paucio- res quinquaginta inuenti fuerint, & quadragin- taquinq; fuerint in ciuitate iusti, num saluabis ci- uitatem? Et dixit: Si inuenti fuerint quadragin- taquinq;, non perdam.] Quis pro dignitate uel domini omnium tantam longanimitatem & fa- cilitatem laudauerit, uel iusto illi tantam fiduciam gratulari possit? Et adiecit, inquit, ultra loqui, & dixit: Quid si inuenti fuerint ibi quadraginta? Et dixit, non perdam propter quadraginta.] Ex- in quasi reueritus indicibilem dei longanimita- tem iustus, & timens ne forte uideatur transcen- dere modum precando, dicit: Nunquid domi- ne si loquar, si inuenti fuerint ibi triginta?] Quia paratum inuenit ad misericordiam, non quinque iustos detrahit, sed decē, & sic affert: patrocinari: Quid si inuenti fuerint illic triginta? Et dixit: Nō perdam, si inuenti fuerint illic triginta.] Animad- uerte quanta iusti constantia, quasi ipse foret ob- noxius sententiæ, ita eripere studet à pœna Sodo- mitarum gentem. Et dixit, quoniam possum lo- qui ad dominum: Quid si inuenti fuerint ibi uiginti? Et dixit: Non perdam propter uiginti.] Om- nem sermonem transcendit, & omnem cogita- tionem, domini bonitas. Quis enim nostrum, qui in medio infinitorum malorum uersamur, uellet ferendo sententiā contra proximos tanta uti cle- mentia & facilitate? Verumtamen iustus ille ui- dens diuitias misericordiæ dei, non subsistit, sed iterum dicit: Nunquid domine, si loquar adhuc semel?] Nam quia ineffabilis erat longanimitas, propter hoc reueritus ne & indignationē aduer- sus se moueret eius qui rogabatur, dicit: Nunquid domine? Num temerarium quiddam facio? dicit. Num impudens uideo? num opus condemna- tione dignū facio, si loquar adhuc semel? pro ma- gna & inenarrabili misericordia tua adhuc unam orationem accipito à me. Quid si inuenti fue- rint illic decē? Et dixit: Nō perdam propter decem. Et quia prius dixit: Adhuc semel loquar. Abijt, inquit, dominus postquam cessauerat loqui Ab- rahæ, & Abraham reuertitur in locum suum.] Vidistis dominum ad nostram infirmitatem se hu- miliantem? Vidistis & iusti erga alios affectionē?

Didicistis, quanta uis sit eorum qui uirtutem ex- ercent? Si enim inuenti fuerint, inquit, decem ius- ti, propter illos omnibus remissionem conce- do peccatorum. Non bene dicebam, quod hæc om- nia facta sunt, ut nulla relinquatur impuden- ter loquentibus contradicendi occasio? Sunt em̄ multi insanientium, qui infreni lingua & repre- hendere & dicere audent: Quare incensa sunt So- doma? si tulisset eos dominus longanimitē, forte poenituissent. Propter hoc ostendit tibi malitiæ ni- mietatem, & quod in tanta multitudine tanta ra- ritas fuit uirtutis, ut alio quodam diluuiio indige- ret, & quale prius in mundo fuit. Sed promissio dei est ut non ultra tale inferat supplicium: pro- pterea alium pœnæ modum excogitat, simul & il- los in pœnam ducens, & posteris omnibus per- petuam præbens doctrinam. Quoniam enim na- turæ leges irritas fecerant, & alienos & illicitos excogitarant coitus, idcirco insolitū supplicij mo- dum induxit propter illorū iniquitatē: & uentre terræ inutili facto, & relicto posteris monimen- to perpetuo, ut ne eadem attentantes in easdē in- cidant pœnas: & liceat uolenti ad loca illa perge- re, uidere ipsam terram (ut ita dicam) clamantem & ostendentem supplicij uestigia impressa, quasi heri uel hodie facta: tam manifesta ostendit indi- gnatio. Ideo obsecro, ut per illa per que alij pœnā dederūt, nos castigemur. Sed forte dixerit aliquis: Quid ergo quod illi sic puniti sunt? nonne sunt & nunc multi qui eadem committunt quæ illi, at- tamen non puniuntur? Etiam: sed hoc potissimum maiorem pœnam cōciliat his qui talia perpetrāt. Quando enim nō castigamur ex his quæ illis ac- ciderunt, & nō est nobis lucro longanimitas dei, cogita quomodo illum inextinguibilem ignem nobismetipsis succendimus, & acerbum uermem paramus. Aliter quoq;: Quia propter gratiam dei sunt & nūc multi uirtute præditi, qui placare pos- sunt dominum, sicut tunc Patriarcha. Tamet si nos, cum nosipos attendimus, & nostram uide- mus desidiam, putamus mirā uirtutis raritatem: attamen propter illorum uirtutem, longanimita- tem deus in alios seruat. Et ut scias, quod taliū fi- ducia nobis longanimitatem dei conciliet, audi ex hac ipsa historia: dicit enim Patriarcha: si decē iustos inuenero, non perdam ciuitatem. Et quid dico decem iustos? nullus inuentus est illic ab ini- quitate alienus, nisi solus Loth iustus, & eius duxæ filia. Vxor enim propter illos forte pœnam ciui- tatis effugit, postea tamen pœnam dedit propter suam malitiā. Nunc autem propter ineffabilem dei misericordiam, quia pietas incrementum sum- pfit, multi etiā in medijs ciuitatibus ignorati pos- sunt placare deum, & alij in montibus & spelun- cis: aliorumq; uirtus multorum tegere ualet mali- tiam. Multa enim domini bonitas est, & sæpe so- let etiam propter paucos multis dare salutem. Et quid dico, propter paucos iustos? Sæpe quando non inuentus est in præsentī uita iustus, propter defunctorum uirtutem, uiuentiū miseretur & cur- ram habet: unde clamat dicēs: Protegā ciuitatem

hanc propter me, & propter David puerum in-
 um: quali diceret: Licet ipsi indigni sint, & nullā
 salutis habeant occasione; tamen quia solitus sum
 misericorditer agere, & ad miserandū promptus
 sum, propter meipsum faciā, & propter puerum
 meum David: & qui ante tot annos ē uita migra-
 uit, hic autor erit salutis his qui sua sese perdid-
 erunt desidia. Vidisti misericordiam domini, quo-
 modo eos qui uirtute pollent, toti multitudinī op-
 ponit, & rependit? Quapropter & Paulus dice-
 bat: Obambulauerunt in ouillis caprinisq; pel-
 libus, destituti, pressi, afflicti, quibus indignus erat
 mundus. Omnis, inquit, mūdus & totus orbis nō
 est conferendus his qui in afflictionibus & pressu-
 ris & nuditate agunt & obambulant, & in spelun-
 cis uerfantur propter deum. Igitur dilecte, quan-
 do uideris uirum uili externo habitu uestitū, uir-
 tute uero intrinsicus amictū, ne uispenderis qđ
 apparet: sed animā diuitias discce, & internā glo-
 riam, & uidebis unde quāq; fulgentem uirtutem.
 Talis erat beatus Eliās, qui melone tantū habuit
 & purpura uestitus Achab illius melore indige-
 bat. Vidisti Achab inopiā, Eliās autē diuitias? ui-
 de & quantū potestate distent. Melote huius cō-
 lum claudit, pluuiarū descensum sistit. Et lingua
 Prophetæ frenū fuit cōelo, & annis tribus & sex
 mensibus pluuiā nō fuit: purpura autē amictus &
 diademate, circumibat quærens Prophetam, &
 nihil lucri ex sua potestate habebat. Cæterū uide
 domini misericordiā, quia uidit Prophetā multo
 zelo & feruore moueri, & magnam hęc poenam
 inferri contra totam terrā, ne & ipse simul in sup-
 plicium incideret cum illis, dicit ei: Surge, & uade
 in Sarepta Sidoniorum. Illic enim præcipiā mu-
 lieri uiduæ, ut te pascat. Et ut exurrexit, abiit. Vi-
 de spiritus gratiā dilecte. Etenim & heri nobis to-
 tus sermo de hospitalitate fuit, & hodie hospitalis
 ista uidua sermonem nostrū complebit. Et uenit,
 inquit, ad uiduam, & inuenit eam colligentem li-
 gna, & dicit ei: Da mihi parū aquæ, & bibam. Illa
 audiuit. Et dicit ad eam iterum: Fac mihi subci-
 narios panes, & comedā. Tum illa detegit immo-
 dicam suā egestatem, imō inenarrabiles diuitias.
 Magna enim paupertas indicat diuitiarum illius
 magnitudinem. Et dicit: Non est ancillæ tuæ nisi
 pugillus farinæ, & parū olei in lecytho, & come-
 demus ego & pueri, et moriemur. Miserabilia uer-
 ba, quæ & lapideam animam inflectere possent.
 Nulla posthac nobis spes salutis. Mors in foribus
 est. Hoc solum nobis relictum est ad uitam, quod
 uix sufficiet mihi & pueris: id quod erat mihi pos-
 sibile feci, aquā cōmunicauī. Verum ut discamus
 & mulieris hospitalitatem, & iusti magnam fidu-
 ciam, uide quid sit. Vbi Prophetā didicit diligen-
 ter hęc omnia, ut detegeret nobis uirtutem mulie-
 ris: nā deus qui dixerat, Præcepī mulieri ut te pas-
 cat, ipse erat qui tunc per Prophetam operabatur:
 dicit ei: Fac mihi primū & comedo, & tunc filijs
 tuis. Audite mulieres, quæ diuitijs affluitis, & in
 multa inutilia uestras facultates infumitis, & post
 illa omnia duos uel tres obolos indigentibus, uel

Heb. 11. g

3. Reg. 17. b

A uiro capiā uirtute prædito, propter deum fa-
 melico, impendere nō uultis. Ista autem nihil ho-
 rum possidens, sed tantū pugillum farinæ, & pau-
 lo post iuxta suam opinionem puerorum mor-
 tem spectatura, ut audiuit a Propheta, Fac mihi
 primum, & tunc tibi & pueris tuis: nō ægre tulit,
 non neglexit, sed fecit imperata: erudiens omnes
 nos, præferendos nostrę refocillationi seruos dei:
 & non temere talia lucra prætereunda, sed atten-
 dendum quòd multa hinc nobis erit merces. Vi-
 de igitur hanc uiduam, pro pugillo farinæ, & pau-
 xillo oleo, quomodo perpetuum horreū sibi com-
 parauerit. Nam postq; pauit Prophetam, neq; pu-
 gillus farinæ defecit, neq; lecythus olei, cum inte-
 rim fame terra omnis uastaretur. Est autē & hoc
 admirabile & rarum, quòd neq; laboribus postea
 opus habebat, sed parata perpetuo erant farina
 & oleum: & neq; agricultura indigebat, neq; bo-
 um adiutorio, neq; ulla aliā cura, sed super natu-
 ram eueniebāt omnia. Et cum rex diademate re-
 dimitus, anxius esset, & fame laboraret: pauper
 uidua omnibus destituta, quia Prophetam susce-
 perat, in perpetuam uenit abundantiam. Propte-
 rea & Christus dicebat: Qui susceperit prophe-
 tam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ
 recipiet. Vidisti heri quid Patriarcha meruerit da-
 psili sua hospitalitate, & seruida alacritate: uide &
 nunc hanc Sidoniam repente diuitias possiden-
 tem. Lingua enim Prophetæ quæ cœli habenas
 moderabatur, farinæ pugillum, & olei lecythum
 iugiter scaturire fecit. Hanc omnes imitentur &
 uiri & mulieres. Equidem malle nos Prophe-
 tam imitari, & eius possidere uirtutes. Sed hoc
 onerosum nobis uidetur esse, quamuis & ille ho-
 mo erat, carnemq; sicut & nos circumferebat,
 & eandem quam nos habebat naturam: uerum
 quia quæ sua erant largiter attulit, atq; uirtutem
 amplexatus est, supernam quoque gratiam asse-
 quutus est. At nos uel mulierē hanc imitemur, &
 sic paulatim eò ueniamus, ut etiam prophetæ imi-
 tatores simus. Aemulemur itaque eius hospita-
 litatem, & nullus posthac inopiā prætexat. Nam
 quantumuis inops sit aliquis, non erit hac egen-
 tior, cui ad unum tantum diem erat alimentum,
 & neq; sic fuit segnīs ad petitionem prophetæ, sed
 magna promptitudine celeriter ei paruit. Talia
 enim sunt, quæ a deo fiūt. Mos ei dare magna pro-
 paruis. Quid enim, dic oro, tantum attulit, quan-
 tum accepit: Verum dominus noster, non quan-
 tum detur confueuit attendere, sed uoluntatis lar-
 gitatem: & ob hoc parua etiā magna facit, & ma-
 gna sæpe attenuat, quando non hilari promptitu-
 dine infumuntur. Et ea propter uidua illa euange-
 lica, multis multa in gazophylaciū mittentibus,
 proiectis duobus minutis omnes uicit: non quòd
 immiserit plura alijs, sed quòd liberaliorem uo-
 luntatem ostēderit. Alij enim, inquit, ex eo quod
 sibi abundabat eleemosynam faciebant: ista au-
 tem omnia quæcunq; possidebat, immisit. Om-
 nem enim uictum, inquit, iniecit. Ergo saltem
 mulieres imitemur uiri, & non inferiores eis ui-
 deamur

Mat. 10. d

deamur: sed studeamus non ad nostrum tantum, A
 modo usum omnem substantiam nostram impen-
 dere, sed & egenorum magnam habere curam,
 idq; cum alacritate & hilaritate. Etenim & agrico-
 la, terræ cōcredens semina, nō hoc tristi facit uul-
 tu, sed gaudens & lætundus, & quasi iam spe
 manipulos uidens, in terram seminat. Tu quoq;
 dilecte, ne solū respexeris ad eū qui recipit: sed co-
 gita, quòd ipse quidē est uisibilis qui a te accipit:
 alius autem quæ in illum cōfers sibi usurpat: neq;
 ille uulgaris quispiam est, sed omnium dominus,
 cœli terræq; conditor. Et sumptus ille redituū lo-
 cum obtinet, & non solum non minuit tuam sub-
 stantiam, sed auget magis, si cum fide & prompti-
 tudine hilari hoc feceris. Ad dā id quod præci-
 pium est: non lucrum modo hoc sumptu paraf, B
 sed & peccata condonantur. Quid huic bono par-
 fuerit? Si igitur uolumus uerē locupletari, & cum
 diuitijs etiā peccatorū inuenire remissionē, effun-
 damus res nostras in egenorū manus, præmitta-
 mus eas in cœlū, ubi neq; fur, neq; latro, neq; pa-
 rietum perfossor, neq; famuli malitia, neq; aliud
 quicquā nocere poterit diuitijs nostris. Regio em̄
 illa omnibus istiusmodi damnis superior est. Tan-
 tum ne uanā gloriam sectemur, sed ut iuxta leges
 a Christo traditas, non ab hominibus laudes per-
 cipiamus, sed a cōmuni omnī dño: ut ne & sum-
 ptus faciamus, & lucro destituamur. Nam licet di-
 ripi non possint diuitiæ per manus pauperū aliō
 translata, uana tamen gloria absumunt. Et ut ti-
 nea & uermes uestes corrumpunt, ita & inanis glo-
 ria diuitias quæ misericordia colliguntur. Idcirco,
 obsecro, ne solum faciamus eleemosynas, sed &
 caute faciamus, ut magna percipiamus p paruis,
 & pro fragilibus incorruptibilia, & pro tempora-
 libus æterna, & cū his omnibus etiā peccatorū re-
 missionē assequi possim⁹, bonāq; illa ineffabilia:
 quibus nos oēs potiri contingat gratia & miseri-
 cordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre
 & spiritu sancto & uiuificatore sit gloria nunc &
 semper, & in secula seculorum, Amen.

Venerunt autem duo angeli Sodoma ue-
 sperē. Homilia XLIII

Quemadmodum floridum quoddā pra-
 tum uarios & omnigenos flores osten-
 tat, ita & diuina scriptura iustorū uirtu-
 tes nobis demonstrat: non ut sicut illo-
 rum florū fragrantia paruō tēpore fruamur, sed
 ut perpetuā inde utilitatē recipiamus. Illic manu
 tantum carpimus flores, & protinus marcescen-
 tes suam gratiā amittunt: hic autē non sic: sed quan-
 do auribus iustorū uirtutes percipimus, & eas in
 sinus mentis reponimus, per omne tempus (si uo-
 lumus) eorum sua uolentia frui poterimus. Itaq;
 quia tanta sanctorū in diuina scriptura fragrantia
 est, hodie Loth bonū odorem inquiramus, ut scia-
 mus liquido quòd iustū hunc in tantū uirtutis apī-
 cem euexit Patriarchæ cōsuetudo, quæ efficit ut
 uestigia illius sequeretur, & peculiariter hospitalita-
 tem exerceret. Verū ut manifestior sit sermo no-
 ster, operæ pretium fuerit scripturæ uerba audire:
 Venerunt autē, inquit, duo angeli Sodoma ue-
 sperē.] Quare sic incepit, & dixit: Venerunt autē
 duo angeli Sodoma uespere? Quoniā postq; di-
 uerterunt apud Patriarcham, illis profectis ama-
 tor hominū dominus & curator pro sua bonitate
 in humana figura mansit apud patriarchā, loquēs
 cum eo, sicut heri audiuistis, uolensq; oēs nos do-
 cere & excellentem suā longanimitatē & Patriar-
 chæ charitatem: angeli autē cōtendebant tunc uer-
 sus Sodoma: seruans scriptura suū ordinem, dicit
 iterum: Venerunt autē duo angeli Sodoma uespe-
 re, facientes quod imperatū erat. Et uide diligen-
 tiam & obseruationem diuinæ scripturæ, quò &
 tempus nobis declararit, quando uenerint eò: di-
 cit enim, uespere. Et quare tēpus significauit? &
 quare ad uesperam eò uenerunt? ut ostenderetur
 nobis magna Loth hospitalitas. Sicut enim Pa-
 triarcha sedens tempore meridiei, obseruabat ad-
 uentantes, & uenationem suam exercebat, & oc-
 currebat, & magno gaudio uiatores suscipiebat:
 ita simili modo & iustus ille, quoniam sciebat per-
 uersitatem eorū qui in Sodomis habitabant, neq;
 uespere discedebat, sed manebat, si fortē thesau-
 rum aliquē adipisci, atq; in hospitalitatis fructum
 decerpere possēt. Verē admirari licet uehemēter
 iusti huius uirtutem, quòd conuersans in medio
 tam impiorū, non solum non fuit inde negligē-
 tior factus: sed & maiorē uirtutem præ se tulit: &
 cum omnes (ut ita dicā) in præceps ruerent, ipse
 solus in tanta multitudine rectā ambulauit uiam.
 Vbi igitur sunt qui dicunt, quòd non sit possibile
 in media ciuitate uersantem seruare uirtutem: sed
 opus esse secessū, & montana quadam conuersa-
 tione, & non posse domui suæ præfectum, & ha-
 bentem uxorem, & liberos curantem ac familiā,
 uirtute præditum esse? Videat iustum illum cum
 uxore, & liberis, & famulatio in ciuitate degenē,
 & inter tam malos ac impios cōuersantē, & quasi
 scintillam quandam in medio lucentē, & non so-
 lum non extingui, sed & quotidie lucem clario-
 rem emittere. Et hæc dico, non prohibens seces-
 sum ab urbibus, neq; interdico montiū & solitudi-
 num conuersationē: sed monstro, uolenti sobriē
 agere & uigilare, nihil inde obstaculi esse. Sicut
 igitur negligenti ac supino nihil prodest solitudo:
 neq; em̄ locus nos uirtute facit præditos, sed mēs
 & mores: ita & prudens atq; uigil non offenditur,
 etiam in media ciuitate uiuens. Quocirca uellem,
 sicut beatū illū, uirtute præstantes in medijs ciui-
 tatibus esse, ut quasi fermentum factū alijs, multos
 ad sui imitationē trahant. Verū quia hoc difficile
 uidetur esse, saltem illud alterū fiat. Transit enim
 figura mundi huius, & breuis est uita præsens. Et
 nisi nunc, cū adhuc in harena sumus, labores uir-
 tutum aggrediamur, & laqueos malitiæ effugia-
 mus, postea in uanum nosmetipsos reprehende-
 mus. Nulla enim poenitudinis seræ utilitas. Nam
 quandiu in presenti uita fuerimus, possibile est ut
 poenitētes inde fructū accipiā, & ablutis priorib;
 misericordiā domini assequamur. Quòd si præterie-
 rit tempus præsens, repenteq; abrepti fuerimus,
 poenitentia

Cap. XIX

penitentia quidē ducemur tunc, nullam autem
utilitatē inde capiemus. Quod ut discas, audi Pro
phetam dicentem: In inferno autē quis cōfitebitur
tibi: & iterum: Frater nō redimit, redimet homo.
Nullus, inquit, erit illic postea, qui eripiat eū qui
sua desidia perijt, neq; si frater fuerit, neq; si pater.
Et quid dico pater & mater: neq; iusti, quibus tan
ta apud deum fiducia est, poterunt nobis tunc ali
quid prodesse, si nūc desides fuerimus. Dicit em:
Si steterit Noe & Iob & Daniel, filios suos & fili
as nō eripient. Et uide minarum grauitatem, &
quales iustos in medium adduxerit: quoniam &
illi suis temporibus etiam alijs salutis causa fue
runt. Noe enim, cum terribilis illa diluuij tempe
stas terrā occupasset, & uxorem & filios seruauit.
Et Iob similiter alijs salutis autor fuit. Et Daniel
multos eripuit à morte, quando barbarus ille in
quirebat quæ supra humanā sunt naturā, & interi
mere uolebat Chaldaeos, & Magos, & Gazare
nos. Vt ne putemus in futuro seculo fore talia, &
quod qui uirtute præditi fiduciā habent in deum,
eos qui hinc negligenter uixerūt, liberare illic à sup
plicio possint suos necessarios: ppter ea adduxit
nobis iustos illos, terrorem nobis inferens, & do
cens in proprijs bonis operibus cum superna gra
tia spem salutis nostræ habendam, & non in pro
genitorū uirtutibus superbiendum, uel confiden
dum, si nos in peccatis esse nō desinimus: sed hoc
unum curandū, ut si parētes habuerimus uirtute
claros, imitemur eorū uirtutem. Et si ediuerso ac
cidat ut ex improbis simus parentibus, nō putan
dum nobis aliquid accidere nocuenti, sed exer
ceri oportere ad uirtutū labores; nullū enim hinc
nobis daminū erit. Nā unusquisq; per ea uel coro
natur, uel cōdemnat, quæ ipse gessit, quemadmo
dum & beatus Paulus inquit: Vt reportet unus
quisq; que sūt per corpus iuxta id quod fecit: siue
bonū, siue malum. Et iterū: Qui reddet unicuiq;
iuxta opera sua. Quæ omnia cū sciamus, excussa
omni negligentia, uirtutis maximā habeamus ra
tionem. Et cum adhuc in arena sumus, & certan
di tempus est, priusquā dissoluatur spectaculum,
procuremus nostrā salutē, ut in breui illo tēpore
uirtutes exercendo, in seculo perpetuo illarū mer
cedes recipiamus, sicut & iustus ille. In medio em
tot malorū habitans, & nullum habens qui suam
imitaretur uirtutem, sed uidens oēs irridentes &
subfannantes, non solum non factus est segnior,
uerum & tanta uirtute emicuit, ut & angelos sus
cipere meruerit: & cum illi simul omnes perirēt,
solus ipse cum filiabus effugit pœnā, quæ illis illa
ra est. Cæterū ad seriē sermonis redeamus. Ve
nerunt autē duo angeli in Sodoma uespere. Iusti
huius uirtutem tempus hoc potissimum indicat,
quia & ingruente uespere permansit, & non de
stitit. Nam quia sciebat lucrum quod inde nasce
batur, eius causa, utpote talium diuitiarum cupi
dus, ualde sedulus erat, & neq; die impleto disce
debat. Ita enim se habet anima feruida & uigilās,
ut nullis impedimentis præpediatur, quo minus
suam declaret uirtutem. Quin & illa ipsa quæ

prohibent maxime, magis eam efferuere faci
unt, maioremq; cupiditatis flammam accendunt.
Vt autem uidit, inquit, Loth, surrexit in occur
sum illis. Audiant hi qui aduenas orātes & sup
plicantes, & sedulo se coram eis humiliantes, mul
ta inhumanitate auersantur & repellūt. Vide em
quomodo iustus ille non expectauit donec ad se
uenirent, sed sicut Patriarcha, ignorās qui essent
hospites, & suspicās uiatores quosdam esse, quasi
præ gaudio gestiebat, quia assequutus erat quæ
litam prædam, & nō aberrarat ab eo quod cupie
bat. Vt autē uidit, inquit, exurrexit in occursum
illis, & adorabat facie super terram. Gratias egit
deo, quod dignaretur eum prætereuntium susce
ptiōe. Animaduerte illius animæ uirtutē: magnū
dei beneficiū arbitrabatur, incidisse in hos uiros,
ut susceptis illis suum perficeret desiderium. Iam
ne dixeris, quod angeli fuerint: sed hoc potius te
cum expēde, quod iustus ille nondū hoc sciebat,
sed quasi hoies ignotos & prætereūtes suscipiens
ita afficiebat. Et dixit: Ecce dñi, diuertite in do
mum pueri uestri, & quiescite, & lauate pedes ue
stros, & diluculo facto proficiscimini in uiam ue
stram. Sufficiunt hæc uerba ad detegendam uir
tutem quæ in pectore iusti latebat. Et quid mirū si
quis obstupescat eximiā humilitatem, & prompti
tudinem quam in hospitalitate declarabat: Ecce,
inquit, domini, diuertite in domū pueri uestri. Et
illos dominos uocat, & seipsum seruū uocat. Au
diamus hæc uerba, & discamus. Gloriosus, nobi
lis, tam abundās, tantus pater familiās: uiatores,
hospites, ignotos, ut apparebant uiles, & nihil ad
se attinentes, dominos nominat, & inquit: Diuer
tite in domum pueri uestri, & quiescite. Vespere
enim, inquit, ingruit. Morem mihi gerite, & lasi
tudinem diei solemini. Nunquid magnum uobis
promitto: lauate pedes uestros itinere longo fati
gatos, & facto diluculo pergetis in uiam uestrā.
Hanc gratiam donate mihi, & petitionem meam
ne frustreremini. Et dixerunt: Minime, sed in pla
tea quiescemus. Et etiā post tantas preces, cum ui
dit eos renuere, non fuit negligens, neq; ab insi
tuto suo destitit, neq; fecit uti nos interdum faci
mus: qui si quando aliquem hortari dignamur, &
postea uidemus parumper detrectantē & renuen
tem, statim desistimus: id quod contingit, quia ci
tra desiderium & seruorem hoc agimus, & maxi
mē quod putamus sufficere excusationem, si di
cere possimus fecisse nos officium nostrum. Ami
sisti in uenatione prædam, aberrasti à thesauro, &
tam parui facis: Tunc magni fecisses, si non abie
cisses ē manibus thesaurum, si non præterisses in
uenatione prædam, si non summis labris & uer
botenus tantū hospitalitatem indicasses. At non
sic iustus ille. Sed quid: Videbat oblectantes suis
precibus, & in platea manere uolentes. Hoc
autem: faciebant angeli, uirtutem iusti manifesta
re uolentes, & nos docere quanta eius fuerit ho
spitalitas. Ideo non iam uerbis contentus est ex
hortari, sed & uim facit. Propterea & Christus
dicebat: Violenti rapiunt regnum celorum.

Vbi

Vbi enim spirituale affulserit lucrum, tempestiua
fuerit uolētia, & laudabilis coactio. Et compulit
eos. Mihi autē uidetur & inuitos eos trahere. De
inde ubi uiderūt iustū ita feruentem & nolentem
desistere, nisi uoti cōpos fiat. Diuertit, inquit,
ad eum, & intrauerūt in domum eius. Et fecit eis
conuiuū, & coxit infermentatos, & comederunt
antequā irent cubitū. Vidisti & hic non in sum
ptuosa mensa hospitalitatem, sed potius in libera
litate mentis. Nam statim ut eos induxit in domū
suam, nullum hospitalitatis officium prætermisit.
Et ipse quidem in ministerio occupatus erat, & ci
bos apposuit, & omnes honorem impendit ho
spitibus, homines eos & uiatores quosdā esse pu
tans. Viri autē ciuitatis Sodomitæ circumdede
runt domum à iuvene usq; ad senem, omnis po
pulus simul: & euocauerunt Loth, & dixerūt ei:
Vbi sunt uiri, qui sunt ingressi ad te nocte: educ
eos ad nos, ut coeamus cum eis. Dilecti ne per
functorie transeamus quæ dicta sunt, & non solū
uideamus infantiā nulla uenia dignandā: sed & co
gitemus quomodo iustus in medio tam truculen
tarum bestiarū habitans, ita excellenti uirtute ful
serit, quomodo ferre potuerit iniquitatē eorum,
quomodo non fugit eorū ciuitatem, quō eis loqui
potuit. Quomodo: Ego dicam. Vniuersi dñs pre
uidens miram illorum malitiam, dispensauit ut iu
stus eo loci domicilium haberet, ut sicut optimus
medicus morbos eorum emendaret. Verum is ui
dens se cura sua nihil proficere, & illos nō emē
dari, non propterea à cura destitit. Habet em hūc
morem medicus, quauis uideat morbos esse gra
uiores quā ut arte curari possint, non omittit ta
men officium suum: sed omnem artem suam pro
fert, si forte possit agrū uel longo tempore repa
rare: quod si nihil amplius proficit, habet excusa
tionem maiorē, eo quod nihil prætermittit quod
ad se pertinet. Id sane & hic factum est. Iustus em,
qui uersabatur in medio talium, etiam sic mansit
iustus, uitamq; optimam egit. Illi autē propterea
omni uenia sunt destituti, quod non solum à ma
litiā non cessarunt, sed & magis auxerunt pecca
ta. Vide enim: Circumdedērunt domum à iuvene
usq; ad senem, omnis populus simul. Summa ma
litiæ conspiratio, uehemens malē agendi studiū,
inennarrabilis peruersitatis magnitudo, conatus
nulla uenia dignus. A iuvene, inquit, usq; ad senē.
Non solum, inquit, iuuetus hæc mala requirebat,
sed & prouectæ ætatis uiri aderant, & omnis po
pulus simul. Neq; erubescabant tam turpe tamq;
impudens flagitium, neq; infallibilem oculum co
gitabant, neq; iustum reuerbant, neq; hospitib.
parcebant: sed absq; rubore aperto (ut autē) capi
te libidinis suæ uerba dicentes accesserunt. Et uo
cato iusto, dixerunt ei: Vbi sunt uiri, qui ingressi
sunt ad te nocte: educ eos ut abutamur eis. Pro
pter hunc eorum illicitum conatum, & impiam
peruersitatem, opinor iustum usq; ad uesperā se
disse: ita ut ne sineret uiatores ignaros incidere in
illorum laqueos. Et iustus quidem cum hospita
litate & continentia hoc studium habuit, ut oēs

prætereūtes susciperet, nullusq; eum lateret, etiā
si hos nunc non angelos, sed homines esse putās.
Impij autem illi præter hoc quod nihil tale age
bant quale iustus ille, tantam etiam perpetrarunt
malitiā, ut ad obtegenda alia ipsorum scelera suf
ficere possit. Propter hoc autem in platea uolebat
manere, ut darēt iusto occasionem declarandi ho
spitalitatem erga se: & monstrarēt ei re ipsa quā
digne supplicijs in illos animaduertatur, qui tam
stupendam impietatem agebant. Sed uideamus
amplius magnitudinem uirtutis iusti. Egressus
igitur, inquit, ad eos ad uestibulum, ianua post se
clausa ait. Vide quomō timuit iustus, & tremuit
pro hospitem salute. Neq; enim tantum ianuam
clausit post se, sed sciens eorum insaniam & auda
ciam, & suspicans eorum temeritatem, ait ad eos:
Nequaquam uiri fratres. O iusti longanimit
tatem, o excellentem modestiam. Hæc uera uir
tus est, ita mansuetē alloqui illos. Nullus enim æ
grum uolens curare, & insanientē castigare, cum
furore & austeritate hoc facit. Et animaduerte
quod eos qui tam absurda patrare uolebant, fra
tres uocat, eorum conscientias tangere, & à ne
sario flagitio uolens abducere. Minime, inquit,
fratres, nolite inique agere, nihil tale cogitatis,
ne ponatis tam graue scelus in mentem uestram,
ne naturam ipsam traducatis, ne illicitos excogi
tatis coitus: sed si uolueritis insaniam uestræ furo
rem demulceri, ego quiddam præbebo quo flagi
tium uestrū leuius fiat. Sunt mihi duæ filie, quæ
uiros non cognouerunt. Adhuc, inquit, inex
pertæ sunt nuptialis congressus, intactæ sunt, lu
culentæ sunt, & adhuc in flore ætatis: eas omnib.
expositas do utendas sicut uobis placet: ut acci
piatis eas, inquit, & expleatis uestram in eis li
bidinem, & impleantur uestræ malæ concupi
scentiæ: tantum in uiros illos ne feceritis iniusti
tiam, quia intrauerunt sub tecta tignorum meo
rum. Quoniam, inquit, coegi eos, & induxi sub
tectum meum, ut ne mihi adscribatur iniquitas
quæ eis contigerit, & ego eis autor sim contume
liæ: idcirco pro eis duas meas filias do, ut illi à ma
nibus uestris liberentur. Quanta iusti uirtus om
nem uirtutem hospitalitatis superauit. Quid em
quis iusti huius benignitate fat dignum attulerit,
qui neq; filiabus parcere uoluit, ut seruaet hospi
tibus honorem, & liberaret eos à peruersitate So
domitarum: Et ille quidem filias suas proficit, ut
hospites uiatores (iterū eadem dico) omnino
ignotos eriperet ab impiorum cōtumelia: nos au
tem uidentes sæpe fratres nostros in ipsum impie
tatis profundū, & penē dixerim, in fauces diabo
li cadere, neq; sermone eos dignamur, neq; con
sulere, neq; uerbis admonere & eripere à malitiā,
& ad uirtutem manu ducere. Qualem igitur habe
bimus defensionem, cum iustus neq; filiabus par
cit, ut hospitem seruet curam: nos autem ita im
misericorditer erga fratres nostros afficimur, &
sæpe tam frigida & absurditatis plena uerba pro
ferimus: Quid enim, inquit, mihi cum eo commu
ne: mihi non est cura, nihil mihi negotij cum eo.
Quid

Quid dicis homo: Nihil tibi comune cum eo? Frater tuus est, eiusdem tecum naturae, sub eodem estis domino, saepe etiam eiusdem participes mensae spiritualis illius, inquam, & terribilis, & dicis, Nihil commune habeo cum eo: & immisericorditer preteris, & non porrigis iacenti manum. Et Iudaeis quidem lex imperabat, ne inimicorum lapsa iumenta negligenter: tu autem fratrem tuum a diabolo saepe faucium & iacentem, non super terram, sed super peccati barathrum uidentem, tua exhortatione non reuellis, non admonitionem tuam adhibes, non alios in auxilium uocas, ut a fauce bestiae membrum tuum eruere ualeas, & ad suam reducere nobilitatem: ut & ipse, si quando cecideris (quod absit) in laqueos mali daemone illius, possis habere aliquos qui te iuuent, & liberent a manibus diaboli. Sic & Paulus excitare uolens Galatas, ut fratris prouideant membris, inquit: Considerans te ipsum, ne & tu tenteris: quasi diceret, Si absque compassionem & misericordiam fratrem praeteris: forte & te, si cecideris, alius similiter praeteribit. Si igitur uis non despici, sicuti labaris, ne ipse despexeris alium: sed magnam praeter te fer benignitatem, & thesaurum crede maximum, si serues fratrem. Nihil enim huic unquam par fieri poterit, quod ad uirtutem attinet. Nam si solum mente cogitaueris, quod ille quem despicias & praeteris, a domino tanto in honore habitus est, ut propter ipsum non refugerit & sanguinem effunderet: sicut & Paulus dicit: Et perit infirmus frater in tua scientia, propter quem Christus mortuus est: quod non praepudore sub terra te abscondis: Si igitur propter illum Christus sanguinem effudit, quid magnum facis, si tuam in eum declaras beneuolentiam, & exhortatione uerborum iacentem erigis, & animam merisam forte & sumerisam refers ex profundo malitiae, & facis ut uideat ueritatis lucem, ac non recurrat ad uitiorum caliginem: Imitemur igitur, obsecro, iustum illum, & si periclitandum etiam fuerit pro salute proximi, non hoc subterfugiamus. Nam tale periculum nobis salutis erit occasio, multamque conciliabit fiduciam. Considera enim, obsecro, quomodo iustus ille toti populo, qui ita in malitiam conspirauerat, se opposuerit: & magnam clementiam, indicibilemque fortitudinem praeter se tulerit: quamuis neque sic corrigere potuerit indomitam illorum insaniam. Quis post uerba illa, & tam eximiam mansuetudinem, cum uerbis suis quasi manibus prostituisset filias, quid dicit ad eum? Absiste hinc. O grauem ebrietatem, o immodicam desipientiam. In hunc modum se habet: efferata & mala bestia concupiscentia, quando rationem uicerit, nihil quod oportet uidere sinit, sed quasi in tenebris & pugna nocturna omnia facit. Recede illinc, dicunt: uenisti ut esses aduena, num & iudicandi auctoritatem usurpas? Ergo nunc te affligemus magis quam illos. Vide quomodo iustus mansuetus cum eis loquitur, illi autem quanta ferocitate respondent. Enim uero quasi a diabolo exagitati, et eius ducatu sequentes, ita contra iustum insurgunt & dicunt: Venisti ut aduena esses, num & iudicandi auctoritatem usur-

Galat. 6. 4

1. Cor. 8. c

pas: Aduenam te, inquit, suscepimus, num & iudicem nostri te facis? O excellens ingratus: oportebat erubescere, oportebat reuereri consilium iusti. Verum sicut insani etiam medicum impetere conantur, ita & illi. Te aiunt, magis affligemus quam illos. Si non uis, autem, quietescere, disces quod patrocinio tuo nihil aliud efficies, praeterquam quod illi quidem periculum effugient, tu autem in ipsum incidis. Faciebant autem uim ualde. Vide iustum illum quantum fortitudinem declarat, & tantae multitudini opponere se attentat. Iamque prope erat ut effringerent fores. Quia enim egrediens & horum insaniam prauidens clausit post se ianuam, non ferentes impij & scelesti illi admonitionem iusti, ipsum uero premebant, & ianuam effringere moliebant. Sed quia operibus satis demonstrata fuit iusti uirtus, & cura eorum qui hospites putabantur, & conspiratio totius populi in malum: tunc & ij qui aderant, manifestarunt se. Et quia uiderant iustum omne officium suum implese, suam declarantes potentiam, suppetias ferebant iusto cui uis fiebat ab illorum insaniam. Itaque, inquit, uiri manibus extensus attraxerunt Loth ad se in domum, & ianuam domus clauserunt. Viros autem qui erant apud ianuam, percusserunt caecitate a paruo usque ad magnum, & dissoluti sunt, quatenus ianuam. Etiam iustus ille statim hospitalitatis accepit mercedes, & impij illi digna plectuntur poena. Dicit enim: Attraxerunt Loth in domum, & ianuam clauserunt: uiros autem percusserunt caecitate, a paruo usque ad magnum, & dissoluti sunt quatenus ianuam. Quoniam mentis eorum oculus excacatus erat, propter hoc & uisui priuati sunt: ut discant quod nihil sibi profint corporales oculi, si oculi mentis fuerint excacati. Et quia conspirauerant in malitia, & a malo conatu neque senes neque iuuenes abstinebant, ideo omnes excacati sunt: & non solum excacati sunt, sed & uiribus corporis destituti sunt, quando quidem potiore hominis partem animam corruerant: & qui prius ianuam effringere nitentur, & multum minabantur iusto, statim steterunt luxatis membris, & ante oculos sitam ianuam non uidentes. Tunc quasi respiciuit iustus, uidens quales hospites essent, & quae magnae uirtutis. Et tamen dixerunt ad eum uiri: Est quis tibi hic gener, uel filij uel filiae, uel alius quis in ciuitate? Vide quomodo iusti hospitalitatem remunerant, & quomodo ei largiri uolunt suorum omnium salutem. Si quis est tibi, inquit, in ciuitate, si quem saluare cupis, si quem scis ab hoc crimine alienum, educ ex hoc loco, & de terra. Omnes qui tibi iuncti sunt educi: perdimus enim nos locum huc. Deinde & causam afferunt, iustum omnia diligenter docentes. Quia exaltatus est, inquit, clamor eorum coram domino, & misit nos dominus ut perdamus eos. Hoc fuit quod dicitur est patriarchae Abraham: Clamor Sodorum & Gomorrae multiplicatus est ante me. Exaltatus est, inquit, clamor eorum coram domino. Grandis peruersitatis eorum magnitudo, & idcirco quia incurabilis morbus, & uulnus hoc nullam curam recipit

capit, misit nos dominus, ut perdamus eos. Et hoc est quod dicebat David: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis. Quia, inquit, aduenimus ut regio undique deleatur: propter malitiam enim inhabitantium, etiam terra poenam accipit, Egredere tu hinc. Haec ut audiuit iustus, & didicit causam propter quam assuerunt uiri quidem, ut apparebat, angeli autem reuera & ministri dei omnium, Egredere inde locutus est generis suis, qui acceperant filias suas. Atqui supra dicebat impijs, Ecce duas filias habeo, quae nondum cognouerunt uiros: quomodo igitur hic dicit, generis suis, qui acceperant filias suas? Ne putes diuersa esse haec illis, quae superius a iusto sunt dicta. Mos enim ille ueteribus erat, ante multum tempus sponsalia facere: saepe item & cohabitare desponsatis, & simul cum parentibus conuersari: id quod & nunc saepe fieri solet. Quia igitur iam desponsatio facta erat, ideo uocat eos generos, & dicit, qui acceperant filias suas, proposito uidelicet ac copromissione. Et dixit, Surgite, & exite de hoc loco: quia delebit dominus ciuitatem. Uisus est autem generis suis per iocum loqui. Vide quomodo est malo hoc fermeto erant & illi. Et propterea uolens deus statim liberare iustum ab illorum affinitate, non permisit eis commisceri filiabus iusti: sed cum impijs etiam illos perdidit, ut egressus iustus cum filiabus effugeret eorum cognationem. Itaque cum audiret a iusto terribiles illas minas deridebant: ueruntamen iustus quod fuit erat faciebat. Et quia semel illis filias desponsarat, uoluit eripere eos a plaga: at illi noluerunt, sed in moribus suis manserunt, & re ipsa didicerunt quod magno suo damno consilium iusti reiecerunt. Vbi autem, inquit, mane factum est, studiose adhortati sunt angeli Loth, dicentes: Surge, accipe uxorem tuam, & filias duas quas habes, & exi, ne & tu cum iniquitatibus ciuitatis pereas. Et turbati sunt. Ne differ, inquit. Iam enim illis perniciem infligenda est: te ipsum igitur & uxorem & filias serua. Illi enim qui noluerunt admonitioni tuae parere, non longe post participes erunt communis interitus. Ne igitur differ, ut ne & ipse interneciois istorum impiorum particeps fias. Et turbati sunt. Haec ut audiuerunt Loth & uxor & filiae, turbati sunt, inquit: hoc est, attoniti fuerunt, & in nimium pauorem inciderunt, & propter minas anxij fuere. Et ideo angeli cura agentes iusti, apprehenderunt, inquit, manum eius. Iam non ut de uiris loquitur de eis scriptura diuina, sed quia plagam inflaturam erant, angelos eos nominat, & dicit: Apprehenderunt manum eius, & manum uxoris eius, & manum filiarum eius, eo quod parceret ei dominus. Animabant eos manuum contactu, & roborauerunt eorum alacritatem, ut ne timor eorum dissolueret robur: propterea adiecit, eo quod parceret ei dominus. Quia enim dominus iudicauit eum salute dignum, idcirco & angeli uolentes eorum alacritatem roborare, manum eorum apprehendunt, & eductentes eos foras, dixerunt: Salua anima tuam: ne respicias post tergum: ne stes

Chryf.

in omni loco per circuitum: in monte saluum te fac, ne forte simul abripiaris. Quonia liberamus te ab impijs illis, ne ultra circumspectas post tergum, ne uelis uidere quae illis eueniant: sed festina, & longe fias, ut effugere queas poenam eis infligendam. Exin iustus timens, ne forte non posset designatum locum assequi, & in montem peruenire, inquit: Oro domine, quia inuenit puer tuus misericordiam coram te, & magnificasti iustitiam tuam, quam facis mecum ut uiuat anima mea: ego autem non possum saluari in monte, ne apprehendant me mala, & moriar: ecce ciuitas ista prope, ad quam confugi ego, parua est, ibi seruabor, & uiuet anima mea propter te. Quia semel, inquit, iudicasti salutem mihi dandam, ascendere autem montis uerticem uires meas transcendit, amplioem misericordiam mihi exhibete, & laborum meum alleuiate. Ne quando igitur apprehedar a poena quae infligitur illis, & particeps fiam interitus istorum, ciuitatem hanc uicinam & paruam segregate mihi. Nam licet uilis sit & parua, attamen illic seruatus, securus postea agere poteris. Et dixit ei: Ecce admiratus sum tuam faciem & in uerbo hoc, ut ne subuertat ciuitatem de qua loquutus es. Accepi tuas preces, inquit, & faciam hoc: & petitionem tuam tibi exhibebo, propter quod te etiam ciuitati parcam. Festina igitur, & occupa locum, & saluare. Neque enim faciam aliquid, donec illuc uenias. Non poteris, inquit, facere quicquam, usquequo tu illuc ingrediaris, quia cura ago tuae salutis. Expecto donec illuc peruenias, & tunc eis infligam poenam. Sol igitur egressus est super terram, & Loth intrauit in Segor. Circa solis ortum, inquit, uenit in ciuitatem, & statim cum ipse esset intra ciuitatem, illi poenam accipiebant. Pluit enim, inquit, dominus super Sodoma & Gomorra sulphur & ignem a domino de caelo: & subuertit ciuitates illas, & quicquid circa eas habitabat, & omnes qui habitabant in ciuitatibus, & omne quod exoriebatur de terra. Dilecte ne tenearis admiratione: propter prietas enim est scripturae, & indifferenter sic saepe ponit uerba: id quod nunc uidere licet. Pluit enim, inquit, dominus sulphur & ignem a domino de caelo: ut dicat, quod dominus poenam inducat: & non solum ciuitates subuertit, & omnem circa regionem, & omnes inhabitantes: sed & quae exorientur de terra, aboleuit. Quia enim homines, qui tantam ciuitatem inhabitabant, multos impietatis fructus protrulerunt: idcirco, inquit, & inutiles fructus terrae facio, ut & illis abolitis perpetuum sit monumentum sequentibus generationibus: omnes docens, quanta fuerit inhabitantium malitia. Vidisti quanta res sit uirtus, & quanta res malitia: & quomodo iustus saluatus sit, alij autem digna sua malitia poenam receperint. sicut enim iustus per suam uirtutem & filias saluauit, & ciuitatis illius subuersionem prohibuit: ita & illi propter immodicam suam malitiam, non solum ipsi perierunt & corrupti sunt, sed & terra inuisibilem in futurum effecerunt. Et respexit, inquit, uxor eius post tergum, & facta est columna salis. Nam quonia audiuit angelos praecipientes iusto

tom. 1 q. ut ne

ut ne se conuerterent retrorsum, sed cum magna festinantia secederent: neglexitq; uerba, & precepta non custodiuit, propterea suae negligentiae dedit poenam. Caeterum nos audientes illa, nostrae salutis curam diligentior habeamus, & uicia illa imitari caueamus. Imitemur autem iusti illius hospitalitatem & alias uirtutes, ut possimus & supernam iram depellere. Neq; enim possibile est, ut qui uirtute hanc magno studio exerceat, non grande inde reportet thesaurum. Etenim iusti illi sic supernam gratiam consequuti sunt, tam Patriarcha q; Loth, & qui homines suscipere se putauerunt, meruerunt suscipere angelos, & angelorum dominum. Nobis quoq; & nunc, si uouerimus, suscipere licet. **Luc. 9. f** cer. Ipse enim est qui dixit, qui suscipit uos, me suscipit. Sic suscipiamus hospites, & non ad externam uilitatem respiciamus. Enim uero si tali mente hospitalitatem etiam nos exercuerimus, digni erimus & nos qui tales excipiamus, qui uident uiri, angelorum autem uirtutes operantur. Tantumne curiosi exploratores & inquisitores simus, ut ne thesaurum perdamus. Quadoquidem & beatus Paulus tales iustos insinuat, & docet nos, quomodo tales ut susciperent, eis eueniret. Hospitalitatis, inquit, ne obliuiscamini: propter hanc enim nescientes quidam hospitio exceperunt angelos. Hoc enim eos potissimum fecit admirabiles, quod curam eorum quos nescierunt egere. Et nos quoq; cum fide ac pietate rem obeamus, ut sic thesaurum assequi possimus. Quod nobis omnibus coe datur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Diluculo autem uenit Abraham ad locum, ubi steterat coram domino. **Homil. XLIII**



Heri uos argumentum de muliere Samaritana satis docuit ineffabilem domini longanimitatem, & excellentem erga illam providentiam, atq; illius gratitudinem. Vidistis quomodo ut aquam sensibilem hauriret aduenit, & ex spirituali fonte diuina flumina hausit, ac domum rediit, implens quod dictum est a domino: Aquam quam ego dabo, erit in eo fons aquae salientis in uitam aeternam. Impleta enim ipsa diuino illo & spirituali fonte, non detinuit intra se flumina: sed superfluentem, ut ita dicam, effudit & in habitatores ciuitatis concessi domini gratiam, & praecanis officio functa est mulier Samaritana & alienigena. Vidistis quantum bonum sit animae gratitudo? Vidistis domini misericordiam, quomodo nullum contemnit: sed etiam in muliere, etiam in paupertate, & ubicumq; inuenit animam excusantem & uigilem ac seruicantem, statim gratiam suam illi largitur. Imitemur igitur, obsecro, & nos mulierem hanc, cumq; magna attentione accipiamus doctrinas a spiritu. Neq; enim nostra sunt quae dicuntur, neq; ex propria lingua loquimur quae cumq; dixerimus, sed domini misericordia afflati propter uestram salutem & aedificationem ecclesiae dei. Dilecte, ne ad me dicentem respicias, neq; ad tenuitatem meam: sed quoniam haec a domino afferro, ad

Ioan. 4. b

eum qui me misit habens attentam mentem, collecto animo quae dicuntur accipe. Quandoquidem & in humanis negotiis, quando rex dia demate redimitus literas mittit, tunc is qui eas affert, per se nullius momenti est, sed humilis quidam, saepe neq; progenitores numerare sciens, obscurus & ex obscuris: sed non ad illum spectant qui literas susceperunt, imo quia regiae sunt, perlatores quoque earum honorifice excipiunt. Si igitur is qui hominis literas affert, & chartam tantum apportat, sic omnibus acceptus est: multo magis uos, si fueritis iusti, eloquia quae a spiritu uobis per nos mittuntur, magna attentione suscipietis, ut magnam gratitudinis recipiatis mercedem. Nam si uiderit dominus omnium, animarum nostrarum promptitudinem: & nobis largiores sumptus suppeditabit propter uestram aedificationem, & uobis maiorem praebit intellectum, ita ut quae dicuntur intelligere traleatis. Liberalis enim est spiritus gratia, & se in omnes effundens, nullam partitionem sustinet: sed cum distribuitur magis crescit, & quanto plures sunt eius participes, tanto & beneficium magis extendit. Age igitur, si uideat, & hodie ad seriem eorum quae prius dicta sunt ueniamus, & uideamus ubi sermo manserit, & unde eum repetere hodie congruat. Vbi igitur nuper sermonem in littus appulimus, et a doctrina cessauimus? De Loth uobis narraueramus, & de Sodomorum incendio: illic sermo nem suspensimus, ubi iustus in Segor seruatus est. Sol enim egressus est super terram, et Loth intrauit in Segor, & tunc ira a deo immissa Sodomitas apprehendit, & terram illam aboleuit. Quando & mulier iusti, obliuiscens dictorum ab angelis, ut spectauit retrorsum, facta est columna salis, perpetuum monumentum posterioribus seculis suae negligentiae praebens. Necessarium nunc, ut dicamus uestrae charitati pauca ex his quae sequuntur, ut iterum uideatis charitatem & compassionem Patriarchae, & dei erga illum beneuolentiam. Nam ubi orto sole iustus Loth in Segor seruatus, qui autem Sodomis erat, poenam luerunt: Patriarcha simul & illorum interitum miserans, quem propter suum peccatum iusti nuerunt, & de iusto ualde sollicitus, mane uenies spectabat quae ibi fierent. Diluculo autem uenit, inquit, Abraham ad locum, ubi steterat coram domino, & respexit in faciem Sodomorum & Gomorrah, & in faciem circumiacentis regionis. Et uidit, & ecce ascendit flamma de terra, quasi fumus caelum. In eo, inquit, loco, in quo colloquutus est cum domino, & pro Sodomitis rogauit: uidit terribilis illius poenae uestigia, & de iusto discere aliquid uolebat. Is enim sanctorum mos est, ut plurimum afflictis afficiantur & copiantur. Et ut doceat nos diuina scriptura, quod statim ipsi huius rei scientiam concesserit spiritus gratia, & iustum curam quam pro Loth gerebat liberari, inquit, Cum subuerteret omnes ciuitates circa regionem Iordanis, recordatus est deus Abraham, & emisit Loth e medio subuersione. Quid est, recordatus est deus Abraham? hoc est, petitionis quam fecit, dicens, Ne simul perdas iustum cum impio. Cur igitur, dixerit alii

rit aliquis, propter orationem Patriarchae iustus seruatus est, & non propter suam iustitiam? Ita certe propter orationem Patriarchae. Quado enim quod ex nobis est simul afferimus, & accedit intercessio sanctorum, plurimum nobis confert. Quod si ipsi negligentes sumus, & spem in illis solis collocemus nostrae salutis, nihil amplius nobis prodest: non quod infirmi sint iusti, sed quia propter nostram desidia nos ipsos perdimus. Et ut discas, quod quando negligentes sumus, etiam si iusti sint qui pro nobis orant, etiam si propheta, nulla nobis inde fiat utilitas: illi enim suam uirtutem & per hoc demonstrant, nobis autem nulla erit utilitas propter mores nostros: audi deum omnium, ad eum qui de utero matris sanctificatus est, Hieremiam prophetam, dicentem, **7. d.** **14. b** ores pro populo hoc, quia non exaudiam te. Vide domini misericordiam: praedicat Propheta, ut ne quum post orationem non exaudiat, tribuat hoc suis malis meritis: & ideo iam praedicat ei populum malitiam, & prohibet ne precetur: ut & ipse scire queat immodicam Iudaeorum peruersitatem: & illi sciant, quod nihil eis prodest Propheta, nisi ipsi quae sua sunt proferre uelint. Id scietes dilecti, confugiamus ad sanctorum preces, & oremus ut pro nobis intercedant: sed non illorum precibus tantum confidamus, sed & ipsi nostra, ut oportet, dispensemus recte, & ad meliora semper conuertamur. Hoc & ad alium Prophetam dicit dominus omnium: Non uides quid ipsi faciunt: incendunt adipem, & placetas faciunt exercituum caeli: quasi dicens ad eum, Pro illis me rogas, qui a peccato non desistunt, qui carent sensu infirmitatis suae qua laborant, sed sic absque dolore sunt affecti? Non uides plurimum eorum contemptum? non uides eorum magnam insaniam, quomodo nondum satient impietate, sed se uolunt in suis iniquitatibus, quasi in luto? Nunquid si uellent conuerti, preces eorum morarer? Nonne ego sum per prophetas clamans, & dicens, Et dixi postquam ipsa omnia haec admisit scortando, ad me conuertere, & non est conuersa? Num aliud quaero, quam ut quiescat a peccato tantum, et sistat mala? Num pro praeterito rationem exigo, si uideat respicientes? Nonne quotidie clamo, dicens, Nolo mortem peccatoris, sed ut magis conuertatur & uiuat? Nonne propterea omnia facio, ut ab interitu eripiam eos qui ab errore preoccupati sunt? Num si uideat conuertentes, differo? Nonne ego sum qui dico, Adhuc te loquente dicam, ecce adsum? Num sic ipsi suae salutis auidi sunt ut ego, cui maxime peculiariter est uelle omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis peruenire? Num ideo uos ex nihilo produxi ut perdam? Num sine causa regnum futurum, & innumera bona praeparauit? An non propter hoc et gehennam minatus sum, ut in regnum caelorum huius metu intrare homines faciam? Ne igitur o Propheta illos relinquens, mihi afferas orationem: sed hoc tuo studio facias, ut illorum morbus uincatur, & in sensum infirmitatis suae, & ad sanitatem ipsi reducantur, & mea omnino sequantur. Neq; enim moror, uel differo, quando uideo animam gratam: unum enim tantum requiro, nepe, ut conuertantur **Chryf.**

peccata, & ab eis abstineant, & non ultra infero poenam peccatis. Num graue & molestum est quod a me proponitur? Nisi scire deterioris fieri quado priora peccata non confitentur, neq; id ipsum requirerem. Verum quia scio hominum genus magis ad peccatum uergeri: propterea uolo ut confiteantur priora peccata, & confessione prohibeantur ne in eadem recidant peccata. Hanc igitur dilecti, domini misericordiam in animo uersantes, ne simus desides: sed magnam nostris ipsorum geramus curam, & peccatorum maculas purgemus, atq; sic sanctorum precibus nos commendemus. Nam si sobrius esse uouerimus, & expergescatis atq; strenua mente, etiam per nos ipsos orantes plurimum nobis proderimus. Quia enim misericors est dominus noster, non sic annuit quum oratur ab alijs pro nobis, ut quum a nobis ipsi. Vide bonitatem eximia: nam si uiderit nos qui offendimus, & ignominiosi facti sumus, nullam habentes fiduciam, parumq; strenuos, ad misericordiam tamen suam diuitias confugere uolentes: statim precibus annuit, & manum porrigit iacētibus, & lapsos excitat, clamatq; dicens: Nunquid qui caedit, non resurget? Verum ut discatis etiam re ipsa, quomodo multi per semetipsos id quod cupiebant assequi ualuerunt, ut & nos imitemur, & ad emulationem prouocemur: audiamus igitur, quomodo Chanana illa mulier, quum esset alienigena, & anima ualde cruciaretur: ubi uidit medicum animarum, & solem iustitiae qui exortus est his qui sedent in tenebris, accessit ad eum seruicida & alacri promptitudine: neq; ideo segnior facta, quod uel mulier, uel alienigena esset: sed omnibus impedimentis repulsis, ut accessit, inquit, Domine miserere mei, quia filia mea male a daemonibus torquetur. Verum qui scit abscondita cordium, tacet & non respondet, neq; sermone eam dignatur: neq; miseretur mulieris, quam uidebat tanto cum eiulatu accedere: sed differt, uolens occultum mulieris thesaurum omnibus manifestum facere. Sciebat reconditam margaritam, quam latere nos nolebat: & idcirco differebat, & nec responsio dignabatur, ut posteris omnibus mulieris sedulitas magna foret doctrina. Et uide ineffabilem dei bonitatem. Ipse enim, inquit, non responderebat ei. Discipuli autem, qui misericordiores & maioris compassionis esse uidebantur, non audent manifeste dicere, Da ei quod petit: miserere ei: esto ei clemens. Sed quid? Dimitte eam, quia clamat post nos: quasi dicentes, libera nos a molestia, libera nos a clamore quem excitat. Quid igitur dominus? Putatis me, inquit, absque causa tacuisse, & responso eam non fuisse dignatur? Audite, Non sum missus nisi ad oues quae perierunt domus Israel. Nescitis, inquit, quod alienigena mulier est? nescitis quod uos iam docui ne iretis in uiam gentium? Quare tam temere compassionem erga eam declaratis? Considera multifariam dei sapientiam, quomodo & quum responderet, mulierem magis perstringebat quam silendo: & quasi letalem plagam dabat, prouocare paulatim eam uolens, ut discerent ignorantes discipuli quanta in ea lateret fides. Sed nequid tardior negligentem, 1 q 2 tiorum

Psal. 40. b

Matth. 23. c

Matth. 20. d

tior facta est, uis discipulis à cœpto suo destititibus, neq; dixit intra semetipsam: Si non potuerunt illi dominum pro me exorare, quare ego frustra sequerer, & continuo instarem? Sed quasi ab igne calefacta & succensa, uisceribus & ratione conturbatis, accedit adorans, & dicit: Domine, adiuua me. Ille aut neq; sic adiuuat mulierem, sed responsum dat superiore grauius. Non est, inquit, bonum ut tollatur panis filiorū, & detur canibus. Considera dilecte, & animaduerte hic animæ eius desiderium, & fidem eximiam. Ut audiuit se canem dici non grauatim tulit, nō retrocessit: sed magna ingenuitate inquit, Etia domine: nam & catuli edunt de micis mensæ dominorum suorum. Confiteor, inquit, catulum me esse: igitur sicut catulum dignare me micis mēsa. Vidisti mulieris fidem & prudētiam? Accepit quod dictum est, & statim id pro quo sollicitabat tanto studio, obtinuit, obtinuitq; magnis cum laudibus. Quid em̄ dicit Christus? O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut uis. O mulier, admirationis est uerbum, & dictum laude plenū. Magnam, inquit, de clarasti fidem, propterea tanta tibi erunt quantia uis. Vide liberalitatis gloriā, & admirare domini sapientiam: an nō ab initio putabamus, quum sic repelleret eam, cōpensione carere illū? Et primum quidē non dignabatur respōso, postea autem per primū & secundum responsum quasi abi gebat, & eam quæ cum tanto aduenerat desiderio & seruore à comitatu segregabat. Verum à fine discas dei bonitatē, quod uolens eā clariorem fieri, tanta dilatioe fuerit usus. Equidem si statim annuisset, nesciuisset nos mulieris uirtutem: quia aut pariter distulit, & domini cognouimus misericordiā, & illius fidē eximiam. Totā aut hanc historiam in mediū asserre coacti sumus, ut discamus quod non tantum efficimus per alios orantes, ut per nos ipsos, si quidem cum alacri & uigilante accedimus. Enim uero illa & discipulos habens pro se orātes, nihil profecit, donec per se assisteret, misericordiam domini sibi concilians. Quin & parabola illa amici intempesta nocte uenientis, & tres panes petētis, idem hoc significat. Nam licet non exaudiat eo quod amicus sit, attamē uel propter importunitatē, quum surrexerit, ei dabit. Itaq; quoniam uidemus ineffabilem misericordiam domini nostri, accedamus ad eum, & quasi ante oculos nostros propositis singulis peccatis nostris, etiā pro preteritis peccatorum ueniam petamus, ut in futurū maiori diligentia uiuentes, uberiorē eius gratiam assequamur. Verum redeamus, si placet, ad lectionis seriem. Ascendit autem, inqt, Loth in Segor, & sedit in mōte, & duæ filia eius cum eo. Timuerūt enim habitare in Segor, & habitauit in spelunca ipse, & duæ filie eius cum eo.] Iustus inualefcēte adhuc timore, quem conceperat à plaga Sodomis introducta, procul abis, & in mōte, inquit, habitat cū filiabus suis: & in solitudine et uasitate extrema postea fuit cum filiabus, in monte habitans. Dixit autē, inquit, maior natu ad iuniorē: Pater noster senex est,

& nullus est super terram qui ingrediatur ad nos, ut cōgruit uniuersæ terræ: ueni & potabimus patrem nostrum uino, & dormiemus cum eo, & ex citabimus semen ex patre nostro.] Cum reuerentia & timore multo audiamus ea quæ in diuinis scripturis continentur: non enim temerē & absq; causa scripta sunt, sed omnia utiliter & nobis proficua, etiam si nos quæ dā ignoremus. Non enim omnia possumus euidenter scire: sed si & causas attentauerimus reddere pro nostro captu, habēt tamen adhuc latētem quendam thesaurū, à multis absconditum, nec inuestigabilem. Considera igitur quomodo scriptura omnia manifestē narrarit, & nobis scopū a finem ostenderit filiarum iustis, nunc quidem pro illis, nunc uero pro iusto dignam satisfactionē asserens: ut nullus ad factum respiciens, uel iustum condemnet, uel iusti filias, quasi congressus ille propter incōtinentiam fuerit. Quomodo igitur pro filiabus responderet? Dixit, inquit, maior natu ad iuniorē: Pater noster est senex, & nullus est super terrā, qui ingrediatur ad nos iuxta morē uniuersæ terræ. Vide scopum diligēter, & omni eas liberabis crimine. Putauerunt generalem totius orbis factum interitū, nullumq; amplius superstitem: deinde & patris uiderunt senectutem. Ut igitur, inquit, nō aboleatur genus, & pereat nomen.] Hæc enim erat priscorū maxima cura, quomodo genus suum filiorum successione dilarent: proinde dicit, Ne & nostri generis tota fiat abolitio, præsertim iam senio patre confecto: & nullus inueniatur uir qui nobis iungat, ut possimus extendere & relinquere seminis nostri propagationē. Veni, inquit, ut ne hoc fiat, potemus patrem nostrum uino.] Quali dicere uult, nunquā ferret uel auribus hoc pater, uino decipiamus eum. Potauerūt autem patrē suum uino nocte ista, & ingressa est senior, & dormiuit cum patre suo: & nesciuit quando illa accubuerit, uel surrexerit.] Vidisti, quomodo diuina scriptura & pro iusto rationē reddiderit semel atq; iterum: & prius quidem, quod filia uino ei imposuerint, declarauit: & quod non aliter potuerint persuadere patri q̄ sic faciendo: Nunc autem opinor & superna dispensatione esse factum, ita fuisse eum aggrauatum uino, ut omnino igno raret, ne scilicet fieret criminū reus. Ea enim peccata nos condemnāt, quæ scientes & uoluntariē facimus. Vide quomodo testimoniū præbet iusto, quod omnino factum nescierit. Verum iterū quæstio nascitur de ebrietate. Oportet em̄ omnia inuestigare, ut nulla rudibus & impudentibus calumniandi relinquaat occasio. Quid igitur & de hac facta sunt, sed tristitia. Nullus igitur audeat aut iustum, aut iusti filias cōdemnare. Quomodo enim non esset extremæ demētia & desipientia, ut eos quos diuina scriptura ab omni liberat crimine, immo pro quibus tantam apologiā componit, nos innumeris peccatis pleni condemnemus, & non audiamus Paulum dicentem: Deus qui iustificat, quis est qui condēnat? Et ut discas, quod hoc non

Rom. 8. f

sine causa factū sit: sed tristitia nimietas accedente uino nullum ei reliquerit sensum, audi quid dicat: Et factum est die sequenti, dixitq; maior natu ad iuniorē, Ecce dormiui heri cum patre nostro: potabimus eum uino & nocte ista, & ingressa dormi cum eo, & excitemus ex patre nostro semen.] Vides quomodo recta sententia hoc faciebāt: Nam, quia potui, inquit, ego quod quærebā implere, necessariū & te idem faceret: forte em̄ uotorum nostrorum cōpotes erimus, & non in æternum genus nostrū peribit. Potauerunt autē & nocte ista patrē suum uino, & ingressa est iunior, & dormiuit cum patre suo. Et ignorauit ille quando ipsa uel accubuerit, uel surrexerit.] Considera dilecte quod totum factum fuerit diuina dispensatione, sicut & Protoplasto euenit. Nam sicut illic ex dormiētis latere portio sumpta est, eo non sentiente: sed qui finxerat latus illud, inde uxorem Adæ produxit: ita simili modo & nūc. Nam cum costæ ablatio, excessu mētis à deo immisso, absq; illius sensu fuit: multo magis & quod nunc est factum. Nam id quod dixit illic diuina scriptura, & immisit eccliam in Adam, et dormiuit: hoc & hic significauit, dicēdo, Nesciuit quādo uel accubuerit, uel surrexerit. Et cōceperunt, inquit, de patre suo. Et peperit maior natu filiū, & uocauit nomen eius Moab: dicens, Ex patre meo. Hic pater est Moabitarū. Peperit autē & iunior filiū, & uocauit nomē eius Amman, dicens, Filius generis mei. Hic pater est Ammanitarū.] Vides quod nō fuerit incōtinentiæ opus? Nomina em̄ statim natis indiderunt quibus factū significabant, & in filiorum nominib. quasi in colūna quadā memoriā facti inscribebāt: iam tum præsignātes quod gentes ex eis futuræ essent, & in multitudinē se propagaturū natōrū genus. Nam ille quidē, inquit, pater erit Moabitarū, iste autem Ammanitarum. Verum tunc quidem, quoniam origo & initia erāt, & per generis successione memoriā suam uolebant conseruare, tanta eius rei cura fuit iusti filias. Nunc autem quia per gratiā dei religio maiora sumpsit incrementa, & iuxta beatū Paulum, præterit figura mūdi huius: bona opera agendo, memoriā nostri relinquamus: ut quū hinc migrauerimus, uitæ nostræ diligens & accurata cōuersatio sit monumentū & doctrina omnibus qui in nos spectant. Nam qui uirtute præditi sunt, & castam uitam ducūt: nō solum quū in hac uita sunt, sed & post uitæ exitum, plurimum prodesse poterunt his qui in se respexerint. Quod ut discas, uide obsecro quantus annorū numerus transiit, & usq; in hodiernum diem, quoties uoluerimus aliquos in emulationem cōtinentiæ proto care, Ioseph in mediū asserimus: pulchrū, formosum: adolescentem, in ipso ætatis flore tantam castitatis constantiā præ se ferentē: & sic ad imitationē iusti huius auditores prouocare studemus. Quis enim non admiraretur beatū illum, qui in seruitute existens, & in ipso flore ætatis, quando maximè formax concupiscentiarū accenditur, quū uideret dominam suam se inuadentem, & infantiētem in se,

tantam ostendit fortitudinē, & ita ad castitatis agones se exercuit, ut ab intemperata illa muliere nudus quidem uestibus profugeret, castitatis autem indumentum seruaret. Licebatq; uidere rem nouam & admirabilem, agnum in lupi, imō leonæ unguis incidisse, & saluari potuisse. Et sicut columba aquilæ iniuriā effugit, ita & iustus ab illius manibus euasit. Non tam admirabile mihi uidetur esse, tres pueros illos in medio Babylonice fornacis ignem uicisse, illæis eorū corporibus ut mirabile & rarū est, quod iustus iste, qui in fornacem hanc Babylonica multo grauiorē, in incōtinentiā, in quā, Aegyptiæ incidit, & intactus permansit, puroq; castitatis indumēto seruato, exiit. Et ne mireris dilecte: quia enim quod suum erat attulit, habuit supernā gratiā comitem, quæ incendiū illud restingueret, & in media fornace rorem spiritus daret. Vidisti quomodo uirtute præditi, & quum hic adhuc sunt ac præsentēs, & post migrationē ex hac uita, magnæ utilitatis autores nobis sunt? Atq; ob eam causam & iustū illum in mediū adduximus: hunc omnes imitemur, & concupiscentias nostras uincamus: sciētesq; quod nō est nobis pugna aduersus sanguinē & carnē, sed aduersus principatus & potestates, aduersus mūdi rectores tenebrarū huius seculi, sic nos ipsos armemus: cogitātesq; quod corpore circūdati, aduersus incorporeas uirtutes certare cogimur, muniamur armis spiritus. Propter hoc enim misericors dominus, quia carne uestiti sumus, et est nobis aduersus inuisibiles uirtutes certamē, inuisibilia nobis præparauit arma, ut auxilio armorū naturæ aduersarios expugnemus. Bene igitur fidētes armis, quæ à nobis est afferamus, et poterimus hac spiritali armatura muniti, ipsam diaboli faciē ferire. Neq; em̄ ferre poterit fulgorē quæ inde egredietur, sed etli conē stare ex aduerso, excacabit. Vbi enim cōtinentia & honestas, aliarūq; uirtutum cœtus: illuc & larga spiritus gratia aduolat: quapropter & Paulus dicebat, Pacē sectemini cum omnibus, & sanctificationē. Purificemus igitur, obsecro, conscientias nostras, & extergamus mētem: ut omni mala cogitatione liberati, spiritus gratiam nobis conciliemus, superemusq; diaboli machinationes, unde mereamur ineffabilibus illis bonis frui, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria nunc & semper, & in secula seculorum, Amen. Et mouit illinc Abraham in terrā uersus Africā, & habitauit inter Cades & inter Sur, & peregrinus fuit in Geraris. Homil. XLV.

Quoniam frequentes uos in auditorio magna cum uoluptate doctrinā nostram suscipere uideo, gaudeo, & indies maiori alacritate pauperē hanc nostrā & tenuem mensam proponere studeo. Vestra enim ciborum immodica appetentia, mensæ nostræ frugalitatem dissimulat, paruaq; facit ut magna appareant: id quod & in sensibilibus eduljijs uidere licet. Nam sicut cum magna sumptuosaq; fercula apponuntur, præcedens cōuiciarum satietas satiat, tom. 1. q. 3. est ut

Dim. 8

Heb. 12. d



Chryf.

cit ut aliquid decedat splendori appositorum, & magna nonnunquam nullius uideantur momenti, eo quod conuiuia ab his edendi auiditate aduenerunt. Contra, qui susceperunt famelicos & esurientes, licet illis tenuem proponant mensam, splendida tamen apparebit conuiuia, prompte apposita auidē comedentibus. Sic eodem modo et nos bene filii spirituali uestro appetitu, non grauamur pauperem & uilem hanc mensam uestre charitati continē apponere. Hoc & sapiēs quidam dicebat, Melius est conuiuium holerum cum charitate, quam bos de praesepio cum odio. Quo docet, charitatem aliter uidere apposita, illiusque oculis uilia apparere sumptuosa, & parua magna. Quid igitur beatus uisus qui apud tot auditores, tamque feruēti & uigenti charitate praeditos differimus? Nihil enim tantopere dicenti necessarium est, ut auditoris beneuolentia. Quādoquidem cum uidet auditores feruere desiderio, firmatur & ipse: & saepe robur, ut ita dicā, accipit, sciēs quod quāto sumptuosiorē mensam proponit, tāto & abundantia suā magis accedit. Secus enim se habent spiritualia. Illic enim mensae largitas sumptum facit, & conuiuui exhibentis imminuit substantiā: hic autē omnino aliter: quāto plures enim sunt participes, tanto plus substantiā illius accrescit. Neque enim nostra dicimus, sed ea quae in uestra utilitate dei gratia per suā misericordiā suppeditat. Age igitur, quia tanta adestis alacritate & frequentia, iterū iam lecta indagabimus, faciemusque ut et quod hic est lucrū, percipiamus. Nam quia iuxta magnā exhortationem Christi, dicentis, Scrutamini scripturas, thesaurus magnus in scripturis est reconditus; & in profunditate latens; idcirco scrutatione opus, ut cum didicerimus uirtutē quae in profundo latet, multam inde utilitatem accipere queamus. Etenim propterea iustorum omnium uirtutes, spiritus sancti gratia & dispensatione scripturis sunt traditae, ut nos continuā habentes doctrinam, ad aemulationē & imitationē iustorum uitam nostram instituamus. Audiamus igitur diuinā scripturam quid & hodie nobis de Patriarcha narrare uult.

CAP. XX. Et mouit, inquit, illinc Abraham in terrā uersus Africū, & habitauit inter Cades & inter Sur, & peregrinus fuit in Geraris.] Et mouit, inquit, illinc. Vnde mouit: a loco ubi tabernaculū fixerat, ubi & uniuersi conditorē cum angelis suscipere ei concessum erat. Illinc, inquit, ut mouit & profectus est, peregrinus fuit in Geraris. Vide iustorum uide rationem, quam modica illis fuerit & minimē superuacua suppellex: quomodo facile transmigrabant, uitamque suam instituebant sicut peregrini & aduenae: & nunc hic, nunc istuc tabernacula erigebant, quasi in aliena terra agentes: nō sicut nos facimus, habitātes in aliena terra quasi in patria, & domus extruimus splendidas, & porticus, & deambulacra, & uillas possidemus, & balnea facimus, aliaque plurima. Sed uide quomodo iustus substantiā suam in uernaculis tantū & pecoribus possidens, & nunquam in eodem loco stans, aliquando quidē in Bethel figit tabernacula, interim au-

tem apud quercum Mambre: interdum in Aegyptum descendit, nunc autē in Geraris tabernaculum figit: & omnia facile sustinet, et gratitudinem erga suum dominū per omnia manifeste declarat: & post tantas promissiones quae ei a deo factae erant, uidens se in tantis uersari difficultatibus, & in diuersas ac multijugas tētatōes incidere, quasi adamas immotus persistit: piamque suam mētem ostendens, nullis obstaculis fit negligētor. Vide enim & nunc dilecte, qualis tētatō eum in Geraris inuadit: & admirare fortitudinē & uirtutem iusti, quomodo quod omnibus intolerabile, & quod neque auribus suscipere quis uellet, hoc ipse sustinuit: nō aegre ferens, neque exigēs a domino ut uisceretur ea quae fiebant, sicut plerique homines faciunt, hiique innumeris peccatorum sarcinis pressi. Nam cum difficultates aliquas inciderint, statim obmurmurāt, & curiosius inquirunt, & dicunt, Quare hoc & hoc euenit? & quare hoc permillum est? At iustus ille non sic: unde & amplior ei superna gratia concessa est. Hoc enim uerē grati serui fuerit, ut nunquam obmurmuret et curiosior sit in his quae a domino fiunt, sed in silentio & gratitudine suscipiat omnia. Et animaduerte, quomodo etiam per illas ipsas quae sequuntur tētatōes, iusti uirtus magis emicuit, deo clarum illum semper reddente. Nam sicut quando in Aegyptū descendit, ut ignotus & peregrinus, & nulli agnitus, subito magno cum honore inde rediit: Ita & nunc, cum peregrinus esset in Geraris, in ipsis quidem initijs quod sursum erat fecit: postea uero tanto dei subsidio munitus est, ut & rex & omnes qui in ea regione habitabant, omni studio ministrare iusto studerent. Dixit autē, inquit, Abraham de Sara uxore sua, Soror mea est: ne forte occideret eum uiri ciuitatis propter illā.] Vide quomodo a uolentissimis affectiōibus anima iusti impugnetur, & timor eum incessat. Et quauis prior timor, ne uxore amittat, grauis fuerit: timor tamen mortis illum expulit. Ut enim hūc effugeret, sustinuit suis oculis ut socia uite suae in regis manus incideret, quam sit autem hoc toleratu difficile, sciunt qui uxores habent. Vnde & sapiēs quidā dicebat, Plenus zelo furor uiri eius, non parcat in die iudicij, nullo pretio mutabit inimicitias. Verū graue hoc & omnibus intolerabile, uide quomodo propter mortis metū iustus ille tulit. Hoc sanē & in corporalibus affectiōibus contingere solet: si quādo duo morbi simul infestant corpus nostrū, unius incrementum obscurat alterū, et totos nos ille grauior dolor sibi uindicat, ita ut minorē non sentiamus. Eodem modo iustus quoque ille nunc uidens uigere dōlorē mortis, omnia acerba toleranda censebat. Ceterū hūc audiens dilecte, ne cōdemnes iustum ob pusillanimitatē, quod mortem timuerit: sed potius admirare conditorē uniuersi, qui tantē erga nos est misericordiā, quod iustus illis & sanctis tunc terribilem, eandem nunc ita contemptibilem fecit Christus, ut quam formidabāt illi uirtute clari, & tanta erga deū fiducia freti, nunc derideāt & iuuenēs, & tenerae uirgines. Nihil enim

mors

mors est ultra quam somnus, & peregrinatio, & transmigratio a deterioribus ad meliora. Mors enim domini immortalitatem nobis donauit, & ut descendit in infernū, dissoluit eius neruos, et robur destruxit: & quod antea terribile erat & implacabile, hoc nunc contemptibile fecit, adeo ut & multi exiliani & festinantes cum hinc migrandum. Proinde & Paulus clamat, dicēs, Dissolui cupio, & cum Christo esse multo melius. Verū hūc quidem nunc post Christi aduentum, postquam fractae sunt portae inferni aereae, postquam sol iustitiae ubique terrarum affulsit. Tunc autem terribilem adhuc habebat faciem, concutiebaturque iustorum illorum uirorum mētem: ideo & omnia alia reuebant leuiter, etiam quae intolerabilia esse uidebantur. Hinc est quod & iustus ille, timens eorū qui in Geraris habitabant insidias, domicilium ibi habuit, non ut uxorem, sed ut sororem secū habens. Et sicut eum in Aegyptum eum descendere permisit deus, uolens & rudes illos & insensatos discere iusti uirtutem: ita & hic differt dominus, ut iusti patientia in omnibus eluceat, deique in ipsum benignitas omnibus manifesta fiat. Misit autē Abimelech rex Gerarorū, ut afferret Saram.] Cogita hic, quēso, tempestatem cogitationum quam tulit iustus, uidens uxorem suam abduci, & se nihil posse iuuare eam. Silenter enim ferebat omnia, sciens quod se non esset despecturus dominus, sed acceleratū adhibiturus subsidium. Admirabilis quoque & Sarae charitas est, quae periculo mortis iustum eripere uoluit. Poterat enim ipsa detegendo factum, cōtumeliam effugere: sed pertulit omnia fortiter, ut uiro salutē pararet. Et impletum est illud dictum, Erūt duo in carnem unam. Ita mutuae salutis curam uicissim agebant, & tantam declarabant concordiam, quasi unum essent corpus, & una anima. Audiant hūc uiri, audiant & mulieres: & istae quidem ut eandem erga suos uiros charitatem declarent, & nihil aliud illorum praefereant salutem: uiri autem erga uxores habeant beneuolentiam, & quasi unam animam & unum corpus possiderent, omnia faciant. Hoc enim uerum est coniugium, quādo tanta inter eos est concordia, quando uinculo charitatis ita sunt concatenati. Sicut enim corpus nunquam a semetipso dissidet, neque anima a diuersis seipsam: ita uirū & mulierem non conuenit dissidere. Tunc enim bona infinita sibi coaceruare poterunt. Vbi enim concordia, ibi bonorum confluxus, ibi pax, ibi charitas, ibi spiritualis laetitia: nullum bellum, nulla rixa, nusquam inimicitia & cōtentio: sed haec omnia in medio tolluntur per concordiam, bonorum omnium radicem, quae omnia illa simul abolet.

Misit autem Abimelech rex Gerarorū, & accepit Saram. Et intrauit deus ad Abimelech in somno nocturno, & dixit: Ecce tu morieris propter uxorem quam abstulisti: ista autē cohabitatrix fuit uiro.] Vide dei misericordiam: quomodo, quia uidit iustum propter merum mortis, Sarae ablationem fortiter ferre, & regem eam ut sororem iusti abducere: suā postea declarat prouidentiam,

iustum quoque illustriorē reddit, & Saram ab iniuria, regem uero a peccato liberat. Et intrauit, inquit, deus ad Abimelech in somno nocturno. Per ipsum, inquit, somni tempus, eripere eum uolens ab iniquitate, dedit menti eius sciētiam, & occultam manifestauit, multumque metum auxit interminando mortem. Dicit enim morieris propter mulierem quam abstulisti: ista autē cohabitatrix fuit uiro. Abimelech autem non tetigerat illam.] Haec autem omnia facta sunt, ut dei promissio facta Patriarchae impleteretur. Enim uero quia paulo antea promiserat, Isaac esse nascendum, & prope aderat tēpus: ut ne officeret promissioni dei, tantum timorem in Abimelech immisit, ut perculsus animo Saram attingere non auderet. Propter hoc enim adiecit diuina scriptura, Abimelech nō tetigerat illam, sed & de facinore se defendit, ac dicit: Domine, gentem iustam & ignorantem perdes?] Nunquid sciens, inquit, uxorem eius esse, hoc fecit? nunquid iniuria peregrinū afficere uolens? nunquid ut uxorem eius auferens? Ut sororem eam accepturus eram, ratus hoc nomine & hunc & illam honorari. Gentē igitur iustam & ignorantem perdes? Deinde manifestans quod dicebat, inquit: Et ipse mihi dixit, Soror mea est: & ipsa mihi dixit, Frater meus est.] Vide quomodo habuerint concordiam & cōspirationem. Et ipse, inquit, hoc mihi dixit, & ipsa astipulata est dictis eius. In corde puro, & in iustitia manū feci hoc.] Non ut iniquū facturus, inquit, sed ut legitimum & licitum, irreprehensibileque hoc feci. Quid igitur misericors deus? Dixit autē ei deus in somno.] Vide quomodo se attemperat omnium dominus, suam bonitatem per omnia declarans. Et ego scio quod corde puro hoc feceris.] Scio, inquit, quod ipsi hanc fabulam commenti sint, & quod deceptus eorū dictis hoc feceris. Ob hoc, ut ne propter deceptionem hūc pecces, cohibui ne tu peccares in me.] Magna uerbi attemperatio, maxima domini est misericordia. In me, inquit, rediturum est peccatum. Nam sicut in hominibus, quando quis aliquē carum domino suo iniuria quadam afficit, sibi iniuriam factam putat dominus: & dicit, Mihi iniuriā fecisti per ea quibus a te seruus iniuria est affectus: ea enim quae in illum committuntur, in me transeunt. Eodem modo & bonus dominus: Cohibui te, inquit, ut ne peccares in me. Mei, inquit, famuli sunt, & adeo mihi cōmendati, ut mihi fieri existimem quae cum illis fiunt, siue bona sint, siue nō bona. Propterea nō permisi te ut tangeres eam.] Quoniam magnā eorum curam gero, sciens quod per ignorantiam hanc eis contumeliā facturus eras, cohibui te, ut ne peccares in me. Ne simpliciter, ut quempiam uulgarium attende hunc uirum: sed discere quod ex his est quorum ego maximā curam gero, & qui peculiariter mei sunt. Redde igitur uxore uiro, quia propheta est, & orabit pro te, & uiues.] Vide quomodo uirtutem iusti detegit: prophetam ipsum uocat, quasi instruens regem ut precatorem eum

q 4 faciat

faciat pro se. Orabit enim pro te, & uiues. Ille ete nim, inquit, ueritus ne occideretur a te, hanc co-
mœdiam concinnauit, & quasi cooperatus est in
contumeliã Saræ: scias aut, quod illius preces ui-
tam tibi præbebunt. Deinde, ut ne concupiscẽtia fla-
gras, & pulchritudine Saræ uictus, minus faciat
mandatũ: immittit ei timorẽ, & maiorẽ poenã mi-
natur se inducturũ. Quod si non dederis, inqt,
scias quod morieris tu, & omnia tua.] Non solũ tu
inobediẽtiã poenã lues, sed & omnia tua propter
te mors perdet, Ob hoc aut per tẽpus noctis hæc
omniã deus ei loquitur, ut in quiete accepta admo-
nitione, magno timore imperata faciat. Statim
em, inqt, orto diluculo Abimelech uocauit pue-
ros suos, & loquutus est omnia uerba hæc in au-
res eorũ.] Vide quomodo rex fit præco uirtutis
iusti, & eum omnibus manifestum facit. Narrauit
omnia sibi a deo manifestata, ut omnes sciant &
dei erga illum benignitatẽ, & quantẽ sit deo curẽ
propter suos mores & uirtutem: Timuerunt autẽ
omnes homines ualde.] Vidisti quomodo nõ
frustra & absque causa toties transmigrat iustus:
Nam si in tabernaculo suo primo mansisset, un-
de potuissent Gerarita scire quantã iustus apud
deum haberet fidutiã: Timuerunt autẽ omnes ho-
mines ualde. Magnus in eos timor immixtus, de-
rerũ summa faciebat anxios. Postea sequit: Vo-
cauit Abimelech Abrahamũ.] Considera in quan-
ta gloria iustus postea apud regẽ agit, qui paulo-
antea ab omnibus habebatur contemptibilis, qua-
si erro & peregrinus. Igitur cũ omnes cõuenissent,
uocauit statim Patriarchã, qui nihil horũ sciebat,
& discebat postea a rege ipso quã propter se a
deo illi facta erant. Dixit em ei, Quare hoc feci-
sti nobis? quid peccauimus in te, quod induxisti
super me & super regnũ meum peccatũ magnũ?
Rem quam nullus faceret, fecisti nobis.] Quare
in tãtum, inquit, uoluisti me incidere peccatum?
Quid cogitasti quod hoc fecisti? Vide quomodo
per uerba sua indicat minas, quẽ a deo sibi sunt fa-
cta. Quoniam enim dixerat ei, Quod si non red-
dideris, morieris tu & omnia tua: hoc ipsum inter-
pretatur Abimelech, & dicit, Quid peccauisti in te,
quod induxisti super me & super regnũ meũ pec-
catũ magnũ? Non satis erat, si ego punirer: omne
regnum meum simul perdendum est ex deceptio-
ne quam fecisti. Quid uidisti in nobis ut hoc face-
res? Considera hic dilectẽ iusti prudentiã, quomodo
do satisfactionis loco, in agnitionem dei illos in-
troducit, dicens: Cogitauit meũ, Num fortẽ non
est timor dei in loco isto, meq; occident propter
uxorẽ.] Quasi diceret, Valde meũ anxius fui,
ne fortẽ, eo quod adhuc erroribus tenemini, nul-
la uobis iustitiã cura sit: propter hoc simulauĩ, uo-
bis parcens: ut ne, si intelligeretis eam uxorẽ me-
am fuisse, capti eius amore, occidere me tentare-
tis. Vide quomodo per pauca illa uerba docet, qd
oportet eum qui deum in mente habet, nihil in-
quum agere, sed timere iudicem illum qui falli ne-
quit: & ob poenã quã alibi infligetur, omnis iusti-
tiã facere rationẽ. Postea uolens pro se defensio-

nem asserre: Ne putetis, inquit, me etiã sic men-
titum esse. Etenim soror mea est ex patre, sed non
ex matre. Data autẽ mihi est in uxorem:] Quia
eundem patrem uocat, quẽ & ego, ideo & soro-
rem ipsam uocauĩ. Ne igit cõdemnetis me. Nam
et si metus mortis in hanc me necessitatem coege-
rit, & quod timui ne fortẽ propter eã me occide-
retis, ipsam aut in uita conseruaretis: attamẽ neq;
sic est mendacium quod a me dictum. Vide qd di-
ligenter agit iustus, ut monstret quod neq; in hoc
sit mentitus. Et ut omnia, inquit, diligenter a me
sciatis, audite cõsiliũ quod inter nos iniurimus.
Quando em eduxit me dominus de domo pa-
tris mei.] Considera, obsecro, hic magnã iusti sa-
pientiã, quomodo in serie narrationis docet eos,
q; a principio fuerint peculiariter additi deo: &
quod deus se a domo sua euocarit, & in eũ locum
duxerit: ut sciat rex, quod ex eorum numero sit
Abrahã qui magnã in deo habet fidutiã. Quan-
do em, inquit, euocauit me deus ex domo patris
mei, dicebã ei: Hanc iustitiã facies in me, in om-
ni loco in quẽ uenerimus, dic, Frater meus est.]
Quia enim superius dixerat: Cogitauĩ meũ, for-
tassis non est timor dei in loco isto: & uidebatur
eos nimis carpere, uolẽs mitigare asperitatẽ uer-
bi, hic dicit, Ne putetis me hoc solum uestri gratia
fecisse. Statim enim quando eduxit me dominus
de domo patris mei, dicebam ad eam, Hanc iusti-
tiã facies mihi in omni loco in quem uenturi su-
mus. De omnibus, inquit, qui terrã hanc inhabi-
tant, mandatũ ei dedi: docens eam quod etiã sic
extra mendaciũ sit simulatio. Mortis enim timor
ad hoc nos cõpulsit. Hæc ut dixit iustus, & irã eo-
rum demulsit, suamq; detexit uirtutẽ, & sufficien-
tem religiois uerẽ cultũ eis tradidit: reueritus rex
magnã iusti mansuetudinẽ, magna liberalitate re-
munerat Patriarchã. Dicit enim, Accepit Abi-
melech mille didrachmas, & oues, & uitulos, &
seruos, & ancillas, & reddidit illi Saram uxorem
suam.] Vidisti dilectẽ omnipotentẽ & uariã dei
sapientiã: Qui in mortis periculo cõstitutus erat,
& omnia faciebat ut mortem posset effugere: nõ so-
lum mortem effugit, sed & magnã obtinuit fidu-
tiã, & repente gloriosus factus est. In hunc em
modum agere solet deus: nõ solum a tristibus li-
berat eos, qui fortiter se gerũt in periculis in quã
incidunt: sed & tantã in aduersis prebet letitiã, ut
in eorũ obliuionẽ omnino ueniãt, & in multa sint
honorum affluentia. Et uide insuper regis erga iu-
stum illum officium. Non solum enim tantis mun-
neribus illum honorat, sed etiam potestatẽ ei dat
ut in terra sua habitet. Ecce enim, inquit, terra
mea corã te est, ubicumq; tibi placuerit habita.]
Nam quia didicit quod propter illum & propter
illius preces uita sibi data sit, ideo ita in uagũ, er-
ronem, & antea nulli cognitũ, quasi in benefacto-
rem & tutorem aliquem officiosus fuit. Sarã au-
tem, inquit, dixit: Ecce dedi mille didrachmas fra-
tri tuo. Vide quomodo accepta a iusto doctrina,
ut credidit eius dictis, etiã ipse fratrẽ huius illum
uocat. Ea quã dedi, inquit, fratri tuo, tua erunt
in ho-

in honorem uultus tui, & omnia uerẽ dic.] Quid
est in honorẽ uultus tui, & omnia uerẽ dic? Pro-
his quã per ignorantia attentauĩ, te quã es uxor
iusti, in domũ meã introducendo: pro hoc solum
quia autor fui tuẽ cõtumeliã, mille dedi didrach-
mas, resarciturus ea quã a me in te sunt admissa.
Verũ omnia alia uerẽ dic. Omnes, inquit, a te di-
scant, quod nihil factum est a me iniquum: quia
intacta exiisti de domo mea. Doce, inquit, uir-
um tuum, quod innocens sum a peccato: discat
a te, quod nihil a me factum sit. Quare hæc di-
cit: Vt cum iustus ab ea didicerit, multisq; fuerit
rationib. edoctus, pro eo preces domino offerat.
Nam postq; ille dixit, Omnia uerẽ dic: hoc est, do-
ce uirum tuum ea quã facta sunt: statim subdidit
scriptura: Et orauit Abraham deum. Et sanauit
deus Abimelech, & uxorẽ eius, & ancillas eius,
& pepererũt. Quia cõcludens cõclufit extrinse-
cus omnẽ uulnam in domo Abimelech, propter
Saram uxorem Abrahã.] Vide quomodo domi-
nus uolens iustũ per omnia reddere illustriorem
precibus Patriarchæ salutẽ regis & omniũ quẽ in
domo illius, donat. Orauit em, inquit, Abraham
ad deum, & curauit deus Abimelech, & uxorem
eius, & ancillas eius, & pepererunt: quia conclu-
dens concludens dominus omnẽ uulnã in domo
Abimelech. Propterea quãuis alienus esset a pec-
cato rex, plagã hæc induxit dominus, ut precib.
iusti annuens eam soluat, & iustũ clariorẽ & illu-
striorẽ efficiat. Nam semper omnia ita facit & tra-
ctat, & singula dispensat, ut qui sibi seruunt qua-
si luminaria luceant, & eorũ uirtutẽ ubiq; mani-
festam faciat. Et uide, obsecro, postq; eum ita libe-
rauit a molestiis, quomodo iterũ summa bonorũ
iusto tradit: nepe quod nunc eueniunt quã olim
a deo promissa sunt. Et dominus, inquit, uisitauit
Sarã, sicut dixit, & fecit Sarã sicut locutus est:
& ut concepit, peperit Sara Abraham filium in se-
nectute, in tẽpore sicut locutus est ei dominus.]
Quid est, sicut loquutus est? Quẽadmodum, in-
quit, promissit quãdo hospitio exceptus est cũ an-
gelis apud quercum Mambre. Nam quod dixit,
Quia tempore hoc ueniã, & erit Sarã filius: hoc
nũc opere impletũ est. Et quã natura denegabat,
ea uidebant euenisse: non iuxta humanũ & solitũ
morem, sed per diuinã gratiam. Et uocauit no-
men filij sui, quem peperit sibi Sara, Isaac.] Non
absq; causa assignauit, quẽ peperit sibi Sara. Nõ
enim dixit simpliciter, uocauit nomen filij sui: sed
addecit, quẽ peperit sibi Sara, infœcunda illa, & ue-
tula. Et circumcidit eum, inquit, die octauo, si-
cut præceperat dominus.] Sic enim præceptum
acceperat, ut die octauo circumcideretur qui post
hac nasceretur. Porro ut ulterius discamus ineffa-
bilem potentia dei, quod quã apud homines im-
possibilia sunt, apud eũ sint possibilia: idcirco no-
bis tempus assignauit iterum diuina scriptura, &
post partũ docet nos: Abraham erat annorũ cen-
tum quando natus est ei Isaac filius suus. Dixit
autẽ Sara: Risum fecit mihi dominus: nam qui au-
diat, gaudebit meũ.] Quid est, Risum fecit mihi

dominus: lætitiã occasio mihi partus est. Et quid
mirũ, si mihi gaudium? omnes etiam qui audient
habebõ congratulantes: nõ quia peperit, sed quia
sic peperit. Tam admirabilis rarusq; partus omes
in admirationẽ adducet, & maiorẽ omnibus uo-
luptatem afferet, cum sciuerint quod ego, quã ni-
hil a mortuis differebam quantum ad generatio-
nẽ, subito mater facta sum, et euulua exiccata pu-
ellum peperit, & lactare possum, & fontes lactis e-
mittere, quã nullam spem pariendi habebã. Et
dixit, Quis annuntiabit, quod lactat puerum Sara?
] Nã propter hoc & lactis fontes cõcessi sunt,
ut partũ magis credibilem faciant: & ne quis sup-
posititum esse putet puerum. Fontes enim lactis
omnibus prædicabant præter humanã expecta-
tionem hoc euenisse. Quis annuntiabit, quod lac-
tat puerũ Sarã? quod peperit filium in senectute
mea: quod ego, quã senui, parere potui, & in
hac ætate filium alere possum? Et creuit, inquit,
puer & ab lactatus est. Et fecit Abraham cõuiuuium
magnum die quo ab lactatus est filius suus.] Vidisti
dei ineffabilem sapientiã, quomodo patientiam
iusti modis omnibus probauit: quando ipse & om-
nes qui ipsum uidebant, humanã naturã uires
spectantes, nihil polliceri audebãt, tunc ipsa pro-
missio completa est. Igitur dilecti, & nos eandem
quam iustus ille patientiã habeamus, & nõquam-
desides simus: sed spe bona recreemur, scientes
quod neq; rerum difficultas, neq; aliud quid hu-
manũ obstaculo nobis esse poterit, si quando gra-
tia dei suam declarare uoluerit liberalitatẽ. Quo-
ties enim ille annuit, omnia sibi cedunt & obtem-
perãt, & difficilia facilia sunt, & impossibilia pos-
sibilia: tantũ firmam in ipso fidem conseruemus,
& ad magnitudinem potentia suã spectãtes, hu-
manis omnibus superiores fiamus. Nam qui fu-
tura bona & ineffabilia illa promittit his qui cum
uirtute uitam hic peregerint, quanto magis & ea
quibus hic opus præbebit: & maxime si nos illa
desiderantes, presentia despiciamus? Tunc enim
eis maxime & ubertim fruemur, quando ea con-
temperimus. Proinde hæc scientes, illa desideremus
bona quã manent & immobilia sunt, & que
finem nesciunt: ut & presentem uitam citra tristi-
tiam transmittamus, & illa assequi ualeamus, gra-
tia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui
cum patre & spiritu sancto sit gloria nunc & sem-
per, & in secula seculorum, Amen.

Et dixit: Quis annuntiabit Abraham, quod lac-
tat puerum Sara, quod peperit filium in se-
nectute mea? Homilia XLVI



Ge & hodie dilecti, heri dictorum se-
ntem repetentes, conuiuuium hoc spiri-
tuale instruamus: ut iterũ, sicut heri,
discamus & boni dei ineffabilẽ beni-
gnitatẽ, qua nostra curat, nobis se at-
temperans, & magnã Patriarchæ obedientiã atq;
gratitudinẽ. Vidistis quomodo natiuitas Isaac Sa-
ram exhilarauit? Dixit enim, inquit, Risum fe-
cit mihi deus. Nam q; audierit gaudebit meũ.]
Omnes, dicit, audituros participes gaudij mei fa-
ciam

ciam. Magnū enim donum mihi à deo cōcessum est, & quod humanā transcendit infirmitatē. Quis enim, inquit, nō obstupescat, uidēs me lacte meo enutricantē puerū in extrema senectute, quē huc usq; nō peperit? Et quasi admirans & attonita de facto, subdidit, Quis annūtiabit Abrahę, quōd lactat puerū Sara, quōd peperit filium in senectute mea? Quoniam, inquit, supra naturā est hoc factum, propterea quis annuntiabit, quis mēte cōcipiet: quā mens cōprehendere poterit? quā ratio sufficit ut inueniat facti huius euidentiā: Non sic admirabile fuit, quōd ex petra in deserto scaturierint fontes aquarū, quando illam Moses uirga percussit; sicut de uulua iam emortua puerū nasci, & lactis fontes scaturire. Nam ut omnibus partus manifestus esset, & omnes tam eos qui tūc aderant, q̄ qui postea audierunt, ad fidē miraculi introduceret, idcirco ipsa puerū alit, & lacte suo patitur enutricari, & inquit, Quis annūciabit Abrahę, quōd lactat puerū Sara? Quid hoc nouū & admirabile, & præter expectationē mihi concessum, quōd peperit filium in senectute mea, quādo præter sterilitatē sufficiebat senectatē tēpus, ne mihi prolem pollicerer. Veruntamen impedimenta hæc omnia ē medio tulit dominus, & pueri partum, & lactis fontes mihi cōcessit, Verum uideamus & sequentia. Postq̄ impletum est lactandi tempus, uidit, inquit, Sara filium Agar Aegyptiæ, qui fuit Abrahę, Iudętem cum Isaac puero suo. Et dixit Abrahę, Eijce ancillam hanc, & puerum eius. Nequaquā enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Isaac. Durū autē apparuit uerbum hoc corā Abrahā super filio suo. Vide obsecro hic dilectē Sarā iterum nō ferentē Ismaelis licentiam, neq; patienter sustinere uolentem ancillā filium cum suo Isaac cōuersantē. Sicut igitur prius superbū spiritum Agar humiliare uolens, uehementi indignatione fugam inire eam fecit; ita & nunc uolens ab initio reprimerē Ismaelis temeritatem, & non ferens ut uideat puerū suum, à deo sibi donatū, cum ancillæ Aegyptiæ filio simul uersari, dicit Abrahę, Eijce ancillam, & filium eius. Non enim erit hæres filius ancillæ huius cum filio meo. Quoniam & se in extrema ætate esse uidebat, & Patriarcham quoq; decrepitū, (erāt enim ambo, inquit, plenī dierum) suspicans si forte repente morerentur, illum, eo quōd ex Patriarchæ concubitu natus esset, attentaturū ut se in hæreditatem intrudat, particepsq; fiat & æqualis Isaac: idcirco dicit, Eijce ancillā hinc & filium eius. Dicit, inquit, iam, quōd nihil commune habebit filius ancillæ, cum filio meo Isaac. Neq; enim congruū ut filius Aegyptiæ & ancillæ, cum filio meo & dominæ simul uersetur. Cæterū Sara non immeritō rem hanc egit, sed oppidō decenter, atq; ita decenter ut & deus collaudarit eius dicta. Patriarcha uero bene affectus erga Ismaelem, molestē accipiebat quæ à Sara dicebant. Durū enim, inquit, apparuit uerbū hoc coram Abraham de filio suo. Neq; em̄ de Agar multū curabat, sed erga puerum ita afficiebatur, utpote adhuc adolescen-

tem, Sed considera, obsecro, hic misericordis dei mirā ad nostram paruitatem humiliationē. Nam quia uidit & Saram pati aliquid humanū, & ægre ferre parem filiorū honorem, idq; merito; Abraham autē non ferre æquo animo eiectionē Ismaelis & ancillæ (nam licet non obluetaretur Saræ ob singularē mansuetudinem, attamen durum ei uidebatur: hoc est, graue, molestū, & onerosum) tunc suam solitam seruans misericordiam, & cōcordiæ illorum copulam cōstringens, dicit ad Abraham: Ne durum sit coram te uerbū hoc, de puero & ancilla. Omnia quæcūq; dixerit tibi Sara audi uocē eius. Ne feras, inquit, grauer quod ab ea dictum est: sed omnia quæcūq; dixerit tibi Sara, audi uocem eius. Hęc omnia, inquit, quæ nunc tibi dixit de Ismaele & de Agar, accipe, & audi uocē eius. Ne uelis, inquit, contristari eam, quæ tanto tēpore tantum amorem erga te declarauit; quæ non solū semel, sed & secundo, ut te à morte eriperet, seipsam pro tua salute exposuit, & autor tuæ istius glorię fuit. Primū quidem te fecit cum tantis diuitijs ab Aegypto redire, postea uero iterū in causa fuit ut ita te ueneraret ac obseruaret Abimelech. Ne igitur diuersa ab his quę locuta est cōsulas; enim uero non aliter eueniet. In Isaac enim eius filio tuū semen uocabitur, & ipse erit tuus hæres. Filium autē illum ancillæ crescere faciā, et in gentē magnā faciā eum, quoniam semen tuū est. Fac igitur quæ illa tibi dixerit. Obedi uocē eius. Cogita hic, obsecro, quāta subito cōcordia & pax in contuberniū eorum concesserit, bonitate diuina uinculū eorū cōstringente. Surrexit em̄, inquit, mane, & accepit panes & utrem aque, & dedit Agar, & imposuit super humerum eius, & puerū misit cū ea. Vide, obsecro, hic iterum religiosam iustitiam: nam quando audiuit Saram dicentē, Eijce ancillam & filium eius: durum ei uidebat, eo quōd bene afficiebatur erga Ismaelem: uerū ubi dominus præcepit, statim fecit quod imperatū est, etiam genuini amoris oblitus, quasi diceret: Vbi quid præcipit dominus, faciant omnes affectiones: quia naturæ dominus est qui præcipit. Ut accepit igit, inquit, ancillam panes, & utrē aquæ, egressa est cum puero. Uerum (obsecro) uide iterū, propter gratiā quam habebat iustus apud deum, quomodo hæc quoq; superna cura digna habetur. Ut ergo abiit, uagabatur per solitudinē, & cum aqua consumpta nullam usquā inueniret consolationē, Abiecit puerum, inquit, subter unā abietē. Distrumpebatur eius uiscera, & dolebat multū ob immodicam erga puerum affectionē. Sedit, inquit, aduersus eum, quasi ad iactū arcus. Dicebat enim: Non uideo mortē pueri mei. Et sedit ē regione pueri. Clamās autē puer, flebat. Cæterū miserator & misericors deus, patris & matris erga nos curā sua transcendens pietate, Exaudiuit, inquit, uocē pueri de loco ubi erat. Misertus est & pueri, & calamitatū Agar. Permisit tantū eam sentire quod sit solitudo, & statim suū concessit præsidium. Et uocauit, inquit, angelus dei Agar de cœlo, & dixit ei: Quid

Quid est Agar? Ne timeas; exaudiuit enim deus uocē pueri de loco ubi est. Surge, accipe puerū, & apprehende manū eius: in gentē enim magnā faciā eum. O misericordiā domini, non quia ancilla erat despectit eam: sed quia Patriarchæ promiserat, & illius hoc semen erat, tantā quoq; curam erga eam declarare dignat. Et dicit: Quid est Agar? Ne timeas, exaudiuit enim dominus uocem pueri. Surge & accipe illum, & apprehende manū eius. In gentem enim magnā faciā illum. Ne mœreas, inquit, eo quōd ē domo eiecta sis. Tantam enim curā ego pueri agam, ut & in gentē magnā fiat. Et aperuit, inquit, oculos eius. Non quia antea nō uiderit, sed quia nihil proderant ei aperti oculi ante supernā uisitationē. Propterea cum uellet suam prouidentiam declarare, Aperuit, inquit, oculos eius: id est, indicauit sperantī, & mentē eius excitauit, uiamq; ei ostendit, ut uideret locum in quo fontes aquæ scaturiebāt.

Et uidit, inquit, fontem aquæ uiuentis, & iuit et impleuit utrē, et potauit puerū. In inuēns uiam præbuit, & perplexæ menti, nullāq; salutis spem habētī, suam misericordiam exhibuit, simul eam consolans, & pueri curā agens. Sic quando cūq; uoluerit deus, licet in solitudine simus, et in extremis afflictionibus, nullamq; spem salutis habeamus, nullo alio opus habebimus, diuina gratia nobis omnia suppeditante. Nam si eius gratiā nacti fuerimus, nullus nobis præualebit, sed nos potentiores omnibus erimus. Et erat deus cū puero, inquit, & creuit, & habitauit in solitudine. Sic quando amicum & beneuolum habemus deum, etiā in deserto fuerimus, multo securiores uiuemus, q̄ ij qui in ciuitatibus uersantur. Maxima enim securitas, et inexpugnabilis murus est gratia dei. Et ut discas, quomodo qui in solitudinibus agit, securior sit & potentior his qui in medijs ciuitatibus uersantur, ingenti hominū præsidio freti: uideamus quomodo Dauid de loco in locū transiens, & quasi erraticus uagās, manu superna munitus erat. Saul autē cū esset in medijs ciuitatibus, & tantum secum duceret exercitum, & satellites habens & armigeros, quotidie timebat & tremebat inimicorū insidias. Et ille quidem solitarius, nullumq; aliū secum habēs, non indigebat humano præsidio: hic uero coronatus & purpura indutus, illius auxilio indigebat, & regi opus erat pastoris opera, & diademate redimito priuati adiumentum necessariū erat. Sed si libet, altius seriem huius sermonis repetamus, ut omni hac historia in medium producta discamus nihil fortius esse munito superna gratia, & nihil infirmius eo qui hac priuatus est, etiā innumeris circundetur exercitibus. Igitur Dauid ille cū adhuc adolescēs ob immaturā ætatem in paterna domo uersaretur, quoniam tempus aliquando exposcebat ut clarior eius fieret uirtus, admonitus à patre ut fratres suos inuiferet missus est ad eos. Porro cum ad illos uenisset inuifendi gratia, ubi uidit instructā acie contra alienigenā Goliath, & omnem populum iuxta Saulū formidine percussū, regēq; ipsum

in summō constitutū periculo, spectator uolebat fieri, & abiit ut uideret nouum & rarum spectaculum, quōd unus homo aduersus tot milia se opponeret. Verū fratres eius non ferentes fortitudinem spiritus, prouocati sunt in inuidiam, & dicit ad eum: Non alia de causa uenisti, q̄ ut bellum uideres? Non uenisti nostri causa, ut nos inuiferes? At tu uide huius prudentiā & mansuetudinē: nihil temerarium, neq; asperū eis loquitur: sed reprimens eorum flammam, & demulcens inuidiam, inquit: Nunquid nō uerbum est: nūquid, inquit, uidistis me arma tractare? nunquid uidistis me in acie stare? Tantū uidere uolui, & interrogare unde huic tantum insanię. Quis enim est alienigena iste, qui exprobrat exercitiū dei uiuentis? Postea cum audiret illius blasphemias & arrogantiā, & uideret trepidationē eorum qui cum Saul erant, inquit: Quid erit uiro, qui illius caput præfecuerit? Et magnū animi robur his uerbis ostēdebat, omnes in admirationem adducēs. Hęc ut cognouit Saul, mittit ad iuuenē, qui præter pastoritiam artem sciebat nihil: & ut uidit eius atatē, uilipendit eum. Deinde cum didicisset ex eo, quomodo cum urfīs egisset qui greges suos inuaserāt. Coactus em̄ fuit admirabilis ille uir hæc narrare, nolens hinc uanā gloriā aucupari, sed in necessitate cōstitutus, & ut illi animos adderet, & ne spectaret ad uilitatē eius quod apparebat, sed ad fidem quę intrinsicus latebat, supernumq; auxiliū, quo adolefcens inermis uiris armatis, & pastor militibus fortior erat. Ergo ubi rex uidit mentis eius fidem, suis illū armis induere uolebat: indutus autem ea ferre nō potuit. Hoc autem factum est, ut uirtus dei aperte monstraretur, & non armis miraculum futurū ascriberetur. Nam quoniam indutus illis grauabatur, & minus expeditus erat: deponit arma, & accepta pera pastorali & lapidibus, cōtra carneā illam turrim egressus est. Et uide iterum alienigenā ad uilitatē atatis spectantem, & ob hoc uilipendentē iustum illum, & quasi cōtra puerum humilem exurgētē. Nam postq̄ uidit eum cū pastorali pera contra se cōtendentē, & lapides solū afferentē, in hūc fermē modū ad eū dicebat: Putasti te adhuc apud oues esse, & canes quosdā persequi, & ita aduersum me, quasi cōtra canē instrumētis illis instructus in pugnā uenisti? statim experientia discēs nō tibi cum homine uulgari bellū esse. Et rursus magno uerborū fastu, turmultuabat, armaturāq; suā omnē mouebat, ac arma exercebat. Et ipse quidē armorum uirtute fidens, pugnā intuit: Dauid autē fide supernoq; præsidio munitus. Et prius uerbis superbi elationē & supercilium decutiens, ut dixit ad eū: Tu uenis ad me fretus armis & lancea, & tua uirtute uictorē te putas: ego autē fretus nomine domini dei. Ut hæc, inquā, dixit sumpto ex pastorali pera lapide, quasi reuera canē aliquem gregē inuadentē abacturus, funda iaculatus est: statimq; in frōte percussū alienigenā prostrauit, et festināter educto ipsius gladio, caput eius amputauit, & regi attulit, finēq; bello imposuit: atque illius opera & rex salu-

salutem inuenit, & omnis illius exercitus respira-
uit. Vidisses tunc inopinatas admirabilesque res, ar-
matum ab inermi deiectum, reisque militaris peritum ab
eo qui praeter pastoralem artem nihil sciebat caesum.
Quare, & ob quam causam? Quia hic quidem ha-
buit supernam gratiam se adiuuantem: ille autem ea ca-
rens, in huius manus uenit. Iam uide huc, quod ab-
surda operatus sit inuidiae morbus. Postquam enim
rex uidit iustum hunc tanta gloria celebrari, & tri-
pudiantes clamare, uicit Saul in millibus, Dauid
autem in decem millibus: non ferens aequo animo
quae de hoc dicebantur, quantum iuxta rationem
iustam ei plus tribuerant quam Dauidi, uictus inui-
dia benefactori malum rependit: & quem oportet
ut seruatore et benefactori agnoscere, eum
interficere querebat. O excellentem infaniam, o stu-
poris magnitudinem: eum qui uitam sibi seruauerat,
& omnem suum exercitum ab alienigenae furore li-
berauerat, ut hostem despexit: immemorque bene-
ficij, ab affectione uincebatur: & mentem suam
obtenebratus ab inuidia, perinde ac ab ebrietate
quadam, benefactori ut hostem spectabat. Ita enim
se habere solet huius affectionis malitia, neminem
prius laedit quam eum ex quo nascitur. Sicut
enim uermis qui a ligno producit, lignum ipsum
primo consumit: ita & inuidia illa primo animam
corrumpit ex qua nata est, & ei cui inuidetur pla-
ne diuersa quam uult affert. Ne igitur uide ad princi-
pium eorum quibus inuidetur, sed ad finem respice:
& attende quia malitia inuidenti, eos quibus
inuidet clariore efficit. Nam is cui inuidet, subli-
diarium habet dei auxiliium, & gratia fruatur: qui au-
tem inuidet, gratia spoliatur, & facile uincitur ab
omnibus: & ante a suis affectionibus, quam externis
hostibus infestatus consumitur, & quasi occultis
maxillis deuoratus & absumptus (ut ita dicam)
in profundum mergitur. Quae cum nobis coperta
sint, obsecro fugiamus affectionis huius damnum,
& omnibus uiribus ab animabus nostris elimine-
mus. Perniciosissima enim est omnium affectionum,
nostramque salutem corrumpit, utpote diaboli inuen-
tum: propterea & sapiens quidam dicebat, Inui-
dia autem diaboli mors intrauit in mundum. Quid
est, inuidia diaboli mors intrauit in mundum: Nam
postquam mala haec bestia primum hominem uidit im-
mortalis, per suam malignitatem ad transgressionem
mandati induxit, per quam fecit ut morti fieret ob-
noxius. Inuidia igitur deceptione operata est, de-
ceptio transgressionem, transgressio inobedientiam, in-
obedientia mortem. Propterea dicit: Inuidia autem dia-
boli mors intrauit in mundum. Vidisti quantum affe-
ctionis huius damnum: immortalitate insignem, mor-
talem fecit. Verum inimicus quidem nostrae salutis
sua inuidia immortalem Protoplastum in mortem
condemnari fecit: misericors autem sollicitusque pro
nobis dominus, per mortem suam iterum immorta-
litate nobis largitus est. Unde & maiora quam amisi-
mus inuenimus: paradiso eiecit, & in caelum in-
duxit: morte condemnari fecit, & immortalitatem
nobis donauit: paradisi delictis priuauit, & regnum
caelorum nobis praeparauit. Vidisti solertem do-

Sap. 2. d

mini tui sapientiam: & quomodo ea quae per inui-
diam diaboli contra salutem nostram facta sunt,
in caput illius conuertitur: non enim solum nos ma-
ioribus dignatus est, sed & illum ipsum nobis subie-
cit, dicens: Dedi uobis potestatem calcandi super ser-
pentes & scorpiones. Proinde haec omnia cogitan-
tes, & inuidiam ex animabus nostris effugemus,
& studeamus ut diuinam consequamur gratiam. Haec
enim nostra armatura solida & inexpugnabilis,
haec nostrae maximae diuitiae: per hanc & Ismael,
quauis adolescens, & in solitudine rerumque om-
nium inopia, statim creuit, & in gentem magnam
factus est. Quia deus erat, inquit, cum puero. Hinc
totus sermo noster egressus est. Despicimus igitur,
oro, praesentia, desideremus futura: gratiam
dei omnibus praeferramus, & per uitam optimam
multam fiduciam nobis antea reponamus: ut &
praesentem uitam citra mororem transigamus, &
futura bona consequamur, gratia & misericordia
domini nostri Iesu Christi, cui cum patre simul &
sancto spiritu sit gloria nunc & semper, & in se-
cula seculorum, Amen.

Et factum est post uerba haec, deus tentabat
Abraham.

Homilia XLVII

Ngens lucrum, grandisque thesaurus in
uerbis quae hodie lecta, tamen pauca
sint, latent. Eo enim modo se habet di-
uina eloquia, ut multas diuitias non in
multitudine uerborum, sed breuitate sermonum
contineant. Age igitur aperiamus quae dicta sunt,
& discamus diligenter eorum quae hodie lecta, uim
& mentem. Nam sic iterum sciemus & Patriarchae
copiosam uirtutem, & dei excellentem misericor-
diam. Et factum est, inquit, post uerba haec,
deus tentabat Abraham. Quid sibi uolunt uer-
ba haec, Et factum est post uerba haec, tentabat de-
us Abraham? Considera, obsecro, diuinam scri-
pturam, quomodo iam uult detegere nobis iusti-
tiam: & quia narratura est, quomodo Abra-
ham a deo tentatus sit: prius uult ut discamus tem-
pus quo haec Patriarchae praecipua sunt, & quan-
do iustus est offerre Isaacum: ut scias magnam Pa-
triarcae obedientiam, & quomodo nihil prae-
ferendum sit his quae deo placuerint. Quid igitur est,
Factum est autem post uerba haec? Quoniam postquam
natus est Isaac, quando uidit Sara Ismaelem simul
uersari cum Isaac, sicut heri uobis diximus: agre-
ferens hoc, dicebat Abraham: Eijce ancillam & fi-
lium eius. Non enim erit haeres filius ancillae cum
filio meo. Cumque hoc uideretur durum Patriarchae,
tolens eum deus consolari, ait: Audi Sara uxore-
m tuam, & fac quod ab ea dicitur: neque uideatur
tibi durum, quod dictum est de puero hoc & an-
cilla. In Isaac enim uocabitur tibi semen, & illum
quoque faciam crescere in gentem magnam, quia se-
men tuum est. Et omnis promissio quam a deo ha-
bebat, eodem tendebat ut nati ex Isaac in magnam po-
pulum propagarentur. Itaque aliquandiu bona spe
alebatur iustus, & uicissim affligebatur ac teneba-
tur, & afflictionum premia recipiebat: nunc autem
praeculis uidebat successurum haeredem, magnamque
inde

inde uoluptatem percipiens, impauide & secure
agebat. Verum qui abscondita cordium nouit, uo-
lens nobis iusti huius detegere uirtutem, & ma-
gnam amorem quae erga se gerebat, post tot pro-
missiones & hanc quoque quae recens facta, & cuius
memoria adhuc in auribus illius sonabat, cum iam
adoleceret Isaac, & in ipso aetatis flore esset, cre-
deretque patris erga illum dilectio, post uerba pro-
missionis, & postquam dixit: In illo uocabitur tibi se-
men, & ille erit successor tuus. Post uerba haec,
inquit, tentabat deus Abraham. Quid est, tenta-
bat: non quod ipse ignoraret, tentationem illum pro-
bauit, sed ut & hi qui tunc erant, & qui ab eo tem-
pore usque ad praesens, istuc ipsum Patriarchae desi-
derium & obedientiam in praecipuis dominicis pra-
se ferre discant. Et dixit, inquit, ad eum: Abraham.
Abraham. At ille dixit: Ecce ego. Quid sibi uult
uerbi duplicatio? Magnae beneuolentiae erga Pa-
triarcae argumentum est, & monstrabat ei uocatio-
ne ipsa, quod magnam aliquid ostensurus esset. Ut
igitur attentior redderet, uocationem geminabat, &
dixit: Abraham, Abraham. Ille autem dixit: Ecce
ego. Et dixit: Accipe filium tuum dilectum, quem
dilexisti, Isaac, & uade in terram excelsum, & of-
fer eum in holocaustum super unum montem quem
tibi dixerō. Magni praecipui pondus, & res hu-
manam transcendens naturam. Accipe filium tu-
um dilectum, quem dilexisti, Isaac. Vide quomo-
do per uerba ista maius incendium succendit: &
fornacem amoris, quo iustus in Isaac affectus erat,
uiolentius excitat. Accipe filium tuum dilectum,
quem dilexisti, Isaac. Unumquodque uerbum per se
sufficeret ad sauciendam animam iusti. Non enim
simpliciter dixit, Isaac: sed addidit filium tuum,
quem praeter omnem expectationem genuisti, &
in ipsa senectute habere potuisti: dilectum, delide-
rabilem tuum, quem tam immodice diligis Isaacum,
quem successurum tibi expectas, ex quo & semen
tuum multiplicandum promissi: & in tantum mul-
tiplicandum, ut stellarum multitudinem & harenam
quae est iuxta litus maris adaequetur. Illum ipsum
accipe, & uade in terram excelsum, & offer eum
tibi in holocaustum super unum montem, quem
tibi dicam. Admiror ego, quomodo haec iustus au-
ribus ferre potuerit. Illum enim ipsum, inquit, tam
desiderabilem tibi, offer mihi in holocaustum super
unum montem. Quid igitur iustus? non turbatus
est animo, non confusus est mente, non consilio
destitutus est: in tam graui praecipio non cogita-
bat, non ratio cinabatur secum. Cur hoc? Qui mihi
praeter omnem expectationem beneficium exhibuit,
qui per misericordiam suam emortuam Sara
uulnam generationi idoneam fecit: nunc postquam ab-
lactatus est & creuit, & in flore aetatis est, occide-
re, & in holocaustum offerri praecipit, quique pau-
lo antea dixit, In ipso uocabitur tibi semen, nunc di-
uersa praecipit: & quomodo implebuntur quae ab
eo promissa? Quo pacto enim fieri potest, ut radi-
ce excisa rami pullulent, uel succisa arbore fru-
ctus proueniant, uel fonte aresceto fluij reddan-
tur? Iuxta hominis rationem talia fieri non est possi-

Chryf.

bile: deo autem uolente fieri possunt omnia. Cae-
terum horum nihil cogitauit secum iustus ille, sed
sicut gratus famulus, omnia ratione huma-
na unam tantum rem curabat, ut imperata opere
impleret: & quasi factus ab humana natura alie-
nus, & postponendam ducens diuinis praecipis
omnem affectionem & dilectionem, ad imple-
nda iussa festinauit. Et cum surrexisset, inquit, A-
braham mane, strauit alinam suam, accepit autem
secum duos seruos, & caelis lignis in holocaustum,
cum surrexisset profectus est. Et uenit in locum,
quem dixit ei deus, die tertio. Vide misericor-
dem dominum, quomodo & interuallo loci, iusti
probauit uirtutem. Cogita autem, quid probabile fue-
rit triduo illo sustinuisse iustum. Reputabat enim se-
cum, sibi praecipit esse quod suis manibus tam di-
lectum filium occidere debeat, & nec rem illi comu-
nicare & detegere audebat. Et obstupesce pueri reli-
giosumque & prudentem animum. Quia enim sciebat
magnitudinem praecipii, nemini prorsus hoc signi-
ficauit, neque seruis, neque ipsi Isaac: sed solus secum
agonem illum decertabat, & quasi adamas mane-
bat inuictus, robur cogitationum tantum declarans,
& non multa causatus obtemperabat magno cum
desiderio nutui diuino. Sed postquam ad locum illum
peruenit, ut suspexit, inquit, Abraham oculis suis,
uidit locum a longe, & dixit seruis suis: Sed dete hic
cum asina. Vide & hic iusti magnam prudentiam, &
seruis uult esse occultum: per omnia declarans quod
cum seruente alacritate, & intento desiderio imple-
re uellet quod deo probabat. Nam quia sciebat quod
nouum & inauditum esset, neque ab ullo unquam tale quid
dam factum erat antea, facit ut lateat seruos. Et re-
lictis eis cum asino dicit: Hic expectate. Ego enim
& puer ambulabimus usque illuc, & cum adoraue-
rimus, reuertemur ad uos. Ignoras futurum quod
dicebat, sed prophetauit quidem, ignoras tamen
fortassis. Dicebat autem haec seruis, forte ut impone-
ret eis, & faceret ut ibi manentes non sequerentur.
Accipit autem Abraham ligna holocausti, & impo-
suit Isaac filio suo. Tulit quoque in manibus ignem &
gladium, & perrexerunt duo illi simul. O animae
fortitudinem, o spiritus soliditatem. Et imposuit, in-
quit, Isaac ligna holocausti: ipse autem gladium &
ignem accepit, & iuerunt ambo simul. Qualibus ocu-
lis spectabat puerum ligna afferentem, super quae non
multo post illum impositurus erat? Quo manus fer-
re potuit ignem & gladium? Et manus quidem fere-
bat ignem qui sensibilis erat, intus autem accedebat
ipsius mentem, & rationem absumebat, & persuade-
bat ut uinceret amor in deum: faciebatque cogitare,
quod is qui iam dederat supra humanam naturam fa-
ctum esse patrem, iterum posset & nunc quae hu-
manam transgrediuntur rationem operari. Cate-
rum considera, obsecro, magis quam sensibilem ignem
illam internam flammam, quae paulatim exarde-
scebat, & iusti mentem concremabat. Dixit autem,
inquit, Isaac ad Abraham patrem suum: Pater. Sufficiebat hoc uerbum ad lancinanda iusti huius
uiscera. Ille autem dixit: Quid est fili? Patrem
uocas, paulo post futurum orbem: & ego filium
tom. i. appello

appello, qui non multo post altare ascensus est, meis occidendus manibus. Deinde puer inquit: Ecce igne affers, & ego ligna, ubi est hostia immolanda? ubi est ouis ad incensum? Considera obsecro hic, quod probatur iustus quomodo tulit auribus, quomodo potuit respondere puero? quomodo non est confusus mente? quomodo futura occultauit a puero? sed inquit generoso spiritu, & forti anima. Deus uidebit sibi metipsum de oue ad holocaustum, filii. Vide etiam hic, ignarus insinuat iterum quod futurum. Videbatur enim per responsum decepturus Isaac, sed illum quidem uerbis interim solatur: ipse autem maiorem grauioremque dolorem pertulit, uerba in anima uersans, & cogitans pueri elegantiam externam, internamque pulchritudinem, obedientiam, gratiam, & aetatis florem. Cumque uerent ambo, uenerunt ad locum de quo dixit ei dominus. Venerunt, inquit, ad montem excelsum, quem scilicet ei dominus indicarat. Et edificauit ibi Abraham altare. Iterum obstupesco iusti fortitudinem, quomodo potuerit extruere altare, quomodo iraluerit, quomodo non defecerit praerogantia: sed & altare edificauerit, & imposuerit ligna. Et ligatum filium suum Isaac imposuit super altare. Et extendit Abraham manum suam, ut acciperet gladium, & occideret filium suum. Ne simpliciter praetercurramus, dilecti, quae dicta sunt: sed consideremus quomodo non auolarit a corpore anima, quomodo potuerit suis manibus colligare, & lignis imponere tam dilectum, tam amabilem unigenitum. Et extendit, inquit, Abraham manum suam, ut arriperet gladium ad occidendum filium suum. O ingens desiderium, o rationem uincentem humanam naturam. Accepit, inquit, gladium, ut occideret filium suum. Vtrum admirer & obstupescam iustius, fortemne spiritum patriarchae, an pueri obedientiam: quod neque reluctatus est, neque factum aegre tulit, sed celsit & obtemperauit his quae a patre facta sunt, & sicut agnus cum silentio super altare accubuit, expectans patris dextram. Verum ubi illa pia mens sua omnia consummauit, & nihil intermisit: monstrans bonus dominus, quod non occidere puerum, sed potius iusti detegere uirtutem uolens, haec imperauerit: coronato iusto ob uoluntatem suam, & accepta consummata hostia ex mente patriarchae, nunc & sua declarat misericordiam. Et uocauit, inquit, angelus domini de caelo, dixitque: Abraham, Abraham. Nam quia uidebat iustum iam accinctum & paratum ad immolationem, & uolentem implere mandatum domini, idcirco uocat eum de caelo, & dicit: Abraham, Abraham. Bene & hic geminatione usus est, ut superet impetus iusti, & quasi per uocem detineat iusti dextera, iam tendens ad pueri caedem. Et dixit: Ecce ego. Et dixit: Ne iniicias manus tuas in puerum, neque facias illi quicquam. Nunc enim cognoui, quia times deum tuum, & non pepercisti filio tuo dilecto propter me. Ne iniicias, inquit, manum tuam in puerum. Non hoc praecipit ut opus perficiatur, neque uolo ut occidatur

puer tuus: sed ut obedientia tua manifesta fiat omnibus. Igitur ne feceris ei quicquam. Contētus sum uoluntate tua, & ex hac te coronabo & praedico. Nunc enim cognoui, quia times deum tuum. Vides quod humiliter se nostrae infirmitati hoc uerbo attemperat? Quid igitur? ignorabat ne antehac iusti uirtutem, & nunc cognoui omnium dominus? Non hoc inquit, dicens nunc ipse cognoui. Sed quid dicere uult? Nunc, inquit, omnibus declarasti, quod sincero timore deum colas. Nam ego sciui famulum meum. Quae autem nunc a te facta sunt, in doctrinam sunt tam praesentibus, quam futuris. Innotuisti enim nunc omnibus quod timeas deum, & mandata eius opere curas implere: quia non pepercisti filio tuo dilecto propter me. Illi qui tam dilectus, quem teneriter, tamque germane amas, non pepercisti propter me, propter mandatum meum: propterea quia ego tibi praecipui, praetulisti mandatum meum filio tuo: proinde & filium tuum accipe. Propter hoc enim praecipui tibi, ut semen tuum propagaretur: redimitus ergo obedientiae tuae corona, abi. Ego enim uoluntatem coronare soleo, & propter mentem praemia praesto. Opere impleri congruit quae a te dicta sunt & pueris tuis, & Isaac: illis enim promissisti, Cum adorauerimus, redibimus. Ecce hoc nunc erit. Et puero tuo rogante, Vbi ouis est ad holocaustum? deus uidebit sibi ipsi de oue ad holocaustum, dixisti. Ecce cum respexeris, inquit, oculis, uide non procul a te ouem, quam scilicet pro puero sacrificabis. Vt respexit enim, inquit, uidit: & ecce aries haerebat cornibus inter uespres: & iuit Abraham & accepit arietem, & obtulit illum in holocaustum pro Isaac. Vidi religiosam tuam mentem, ecce id quod prius dixisti puero, hoc tibi praeparauit. Et accepit, inquit, & obtulit in holocaustum pro Isaac filio suo. Vidi dei misericordiam: Et sacrificium consummatum est, & Patriarcha religiosam suam mentem declarauit, ac propositi coronam reportauit, acceptoque Isaac rediit cum innumeris coronis. Haec autem omnia figura fuerunt crucis, propterea & Christus Iudaeis dicebat: Abraham pater uester exultauit ut uideret diem meum: & uidit, & gauisus est. Quomodo uidit, qui temporibus praecessit? per figuram, per umbram. Sicut enim hic ouis oblata est pro Isaac: ita & rationalis agnus oblatus est pro mundo. Oportebat enim in umbra describi & praesignari ueritatem. Vide obsecro, quod omnia per umbram praefigurata sunt: unigenitus illic, & unigenitus hic: dilectus illic & germanus, dilectus & hic ac germanus. Hic enim est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit. A patre ille in holocaustum offert, & hinc pater tradidit. Et clamat Paulus, dicens: Qui sane proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quod non & cum illo oia nobis daturus est? Hucusque umbra, postea rerum ueritas magna excellentia monstratur. Agnus enim hic rationalis pro toto mundo oblatus est, totum orbem terrarum purificauit, homines ab errore liberauit, & ad ueritatem adduxit: terra caelum fecit, non elementorum immutata natura, sed conuersatione

uerfatione caelesti hominibus super terram degenerantibus allata. Propter hunc omnis daemonum cultus solutus est: propter hunc non adorant lapides & ligna ab hominibus, & ante insensata insigniti ratione non peccidunt, sed omnis abiit error, & ueritatis lux orbem illustrauit. Vidisti ueritatis excellentiam: uidisti quid umbra, quid ueritas? Et uocauit, inquit, Abraham nomen loci illius, Dominus uidit: ut dicant homines, in monte dominus uisus est. Vide iusti religiosam mentem, quod uide quae ex his quae acciderant appellationes locis imponit. Visitationem enim a deo factam uolens quasi in columna aerea insculpere loco per appellationem, uocauit nomen loci, Dominus uidit. Sufficiebat quidem iusto pro praemio, quod uiuus rediret Isaac, & quod meritis erat illam eximiam laudem, nempe quod dicitur nunc cognoui, quod times deum tuum. Verum tamen is qui donis certare cupit, & beneficijs semper uincit mentem nostram, coaceruat etiam nunc iusti uoluntatis remunerationes, & inquit iterum ad illum. Vocauit enim angelus domini Abraham secundo de caelo, dicens: Per memetipsum iurauit (dicit dominus) eo quod fecisti uerbum hoc, & non pepercisti filio tuo dilecto propter me: profecto benedicens benedicam te, & multiplicans multiplicabo semen tuum sicut stellas caeli, & sicut arenam quae est in litore maris. Et haereditate possidebit semen tuum ciuitates hostium. Et in semine tuo benedicent omnes gentes terrae, eo quod audisti uocem meam. Quia, inquit, impleuisti praecipuum meum, & tuam obedientiam per omnia declarasti, propterea audi: Per memetipsum iurauit, dicit dominus. Vide quomodo in sermone se dimisit dominus: per memetipsum, inquit, iurauit, ut confidas omnino euentura tibi quae a me dicta sunt. Quandoquidem enim homines promissis iuramenta adhibent, ut stabilior accipiant promissionem, quibus promittuntur: ea propter & dominus, humana usus consuetudine, inquit: Per memetipsum iurauit, eo quod fecisti uerbum hoc, & non pepercisti filio tuo dilecto propter me. Considera, obsecro, misericordiam domini. Non pepercisti filio tuo dilecto propter me, & sanè uiuū reducit: Non euentum considera dilecte, sed uoluntatem & mentem discite, qua faciebat mandata citra racionationem curiosam: Quantum enim ad uoluntatem attinet, cruentauerat dextram Patriarcha, & per ceruicem pueri adegerat gladium, per factumque obtulerat sacrificium: idcirco & dominus, quasi sacrificio reipsa consummato, laudat iustum, & dicit: Non pepercisti filio tuo dilecto propter me. Tu qui dem non pepercisti propter me mandatum, ego autem pepercit propter tuam obedientiam. Propter hanc tuam obedientiam remuneras te, benedicens benedicam te, & multiplicans multiplicabo te. Vide cumulatam benedictionem. Hic qui per uoluntatem tuam occisus est, in tantam multitudinem propagabit semen tuum, ut stellis & arenae adaequet. Et omnes gentes in semine tuo multiplicabunt, eo quod audisti uocem meam. Haec omnia, inquit, tibi propter obedientiam erunt. Nonne plurima nobis bona conciliata, quod obediimus deo, & praecipis eius obtemperamus: Ideo sicut Patriarcha ille, ne curiosius inquit

ramus, quare talia ab eo imperata sunt: sed ut grati ferui impleamus mandata, rationemque eorum relinquamus domino. Si sic docuerimus nosmetipsos, poterimus & eandem obedientiam declarare, quam iustus ille, easdemque consequi coronas. Quomodo autem obediemus? si mandata eius opere adimpleuerimus. Non enim auditores, inquit, legis iustificamur, sed factores. Quae enim utilitas, si quotidie audiamus, & opera negligamus? Ideo oro, ut ad agenda opera festinemus: neque enim aliter saluari nos possibile est: ut & peccata nostra abluamus, & misericordiam dei consequamur, gratia & miserationibus domini nostri Iesu Christi, cum quo patri & spiritui sancto sit gloria nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Respondent autem filij Chet ad Abraham, & dixerunt: Rex a deo es tu in nobis, in electis sepulchris nostris sepeli mortuum tuum. Hom. XLVIII

Midistis heri patriarchae fortitudinem: uidi distis animam, adamante solidiorem, quod quantum in se erat ob magnam in deum charitatem mactator filij factus est, & proposito quidem cruentauit dextram sacrificiumque obtulit, per ineffabilem autem misericordiam dei saluo & sano filio suo recepto rediit: & propter uoluntatem praedicatus est, coronaque fulgida redimitus, & extremum certamen certauit, & per omnia pietatis mentis suae declarauit. Videamus autem & hodie iustum illum, quantum filij habuerit curam. Nam postquam a sacrificio illo nouo & admirabili rediit, excepit eum Saræ luctus: cum autem petisset a filiis Chet possessionem sepulchri, empto loco imposuit mortuum. Hoc primum principium possessionis fecit Patriarcha propter Saræ mortem: monstrans autem nobis scriptura diuina uirtutem Patriarchae per omnia, & quod sicut peregrinus & aduena toto tempore egit: etiam hoc assignauit, ut discamus quod tanto superno praesidio fruamur, & sic illustris factus, & in tantam multitudinem diffusus, proprium sepulchrum non possedit, sicut nunc multi faciunt, agros & uillas, infinitamque aliam substantiam possidere studentes. Habebat enim sufficientes diuitias mentis, & de alijs non erat anxius. Audiant qui repente, & in uno temporis momento omnia corridunt, & ubique (ut ita dicam) suae auaritia concupiscentiam extendunt: imitenturque Patriarcham, qui nullibi habuit locum, quo Saræ collocaret reliquias: sed tunc primum, quando ab ipsa necessitate compulsum est, emit agrum & speluncam a filiis Chet. Nam quod spectabilis erat apud Chananæos, audi filios Chet ad eum dicentes: Rex a deo es tu in nobis, in electis sepulchris nostris sepeli mortuum tuum: nullus enim nostrum prohibebit te a sepulchro tuo. Caterum uide iustum, quod operibus suis docet optime se institutum, & non prius uult accipere monumentum, quam iustum diuinitus pretium. Nam licet uos, inquit, ita beneuoli erga me sitis: at ego non patiar, nisi prius debitum pretium dependerim: & sic accipiam sepulchrum. Et data, inquit, pecunia, accepit sepulchrum. Fuit autem, inquit, uita Saræ centum uiginti septem annorum, &

mortua est, & sepeliuit Saram uxorem suā in spe-
lunca agri duplici, quæ est e regione Mambre.]
Et qui tā clarus & spectabilis, & tantā apud deū
habens fiducia, & apud oēs qui ibi agebāt in tan-
to honore erat, ut & a filijs Chet rex nominaret,
neq; ubi pedē poneret possidebat. Propterea &
beatus Paulus prædicans uirtutem iusti, scribens
dicebat: Per fidem peregrinus fuit Abraham in ter-
ra promissionis ueluti aliena, cum in tabernaculis
habitasset cum Isaac & Iacob coheredibus eiusdē
promissionis. Deinde docens nos, quō fide pere-
grinus fuerit, subdidit: Expectabat enim habentem
fundamenta ciuitatē, cuius opifex & conditor
est deus. Spe, inquit, futurorū despiciēbat præ-
sentia, & expectatione maiorū honorū, minus cu-
rabat ea quæ in præsentia uita sunt: atq; hæc ante
legem, & ante gratiā. Qualem igitur habebimus
nos excusationē, dic oro, qui post tot annuntiationes,
& promissiones ineffabiliū honorū, inhiā⁹
præsentibus, & emimus agros, & ubiq; uoluptates
carpere studemus, colligimusq; hæc omnia per
auaritiā & rapinam? Et id quod beatus Propheta
cum lamento dicebat: Væ his qui coniungunt do-
mum domui, ut quid a proximo auferāt: hoc nos
operibus implemus. An non ista quotidie fieri ui-
demus, spoliari orphanos, prædæ patere uiduas,
infirmos a fortioribus opprimi? Verū iustus ille
nequaquā sic, sed & sepulchrū emere cum uoluit,
quoniā uidit eos a quibus petijt dare uolētes, non
prius accepit, q̄ iustum dependisset pretiū. Hæc
itaq; mēte uersantes dilecti, nos qui sub gratia, eū
qui ante legē imitemur: & ne multa possidēdi cu-
piditate accensi, maiorē & grauiorē augmētum
ignē inextinguibile, & flāmā intolerabile. Audie-
mus em̄ si in huiusmodi rapinis & auaritijs man-
serimus, ea quæ dicta sunt diuiti illi: Stulte, hac no-
cte animā tuam auferēt: quæ autē præparasti cuius
erunt? Quare (dic mihi) tantopere studes, ut colli-
gas ea quæ non multo post hinc abripiendus, hic
relinques, ex eis non solum nihil utilitatis perci-
pere ualens, sed & onus peccatorum in humeris
proprijs ferens, & inutiliter poenitens: nā ea quæ
a te collecta sunt, in inimicorū deuenient manus,
tu autē pro his rationem & poenā dabis. Quantæ
igitur est dementia alijs laborare, & te propterea
poenā dare? Esto autē, hæcenus ita negligēter nos
gesserimus, nunc saltem quod decet, cōsultemus:
& non tantū operā demus, ut nobis opes affluāt,
sed ut & iustitiæ magnā rationem & curā habeamus.
Neq; enim res nostræ intra hanc uitam totæ
conclusæ sunt, neq; semper in aliena hac regione
erimus: sed non multo post in propriam remeabi-
mus patriā. Omnia igitur faciamus, ne alibi egeni-
simus futuri. Nam quæ utilitas, in aliena regione
multas diuitias relinquere, in propria autē, & in
patria necessarijs carere? Itaq; oro, festinemus dū
adhuc tempus est, ut illuc transferamus etiā quæ
in hac aliena habemus. Enim uero licet multū in-
ter se distēt, facilis tamen est transuocatio: & secure
illuc transferimus, & in thesauro inde prædabili
reponimus quæcūq; per pauperū manus præmit-

timus. Eorū em̄ manus in coelestia promptuaria,
sibi data reponunt. Quoniā igitur tanta & facilitas
& securitas: quare moramur, & non omni stu-
dio hoc facimus, ut ibi ea inueniamus ubi eis ma-
ximè opus erit? Propterea Patriarcha ille quasi
alienā inhabitat Chananæa: quia illā expectabat
ciuitatem, cuius opifex & conditor est deus. Si igitur
uoluerimus iustū hunc imitari, & nos in illam oc-
curremus, & in sinus Patriarchæ ueniemus. Ope-
rum enim cōmunio, & fructuionis cōmunionem
præstat. Verū si placet redeamus ad sermonis se-
riem, & uideamus post Saræ mortem quantā iu-
stus curam agit pueri, Isaac dico. Audiamus igitur
diuinā scripturā nobis narrantem. Et Abraham
erat senex, qui profecerat diebus. Et dñs benedi-
xit Abraham per omnia.] Quare hæc nobis asig-
nauit scripturā: quia patriarcha diligēter curatu-
rus erat ut sponsa Isaac adduceretur, ideo nobis
eius ætatem assignauit. Quando enim, inquit, ad
extremā senectutē peruenit, uolens Isaacū a Cha-
nanæorū cognatione liberū esse, ita ne inde uxore
duceret, uocato famulo prudentiore cōmen-
dat ei negotiū hoc, & dicit: Pone manū tuā sub-
ter femur meum.] Lingua Græca habet subter fe-
mur: Hebraica uero, subter lumbū. Et quare sic di-
cit: Mos ille ueterū erat. Aliter autē dic, quod hinc
principiū natiuitatis Isaac fuit. Et ut discas, quod
hoc facere consueuerint, uide: quia ipse imperat
ut manum ille eō ponat. Statim autem ut posuit,
Et adiuro, inquit, te per dominum deum cœli,
& deū terræ.] Vide quomodo & famulū docet,
ut sciat uniuersorū conditorem. Nam qui dixit,
deum cœli & deum terræ, omnem creaturā com-
prehendit. Et quod iuramentū? Ut nō accipias
uxorem filio meo Isaac de filiabus Chananæorū,
inter quos ego habito: sed in terrā meam in qua
natus sum uade, & ad cognationē meam, & inde
accipies uxorem filio meo Isaac.] Vidisti manda-
tum Patriarchæ, quod famulo dedit: At ne perfun-
ctoriæ prætereas dicta, sed cogita mentem & pro-
positū iusti & quod spectarit: & attende quō uete-
res non quærebant substantiā multam, non diui-
tias, non seruos, & iugera agri tot & tot, nō exter-
næ uenustatis formā: sed animę pulchritudinem,
& morum nobilitatem. Nam quoniā uidebat ma-
litiā eorum qui in Chananæa habitant, sciens
quantum bonū sit fortiri coniugem iisdem mori-
bus uiuentem, præcepit seruo, & iuramentū ad-
hibet, ut ex sua cognatione uxore adducat Isaac:
& neq; interuallum locorū, neq; aliæ difficultates
segnem eum in his reddant, sed sciens rei neces-
sitate, omni cura mittit seruū. Cæterum Patriar-
cha habens respectum uirtutum animę, & abhor-
rens a uicinorum malitiā, ita se gerit: at nunc om-
nes tale quiddam ne cogitarēt quidem. Nam & si
malis innumeris plena sit, hoc solum inquirunt,
quantum abundet pecunijs, cætera omnia poste-
riore loco habent, nescientes quod cū mens per-
uerfa sit, licet indicibiles affluant diuitiæ, facile in
extremam uenient inopiam; & nihil proderunt
opes, cum non sit ibi mens quæ bene illas dispen-
sare

sare queat. Verū Patriarcha seruo satis magnū
mandatū dedit, & iuramento eum adstrinxit. Vi-
deamus autē nunc & serui probitatem, quō imi-
tatus sit pietatem domini. Nam postq̄ uidit tam
serio iustū sibi præcipere, dicit ei: Si non uolue-
rit uxor uenire mecum, uis filium tuum in terram
unde existi inducam?] Ut ne, inquit, si difficultas
aliqua incidat, transgrediar mandata tua: rogo,
quid oportebit me obseruare: & num placet tibi
ut illuc abeat Isaac, & accepta sponsa redeat, si nō
uoluerit (ut mandasti) uenire mecum? Quid igitur
iustus denegat hoc, & dicit: Ne reduces filium
meum illuc.] Non erit hoc tibi opus. Qui enim
mihi hoc annuntiauit, & promisit semen eius ita
multiplicandum, etiā hoc prospere faciem succede-
re. Ne igitur abducas illuc filium meū: dominus
deus est cœli & terræ. Vide quomodo superius iu-
rans, seruum de omnium conditore docet: & nūc
precatutus, iterum eadem uerba dicit: per omnia
docens ut seruus profecturus in illo fidutiā ha-
beat, & de bono rei exitu bene speret. Docet em̄
eum quantam olim ab initio beneuolentiā dei in-
uenerit, et quod ille qui a domo paterna euocauit,
& usq; ad hoc tēpus ita gubernauit, iamq; in tam
proiecta senectū Isaac dedit, prospera etiam quæ
adhuc restant, faciet. Dominus em̄, inquit, cœ-
li & terræ, qui assumpsit me de domo patris mei,
& de terra in qua natus sum, ille ipse qui loquutus
est mihi: Tibi dabo terram, & semini tuo.] Ille qui
tantā erga me declarauit benignitatem & curam,
ipse mittet angelum suū ante te, & inde accipiet
filio meo uxorem. Bene animatus, inquit, abi-
ceris enim sum quod qui tātis me beneficijs hæc-
nus prosequutus est, prioribus etiā illud addet, &
mittet angelū suum ante te. Ipse, inquit, præcedet
te, & uisā præparabit in omnibus, uxoreq; tibi no-
tam faciet, ut accepta ea huc redeas. Quod si con-
tingat, quod absit, ut reluctet uxor uenire huc, a-
lienus eris a maledictione iuramenti. Nā filiū me-
um illuc non reduces. Nullum enim mihi dubiū
est, quin dñs secunda tibi faciat omnia. Declarat
itaq; quō uirtute diuina bene fidat, & prohibet
seruum, ne filiū illuc inducat. Postea cū diligenter
mandasset seruo, curaq; eum liberasset uerebatur
em̄, ne mandato non impleto periurij reus fieret.
Posita, inquit, manu sua subter femur, iurauit ei
super uerbo hoc, quod filiū suum illuc non abdu-
ceret.] Vidisti quomodo ab initio seruus indica-
uit suam erga dominū beneuolentiā? Vide nunc
quomō ex Patriarchæ doctrina melior euaserit,
& imitatus fuerit domini pietatē atq; religionem.
Acceptis enim, inquit, decem camelis, & de o-
mnibus quæ domini sui erant, surrexit & profec-
tus est in Mesopotamiā, in ciuitatem Nachor, &
stabulari eos fecit extra ciuitatē iuxta puteū aque
uesperi, quādo egrediunt aquaturæ. Et dixit: Do-
minus deus meus domini mei Abraham.] Vide ser-
ui sapientiam, orbis dominū a Patriarcha nomi-
nat. Domine enim, inquit, deus domini mei Ab-
raham, qui tanta in illum beneficia collocaſti. Et

Chryſ.

quid miraris, si seruus eum uocat deum Abraham?
ipse omnū deus, monstrans quomodo iustorum
uirtutem magni faciat, inquit: Ego sum deus A-
braham, & deus Isaac, & deus Iacob. Et dixit: do-
mine deus domini mei Abraham feliciter occurre
mihi hodie, & fac misericordiam cum seruo tuo
Abraham: quasi diceret, Fac ut impleantur quæ
ille uult, & iuxta eius sententiam prospera. fac o-
mnia. Fac misericordiam cum domino meo Abra-
ham. Quid est, fac misericordiam? uoti compotem
eum fac. Deinde inquit: Ecce ego steti propter
fontem aquæ, filia autē habitantiū ciuitatem, egre-
diunt ut hauriāt aquā, & erit uirgo cui ego dico:
Inclina hydriā tuā, & bibā: & dixerit mihi, bibe,
& camelos tuos potabo, usquequo bibere cessent.
illam præparasti puero tuo Isaac: & in hoc cogno-
scā quod fecisti misericordiam dño meo Abraham.]
Vide serui prudentiā. Nam quia sciuit Patriarchæ
hospitalitatem, & quia uirginem inde ducendam
congruebat iisdem esse præditā moribus, quibus
iustus: nullam aliam coniecturā inquiri, sed cha-
racterem uirginis animi hospitalitate colligere
uult, & inquit: Si quando ego aquam ab ea peti-
uero, dicens, Inclina mihi hydriam: & non solum
faciet quod petiui, sed & candorem ac liberalita-
tem mentis suæ proferet, & dicit: Etiam camelos
tuos aquabo: morum suorum bonitatem satis de-
clarabit tam prompte aquam præbendo. Anim-
aduerte, obsecro, quantum fuerit, quod uirgo te-
nera aquatū profecta non solū annuerit eius peti-
tioni, & deposuerit ab humeris hydriam, & ad fa-
tietatē præbuerit petenti, uirgo peregrino, & pror-
sum ignoto: sed & camelos oēs aquauerit, & per
ea quæ fiebant monstrauerit animæ suæ ingenui-
tatem. An nescitis quod multi etiam uiri denegāt
sæpe petētib; talia? Et quid dico de aqua impar-
tenda? Inter dū cum faces tenent, & ab acceden-
tibus orantur ut paulisper expectent, quod lumen
accendant: id facere renuūt, tamen si nihil inde mi-
nuatur ignis, & multi sint qui accendere possint.
Hic autē & scēmina & puella, & hydriā super hu-
meros ferens, non solum nō grauatiū tulit quod
ab ea peteretur: sed & plusquam petiū erat, con-
cessit: & potum dedit ut petebat, & ultro etiam ca-
melos potare festinat. Annuerat enim misericors
deus Patriarchæ precib; angelorū sibi misso om-
nia illa disposuit fieri, sicut seruus petiuerat. Dein
postquā uidit reipsa preces Patriarchæ efficaces,
& obtinuit imaginem quam optabat, illiusq; exi-
miam uidit hospitalitatem: uide quid sit, dicit em̄:
Festinauit & euacuauit aquā in canales, & cu-
currit ad fontem ut hauriret aquam, & aquauit o-
mnes camelos eius.] Vide locupletissimā prom-
ptitudinem. Et euacuauit hydriam, & cucurrit.
Quo monstratur puellæ indicibilis alacritas: quia
neq; ut aliena aufugit, neq; prætextu continen-
tiæ petitioni renuūt: sed cum multa comitate in-
quit, Bibe domine. Cogita, obsecro, quanta etiam
tali ætate fuerit continentia: diligentia, & mode-
stia: eminentia, hospitalitatisq; frequentia. Qui-
tom. 1 1 3 bus

bus non opibus hæc sunt pretiosiora: Quibus non thesauris hæc sunt preferenda: Hæc summa dos, hæc innumera bona, hæc thesaurus qui non consumitur. Videns igitur prudens seruus efficacem dei providentiam, Discebat eam, inquit, & silebat, ut sciret prosperum ne fecisset dominus iter suum, an non. Quid est, discebat eam? Verba puellæ diligenter considerabat, aspectum, incessum, habitum, aliq̄ omnia: & expectabat, ut sciret an prosperum fecisset dominus iter suum, an non. Nam quæ iam facta erant, insignita & plurimam uirginis indicabant uirtutem. Et ideo remunerans eius obedientiam, & aquæ suppeditationem, Apponit ei, inquit, in aures aureas, & duas armillas, & diligenter ad discere ut se haberet. Et rogabat, cuius filia esset: & num esset apud patrem eius locus diuerforij. Considera & hic puellæ responsum. Nam sicut cum aquam peteret, non solum eam dedit, sed & camelos illius potauit: ita & hic rogante seruo num esset locus, & cuius esset filia: inquit, Filia sum Bathuelis quæ Melcha peperit Nachori. Dicit & patrem & auum, ut illis cognitio fiat alacrior. Vide prudentiam puellæ: de patre rogatur, & non solum hoc indicat, sed & patrem patris. Et cum rogasset seruus solum an esset locus diuertendi, illa addit: Et fœnum & pabulum multum apud nos. Hæc ut audiuit seruus, & admiratus est miram & largam puellæ hospitalitatem: & didicit quod non ad ignotos quosdam uenisset, sed in domum Nachor, qui frater erat Patriarchæ. Quod cum probaret, inquit, homo, adorauit dominum, exhilaratus in his quæ cognouerant, & quæ ei puella dixerat. Adorauit dominum, & gratias illi egit, eo quod in patriarcha & in se tantam declarasset providentiam, & quod omnia tam prospere & facile successissent. Et dixit: Benedictus dominus deus domini mei Abraham, qui non abstulit misericordiam & iustitiam a domino meo. Postquam uidit puellæ beneuolentiam, & ab ea omnia manifeste didicit, tunc & ipse puellæ significat quis sit: & per gratiarum actionem in deum, manifestum ei facit quod non ex aliena domo ueniat, sed frater Nachor sit, qui huc eum miserat. Hæc ubi didicit puella, cum magna uoluptate cucurrit, inquit. Vide quomodo in singulis declarat nobis hospitalitatis alacritatem, cursu, uerbis, comitate. Cucurrit, inquit, & annuntiavit in domo matris suæ iuxta uerba hæc omnia: ea quæ audiuerat a seruo, parentibus significauit. Et cucurrit, inquit, Laban ad hominem foras ad fontem. Vide quomodo & hic cursu desiderium suum indicet. Et ut uidit hominem stantem apud fontem cum camelis, dixit ei: Veni ingredi, benedictus dominus: cur foris stetit? Ego disposui domum & locum camelis. Vide & hunc benedictentem deum in aduentu peregrini, & quomodo antequam hospitalitatem impleuit opere, multis eum exhortatus est. Veni, inquit, ingredi. Prius enim præparauit & locum & domum camelis. Deinde ingresso eo, inquit: Destrauit camelos, &

dedit paleas & fœnum, & aquam ut lauarentur pedes eius. Vide quomodo hi qui adhuc in errore tenebantur, magnam hospitalitatis curam agebant. Et dedit aquam, ut lauaretur pedes eius, & pedes uirorum qui cum eo erant. Et apposuit eis panem ad comedendum. Sed hic attende obsecro, magnam famuli prudentiam. Quare? dicit enim, Non comedam, donec loquar uerba mea. Vos quidem, inquit, officium uestrum in me declarastis: ego autem nequaquam antea quietis merationem habebam, donec causam uos docuero propter quam in hanc uiam sum missus, & quare a Chanaan huc uenerim, & quomodo in domum uestram huc ductus sum, ut cum omnia didiceritis, tunc & uos uestram erga dominum meum beneuolentiam declarare possitis. Et incepit narrare, & dixit: Seruus Abraham sum ego: dominus autem benedixit dominum meum ualde, & dedit ei oues, & uitulos, aurum & argentum, seruos & ancillas, camelos & asinos. Et genuit Sara uxor domini mei filium unum domino meo cum ipse iam senuisset, & dedit illi omnia quæcumq̄ habuit. Vide quomodo cum diligentia omnia eis narrat. Illius sum, inquit, Abraham seruus, quem scitis. Discite itaq̄, quantam ab omnium domino misericordiam consequutus sit, ita ut ualde sit ditatus. Deinde docet & diuitiarum abundantiam, inquit: Oues & uitulos, argentum & aurum, seruos & ancillas, camelos & asinos acquisiuit. Audite diuites, qui tot & tot quotidie emitis prædicia, & balnea, ac deambulacra, & splendidas domos ædificatis. Videtis, in quibus diuitiæ iusti fuerint constitutæ? Nusquam ager, nusquam domus, & superuacanea sumptuositas: sed oues & uituli, camelus & asinus, serui & ancillæ. Et ut discas, seruorum multitudo unde ei contigerit, addidit alio loco: Vernaculi omnes erant. Hic igitur, inquit, dominus meus, qui in tanta substantia fuit, & multam supernam gratiam inuenit, quando iam senuit, Sara filium peperit ei: hunc habens unigenitum, eum hæredem omnium suorum constituit quæcumq̄ habuit. Dein postquam narrauit domini gloriam, & Isaac partum, dicit in super & mandata quæ acceperat, ut in Charras proficisceretur. Et adiurauit me, inquit, dominus meus, dicens: Non accipias uxorem filio meo Isaac de omnibus filiabus Chanaanorum, inter quos ego habito: sed in domum patris mei uade, & ad cognationem meam, & inde accipe uxorem filio meo. Et ipse quidem hæc mihi mandauit, ego autem difficultatem negotij mecum perpendens, rogabam dominum meum, Quid si noluerit uxor uenire mecum? Et dixit mihi: Dominus cui complacui coram eo, ipse mittet angelum suum tecum, & accipies uxorem filio meo ex cognatione mea, & domo patris mei: & tunc innocens eris a maledictione mea. Igitur dominus quidem hæc mihi mandauit, & talibus precibus factis, uaticinio me instructum huc misit. Ego autem fretus illius precibus, ubi ad fontem ueni, hæc uerba loquutus sum, & dixi: Domine deus domini mei Abraham

ham, si tu prosperum facis iter quod nunc abeo: Ecce ego sto apud fontem aquæ, filia autem hominum huius ciuitatis egredientur ad ferendas aquas. Et erit uirgo, cui ego dixerō: porrigem mihi parum aquæ ex hydria tua: si dixerit mihi, Et tu bibe, & camelos tuos aquabo: ipsa erit uxor quæ præparasti seruo tuo Isaac. Et in hoc sciam quod fecisti misericordiam domino Abraham. Hæc ego quidem, inquit, apud memetipsum deum rogavi, nondum autem finem acceperant quæ a me dicta sunt, & confestim adimpleta sunt. Nam priusquam ego dicendi finem facerem, ecce Rebecca exiit aquam ferens in humero suo: dicebam autem ei, Da mihi potum. Et accelerans deposuit hydriam suam, & dixit mihi: bibe & tu, & camelos tuos aquabo. Et cum uiderem iam euidentem fieri dei providentiam, interrogabam cuius esset filia. Et ut didici e quibus esset nata, dixi quod non ad alienos uenisset, sed in domum Nachor fratris domini mei. Unde sumpta spe bona, appendi ei in aures & armillas: & cum hoc placeret, adorauit dominum, & benedixi deum domini mei Abraham, quia prosperum me fecit, ut assumerem filiam fratris domini mei. Verum hæc ita a domino dispensata sunt, & ad preces domini mei ita uenerunt. Cæterum uos si quam ipsi declarabit, & facietis misericordiam & iustitiam cum domino meo, annuntiate mihi. Iam mihi, inquit, significate, ut scire possim, quid oporteat me facere, quod si minus placet, & id ipsum dicite, ut alio iter faciam, & me conuertam uel ad dextram, uel ad sinistram. Postea quoniam deus erat, qui omnia propter preces Patriarchæ secundabat, dicunt ei pater uirginis & frater. A domino exiit uerbum hoc: non possumus tibi contradicere uel bonum, uel malum. Ex narratione tua satis intelligimus, totum hoc diuina dispensatione fieri. Ne igitur putetis nos uelle aduersari his quæ deo probantur. Ecce habes uirginem, tolle eam & proficiscere, & erit uxor filio domino tuo, sicut loquutus est dominus. Vidisti quomodo solebat olim filijs suis uxores ducere? Quomodo magis animæ generositate, quam opum abundantiam inquirebant? nusquam instrumenta, nusquam pacta, & alia ridicula quæ nunc apud nos fiunt, & uerba illa quæ in literis continentur: Si absq̄ liberis, inquit, moritur, si hoc & hoc contingat. Verum apud illos nihil tale, sed maximæ & securissimæ literæ erant uirginis mores. Nusquam cymbala & choreæ. Et hoc scies, quando ad sponsum uirginem uideris introduci. Ut ergo audiuit seruus hæc a patre & fratre, adorauit deum super terram. Vide quomodo in omnibus quæ fiebant, uniuersorum domino gratias offert. Ipse enim erat qui antea præparabat omnia, & iuxta uerbum Patriarchæ præmittebat angelum ante illum, qui omnia feliciter ordinabat. Deniq̄ quia certior factus de negotio bene peracto: Prostratus, inquit, uasa aurea, & argentea & uestes dedit Rebecca. Nunc cum fiducia subministrat ei, quasi iam uerbis desponsatæ Isaac. Ho-

norat autem donis & fratre, & matre: & cum uidit negotium & mandatū impletum, tum demum refici se passus est. Comederunt, inquit, & biberunt ipse & uiri qui cum eo erant, & dormierunt. Cumq̄ mane furrexisset, dixit: Emitte me, ut uadam ad dominum meum. Quoniam omnia mihi tam feliciter successerunt, & nihil est quod restet, sed uobis bene placet: dimittite me, ut abeam ad dominum meum. Dixerunt autem, inquit, fratres & mater: Maneat nobiscum uirgo diebus quasi decem, & post hæc abibitis. Ille autem dixit ad eos: Ne me detineatis, etenim dominus prosperum fecit iter meum: dimittite me, ut abeam ad dominum meum. Quare, inquit, differtis, quum deus tantam facilitatem mihi in omnibus dederit? Dimittite me ut abeam ad dominum meum. Illi autem dixerunt: Vocabimus puellam, & interrogabimus eam. Et uocauerunt eam, dixeruntq̄ ei: Ibis cum homine? Illa autem dixit, Ibo. Et dimiserunt Rebecca sororem suam, & substantias eius, & seruum Abraham, & eos qui cum eo erant. Et benedixerunt, inquit, Rebecca, & dixerunt ei: Soror nostra es, fias in mille decem milia, & hæreditate possideat semen tuum portas inimicorum tuorum. Vide quomodo & illi ignorantes uirgini quæ futura sunt, dixerunt: deo mentem eorum ad hoc dirigere & incitante. Vtraq̄ enim ei prædicta sunt, tum quod in mille myriades fieret, tum quod semen eius hæreditate possessurum esset portas inimicorum. Vidisti per omnia euidentem dei providentiam relucere, quomodo ut per infideles futura prædicantur dispensat omnium dominus? Cum surrexissent autem Rebecca & ancillæ eius, ascenderunt super camelos. Vidisti qualē sponsam ducat Patriarcha: aquantem, & hydriam super humeros ferentem, & nunc iterum ascendentem super camelos. Nusquam mulæ argento fulgentibus cerycibus, neq̄ famulorum turba, neq̄ magna molities, quæ nunc fieri solet: sed tantum erat præscarum mulierum robur, ut & in camelos suos ascenderent, & sic iter facerent. Et profecta sunt, inquit, cum homine. Isaac autem egressus erat, ut meditaretur in agro ad crepusculum: & ibi eleuatis oculis, uidit camelos uenientes. Rebecca autem ut uidit Isaac, desiliit a camelo & dixit seruo: Quis est homo ille qui uadit in campo nobis obuius? Vide puellæ generositatem, postquam uidit Isaac, quærebat quis esset. Et ubi didicit quod ipse esset sponsus, uelauit se thersistro: & ueniens seruus omnia clare annuntiavit Isaac. Hic considera oro, quod nusquam superflua illa & inutilia, nusquam diabolica pōpa, nusquam cymbala, & tibia, & choreæ, & satanica illa conuiuia, & scommata omni obscenitate plena: sed omnis honestas, omnis sapientia, omnia bonitas. Intrauit autem Isaac, inquit, in domum matris suæ, & accepit Rebecca: & fuit ei uxor, & dilexit eam, & consolationem accepit Isaac super Sara matre sua. Hanc imitent mulieres, hæc æmulentur uiri. Sic sponsas ducere curent. Quare enim, dic oro, statim ab initio sordibus impleri

sinis puellae aures, tam turpibus cantilenis, tam intempestiua illa pompa: nescis quomodo adolescentia per se in malū propensā. Cur honesta nuptiarum mysteria inuulgas? cū oporteat oīa hāc depellere, & uerecundiā principio docere puellam, & sacerdotes uocare, & precibus & benedictionibus concordiam coniugij constringeret: ut amor sponsae augetur, & puellae continentia crescat, & omnia quae fiunt eo spectent ut uirtutis opera ingrediantur in domum illam, tollanturque medio omnes diaboli insidiae, & ipsi fauore dei unti iucundē uitam exigant: quo nobis omnibus frui detur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & spiritu sancto sit gloria in secula seculorum, Amen.

Hae autem sunt generationes Isaac filij Abraham. Homilia XLIX

TERVM uos ad consuetā mensam ducere uolo, & ex uerbis Mosi conuiuium proponere, imò ex uerbis sancti spiritus. Neque enim à seipso hāc nobis exposuit, sed spiritu sancto afflatus. Videamus igitur, quid & hodie nos docere uelit. Neque enim simpliciter, neque inuauū uitas sanctorū exponit: sed ut imitemur eorū uirtutem, & imitatores simus bonorum operum quae illi fecerunt. Nam postquam nobis diligenter narrauit ea quae ad sanctū patriarcham Abraham attinet, & docuit postremum illius certamen in immolatione filij, quod & si non opere, uoluntate tamen perfecit, sinemque imposuit narrationibus illis: nunc exponit nobis quae ad Isaac occisum & non occisum pertinent: factum enim anigmatis simile est. Audi enim Paulum dicentem: Fide obtulit Isaac, cum tentaretur: & unigenitum obtulit, in quo promissiones acceperat. Deinde ut discamus quomodo fide hāc omnia acta sunt, & diuersa uidentur promissioni quae iubebatur facere, non perturbabatur, subiicit: unde illud & in parabola reduxit. Quid est, & in parabola reduxit? Nam postquam eum in sacrificium obtulit, & mentem perfectam declarauit, ipse corona redimitus est, & accepto puero redijt, & sacrificium per ouem impletum est. Et ostēdit per omnia uniuersi conditor suae misericordiae excellentiam: & quod hoc imperando, non occidi Isaac, sed iusti exercere obedientiam uoluerit. Caeterum sicut uidimus Patriarchae uirtutem in omnibus reluctantem: age, & quae de Isaac dicta sunt hodie in medium afferentes, uideamus quomodo & ipse piam & religiosam mentem in omnibus praese tulerit. Dignum autem est, ut ipsa scripturae uerba audiamus. Hae autem sunt, inquit, generationes Isaac filij Abraham: Abraham genuit Isaac. Isaac autem erat annorum quadraginta, quando accepit Rebeccam filiam Bathuelis Syri ex Mesopotamia, sorore Laban Syri, sibi in uxorem. Considera obsecro dilecte, diuinae scripturae diligentiam, quomodo nihil superuacue ponat. Quare nobis tempus Isaac ponit, & dicit: Erat autem Isaac quadraginta annorum quando accepit Rebeccam. Non absque

Heb. 11. d

causa, neque temere: sed quia nobis Rebeccae sterilitatem narraturus erat, & quod ex precatione iusti procreatio prolis concessa sit. Vult autem docere nos magnitudinem patientiae Isaac, & clare indicare quanto tempore liberis caruerit: ut & nos aemulantes iustum, assidui simus in diuinis precibus, si quando aliquid à deo petierimus. Si enim iustus ille ita uirtute praeditus, & tantam apud deum gratiam habens, tantam praese tulit constantiam & studium, continuū deum orando, ita ut solueretur Rebeccae sterilitas: quid dicemus nos, qui tantis peccatorum oneribus premimur, & neque minimam uirtutis iusti partem ostendimus: sed & si aliqd bene egerimus statim torpescimus, & resiliimus, nisi statim exaudiamur? Propterea oro, ut ex his quae iusto illi euenerunt eruditi, nunquam cessemus orare deum, ut ignoscat nobis peccata, feruensque & astuans desiderij ostendamus: & non aegreleramus, neque segniore fiamus, si non statim audiamur. Fortassis enim dominus continuam nostrā sedulitate in blanda arte inducēs, ita differt, ut mercedem patientiae quoque referamus: & quia ipse tempus scit quando nobis utile quod quaerimus. Neque enim nos ita scimus quid nobis utile, ut ipse euidenter nouit, qui etiam abscondita mentis nostrae cognoscit. Proinde par est, ut nihil curiosius quaeramus, uel incusemus in his quae à deo fiunt: sed grati simus, & admiremur iustorum uirtutes. Nam postquam dixit nobis diuina scriptura, quot annorum fuerit Isaac: dicit & de Rebecca uxore eius, quod sterilis fuerit. Vide obsecro, iusti religiosam mentem, Quonia enim uidit naturā claudicantē, ad naturā conditorē confugit, & uincula naturae precibus soluere festinauit. Deprecatus enim est, inquit, Isaac super Rebecca uxore sua, quia sterilis erat. Vnum hoc in primis operapretium ut quaeramus: Quare, cum & ipsa & uir eius uir fuerint eximia, & ambo continentiae studiosi, sterilis fuit? Non possum carere eorum uitam, & dicere quod sterilitatem illam peccata fuerint operata. Et ut discas rem miram, non solum ipsa sterilis fuit, sed & mater iusti Sara: neque mater eius sola, sed & nurus, Rachel uxor Iacob. Quid sibi uult ille sterilitum chorus? omnes iusti, omnes uirtute praediti, omnes à deo testimonium habentes. Nam de ipsis dicebat: Ego sum deus Abraham, deus Isaac, deus Iacob. Beatus autem Paulus: Ideo non confunditur deus ut inuocetur eorū deus. Multa ipsorum laudes in nouo, multae in ueteri, undique clari & nobiles, & omnes steriles habuerunt uxores, multoque tempore caruerunt liberis. Quando igitur uideris uirū & mulierem uirtuti deditos, carereque pueris, quando uideris pios & religionis studiosos non habere liberos, ne tribuas hoc peccatis. Multi enim diuinae dispensationis sermones nobis sunt arcani. Et pro omnibus gratias agere oportet: & solos illos miseros dicere, qui in peccato uiuunt, non eos quibus filij defunt. Quippe saepenumero multa deus dispensat, quorū nos causam nescimus. Eapropter undequaque

Exod. 34
Heb. 11. d

undequeque sapientiam eius admirari oportet, ac glorificari ineffabilem misericordiam. Sed haec quidem ad utilitatem uestram dicta sunt, ut multam gratitudinē exhibeatis, neque de dispensatione diuina curiose rogetis. Dicamus tamen & causam, propter quam mulieres illae steriles fuerunt, ut cum uideris uirginem nostrum dominum parientem, ne sis incredulus. Exerce enim hic tuos sensus, inquit, in uulua sterilitum, & cum didiceris ligatam & emortuam uulua diuina uirtute ad procreationem aperiri, inde copiosis argumētis acceptis non admireris audies quod uirgo pepererit: imò admirare & obstupescere, & ne sis incredulus miraculo. Quando igitur tibi dicit Iudaeus, quod peperit uirgo: dic ei: Quomodo peperit sterilis & uetula? Duo impedimenta tunc erant, & aetas intempestiua, & natura uitiata: in uirgine autem unum impedimentū fuit, quod esset expers concubitus. Sterilitas igitur iam uiam parat uirginitati. Et ut scias quod propter hoc steriles prius fuerunt, ut credat uirginitatis partus: audi uerba Gabrielis, quae ad uirginem dixit. Postquam enim uenit, & dixit: Concipies in utero, & paries filiū, & uocabis nomen eius Iesum: obstupescita est & admirata, ac dixit: Quod erit mihi istud, quia uirū nō cognosco. Quid igitur angelus? Spiritus sanctus superueniet super te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Ne quaeras, inquit, naturā modum & ordinē, quando supra naturam sunt quae fiunt. Ne spectes coniugij dolores, quando maior est in nuptijs natiuitatis modus erit. Et quod fiet istud, inquit, quonia uirum nō cognosco? At qui propter hoc ipsum fiet, quonia uirū nō cognosco. Nam si cognosceres uirum, nō fuisses habita digna ut huic ministerio seruires. Itaque quā ob rem dubitas, eam ob rem crede: non quia malum nuptiae, sed quia melior uirginitas. Hunc autem ingressum nostri omniū domini digniorē esse oportet, quod nostrū. Regius enim fuit introitus? Oportebat autem partim cum nostra natiuitate comunicare, partim alienū esse: & utraque haec fuerunt. Et quomodo? audi. Nam de utero prodire, commune habet nobiscum: absque nuptiali autem congressu nasci, supra nostrā est natiuitatem. Naturale est conceptū fieri in utero: supra naturam humanam est, absque commixtione esse praegnantē. Et propterea utraque, ut & excellentiam, & communionem quam habet tecum, discas. Considera autem quanta sapientia haec facta sint, neque eminētia obfuit assimilationi & affinitati suae nobiscum: neque nostra affinitas & similitudo, eius obscurauit excellentiam: sed operibus utraque ostensa sunt, & alia perfecte habuit nobiscum: alia non habuit, sed ab eis totus liber fuit. Verum, ut dixi, propter hoc steriles fuerunt istae, ut credatur uirginitatis partus, ut ipsae nos manu ducant ad fidem promissionis. Audi enim quid dicit angelus dei: Spiritus sanctus ueniet super te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Sic, inquit, poteris parere. Totum enim operatione spiritus fiet. Ne igitur spectes ad terram, è caelis operatio uenit. Spiritus gratiae est quod sit, ne quaeras naturae modum, ne iuxta nuptiarū leges intelligas. Verū,

quonia maiora sunt uerba haec quam ut illa caperet, uult & aliam ei praebere demonstrationem. Tu autem, obsecro, attende quomodo sterilis istam manuducat ad fidem partus. Quonia prior demonstratio maior erat cogitatione uirginis, audi quomodo & humiliorem sermonē affert, per sensibilia ipsam manuducens. Et ecce, inquit, Elizabeth cognata tua & ipsa concepit filiū in senectute sua: & hic mensis sextus est ei quae uocatur sterilis. Vides quod sterilis propter uirginem? Quonia cuius gratia alioqui retulisset partū cognatae: cuius item gratia dixisset, quae uocatur sterilis, nisi ut per omnia manuduceret eā ad credendum annuntiationi? Propterea & aetatem dixit, & naturā sterilitatem: propterea & tempus distulit conceptionis. Non enim statim à principio ei annuntiatum est, sed praeterito tempore semestri, ut uteri onus conceptionē doceat. Et uide quanta Gabriel utitur solertia. Non enim in memoriā ei reducit uel Saram, uel Rebeccam, uel Rachel. Quare, & quam ob causam? Et haec fuerunt steriles, & uetulae, & magnū miraculum fuit: sed quia erant antiquae narrationes, adducit eam ad hoc quod nuper contigerat, ut mentē eius ad credendū prouocaret. Sed necessariū est ut ad institutum sermonē redeamus, & significemus iusti uirtutem, quod precibus sterilitatē Rebecca soluit, & uincula naturae superauit. Deprecabat autem, dicit, pro Rebecca uxore sua, quonia sterilis erat, & audiuit eum deus. Non quia mox ita subditur & scriptū est, putes è uestigio & protinus assequutū esse quod optabat & querebat. Nā uiginti annis nō cessauit orans & deprecās deū, & tunc tandem assequutus est quod desiderabat. Et unde scimus hoc? Si diligenter euoluamus ea, quae in diuina scriptura continentur. Non enim tempus à nobis absconditū est, sed signauit quidem, latenter tamen, ita ut prouocet desiderij nostrum & ad dignam inquisitionem incitet. Nam sicut docuit nos annorum numerum quot habuerit quando Rebeccam duxit, ita & hoc nobis manifestū fecit. Erat enim, inquit, annorum quadraginta, quando accepit Rebeccam filiam Bathuelis Syri. Didicisti diligenter tempus? deinde postquam dixit: Deprecatus est Isaac pro uxore sua, quia sterilis fuit: ut discamus annorum numerum, assignauit nobis quot annorum fuerit Isaac, quando nati sunt ei filij de Rebecca. Erat autem Isaac, inquit, annorum sexaginta, quando peperit Rebecca. Si igitur quadraginta annorum erat quando duxit, sexaginta autem quando peperit uxor: manifestū quod annis uiginti perseverauit orans deum, & uterū Rebeccae sterilem generationi idoneum fecit. Vidisti orationis uim, quod & naturam superet? Hunc oēs imitemur, & ita in precibus simus assidui, & anima sobria, & humiliata mente: audiamusque Paulum admonentem & dicentem: Leuantes sanctas manus absque ira & disceptationibus, & studeamus semper liberari à perturbatione, ut mens sit in tranquillo, maxime autem precum tempore, quando multa nobis opus est à deo misericordia. Nam si nos uiderit

1. Timot. 2. b

uiderit operari iuxta leges quas ipse dedit, statim nobis donorum suorū largitatem liberaliter concedet. Quod nobis assequi liceat, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri sit gloria simul & sancto spiritui, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Concepit autem Rebecca, & colludebant paruuli in ea.



VL T I S etiā hodie apponamus charitati uestrae ea quae ex lectioe hester na relicta sunt: Ad finem enim perducere totum argumentū nequiuimus, sed ostendimus quod per feras continentes preces Isaac ualuerit Rebecce uulua filiorum generationi reddere idoneā, naturamq; ipsam inutilem factā (ut ita dicam) reparare. Hae omnia heri satis uos docuimus, monstrātes anno rum numerū, quib; ut hoc impetraret beatus ille, orans & deprecans permanit: & in sermonem de sterilibus egressi, dicta uobis causa propter quam iustorū uxores steriles fuere, sermonē missum fecimus. Operæpretium autem ut & hodie discatis Rebecce religiosam mentē, ut nō solum lucrū nobis à uirtute iusti accedat, sed ex historia quae Rebecca narratur, ad emulationē prouocare possimus auditores. Postq; em̄ deus exaudiuit orationem iusti, & uterū gessit Rebecca, colludebāt, inquit, pueri in ea, & magno eā dolore affecerūt. Dixit em̄, inqt, si sic mihi futurū, cur mihi hoc? Neq; em̄ unus erat nasciturus, sed duos simul in utero pueros gestabat, & ex angustia multū cruciatum sentiebat. Sed uide, obsecro, hic mulieris pietatem & religionem. Non enim fecit sicut mulierēs multae, quae negligenter uiuunt, facere consueuerunt. Non ad humanum confugit subsidū, non ad eos qui talia suis coniecturis, suaeq; rationis obseruationibus iudicare uolūt: neq; se exposuit deceptioni curiosorū, & eorum qui polliceri audent quae supra humanā sunt naturā: sed abiit, inquit, ut consuleret dominū. Vide mulieris sagacitatem, quoniam uidit quod is qui uulua eius referat, is naturae esset dñs, & infœcundū uentrem repente ita foecundū effecisset: & uidebat uterū o nus magna quaedā promittere. Perrexit, inquit, ut consuleret dominū. Quid est, perrexit ut consuleret dominū? Cucurrit ad ueram scientiam, & festinauit ad sacerdotē dei ministrū, per quem latentium scientiā uolebat discere: & enarrans omnia quae sibi contigerant, didicit diligenter oia, misericorde deo per sacerdotis linguā detegente ei omnia manifeste, & alacriorem eam reddente. Et uide quanta & tunc erat sacerdotum dignitas. Nusquam enim dicit, quod sacerdos ei responderit: sed postq; dixit, Abiit ut cōsuleret dominū: subiicit, Et dixit dñs ei, nempe per sacerdotem:

Malach. 2. b

Duae gentes in utero tuo. Etenim & alio loco angelum uocat sacerdotem diuina scriptura, monstrans quod illa loquatur quae inspirat ac suggerit spiritus gratia. Dixit igitur dñs ei: Duae gentes in utero tuo sunt, & duo populi in uentre tuo diuident, & populus populo praestabit, & maior ser-

uuet minori. Vide quia uaticiniū praedicit ei omnia futura. Salientes em̄ pueri in utero, & in compositis gestibus se mouentes, iam omnia liquidō praedicebāt. Et nūc didicit mulier quod nō duos solum pareret pueros, sed q; illi in gentes propagandi sint. Et quando postea appropiauit tempus pariendi: exiit, inquit, primus rufus quasi pel lis hispidus. Agnominauit autē nomen eius Esau. Et postea exiit frater eius, & manus eius cōprehendit calcaneū Esau. Et uocauit nomē eius Iacob. Quali iam & ab initio monstret deus quod praedicebat, Maior seruiet minori: dicit enim, Tenebat manu calcaneū Esau: id qd' erat signū defatigantis eum qui fortis uidebat. Et considera diuinam scripturā, quō propter futura iam praedicit & ab initio monstrat nobis utriusq; studiū: & quod ille quidem uenationi deditus, hic uero rusticus erat homo futurus. Simplex erat, inquit, domū inhabitans, propterea Rebecca diligebat Iacob, Isaac autem Esau: quoniam uenatio eius, inquit, cibus erat illi. Vide quomodo pueros distribuit. Et mater quidem erga Iacob maiorē declarabat beneuolentiā, eo quod simplicē uidebat, & domi uersantem: pater autē diligebat Esau, partim naturalem dilectionē sequēs, quod primogenitus esset, partim quod uenatione eius uescerebat. Haec quidem parentes faciebāt: uaticiniū autem paulatim implebat, dicens: Maior seruiet minori. Vide em̄ statim. Coxit, inquit, Iacob pulmentū: uenit autē Esau ex cāpo deficiēs. Et dixit ad Iacob: Da mihi gustare de edulio hoc rufo, quia deficio: propterea uocatus est nomen eius Edom. Et dixit Iacob, Da mihi hodie primogenita tua. Ille autem dixit: Quid mihi hisce opus, cū mors iam me inuadat, nisi accepero cibū? Alius autē iuramentū exigebat, ut stabilis ei fieret illa cōcessio. Ecce nūc hic inuersus est ordo, & primogeniturę dignitas trāsit ad eum qui uirtute animi praefulgebat. Et dedit, inquit, Esau primogenita. hoc est, uendidit cibi gratia dignitatē natura sibi datā, ideo & subdidit:

Et paruipendit Esau primogenita. quasi diceret: Ingratus erat ac indignus ea, quā sibi natura dederat, dignitate. Hoc autē totū factū est, ut illius demonstraref ingratitudo, & dei oraculum adimpleret. Haec audientes, discamus nunq; negligere dona à deo nobis data, neq; perdere magna propter parua & uilia. Quare enim, dic mihi, proposito regno caelorum, bonisq; illis ineffabilibus, ita in diuitiarum cupiditatem insanimus, & momentanea, & quae saepe non usq; ad uesperam permanent, perpetuis semperq; duraturis praeferrimus? Et quid hac amentia deterius, quando & illis priuamur ob nimium in ea amorem. & nunquā his frui pure possumus? Quae enim utilitas magnarum facultatum? An nescitis quod accessio multarum pecuniarum nihil aliud nobis affert, quam curarum incrementa, occupationes mentis, & uigiliā? Non uidetis quod hi omniū potissimū serui sunt, quib; plura affluūt: & quotidie umbras ipsas timent? Inde enim nascuntur insidiae, inuidentia, odium graue, & innumera alia mala. Et saepe uides

uides eum qui habet decem milia talenta auri recondita, & beatum uocare eum qui in officina operatur, & ex labore manuū cibū acquirat. Qualis igitur uoluptas, & quale lucrū, quando neq; his fruimur, & propter hanc concupiscentiam etiā maioribus priuamur? Quid autē dico maioribus, cum post mala quae hic nos apprehendūt, & a bonis quae alibi sunt excidimus & ad gehennā ipsam mittimur? Et non dū dico innumera peccata quae hinc colligunt, dolos, calumnias, rapinas & fraudes: uerum sermo meus de eo est qui ab omnibus illis liber, id quod perquam difficile & rarum, opibus abundat, & ipse solus eis utitur, & his qui opus habent non communicat: dicoq; quod gehennae ignis eum manet. Quod nos docet manifeste parabola in Euangelio posita, statuens alios à dextris, alios uero à sinistris: declarans illis praeparatum esse regnū caelorum ob curā egenis impensam. Dicit enim: Venite benedicti patris mei, in hereditatē accipite praeparatū uobis regnum ab origine mundi. Quare & qua de causa? Esuriui enim, & dedistis mihi ut comederē. His uero ignē aeternū: dicit enim: Discedite à me in ignem aeternum, qui praeparatus est diabolo & ministris eius. Magnum uerbi pondus, omniū dñs conditor & supplicator dicit: Esuriui, & nō dedistis mihi ut comederē. Cuius animā non mordeant haec uerba, etiamsi lapidea sit: Dominus tuus esuriēs obambulat, & tu es in delitijs: neq; hoc solum, sed in delitijs ipsum despicias: tamen nō multū sit quod à te petit: uidelicet panem solum, quo famem possit subleuare. Et ipse quidē frigore rigescit, tu autē sericis indutus, ne respicias quidem, nullamq; compassionem praete fers, sed immisericorditer praeteris. Et qua uenia sunt haec digna? Ne igit sit hoc studium nostrū, ut multas quibusuis artibus opes conquiramus: sed illud consideremus, quomodo & haec bene disponamus, & egenis consulamus: & ne ab illis excidamus quae semper manent, & quae nullam admittūt uicissitudinem ac mutationem. Quo circa diem mortis nostrae incertum esse uoluit dominus, ut nos praepararet continua sobrietate & uigilantia: & ita magis ad uirtutum studium nos prouocaret. Dicit enim: Vigilate, quia nescitis neq; diem, neq; horam. Atqui nos plane diuersum operamur, & dormimus somnum grauiorem quā sit naturalis ille. Nam qui naturali somno quiescit, nec bonum nec malum operatur: nos autem alium somnū dormimus, dormiētes in uirtutibus, uigilantes in uitijs: strenui in malis, desides in bonis: idq; facimus uidētes quotidie multos hinc ad iudicem abduci: magnas autē aliorum esse uicissitudines, & neque tanta rerum mutatio ad uirtutis amorē nos adducit, neq; disponit ut despiciamus praesentia, & desideremus futura, praeferramusq; somnijs & umbrā ueritatem. Non em̄ differūt praesentia ab umbris & somnijs. Proinde ne decipiam? nosmetipsos, ne sectemur umbras: sed uel tarde aliquando salutis nostrae curā habeamus, & opes in egenos profundamus, ut pro illis remunerationem à misericordiae deo accipere me-

reamur aeternam: qua nobis omnibus frui concedatur, gratia & misericordia dñi nostri Iesu Christi, cum quo patri & spiritui sancto sit gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Facta est autem fames super terram, praeter famem priorem quae fuerat tempore Abraham.



Terum ex proxima lectioe doctrinam uobis adferam, & ut liquidō sciatis ubi nuper sermonem missum fecerimus, & unde hodie resumendus sit: ea quae supra dicta sunt, uestrae charitati in memoriam redigere operæpretiū fuerit. Fortassis enim uos, quia multis curis distrahimini, eorū oblitū estis, & metū est ut in memoriā uobis reducam ea, quod fiat manifestior sermo hodie dicendus. Scitis enim, quod nuper Rebecca pietatē enarrantes, inde ad Esau & Iacob deuenimus: & desuimus ubi primogenita Esau, ut cibū haberet, Iacob dedit, & propter cibi cupiditatē semetipsum suo honore priuauit. Hoc autem non temere factum, sed ut prophetia compleretur, quae dicit: Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Nam cum deus futurorū sit praescius, praedixit & illius uirtutē, & mentis illius malitiā. Quae autē sint illae primogeniturae, quia tūc tempus non permittebat charitati uestrae dicere, nūc necesse est ut doceam. Apud ueteres summus honor erat primogeniturę: & q; ita sit, hoc argumentum collige. Cum deus Israelitarū gentem ex Aegypto liberare, & iuxta promissionē patriarchae factam à tyrannide Pharaonis asserere uellet, oblectante & detinere uolente tūc Aegyptio: post uarias plagas etiā hanc postremā eis intulit, quasi efficiens ut Aegyptij suis manibus extruderēt Israelitarū genus. Nam simul oia Aegyptiorū primogenita occidi iussit: uidissēsq; in singulis domibus eiulatus & lachrymas. Neq; sic putabāt finiri plagam, sed expectabant, ne mors quae coeperat perges ad oēs perueniret. Itaq; quia in Aegypto una omniū primogenitorū mors fuit, Israelitae autē (diuina freti gratia) illaesi permanerūt, mōstrabatq; etiā per hoc omniū deus suā erga illos beneuolentiam, imperauit in posterū ut propter interfecionē primogenitorū Aegypti, primogeniti Iudaeorum pueri sibi offerrent. Hinc tribus Leui in sanctum ministeriū segregata est, & ex illo nō solum primogenita hominū oblata sunt deo, sed brutorum, & in uniuersum omniū: & praecipit erat, p hominibus & brutis & immūdis animalibus pretium dependi. Quauis autē legislatio haec de primogenitis posterior fuerit: atramen iam olim uidebantur aliquod habere priuilegium, qui uulnam matris primū adaperiebant. Hanc igitur dignitatem, quam à natura habebat Esau: propter in te mperantiā suam transtulit in fratrem. Et ille quidem perdidit quod à natura habebat: hic autem & quod non habebat à natura, accepit. Et quia haec antea oraculo promissa erant, ideo & Rebecca appellatione ei indita, Iacob eum uocauit: quod scilicet supplantationem interpretari potes

Malac. 1. a

Exod. 12. d

Exod. 13. a. b

Leuit. 22. d

Leuit. 27. c

Nim. 3. b

Exod. 8. c

potes. Sicut & Esau post patris benedictiones eius dicebat: Recte uocatum est nomen eius Isaac; supplantauit enim me iam secundo, & primogenita mea accepit, & nunc tulit benedictionem meam. Vide quantus erat priscorum intellectus, ut & mulieres natis nomina non temere nec fortuito imponerent, sed appellarent filios iuxta futurorum predictionem. Et raro inuenies eodem quo patres nomine appellari filios, uel forte nesciam; sed siue mater, siue pater nomen filio impositurus erat, raro quoddam & nouum imponebat. Ita & Lamech filium uocauit Noe, dicens: Hic nos requiescere faciet. Ita si singula nomina scruteris, omnino in omnibus inuenies aliquid insinuari: non sicut nunc faciunt qui simpliciter, & ut forte euenit, a parentibus agnominare solent: sed omnino illuc spectabant, ut perpetuam memoriam filijs inderent. Ceterum uideamus nunc post primogenitorum permutationem, quid iterum nobis narret beatus Moses de patre illorum, & quod sicut de Patriarcha dictum est, ita & de hoc legimus, quod fame ingrueute multam dei curam senserit, propter promissionem Patriarchae factam, & propter uirtutem propriam. Facta est autem fames super terram, praeter famem priorem quae fuerat tempore Abraham. Vnde putes de illa fame eum dicere, propterea subdidit: praeter famem quae fuerat tempore Patriarchae, alia similis nunc iterum fames uenit super terram tempore Isaac, qualis erat tempore patris illius. Et quia necessarium raritas omnes in summam angustiam concludebat: e suis migrare, & ad illa loca transire anhelabat, ubi rerum necessarium copiam inueniret. Vnde cum iustus ille famem uideret, profectus est, inquit, ad Abimelech in Gerara: eo enim & Abraham post reditum suum ex Aegypto uenerat. Verisimile autem & hunc propterea: ea illuc abiisse, quod inde in Aegyptum contendere uellet: & quod hoc ita sit, audi scripturam dicentem: Visus est enim ei, inquit, deus, & dixit: Ne descendas in Aegyptum. Inquit, longam illam uiam proficisci, sed hic manere uolo. Neque permitto ut angustiam experiaris, sed promissionem patri tuo factam implebo, & quae illi promissa sunt, in te euenient: & tu promissionum, quae illi factae sunt, impletionem accipies.

Ne descendas in Aegyptum; habita autem in terra quam tibi dixero, & peregrinus esto in terra hac. Deinde, ut ne putet iustus, quod hoc imperet quasi uolens eum famis angustiam experiri, & non permittere ei transitum in Aegyptum, inquit:

Ne sis anxius, neque curam habeas: sed hic mane, ego enim ero tecum. Igitur cum suppeditatorem bonorum omnium habeas, ne sis sollicitus: ego enim dominus omnium ero tecum. Et praeterea benedicam te, hoc est gloriosum te faciam, & benedictionem meam praebibo. Quid hoc iusto beatius, qui talem promissionem a deo accepit? Quia ero tecum, & benedicam te. Hoc te declarabit omnibus feliciorum, hoc te affluentem rebus omnibus faciet, haec est summa gloria, haec est uera securitas, haec est summa & caput honorum; quia

A ego tecum sum. Quomodo autem benedicam?

Tibi & semini tuo dabo omnem terram hanc. Tu habebis in hac regione quasi hospes & uagus: scias autem quod tibi & semini tuo dabitur omnis terra. Et ut bene confidas, discite quod iuramentum illud, quod iurans iurauit Abraham, tecum statuta. Vide quomodo sermonem suum deus iterum attemperat nostrae infirmitati. Non dixit simpliciter, pacta quae feci cum patre tuo; neque promissiones quas promisi: sed quid iuramentum quod iurauit. Iure iurando fidem meam obligauit, & teneor ut opere perficiam quod iurauit. Vides dei misericordiam? non ad propriam dignitatem respiciens loquitur, sed ad nostram condescendens infirmitatem. Nam quia homines (serae semper) illa opere perficere student, non quae simpliciter promiserunt alicui, sed quae cum iuramento promiserunt: simili modo & deus multas dat iusto certas coniecturas, quod omnino fiet quae a se dicta sunt: quasi dicat, Scis ea quae a me iuramento firmata sunt, opere implenda. Quid igitur? Deus iurauit, inquit. Et per quem iurare potuit? Vides, quod hoc erat suae humilitationis: firmationem promissionis, uocauit iuramentum. Et statuam, inquit, iuramentum meum, quod iurans iurauit Abraham patri tuo. Deinde docet eum quae sunt illa quae promisit, & de quibus ei iurauit. Et multiplicabo semen tuum sicut stellas caeli. Hoc & Patriarchae in principio dicebat: Tantum erit semen tuum, ut & stellis & harenarum adaequetur. Et dabo, inquit, semini tuo omnem terram istam, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terrae. Propterea promissiones quae illi factae sunt, in te implebo, eo quod audiuit Abraham pater tuus uocem meam, & custodiuit mandata mea, & iustificationes meas, & omnia legitima. Vide dei sapientiam, quomodo erigit mentem iusti, & alacriorem reddit: & ut patris imitator fiat, efficit. Nam si ille, inquit, quia mea obediuit uoci, tanta pollicitatione dignus habitus est, & eam propter illius uirtutem in te, qui ex eo natus es, sum impleturus: si & ipse illius imitator fueris & eadem qua ille uia inceseris, cogita quantam apud me beneuolentiam habiturus sis, & quanta mea cura te dignaturus sim. Na si cui ob alterius uirtutem bene futurum est, si & ipse uirtute praeditus fuerit, multo maiore dignus habebitur cura. Quid autem est: Eo quod obediuit uoci meae, & custodiuit mandata mea, & praecpta mea, & iustificationes? Dicebam ei, inquit: Egredere de terra tua & de cognatione tua, & ueni in terram quam demonstrauero tibi: relinque quae in manibus, & incerta sequere. Et non fluctuabatur secum, neque negligens erat: sed cum omni alacritate mandatum implebat, & obediuit uoci meae. Iterum quae super naturam sunt ei promissa, & cum iam aetas eum a spe deieceret, & ultra neque ipse, neque mater tua procreanda proli idonei essent, cum audiret a me semen eius in tantum propagandum ut omnem terram esset impleturum; neque tunc turbatus fuit ratione, sed credidit. Ideo in iustitia ei reputatum est: quia uirtuti meae credendo, & in

promis-

promissionibus meis spem habendo, humana infirmitate superior fuit. Et postquam tu natus es, cum mater tua succederet Ismaeli ex ancilla nato, & uellet eum abigere a domo cum Agar, ita ut nihil commune illi tecum esset, licet & erga illum Patriarcha paterna & genuina dilectione bene afficeretur: audiens tamen a me, ut faceret quod uisum esset Sarae, oblitus naturalis dilectionis, eiecit ancillam cum puero, & semper obediuit uoci meae, ac custodiuit praecpta mea. Denique cum iussissem eum, ut mihi in sacrificium offerret filium in senectute sibi concessum, & tam dilectum, nihil caufatus est, neque curiosius de praecpto inquisiuit, neque turbatus est mente, neque rem comunicauit matri suae, neque seruus, neque tibi ipsi a se sacrificando: sed forti mente & contenta alacritate festinauit, ut mandatum meum impleret: proinde uoluntate eius coronauit, opus autem ut perficeretur non admisi. Eapropter, quia in omnibus declarauit magnam obedientiam, & mandatorum custodiam, propterea te ex illo natum, promissionum quae illi factae sunt facio heredem. Imitare igitur illius obedientiam, & his quae a me dicta sunt crede, ut multo pluribus remunerari dignus habear, & pro patris tui uirtute, & pro tua obedientia: & ne descendas in Aegyptum, sed hic mane. Vidisti misericordiam, quomodo per mentionem uirtutis patris, huius mentem roborauit? Habituauit autem Isaac in Geraris. Vide quomodo ferme in eadem pericula incidit ille, in quae & pater eius. Nam cum domicilium haberet in Geraris, rogauerunt, inquit, uiri loci illius de uxore eius: & dixit, Soror mea est. Timuit enim ne forte occiderent eum, uicti pulchritudine uxoris: dixit enim,

Ne forte occidant eum uiri loci propter Rebeccam, quia pulchra facie erat. Fuit autem illic longo tempore. Abimelech autem, cum prospiceret per fenestram, uidit Isaac ludentem cum Rebecca uxore sua, & uocauit eum, & dixit ei: Profecto uxor tua est. Cur dixisti: Soror mea est? Postquam ex coeetu ris deprehensus est iustus, non ultra negat: sed fateatur, & causam manifestam affert, quare sororem uocandam censuerit. Dixi enim, inquit, ne forte moriar propter ipsam. Mortis timor me hoc agere coegit. Fortem autem edoctus erat, quod & pater talem fabulam coposuerat, & se saluarat, cuius uiam & ipse sequutus est. Sed rex adhuc habens recentem memoriam eorum, quae tempore Patriarchae rapta Sara tulerat, increpabat eum, reumque arguens dicebat: Cur hoc fecisti? serae concubisset quispiam de genere meo cum uxore tua, & induxisses super nos ignorantiam. Hanc deceptionem, inquit, olim sustinimus a patre, & nunc nisi in tempore prospexissemus, eadem laturi eramus, & induxisses super nos ignorantiam: etenim tunc per ignorantiam peccaturi eramus, & nunc quoque propter ignorantiam ferme in causa fuisses, ut in peccatum incidereamus. Praecipit autem Abimelech populo suo, dicens: Omnis qui tetigerit hominem hunc, & uxorem eius, mortis reus erit. Vide dei prouidentiam, & ineffabilem curam. Nam qui dixerat ei: Ne descendas in Aegyptum, & habita in terra ista, &

Chryf.

A ero tecum: ille erat qui haec omnia dispensabat, & iustum in tanta constituebat securitate. Considera enim regem procurantem ut impauide sibi agat, liberque sit ab omni cura. Mortem enim, inquit, interminatus est omnibus quicumque tetigerit aut eum, aut uxorem eius. Quia enim hic erat timor qui concussit rat eius mentem, propterea & illum auferrit fecit misericors dominus, ut postea omnino secure ageret. Et uide quomodo uariae uiae sint sapientiae dei, & quomodo omnia iuxta suam uoluntatem faciat, & in inuis uiam inueniat, per illa ipsa quae maxime aduersa uidentur, salutem seruatorum suorum conseruans. Hinc enim est, quod rex ille tantam habet curam iustitiae, quasi praedicans eum omnibus ciuitatis suae inhabitatoribus, & declarans quod gloriosus sit & summo honore dignus, quem & maxime faciebat. Sic & Nabuchodonosor postquam pueros in fornacem iniecerat, & re ipsa comprobauerat captiuorum adolescentum uirtutem, tunc praedicare eos coepit, & ubique lingua sua fecit illustres. Haec enim potissimum magna dei uirtus est, quando facit ut per inimicos celebrentur serui dei. Et qui cum furore accendi fecerat fornacem illam, quoniam uidit quod per supernum auxilium puerorum uirtus ignis actionem uinceret, repente mutatus clamauit dicens: Serui dei excelsi. Vide, non solum illos excelsos praedicat, sed & dominum uniuersorum. Egredimini. Quid factum est? nonne tu eos tormeto tradidisti? nonne tu intantum fornacem flagrare praecipisti? Profecto, inquit, sed nunc uideo res admirabiles & nouas. Elementum enim hoc suae operationis oblitum, quasi uinculis quibusdam ligatum, tantam exhibuit obedientiam, ut neque contingerentur illorum capilli. Vnde uidere possumus quod factum supra humanam naturam est, & ineffabilis quaedam ac diuina uis, quae haec operatur, tantam puerorum habet curam. Vidisti dei misericordiam, quomodo nunquam derelinquat seruos suos: permittit in fornacem iniici, sed eos uolens clariores facere, & suam uirtutem demonstrare. Vnde & barbari demulsi mentem. Neque enim tam admirabile erat, si a principio prohibuisset eos in caminum iniici: sicuti nunc admirabilius & rarius factum est, cum in medio ignis exstantes, nihil insuauae ferre permittit. Nam quando uult, etiam eos qui in medijs sunt periculis & poenis, potentiores ipsis facit: & eos qui patiuntur, his qui illos affligunt. Hoc & in apostolis factum est. Na qui illos iam adduxerat in medium, & quasi dentes in eos acuebant, inter se dicunt: Quid faciemus uiris istis? in manibus illos habebant, & dubitabant se eum, quid cum eis facerent. Tanta tamque ualida res est uirtus, tamque imbecillis malitia: ut illa quidem, licet patiatur, uincat: haec uero & si quid faciat, nihil proficit, quod suam prodit infirmitatem. Id scientes dilecti, magnam uirtutis habeamus rationem, & uitia fugiamus: ita enim & supernam gratiam nobis conciliabimus, & futura consequemur bona. Quae nobis omnibus eueniant, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui sit & gloria & imperium cum patre & spiritu sancto, & nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

tom. 1

Semina-

Seminavit autē Isaac in terra illa, & inuenit centuplicās ordeū in anno illo. Hom. LII.

R

Eligias heri dīctorū operepretium est hodie reddere uestræ charitati, & repetita sermonis serie iterum uidere quantum iustus Isaac superis gratus & curæ fuerit. Nam qui inhibuerat descensum in Aegyptum, & dixerat: Habita in terra hac, & ero tecū: ille in omnibus tam clarum eum fecit, ut nō multo post inuidiosus foret apud regē Gerarorū. Videntes em̄ eius substantiā quotidie augeri, ægre tulerunt uirī sibi habitantes eius cohabitationem, & transmigrare inde coegerunt. Dignum autē est, ut ipsa scripturæ uerba audiamus, & per omnia uideamus dei beneuolentiā, quam erga famulos suos declarat. Seminavit autē, inquit, Isaac in terra illa, & inuenit centuplicans hordeū in anno illo.] Considera obsecro, dei sapientiā, quomodo ostendat iusto quod ipse naturæ conditor sit, & in rebus difficilibus facilia omnia facere queat, & qui ab initio terrā suo mādato fecerit idoneam ad profērēdos fructus, idem nunc efficiat ut centuplices reddat pro satis manipulos: & interim illum in tanta affluentia constituit, ut nullius indigeat: atq; alij per opera discāt, quāta superna gratia iustus fruatur. Omnipotēs em̄ & sapiens deus re ipsa comprobat q̄ beneficiat suis: & facit ut hi etiā qui adhuc in gentiliū errore uersantur, suam uirtutem & potentiā addiscant. Hoc postea & in Aegypto fecit: illis enim pœnas irrogabat, Israelitas uero illæsos cōseruabat. Discēbat enim nō solum per indignationē dei, qua ipsi puniebantur, omnium opificis uirtutē: sed & per misericordiam, quā in illos exhibebat. Et illi iterū non ex sola misericordia & prudentia, quā experiebant, discēbant immodicā dei bonitatem: sed etiam per eos, quibus uidebant tot plagas irrogari. Eadem em̄ opera & suis & aduersarijs indicabat suæ potentie magnitudinē. Et elementa ipsa suo ministerio & obediētia cōseruis monstrabāt, q̄ beneuole dominus erga illos afficiebat. Et hoc utiq; uiderit aliquis huic iusto contingere. Id enim quod alioquin natura terræ nō habuit, propter mandatū uniuersorum dei nunc profert tanta ubertate, ut repēte ualde abūdans effectus sit Isaac. Benedixit, inquit, eū deus, & exaltatus est homo, & proficiens maior factus est, donec magnus factus est ualde.] Nam quia tunc abūdantia iustorū erat in fertilitate terræ, & in multitudine pecorū: propterea dicit, Benedixit eum deus, & exaltatus est homo. Et nō simpliciter abundauit, sed & maior, inquit, factus est, donec magnus factus est ualde. Considera quantum sit, pro his quæ seminabat, centuplum accipere. Quod si hoc tibi magnū uideatur, cōsidera immensam dei clementiā, quam processu temporis erga nos declarauit. His em̄, qui bona in eum fiducia uirtutē exercent, nō solum centuplum promittit, sed & uitā æternam, & frui regno cœlorū. Vidisti misericordiā domini: uidisti beneficentiæ augmentū: uidisti quantum nobis largitus est unigeniti filij dei aduentus: & quomodo

A ineffabilem rerum mutationē operatus est: Hæc igitur unusquisq; apud se expendens, & uidēs diuersitatem, & quæ illis ante gratiæ tēpus promitti solebant, & quæ nunc post gratiæ tēpus: glorificet etiā in hoc immensam eius misericordiā, & nemo temporū mutationi totū ascribat. At iustus est ut ad seriē sermonis redeamus, & uideamus quomodo Gerareni uidentes affluere iusto opes, in æmulationē prouocati, abigere eum inde conati sunt. Aemulati sunt em̄ eum, inquit, Philistiim.] Deinde mōstrare uolens scriptura diuina, in quo æmulationē declararūt, subdidit: Et omnes fontes quos effoderāt serui tēpore patris eius, obruauerunt, & impleuerūt terra.] Considera quantum illorum malitia, qui & aquas iusto inuident: & neq; rex qui in tanta potestate erat, inuidiā continere potuit: sed dicit, Abi a nobis quia potentior nobis factus es tu. Magna maleuolentia. Cuius gratia abigis iustū: num aliqua in re tibi nocuit: num iniuriā intulit: Sed ita se habet inuidia, nihil cum ratione operatur. Oportebat eum spectare & attendere, quem omnium deus tanta gratia prosequeretur, & dei exēplo magis fouere, ei seruiendo: ut honore in illum collocato, etiā ipsi diuinū sibi fauorē conciliarent. Illi autē nō solum hoc non faciunt, sed expellere tentant, ac dicunt, Abi a nobis, quia multo potentior factus es, q̄ nos sumus.] Ita agere solet inuidentia, nō potest benigniter uidere aliorū felicitatē: sed felicitatē proximi suā putat infelicitatē, & tabescit bonis proximi: id quod & hic fuit. Rex enim, sub cuius potestate tota ciuitas erat, & habēs omnes sub manu sua: peregrino, uago, huc & illuc migranti, dicit: Abi a nobis, quia potentior factus es q̄ nos sumus. Et uerē potentior erat, supernū præsidium habēs in omnibus, dexteraq; dei munitus. Quod igitur abigis iustum: ignoras quod quocūq; eum ire coegeris, semper erit in his quæ domini sui sunt: Non docuit te rerum experiētia, quod dei manus est, quæ illustrē facit, & conseruat iustum: Quare igitur abigendo iustum, erga dominū in gratitudinē declaras: & neq; magna uiri mansuetudo tuā domare potuit inuidiā, sed uictus, inuidiā opere cōples, & iterum migrare eum cogis, qui in nullo te læsit: Nescis quod licet in ipsissima solitudinem eum fugaris, habebit tamen potentē dominū, qui se iuuare (sicut & illic factum) & multo clariorem facere nouit: Nihil enim fortius, q̄ frui superno præsidio: sicut nihil infirmius, q̄ eo auxilio destitui. Vidisti dilectē, & regis Gerarorū & omnium qui sibi habitabāt mētis malitiā: Vide & iusti magnā mansuetudinē, quomodo nō superbiuit: neque, uidens diuinā sibi gratiā asistere, contra regem, fretus cōmilitātis uirtute, insurrexit: sed quasi uir omni patrociniō carēs, & nullum auxilium alicunde expectans, faciebat quod sibi præcipiebatur, et statim illinc discessit: et ulterius progressus, repressit affectionū flammā, simul & eximiam suā mansuetudinē declarans, & suā affectionem cōsolans. Et abiit inde, & habitauit in ualle Gerarorū.] Et id quod discipulis suis omnibus Christus

stus adueniens præcepit, dicens: Quando persequeretur uos, fugite in alium locū: hoc ille iam operibus declarabat. Et sicut David Saulis magnam inuidiam reprimebat, secedens & subducens se, & illius refrigerabat calorē: eodem sanē modo & iustus ille Apostolicū illud implebat: Date locum ira. Et relicta ciuitate, exiit in uallem. Ceterū uide, quantā iterum mansuetudinē præ se tulit. Neq; enim hic finis est molestiarū: nam cum etiam illic esset, & fontes effodere uellet, rixari tentauerunt.

Foderunt enim, inquit, puteos, quos ante pueri patris eius fecerant, & obtuauerunt eos Philistiim, postq; mortuus est Abraham pater eius: & imposuit eis nomina, quæ pater suus imposuerat. Et foderunt, inquit, pueri Isaac, & inuenerunt puteum aquæ uiuentis, hoc est defubtus scaturientis, & litigauerunt pastores Gerarorum, dicētes suas esse aquas.] Et nihil hic cōtendit iustus, neq; obluclatur, sed etiam pastoribus cedit. Hęc enim uerē mansuetudo est, non quando quis offensus mansuetē fert: sed quando quis ab his etiā qui inferiores putantur offensus cedit, sic rectē cognoscitur mansuetudo eius qui inuadit. Nam aliās contradiceret quis, quod mansuetudinem simulasset: quia nō posset potentia offendentis resistere. Et ut discas, quod regi cesserit nō propter potētiā eius, sed suo more: uide quomodo idem apud pastores facit. Et sicut ille dicebat, Recede a nobis: & statim accepto mandato abscelsit: Ita & nunc pastoribus lædere cōpientibus, & puteū sibi uindicantibus, recedit. Erut perpetuō posteri scirent hæc iniustitiā, nomē imponit fonti ex eo quod acciderat. Enim uero quia manifestā admiserat iniustitiā, uocauit nomen fontis loci huius, iniustitia. Et erat postea, quasi in colūna aerea, posteris nomen loci doctrina & mansuetudinis iusti, & maleuolentiæ illorū. Nomen em̄ loci faciebat, ut quisquis rogaret quare nā sic diceretur: addisceret & huius uirtutē, & multam illorū malitiam. Et animaduerte quomodo & hic suā auget uirtutē, per omnia declaras suam mansuetudinē: & illi excellentia malitiæ, etiā inuiti iustum illustriorē reddere attentant. Neq; enim cōtenti sunt his quæ fecerant, sed iterū inuidiant, cum alium fodisset fontem. Profectus enim, inquit, illinc fodit fontem alium: litigabant autē & de illo, & nominauit eum inimicitias.] Hinc iterum animaduerte iusti prudentiā. Non omnino puteum (ut uidetur) abstulerunt, sed cōtendebant: et uisā manifesta iniustitia, discesserunt. Propterea inimicitias eum appellauit, quod inimicitiarū fuisset occasio. Ceterū quotidie (ut sic dicā) talia ferens ab his qui regionem incolebant, nō grauatim tulit, non abiecto fuit animo, nō cogitauit secū, neq; dixit: Ecce ne fontis quidem ut sim dominus, mihi datur: an nō superna gratia destitutus sum: an nō dominus abiecta cura, mei oblitus est: Nihil talitū uel dixit, uel cogitauit: sed omnia magna cum mansuetudine tolerauit: & idcirco dignus fuit habitus, qui ampliori diuino auxilio adiuraretur. Nam ea quæ eueniunt (ut ita dicā) exercitatio quædam suere uirtutis.

Chryf.

tutis iusti. Dicit em̄: Profectus illinc fodit fontem alium, & nō contenderit super illo: & agnominauit nomē eius latifundū, dicens: quia nunc dilatauit nobis dominus, & crescere nos fecit super terrā.] Vide gratitudinē iusti. Nam cum priores fontes diripere tentarent, non agrē tulit, non obluclatus est: sed in sola fontis appellatione malitiæ illorū indelebile reliquit memoriā. Hic uero quia nulla fuerūt obstacula, sed absq; omni pauore laboribus suis frui licuit, totū tribuit deo. Vocauit, inquit, fontē illum, latifundū: & deinde interpretatus uocabulū, dicit: Propter hoc latifundium uoco, quia dilatauit dominus & auxit nos super terrā.] Vidisti piā mentē, quomodo non facta mentione tam atrocū difficultatū que obstiterant, honorū tantū meminuit, et pro illis gratiam deo offert, & dicit: Quia dilatauit dominus nobis, & auxit nos super terrā. Nihil enim tam gratum deo, ut anima grata & gratias agēs. Nā cum innumeris beneficijs quotidie omnes nos prosequatur, siue ea sciamus siue ignoremus, siue uelimus siue nolumus: nihil tamen aliud a nobis exigit, q̄ habere gratias pro his que nobis facta sunt, ut pro illa ipsa gratiarū actione ad ampliora dāda prouocetur. Quod ut scias, uide quomodo iustus ille ob magnā suā gratitudinē iterū supernē meruerit illustrari. Nam quoniā condignū suæ uirtutis specimē exhibuerat, et apud Gerarenos, & cū rex eum expelleret, & cū pastores puteos aufererent: misericors dominus, uelut cōfirmaturus eius alacritatē, iam ob insignē illam mansuetudinem eum charū habens, postq; uenit illinc ad fontē iuramenti, uisus est ei in nocte illa & dixit: Ego sum deus Abraham patris tui, ne timeas: tecū enim sum, & benedixi te, & multiplicabo semen tuum propter Abraham patrem tuū.] Visus est ei, inquit, in nocte illa. Considera dei sollicitudinē: ut illum refocillet ac fidentiorē faciat, apparet ei, & dicit: Ego sum deus Abraham patris tui, qui patrem tuum glorificauit: & peregrinū ac aduenā, illustriorem omnibus incolis feci. Ego sum ille, qui hūc ita crefcere feci, & in omnibus curā eius gessi. Ego sum: ne igitur timeas, ne te perturbet, & mirum uideatur quod ab Abimelech sis expulsus, quod a pastoribus sis iniuria affectus, Multa talia & pater tuus pertulit, et inde gloriosior effectus est. Ne igitur hoc te terreat: ego enim tecū sum. Idcirco fieri hæc permitto, simul uolens & declarare tuam uirtutem, & manifestari mētis illorū prauitatem, ut & propter hæc te coronem. Tecū enim sum, ideo & inuictus eris, & infestantibus potentior, & inuadentibus fortior. Et tām tui curā habebo, ut inuidiosus illis sis futurus: Ego enim tecum sum, & benedicam te, & multiplicabo semen tuū, propter Abraham patrem tuū. Considera misericordiam dei. Nam cum dixisset, Ego sum deus Abraham patris tui: ostendit quomodo sibi uendicauerit & propriū fecerit Patriarcham, ita ut dignatus sit se uocare deum Abraham. Et dominus orbis ac cōditor, unius hominis deum se dicens, non concludit & abbreviat appellationē Patriarchæ suum

tom. 1

8 2 domi

dominium, sed magnā in illum suam beneuolen-
tiam monstrat. Ita, inquit, cum mihi feci propriū,
ut apud me aestimetur tanti quanti alij omnes:
Ideo & multiplicabo semē tuū propter Abraham
patrem tuū. Multas, inquit, illi debeo retributio-
nes ob suā in me obediētā: igitur propter illum
multiplicabo semen tuū. Interim & iustū ad æmu-
lationē patris sui prouocauit, ut monstraret simi-
lem illi uirtutem. Postq̄ autem tanta ei bona pro-
misit, Aedificauit, inquit, ibi altare, & inuoca-
uit nomen domini, & fixit illic tabernaculū suū.]
Quid est, aedificauit illic altare? Gratiarum actio-
nes, inquit, illic domino obtulit, quod tantā pro-
se gesserat sollicitudinē. Et foderunt illic pueri
Isaac fontem.] Et fit securus iustus: nam qui dixit
rat, Ego tecū sum, & benedicā te, & multiplicabo
semen tuū: ipse simul eum & illustrauit, & omni-
bus fecit spectabilem. Itaq; uide Abimelech illum
qui abigere eū conatus est, & dixit: Abi a nobis:
nunc ad eum uenientē: dicit enim, Iuit Abime-
lech, & præfectus gynæcei, & dux exercitus, &
dixit eis Isaac: Quare uenistis ad me, uos autem
odio me habuistis & expulistis a uobis?] Vide,
obsecro, quāta mansuetudo iusti. Videns eos a qui-
bus fugatus erat, & qui tanto eū odio fuerant pro-
sequuti, nunc supplices ad se uenire, non superbi-
uit contra eos, nō elato fuit animo, recentē habēs
memoriā eorū quæ sibi a domino fuerunt dicta:
neq; uirtute domini fretus insurrexit cōtra regē,
sed iterū consuetam mansuetudinē præ se ferens,
cum magna lenitate uerborū dixit eis: Quare uen-
istis ad me, uos autē odio me habuistis, & a uobis
expulistis? Quare, inquit, censuistis uobis uenien-
dum ad me abactū, & odio habitū? Et dixerunt:

Videntes uidimus quia dominus tecū, & dixi-
mus: Fiat iuramentum inter nos & inter te, & di-
sponemus fœdus tecū, ut ne feceris nobiscū ma-
lum: sicut nos nō abominati sumus te, & quomo-
do te bene sumus uisi, & dimisimus te cū pace, &
nunc benedictus tu a domino.] Vide quantum
mansuetudinis robur, & quanta uirtutis potētia.
Nam qui pridem abegerat, nunc uenit ad pere-
grinū, ad uirū ciuitate carentē, ad erronē: & nō so-
lum satisfaciunt, & excusant se de his quæ cōmi-
serant, sed & peccatorū ueniā petunt, & prædicāt
iustum, & indicāt unde suus metus, & cōfitentur
suam infirmitatē, & iusti magnā testātur uirtutē.
Quid em̄ fortius eo qui secū habet deum? Viden-
tes, inq̄, uidimus quod dominus tecū est. Vnde
uobis illa sciētia? Profectō, dicūt, res ipsæ nos do-
cuerūt. Vidimus quod abactus abigentib. fortior
factus es, & ex rerū serie contēplati sumus quod
superno auxilio niteris. Hoc autē diuinæ dispensa-
tionis opus est, quod mens eorū obstupuerit ius-
tum, & quod hoc cognouerint. Quoniā igit, in-
quit, dominus tecū: fiat iuramentū inter nos. Vi-
de quomodo impellente cōscientia semetipsos re-
prehendere festināt, cum nullus alius cogat, uel
facta obijciat. Nam nisi iniuriā fecissetis, quare a
iusto petitis ut cōponatur fœdus uobiscū? Sed ita
se habet iniustitia, quotidie cōscientia mordet, &

silēte eo q̄ offensus est, rationē exigī putāt qui in-
iustitiā sunt operati: & quotidie arguunt, & quasi
sibimetipsis peccatorū suorū pœnas cogitatione
repraesentāt: id quod & illis euenit. Sit, inquit, iu-
ramentum inter nos & inter te. Deinde dicunt &
quale iuramentū fieri uolunt. Et ineamus fœdus
tecū, ut ne feceris nobis malū, sicut nos nō sumus
te abominati. Vide quomodo pugnantia inter se
prementis angore & turbatione loquunt: ne fiat
nobis male. Quare sic timuistis iustum, uidentes
quod tantā præ se ferat mansuetudinē erga eos
qui laceffebāt: Sed incorruptus iudex mentē eo-
rū excitauit, et animaduertit quod erga iustum
tam ingrati fuerint: propterea præ timore & for-
midine nō attendunt, quod diuersa & pugnantia
loquātur. Ne feceris, inquit, malū, sicut nos te nō
abominati sumus. Quare igit abegistis? Verum
iustus non petit rationē neq; exposulat, neq; ar-
guit ea quæ ab illis dicta. Et quomodo, inquit, be-
ne te uisi sumus, & dimisimus te cum pace: & nūc
tu benedictus a domino. Vides quod supernam
pœnā timuerit? Sciuert em̄ quod licet ipse pro-
pter humanitatē suam non ulciscerē quæ fece-
rant, is tamē qui tantā eius curā agebat, repeti-
tus esset rationē eorū quæ in iustū facta sunt: ea
propter placāt iustum & cōponi cum eo studēt,
simul & pro his quæ facta erant rationē reddē-
tes, & in futurum securitatē sibi cōciliantes. Et
fecit eis, inquit, conuiuū, & comederunt & bibe-
runt: & cū surrexissent mane, iurauit unusquisq;
proximo suo, & dimisit eos Isaac, & discesserunt
ab eo cum salute.] Vide iusti benignitatem, quo-
modo cū eis absq; uindicādi cupiditate loquitur,
& nō solum obliuiscitur eorū quæ in se facta, sed
magna hospitalitate illos excipit. Fecit enim eis
cōuiuū & comederūt & biberūt. Conuiuio satis
dat argumētū, se non fore memorē eorū quæ in se
cōmiserant. Et dimisit eos, inquit, & abierūt cum
salute. Significauit per hoc diuina scriptura, q̄
magno cum timore aduenerāt, periculum expe-
ctantes: & de salute sua omī (ut ita dicā) anxij, ut
excusarent se ad iustum cōtenderunt. Vidisti quo-
modo nihil fortius uirtute: nihil potentius super-
nis auxilijs fretor? Postea dicit: In die illo abie-
runt pueri Isaac, & foderūt fontē, & dixerūt: Nō
inuenimus aquā. Et uocauit eum iuramentū. Et
idecirco uocatur locus ille, puteus iuramenti, usq;
in hodiernū diem.] Vide & hic, ex his quæ facta
sunt loco nomen impositū. Nam quia effosso fon-
te nihil inuenerūt in die illo, quo iuramēta inter
se fecerūt, puteū iuramenti uocauerūt nomē loci,
ut factorū duraret memoria. Vidisti quomodo iu-
stus ille, neq; a lege eruditus fuit, neq; ad aliquem
uirtute præditū respicere potuit, sed patris uesti-
gia sequutus, & ductus a cōscientia humanæ na-
turæ insita, tam bonis moribus præditā egit uitā:
Quæ enim ab eo facta sunt, non solū mansuetudi-
nem indicabant iusti, sed & præcepta Christi suis
illum operibus implere ostēdebāt. Nam id quod
Christus discipulis suis præcipiēs & admonēs di-
cebat, ne solos diligētes diligeret, sed & inimicis
chari-

charitatē exhiberēt: hoc ille nunc multo antea im-
plet, & tanta hospitalitate tractat eos, qui antea
oderant: omnēq; uindicte cupiditatē animo suo
excludit. Quia igitur nos ueniā digni erimus, qui
post tām doctrinā, & saluatoris præcepta, neq;
ad huius iusti mensuram peruenire ualemus? Et
quid dico peruenire? ne propē quidem accedere
possumus. Tanta enim nunc malitiæ uis inunda-
uit omnia, ut rarū sit & diligentes diligere. Vnde
igitur nobis salutis spes, si Publicanis deteriores
fuerimus? sicut dicit Christus: Si diligitis diligen-
tes uos, quid amplius facitis? nōne & Publicani
hoc faciūt? Et Christus quidē uolens nos ad sum-
mum uenire fastigiū, illis superiores uult esse, nos
autē inferiores sumus. Et quid dico, Publicanis?
deteriores & latronibus, & sepulchrorū direpto-
ribus & homicidis. Etenim & hi omnes diligunt
eos qui erga se bene affecti sunt, & sæpenumero
etiā pro dilectis periclitantur. Quid igitur fuerit
nobis miserabilis, qui tantam a domino miseri-
cordiam nacti sumus, & innumera mala facienti-
bus deteriores inuenimur? Obsecro igitur, ut cō-
gitemus & supplicij magnitudinē, & confusionis
quæ alibi futura est grauitatem, & uel saltē nunc
nostram agnoscamus generositatē, & obtempe-
remus doctrinæ Christi: & non solum diligentes
diligamus germanē, omni odio & rancore ab ani-
mabus nostris eliminato: sed & eos qui hostiliter
nos persequuntur diligere studeamus: neq; enim
aliter saluari nos possibile erit. Et hac incedentes
uia, etiam magis illos diligere studeamus, ut potē
eos qui nobis innumerorū bonorum sunt auto-
res. Sic enim & peccatorum nostrorum remissio-
nem inuenire, & humiliata mente & contrita ani-
ma deo precari poterimus. Quia cum anima ab
omni odio libera, mente tranquilla est, dominūq;
sedulo inuocat, multum sibi supernē fauorē cōci-
liat. Qui nobis omnibus concedatur, gratia & mi-
sericordia domini nostri Iesu Christi, cui gloria &
imperium cum patre & sancto spiritu nūc & sem-
per, & in secula seculorum, Amen.

Erat autem Esau annorum quadraginta, &
duxit Iudith filiam Beoth Chettai, & Basemath
filiam Elon Euai: & exasperabant Isaac
& Rebecam.

Homilia LIII

AGE & hodie si placet, aggrediamur ea
quæ heri dicta sunt: & singula, quātum
nobis conceditur, aperiamus, ut domū
cū utilitate aliqua redire possimus. Vi-
deamus igitur, quæ primū lecta sint. Erat autē
Esau, inquit, annorū quadraginta, & accepit Iu-
dith, filiā Beoth Chettai in uxore, & Basemath fi-
liam Elon Euai: & exasperabant Isaac & Rebec-
eam.] Vide quanta ex paucis uerbis addisci pos-
sunt. Quare em̄ nobis numerū annorū signauit:
nō absq; causa, sed ut discamus decrepitā ætatem
Isaac: quia iam prouectus erat ætatē. Nam si me-
mores fuerimus eorum quæ antea dicta sunt, &
quod quādo accepit Rebecā, & ipse quadragin-
ta annorū fuerit, quādo autē nati sunt ei pueri, fue-
rit annorū sexaginta: scimus quod nunc centena
Chryf.

rius sit, & in profundissima senectute. Quoniam
enim posthac narraturus est, quomodo præ senio
hebetatos oculos habeat: ideo numerū annorum
Esau signat, ut inde tempus Isaac scire possimus:
propterea dicit: Erat autē Esau annorū quadragin-
ta. Deinde ut sciamus filij temeritatē, quod uxo-
res ducebat a gentibus a quibus nō oportebat de-
clarat nobis, quod una fuerit ex genere Chetteo-
rum, alia autē ex genere Euæorū: quāuis nihil tale
audendū didicisse eū oportebat, uel ex his quæ Pa-
triarcha tanta diligētia fecerat, præcipiens seruo
suo, ut de cognatione sua filio Isaac adduceretur
uxor: uel ex eo quia mater ipsorum Rebecca hoc
nō approbabat, quæ ex Charris uenerat. Verū ut
statim in initio suos mores indicet, incōsultis pa-
rentibus illas duxit. Et ut sciamus q̄ malē mora-
tæ mulieres fuerint, dicit scriptura: Et erāt ex aspe-
rantes Isaac & Rebecam. Et quid est hac malitia
peius, quando illæ quæ omnē honorē impēdere
debebāt, non solū hoc non faciūt, sed & ad cōten-
tionē paratæ sunt? Hæc autē omnia nō absq; cau-
sa historia nobis tradit: sed ut postea cum uideris
Rebecā Iacob maiori beneuolentia prosequi di-
scas quod nō iniuria rem eam fecerit. Iam autē
ne seriē contextus præueniamus, scripta ipsa se-
quamur. Factū est autē postq̄ genuit Isaac, & he-
berati sunt oculi eius ad uidendū.] Iam enim, in-
quit, præ senio uidere non poterat. Et uocauit
Esau filium suū natu maiorē, & dixit ei: Fili mi, ec-
ce genui, & nescio diem mortis meæ: nunc igitur
sume arma tua, phatetrā & arcum, & egredere in
campū, & uenare mihi uenationē, et fac mihi edu-
lia, sicut ego amo, et affer mihi ut comedā, quo be-
nedicat te anima mea priusq̄ ego moriar.] Hic,
obsecro dilecte, animaduerte indicibile dei sapi-
entiā, & quomodo pater quidē genuinā præ se fe-
rens dilectionē, hæc imperauit Esau. Deus autē,
sapiens & omnipotens dominus per Rebecam
suā prædictionē impleri facit: docens nos, quan-
tum ualeat uirtus & morū suauitas. Ille em̄ & ob
ætate, & ob primogenituram, & ob patris erga se
affectionē primatū se habere putās, simul destitit
tus omnibus inuētus est: quia quæ in se erāt, affer-
re uoluit: hic autē, quia & domestica erat uirtute
præditus, & uirtutē supernā habuit subsidiariam,
etiā inuito patre illius benedictionē arripit. Nihil
enim fortius eo qui dextra illa adiuuāt. Vide igitur
diligēter omnia, ut discas dispensationis excel-
lentia. Et quomodo hic quidem illa gratia fretus,
magnum in omnibus auxiliū & cooperationē ad-
piscit, ut patris in eo impleat benedictio: ille autē
omnia amittit, perdens semetipsum propter ino-
rum iniquitatē. Rebecca autē, inquit, audiuit lo-
quentē Isaac cū filio suo. Iuit autē Esau in capum,
ut uenaretur prædā patri suo. Dixit autē Rebec-
ca ad filiū suū iuniorē.] Quare adiecit iuniorē?
quia superius dixerat: Vocauit Esau filium suum
natu maiorē, ut discamus cui nunc loquat Rebec-
ca, inquit: iuniorē, hoc est, Iacob. Audiui, in-
quit, patre tuum loquentem: Affer mihi uenatio-
nem, & fac mihi edulia, ut cum comederō benedi-
tom. 1 s. 3 cam

cam te corā domino, priusquā moriar ego. Hæc autē audiui patrē tuū cum fratre tuo Esau loquentē. Nunc igitur fili audi me, sicut ego tibi præcipio, & uade ad oues, & sumito mihi inde duos hædos teneros & bonos, & faciam ex eis edulia patri tuo, ut amat: & inferes patri tuo, & comedet, ut benedicat te pater tuus priusquā moriatur ipse.] Vide magnū matris amorē, imō dispensationem dei. Ipse enim est, qui ei hoc consiliū dedit, & omnia prosperauit. Vidisti matris optimū consiliū: Vide & Iacob prouidentia: & quomodo respondens, suorū morū indicat mansuetudinem.

Dixit autē patri suo: Est frater meus uir hispidus, ego autē uir leuis: ne forte cōtrectet me pater meus, & ero ante eum quasi contēnens, & inducam mihi ipsi maledictionē, non benedictionē.] Magna pueri gratitudo, & in patrē reuerētia. Timeo, inquit, ne in diuersum eueniant studia mea, ne uidear aduersari patris sententiæ, & pro benedictione maledictionē mihi adducam. Quid igitur Rebecca, admirabilis illa & amans filij: Quia non ex sua tantum sententiā faciebat, sed & diuino ministrabat oraculo, ideo omni studio conatur eximere puero metū, & addere animos, ut consiliū perficiat: & non promittit ei quod possit deludere patrē & latere. Sed quid? In me recidat maledictio hæc fili mi: tantū obedi uoci meæ, & uadēs affer mihi.] Et si fuerit aliquid tale, inquit, nihil tibi nocebit. Ne igitur timeas, sed bene fidens obedi uoci meæ, & fac quæ tibi cōsulantur. Hæc uerē materna dilectio est, ut pro puero parata sit omnia ferre. His dictis puerū à timore liberauit.

Cum igitur abiisset, sumpsit & attulit patri suæ, & fecit edulia, sicut amabat pater suus. Et ut sumpsit Rebecca, inquit, stolam filij sui senioris pulchram, quā habebat domi, induit Iacob filium suum iuniorē, & pellibus hædorū brachia eius, & nuda colli eius circumdedit, & dedit edulia & panes quos fecerat in manus filij sui, & obtulit patri suo.] Vide, obsecro, hic Rebecca cū magna dilectione coniunctā raram sapientiā. Nam quia superius dixit, quod ille quidē hispidus esset, hic uero leuis: Stola, inquit, Esau induit eū, & pellibus circumdedit eum, & cum undiq; eum ad deceptionem instruxisset, datis edulijs & panibus in manus, effecit ut patri afferret. Cōsidera hic, quomodo omnia superna gratia euenierint. Nam quādo quod à nobis est offerimus, largiter diuinā operationē consequimur. Nam ut ne desides & supinissimus, uult etiā nos aliquid cōferre: quō sic sua declarat, & non totū sit superni auxiliij, sed oporteat etiā nos aliquid simul afferre. Neq; à nobis iterū exigat totū: sciens infirmitatis nostræ excellentiā, & suam seruans misericordiā. Et uolens occasionem aliquam offerre, ut suam declarat liberalitatem, expectat ut afferamus quæ à nobis sunt, id quod & nunc factum est. Nam quia Iacob & Rebecca fecerunt ea quæ à se fieri oportebat: & ille quidem obediuit consilio matris, hæc autē omnia quæ ad se attinebāt impleuit: tunc ultrā bonus dominus perfici fecit magna facilitate quod omnium

erat difficillimū, ne fieret actus istius imposturæ manifestus Isaac. Postq; autem attulit edulia patri: dixit ad eum: Quis tu es fili? Et dixit Iacob ad patrē suū: Esau primogenitus tuus: feci tibi sicut loquutus mihi es. Surge ergo, sede, & comede de uenatione, & benedicat me anima tua.] Considera hic, obsecro, quanta cum anxietate uerba hæc loquat Iacob: qui enim principio dixerat patri: Timeo ne inducā super me maledictionē, & nō benedictionē: nunc in quanto timore constitutū uerissimile est, qui tā ancipitē agit fabulā. Verum quia deus erat qui cooperabatur his quæ fiebāt, omnia opere sunt impleta. Quid igitur? etiāne mendacio deus cooperatus? Dilecte ne indagentur quod sit, sed attende etiā scopū, & quod nō factum sit temporalis cōmodi uel auaritiæ causa, sed quod patris benedictionē sibi cōparare studeat. Alioqui si ita simpliciter quæ sunt exquisiturus es, uide ne & Patriarchā puericidam, & Phinees homicidā dicas: uerū neq; Abrahā pueri homicidā, sed & ualde ei affectus, si quis alius: neq; Phinees homicidā, sed zelotes. Vterq; em̄ quod deo probabat, faciebat: atq; ille per obediētiam, multam à deo remunerationē promeruit, hic uero propter zelum prædicatur. Dicit enim: Stetit Phinees, & placatus est. Si igitur homicidium & puericidium placuerūt, quia iuxta dei sententiā fiebant, neq; attendimus ad facta, sed ad scopum eorum quæ fiebant, & ad uoluntatem eorū qui fecerunt: multo magis & hic expendendum fuerit. Ne igitur hoc cōsidera, quod mētita fuerint que dicebantur Iacob, sed illud cogita, quod uolēs deus prædicationē impleri, omnia ut sic fiant dispensauit. Et ut scias, quod deus omnia facilia reddebat, etiam quæ difficilia: uide quomodo iusto non potuit subolere fraus, sed persuadetur dictis Iacob, & cū edulia ista comedisset, benedictionib. eum remunerat. Et non prius à uenatione affuit Esau, quousq; omnia sunt impleta: ut per omnia sciamus, uoluntate dei hæc gesta esse. Dixit autē, inquit, Isaac: Quid hoc, quomodo tam statim inuenisti fili? Ille autē dixit: Quod tradidit dominus deus tuus corā me.] Adhuc in angustijs stabat Iacob, agebaturq; plurimū timor eius. Verū hæc omnia propterea facta sunt, ut discamus rebus ipsis quod non simpliciter dominus suā declarat sollicitudinem & prouidentia, nisi uiderit & nostrum accedere feruorē. Ne em̄ prætereas obiter hunc agnomen, sed cōsideres quod causā totius atq; salutis erat periculū: & timebat & tremebat, ne propter benedictionem fieret omnis maledictionis reus.

Deinde inquit: Appropinqua mihi, & contrectabo te fili, an sis filius meus Esau, uel non.] Et enim ob uocem placidiorē dubitabat iustus: sed quia dispensatio implenda erat, non permisit deus ut dolus sentiret. Appropinquit autē & cōtrectauit eum, & dixit: Vox quidem uox Iacob, manus autem manus Esau: & non agnouit eum.] Vide quomodo ostendit quod uniuersum à dei gratia erat: quæ efficiebat ut ipse nihil horū attēderet, & Iacob paterna frueretur benedictione. Et nō agnouit eum

uit eum, inquit. Erant em̄ manus eius sicut manus Esau.] Vide iterū, quomodo ostendit diuina scriptura quod dubitauerit iustus.] Dixit em̄, inquit: Num tu filius meus Esau?] Vt ex hoc quoq; sciamus, quod pater uictus naturali affectione, omnia faciebat: deus autē futura præcognoscēs, & uirtutū nota seruos suos insignire solitus, rem totam hunc in modū dispensat. Et dixit Iacob: Ego. Postq; dixit: Num tu es Esau filius meus? et dixit, ego: dixit iterū, Affer itaq; mihi, & comedā de uenatione fili, ut benedicat te anima mea. Vix tandem à cura soluit Iacob, & attulit patri edulia, attulitq; uinū & bibit. Et dixit ei: Appropinqua mihi, & osculare me fili. Et ut appropinquit, osculatus est eū: & odorauit odorē uestimentorū eius, & benedixit eum, ac dixit.] Vide diuinā scripturæ obseruationē. Postq; interrogauit: Num tu es Esau? & dixit, Ego: iterū cōtrectauit eum, & subdubitabat, & cum ex uoce penē simulationē deprehendisset: iterū interrogauit: Nōne tu es filius meus Esau? Et dixit, Ego. Et postea attulit ei, & comedit. Tunc, inquit, osculatus est eum, & benedixit eum.] Nam ut sciamus quod nō in personam Esau benedictionē fecerit, sed in illum quē osculatus est: propterea cōmemorat diuinā scripturā, quod osculatus est, & benedixit illum quem osculatus est. Odoratus est em̄ odorē uestimentorū eius, & benedixit eū, & dixit: Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, quem benedixit dominus. Et dabit tibi deus de rore cœli, & de pinguedine terræ, & multitudinē frumenti & uini. Det, inquit, dominus deus tibi, qui edulia attulisti, qui à me osculā accepisti: & seruiāt tibi gentes.] Vide quomodo necessariorum copiā adduxit, deinde principatū gentiū prædicens, & futurā eius religionē, & incrementa quæ inde nascunt. Et adorent te principes.] Non solum ei apprecat gentes subdi, sed & principes. Et sis dominus fratris tui.] Vide quomodo seruit iustus, etiā ignorans, dei uolūtati. Omnia em̄ hæc propter hoc dispensabant, ut hic propter uirtutē dignus recipiat benedictionē. Et adorent te filij patris tui.] Filios consueuit scriptura uocare omnē generationem: sicut & hic, filios patris tui: quasi diceret aliquis, eos qui ex semine Isaac futuri. Non em̄ alios filios habuit Isaac, q̄ hos duos solos. Qui maledicit te, sit maledictus: qui benedicit te, sit benedictus.] Ecce & coronas benedictionis, ecce summam omnium bonorum, esse benedictū. Vidisti dei misericordiā? Qui timuerat ne maledictionē acciperet pro benedictione, non solū cū tanta largitate benedictiones à patre reportat: sed illi maledicunt, qui attētant eū maledicere. Hinc discamus, quod quādo quis iuxta uoluntatē domini sua dispensare uult, tanto superno subsidio adiuuat ut hoc planē re ipsa experiat. Quis enim nō admittitur & obstupescat dei ineffabilem dispensationē, quod nō prius Esau de uenatione aduenit q̄ absolveret actus illius argumentū, quādo ille accepta benedictione à patre discessit. Hoc em̄ nos docere uult beatus Moses. Et factū est postq; cessa-

uit Isaac benedicere Iacob filium suū, & quando exiuit Iacob à facie Isaac patris sui, Esau frater suus uenit de uenatione.] Vide quomodo post illius exitum alter statim aduenit. Non hoc absq; causa uel temerē factum, sed ut ignorās afferret & ipse edulia, & à patre addisceret rem totā ut acta erat. Nam si prius nouisset, & in fratrem incidisset, forsā ipsum interemisset, uictus ira. Nam qui hoc postea deliberauit, multo magis in negotio medio attentasset. Sed manus dei erat, quæ puerum saluabat: & hunc quidem dignum benedictione effecit, illū autē & benedictione priuauit & primogenitura. Vt autē aduenit, inquit, fecit & ipse edulia, & attulit patri suo, et dixit: Surgat pater meus, & comedat de uenatione filij sui, ut benedicat me anima tua.] Vide, obsecro, iterū iustum perturbari, et mēte cruciari: dicit em̄. Vt autem audiuit, dixit: Quis es tu? Ille autē dixit: Ego sum filius tuus primogenitus Esau.] Vide quomodo superbit in causa. Non est contentus quod dicat, ego sum Esau: sed addidit primogenitus. Obstupuit autē Isaac stupore uehementi, & dixit: Quis igitur uenatus est uenationē meā, & attulit mihi, & comedit de omnibus anteq; tu uenires: & benedixi eum, & benedictus erit.] Vide quomodo in perplexitate constitutus iustus, & narrās factū, grauius illius animū uulnerauit. Et benedixi eū, & benedictus erit. Hoc autē faciebat iustus sapiētia dei illius linguā dirigente, ut cum ille omnia diligēter didicerit, scire possit nihil ei profore uel primogenituras, uel uenationē. Auditis sermonibus patris, Esau clamauit uocē ualde magna & acerba.] Indignationem significauit per uerbū, & irā qua successus, cū hæc didicisset: & dixit: Benedic, obsecro, & me pater. Dixit autē ei: Frater tuus uenit cū dolo, & accepit benedictionē tuā.] Prior, inquit, frater tuus benedictionē uniuersam ubertim & copiose arripuit. Et ut scias, quod superna gratia fuerit cooperata in hoc ut iustus deciperet, uide quomodo ipse hoc fateat, dicens: Venit frater tuus cū dolo: quasi excuset se apud puerū, & doceat: Ignorās illi benedictiones impēdi, & paratus erā tibi eas largiri: sed ille uenit cū dolo, & accepit benedictionē tuā. Hæc tibi præparata erāt, sed ille præripuit, nō hoc mea culpa factū est.

Et dixit, inquit, Esau: Rectē uocatus est nomen eius Iacob, supplāuit em̄ me iam secūdo: & primogenita mea tulit, & nunc accepit benedictionem.] Non inuanū, inquit, nomē hoc sortitus est: supplantationē em̄ interpretamur nomē eius, id quod hic in me declarauit, & primogenitis & benedictione priuās. Quid igitur ad patrē Esau? Non reseruaſti mihi benedictionem patris? Respondit autē Isaac, & dixit ad Esau: Disce, inquit, quod omnes benedictiones in eum effudi, cū eū fecerim dominū tuū.] Vide quomodo statim ab hoc exorditur. Nihil em̄ aliud ei q̄ seruitutem significat & subiectionē, ac dicit: Cum eū fecerim dominū tuū, & omnes fratres eius seruos, frumento & uino stabiliuerim eū, tibi autē quid faciā fili? nihil aliud ultrā relictum est: quia dominum feci tuum,

et omnes famulos fratres, et rerum necessarium A
 ubertatem ei auxi. Quid aliud ultra relictum est?
 Dixit autem Esau ad patrem suum: Num benedi-
 ctio una tibi est pater? benedic obsecro et me.]
 Quoniam audiuit patrem dicentem: et benedixi
 eum, et benedictus erit; tunc inquit: Benedic, ob-
 secro, et me pater: num uel una tibi benedictio
 est? Non potes et mihi uel unam benedictionem im-
 partiri, qui ita a te diligor, qui primogenitus, qui
 a te in uenatione missus sum? Adobruit patrem uer-
 bis. Compuncto autem Isaac, inquit, clamauit uo-
 ce magna Esau, et fleuit.] Vidit patrem consilio de-
 situm, et non posse neque uelle reuocare quae facta
 sunt: et clamori etiam adiecit ploratum, ad maiorem
 compassionem. Misertus itaque eius Isaac, inquit, di-
 cit ei: Ecce de pinguedine terrae erit habitatio
 tua, et de rore caeli desuper, et in gladio tuo ui-
 ues, et fratri tuo seruias: erit autem quando depones
 et exolues iugum a collo tuo.] Quonia, inquit, et
 ipse meam benedictionem desideras, disce quod non
 est possibile ut agam quae diuinae uoluntati aduersa
 sunt, sed et tibi quidem apprecor, ut rore caeli frua-
 ris. Scias autem quod militarem uitam acturus es, et
 in gladio tuo uiues, et fratri tuo seruias. Ceterum
 nullus audiens haec miretur, uidens post haec fra-
 trem uagum factum ob illius metum, et in terram alie-
 nam contendentem: neque initia attendens, existimet
 uaticinium irritum fieri. Nam quando dominus
 aliquid pollicetur, etsi diuersa his quae pollicetur
 uideamus in principio euenire, non turbemur,
 neque enim possibile est ut ad finem usque aberrant.
 Hoc autem fit, ut dum iusti per omnia fulgidiores red-
 duntur, abundantiam uirtutis dei manifestam nobis
 omnibus fieri efficiant. Et in unoquoque sanctorum
 hoc inuenies, si uolueris historias singulas diligenter
 animaduertere, quod sanè nunc quoque factum
 est. Ne hoc attendas, quod nunc statim profugus
 fit, sed cogita gloriam quae posthac sequetur, quia
 temporis processu hic ipse sit terribilis illi factus,
 ut ille magna erga eum declararet reuerentiam: in
 tantamque uenit gloriam post erumnas, quas in ter-
 ra aliena tulit, ut qui ex ipso nati in immensam
 multitudinem propagentur, et eius nomine tota
 gens cognominetur ac sit discreta. Nunc autem do-
 cens nos diuina scriptura fratris indignationem,
 et quod homicidium spectarit, inquit. Et odio
 graui prosequeretur Esau Jacob, propter benedi-
 ctionem qua benedixerat eum pater suus.] Et ut
 sciamus, quod non fuerit simplex et subitanea ira,
 per uerbum nobis significauit malitiae eius excel-
 lentiam. Graui enim odio prosequeretur dicitur: hoc
 est, insidebat et perdurabat odium, ita ut et mentem
 in profundo latentem manifestaret per uerba, in-
 quit: Dixit enim in corde suo, appropinquent
 dies luctus patris mei, ut occidam Jacob fratrem
 meum.] Nonne et irascens insanientibus, illis non
 minus insanus est? Considera enim quomodo da-
 mon ille subingressus, mente destituit correptos, et
 quasi insanientes facit, et persuadet ut faciant pla-
 ne alia quam apparet. Neque enim uidet illi, neque aliud
 quiddam utile facit: sed quasi corruptis sensorijs,

et diiudicandi uim amissa, faciunt omnia. Ita sanè et
 qui irascuntur, non agnoscunt praesentes, non me-
 mores sunt cognationis, non amicitiam, non consue-
 tudinem, non dignitatem, neque quicquam aliud in mentem
 accipiunt, sed ira uel preli, in praecipue miserabili-
 ter feruntur. Quid igitur illis fuerit miserius, quan-
 do uicti et capti ab affectu etiam homicidium medi-
 tantur. Propterea beatus Paulus radicem huius ma-
 li uolens extirpare, admonet, et scribens dicit: Om-
 nis ira et indignatio, et clamor auferat a uobis
 cum omni malitia. Non solum, inquit, nolo uos succen-
 sere et indignari, et irasci, sed neque cum clamore
 proximis loqui: clamorem hic dicentes, qui ab ira na-
 scitur. Quando enim affectio haec intrinsecus nasci-
 tur, et cor tumet, non iam sinit ut lingua ultra pla-
 cide loquatur: sed affectio cordis se proferens, efficit
 ut clamore cum proximo agatur. Volens igitur bea-
 tus ille, sibi obtemperantes in perpetua uersari tran-
 quillitate, dixit: Omnis ira, hoc est, a qualicumque
 causa moueatur: et omnis indignatio, et omnis cla-
 mor tollat a uobis. Deinde radicem huius mali uo-
 lens auertere et inutile reddere, dicit: cum omni ma-
 litia. Nam qui sic afficitur, semper in portu sedet, a
 fluctibus liber: et neque tempestatem timet, neque nau-
 fragium: sed quasi in tranquillitate nauigans, uel in
 littore sedens, ita praesentem uitam trahit, non solum
 ab omni turbatione liber, sed et immortalium et in-
 effabilem honorum fructus sibi per omnia concilians.
 Qui nobis omnibus concedantur, gratia et miseri-
 cordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre et
 sancto spiritu sit simul gloria, honor et imperium
 nunc et semper, et in secula seculorum, Amen.

Rebecca autem uocans filium suum iunio-
 rem dixit ei. Homilia LIIII.

Midistis heri dilecti, et publicani magnam
 gratitudinem, et domini ineffabilem mi-
 sericordiam, et Iudaeorum stupiditatem
 immensam: Vidistis quomodo omnes
 nos erudierit beatus Matthaeus, statim obediens,
 et tantam morum mutationem praeseferens: quod
 in uoluntate nostra, comite superna gratia, sitae
 sunt et uirtutes et uitia: et quod opera adhibita,
 possumus fieri uirtutibus conspicui: et desideria
 ceteri, in peccati praecipitium deferri: Hoc enim est,
 quo a brutis differimus, quia ratione insigniti sum-
 mus a misericordiae deo, et in natura nostra insita
 est scientia boni et mali. Nullus igitur praetextat
 quod ignorans uirtutem negligat, uel quod non ha-
 beat aliquem uitae ducem et demonstratorem. Suffi-
 cientem enim magistrum habemus conscientiam: et
 fieri non potest, ut quis illo adiuuamento priuetur. Nam
 simul cum formatione hominis, implata est scien-
 tia faciendorum et non faciendorum: ut nostra gra-
 titudine declarata, in praesenti uita, quasi in pala-
 stra quadam exercitati, secundum uirtutum labo-
 res praemia reportemus: et breui tempore laboran-
 tes, perpetuas coronas mereamur, et in momen-
 taneo hoc seculo uirtutem amplexati, aeternis bo-
 nis in infinita secula fruamur. Id sanè scientes fra-
 tres, nostram ne perdamus generositatem, ne simus
 tantis operibus ingrati: ne sectemur uoluptates,
 quae

quae tam breui tempore durant, perpetuum dolo-
 rem nobis accercentes: sed ante nos semper ui-
 dentes oculum qui nunquam sopitur, qui et abscon-
 dita cordis nouit, res nostras ita instituumus et
 moderemur, et muniti armis spiritus nostram de-
 clarem gratitudinem: ut et gratiam, et auxilium su-
 per nos accipiamus, ad uincendum comunem
 salutem nostrae hostem, et ad irritandas eius machi-
 nationes, et ad promerendam illorum bonorum
 fructum quae promisit diligentibus se. Ne ergo
 spectet quis ad laborem uirtutum, sed coelestia luca
 cogitantem prompte labores obeamus. Nam si hi
 qui in terrenis uersantur negotijs, et in colligen-
 das opes insanunt, omnia prompre suscipiunt fa-
 cienda: et uidentes ante oculos pericula maris, pi-
 ratarum insidias et naufragia, non franguntur, nec
 segniores fiunt, quauis (quod plus est) de fine ni-
 hil certi habeant: qualem nos habituri sumus de-
 fensionem, si non omni studio et alacritate accinga-
 mur ad uirtutum certamina, propter aeterna illa bo-
 na? Quare ita ingrati sumus benefactori nostro,
 et neque quae iam donata sunt uersamus animo, neque
 promissa cogitamus: sed omnium (ut ita dicam) obli-
 ti, frustra et inuani, quasi pecudes, uitam totam
 transigimus, animae quidem nullam facientes curam,
 uentrem autem solum impinguentes, atque etiam pro-
 pter hoc corpori multum nocentes? Etenim corpo-
 ri ob uoracitatem et immoderantiam multa para-
 mus, animam uero fame perire sinimus: tamen si po-
 tentior anima sit quam corpus, et ablata illa hoc mor-
 tuum relinquatur. Debentes igitur et huic et illi
 congrua et convenientia praebere alimeta, intem-
 perati et hinc et illinc, utriusque nocemus: hoc plus
 quam oportet saginantes, hanc autem fame perire co-
 gētes. Et quod omnium dominum loco maximae
 indignationis aliquando interminatus est Iudaeo-
 rum populo, dicens: Dabo uobis non famem pan-
 nis, neque sitim aquae, sed famem audiendi sermo-
 nis domini: docens nos, quod illa quidem fames
 corpus emaciat, haec autem animam attenuat: in hoc
 nunc nos sponte incidimus, idque postquam deus tan-
 tam nostri curam declarauit, et dispensauit ut post
 sacrarum scripturarum lectionem habeamus et a do-
 ctoribus admonitiones. Ideo oro uestram charita-
 tem ut excussa desidia expergiscamini, et studi-
 um omne in animae salutem transferatis. Sic enim
 et a deo beneuolentiam uberem habebitis, et nos
 alacriores ad docendum uos erimus, quos uidebi-
 mus consilio nostro parere. Quoniam et agrico-
 la, quando uidet terram fecundam et culturae ido-
 neam, parat se etiam ipse ut maiori studio illam col-
 lat. Eodem modo et nos, si uiderimus uestrum in di-
 uinis profectum, et quod ea quae a nobis dicuntur,
 alacriter suscipiatis, maiorem docendi laborem exhi-
 bebimus, utpote scientes quod non in petris semi-
 nemus, sed in pingui et fertili terra. Ea enim de cau-
 sa quotidie uobis concionamur, ut aliquid lucri fa-
 ciatis, et uirtutes uestrae crescant, et laetemur ui-
 dentes uestrum profectum. Nunquid enim inua-
 num dicere uolumus, ut a uobis laudum fructus
 recipiamus, et ut applausu facto recedatis, non

hoc spectamus: absit. Sed uestra utilitas, mea ma-
 xima laus est: et summus plausus, si quis a uitijs
 ad uirtutem conuertatur: si quis antea deses, nostra
 adhortatione studiosus fiat. Hoc et mihi maxi-
 mum affert solatium et laudem, et uobis lucrum et di-
 uicias spirituales. Sed non ambigo, quin multum
 studij declaraturi sitis. Scio enim, quod a deo do-
 cti estis, potentes etiam alios admonere. Propter
 hoc hic sistens meum consilium, pergam ad solitam
 doctrinam uerborum beati Moysis, in uocem dictionum a
 sancto spiritu, et ubi pauca quaedam proposuero,
 hodiernum uobis conuiuium apponam. Audistis nu-
 per, quomodo Iacob omnia facies iuxta consilium
 Rebeckae, patris benedictionem arripuerit, lauda-
 tumque furtum commiserit: Ideo et cooperatore deum
 habuit, et conatus eius bene successit: sed quia E-
 sau ualde inuidebat, et se ad eandem praeparabat.
 Ita enim se habet mala haec affectio, non ante desit
 stit, donec a se captum in praecipue dericiat, et ad ho-
 micidium currat scelus. Radix enim homicidij inui-
 dia, et fructus inuidiae homicidium, ita et a princi-
 pio fuit inter Abel et Cain. Ille enim nihil habes
 uel paruum uel magnam de quo accusaret fratrem, ubi
 uidit illum domino probari propter oblationem
 munerum, se uero ob negligentiam suam reijci, ad e-
 dem statim prouocatus est: et nata inuidiae radice
 in mente eius, statim et perniciosum illum fructum
 attulit, et homicidium commisit. Ita sanè etiam Esau,
 cum accepisset fratrem benedictionem a patre, ab ira
 et inuidia ad homicidium prouectus, meditabatur
 mortem fratris. Verum admirabilis illa mater hoc sen-
 tiens, iterum maternum amorem erga filium declarauit:
 et consilium affert, quod possit a fratris manibus eri-
 pi. Vocato enim, inquit, filio suo iuniore, dixit ei:
 Ecce Esau frater tuus minatur tibi mortem, nunc
 igitur audi uocem meam.] Experientia te doceat,
 quod utilia consulo. Et sicut dudum audita uoce
 mea, magnas illas a patre benedictiones assequi-
 tus es: ita et nunc audi uocem meam, ut effugere pos-
 sis fratris manus. Sic enim et temetipsum a pericu-
 lis liberum reddes, et me a luctu. Verisimile enim
 quod ille, si hoc ausus fuerit, poenam daturus sit,
 et ita undequaque mihi grauis dolor et cruciatus
 erit. Audi igitur uocem meam, et surge, statimque ua-
 de ad Laban fratrem meum in Charras, et habita cum
 eo ad aliquot dies, usquequo auertat ira et indi-
 gnatio fratris tui erga te, et obliuiscat quae ei feci-
 sti, et mittam et reducam te inde: ne forte uno die uo-
 bis ambobus orber. Abi, inquit, ad fratrem meum La-
 ban, et habita illuc cum eo.] Verisimile enim, quod se
 paratio, et temporis processus poterit mitigare iram,
 et finire inuidiam, et obliuionem afferre eorum quae in
 furto benedictionis gesta sunt. Et obliuiscatur, in-
 quit, quae feceris ei. Verisimile est, inquit, eum irasci
 ideo congruit ut iram eius declines, si forte per tempus
 obliuiscat, et postea cum libertate possis hic domi-
 cilium habere. Et ne puer grauatum ferat, quod cog-
 gatur in alienam terram abire: uide quomodo soletur
 pueri animam. Primum quidem dixit: Abi ad Laban
 fratrem meum. Num ad extraneum et alienum ire te iu-
 beo? ad fratrem meum ibis, et habita cum eo ad
 dies

dies aliquot: breue, inquit, tempus, paucos dies, quousque quiescat ira. Nunc enim feruet indignatio eius, & aliquando ab affectione superatus, neque patris habebit reuerentiam, neque quantum fraternae necessitudini debeat, in mentem accipiet: sed unum hoc ager, ut furor suum expleat. Et mittens reducam te. Statim autem, inquit, inde reducam: nam de utroque anxia sum, & utriusque timeo, ne forte utroque priuer. Vide sapientiam matris, quae a seipsa mota, imo dei praedictioni etiam nunc seruans, illa consuevit puero quae Christus discipulis suis consuebat, ne temere periculis se immisceat, sed secessu infaniam male affectorum demulceat: hoc igitur etiam illa puero consuevit, primum mentem animans & firmans: cum autem secessum ille non detrectaret, nec aegresceret, tunc & causam honestam protectioni eius excogitat, ita ut non manifeste uideatur propter fratris inuidiam cedere, neque pater sciat ueram peregrinationis causam, Esau scilicet indignationem contra illum. Et ingressa, inquit, ad Isaac Rebecca, dixit: Grauis mihi uita est propter filias Chet. Si acceperit Iacob uxorem de filiabus terrae istius, ad quid mihi uita? Considera, quomodo honestum inuenit praetextum. Quando enim nobis superna gratia cooperatrix est, & difficulta facilia fiunt, & grauius leuia. Quia igitur & haec habuit deum sententiae suae annuentem, omnia quae ad futuram dispensationem & salutem pueri conduce re poterant suggestit eius menti. Grauis mihi, inquit, est uita mea propter filias Chet. Si acceperit Iacob uxorem de filiabus terrae huius, ad quid mihi uita? Hic mihi significare uidetur pessimos uxorum Esau mores, & quod ei fuerint multae amaritudinis causa. Etenim de Esau superius narrauit nobis diuina scriptura, quod accepit a Chettis & Eua uxores, & exasperabat Isaac & Rebeccam. Haec igitur in memoria ei suggerere uult, quasi dicat: Scis quomodo uitam meam amaricarunt uxores Esau, & quomodo propter illarum malitiam in omnes filias Chet male afficior, & propter illas omnem illam gentem exofam habeo? Si igitur contingat & Iacob ex illis uxorem ducere, quae mihi postea salutis spes? ad quid mihi tum uita? Nam si illas ferre non possumus, si etiam Iacob ex filiabus terrae huius uxores acceperit, actum est de uita nostra. Quibus auditis Isaac, consideratis illarum malis moribus, & accersito Iacob, benedixit eum, & praecipit ei, dicens: Non sumes uxores de filiabus Chananarum, sed surge & uade in terram Mesopotamiam, in domum patris matris tuae, & accipe tibi inde uxorem de filiabus fratris matris tuae. Neque his contentus uerbis, uoluit & alacrior eum reddere in peregrinatione, & eum iterum benedictionibus confirmat, ac dicit: Deus meus benedict te, & auget te, & multiplicabit te, & eris in congregatione gentium, & dabit tibi benedictionem Abraham patris tui, tibi & semini tuo post te: ut in haereditate accipias terram peregrinationis tuae, quam dedit deus Abraham. Vide quomodo iustus praedicit ei omnia, & bona ei uaticina dat & solatia: praedicit enim ei reditum & haereditatem

terrae, & quod non solum in multitudinem crescat, sed & congregationes gentium ex semine eius egredientur. Quae ut audijt puer, impleuit iussa patris, & profectus est in Mesopotamiam ad Laban matris fratrem. Et iterum, ut hoc didicit Esau, & quod benedictus fuerit a patre Iacob, contenderitque in Mesopotamiam, & quod mandatum sit ei ne accipiat uxorem ex filiabus Chananarum: quasi corrigere uolens erratum suum, & placare patrem. Addidit, inquit, & accepit uxorem ad duas uxores suas, filiam Ismael filij Abraham. Vide isti dilecte, quanta prudentia, & quibus affectionibus filium suum Iacob e periculis mater eripuerit: decenter pallias peregrinationis causam, & neque Esau malitiam prodens, neque patri causam manifestam faciens: sed & filio conueniens dans consilium, ut propter metum admoneri possit ne se opponat suis dictis, & patri congruam sententiam suggerens. Unde & iustus accedens eius dictis, uaticino benedictionis instructum Iacob dimisit. Caeterum si placet, & non de fatigamini, uideamus quomodo peregrinationem obiuerit Iacob. Non paruam enim & hinc commoditatem accipere possumus, si attenderimus. Iustum enim conuersatio & uita, totius philosophiae continet doctrinam. Vide igitur & saltem uel hunc iuuenem, qui domi educatus, quia antea nunquam in peregrinatione fuerat, neque magnam iter fecerat, neque graue aliquid expertus erat, quomodo iter arripit: & discit quae excellentibus praestiterit moribus eius uita. Et egressus Iacob a fonte iuramenti, profectus est in Charras, et uenit in quendam locum, & dormiuit illic: occidebat enim sol, et accepit de lapidibus loci, & posuit ad caput suum, & dormiuit in loco. Vide isti ineffabilem uitae philosophiam: Vidisti quomodo ueteres iter faciebant? Vir domi educatus, tantaeque assuetus curae: simplex enim erat, inquit, & domi habitans: peregrinaturus neque iumentis egebat, neque ministris, neque uaticis: sed apostolicum morem imitatus, iter facit: & cum occuberet sol, ibi dormiuit ubi eum nox comprehendit. Accepit, inquit, lapides, & posuit ad caput suum. Vide pueri robur, lapide pro puluinari usus est, & super nudum solium decubuit. Igitur quoniam bene morata animam habebat & masculum spiritum, & ab omni uanitate liberum, admirabile uisionem illam meruit. Hoc enim more agit dominus noster, quando uidet animam praesentia non magnificientem, plurimam sibi illius curam esse declarat. Vide igitur iustum illum super solo cubantem, & uisiones uidentem, imo uisione domini dignum haberi: dicit enim, Obdormiuit, & ecce scala erat firmata super terram, cuius caput pertingebat in caelum: & angeli dei ascenderunt & descenderunt super eam. Dominus autem innixus est super eam, & dixit: Ego deus Abraham, & deus Isaac patris tui: ne timeas. Considera, obsecro, hic eximiam curam misericordiae dei. Quia uidebat iuxta consilium matris propter timorem fratris suscepturam peregrinationem, & quasi eronem quandam uiam facere, & solum, ac ab alijs abstractum, nullamque habentem consolationem ullo ex loco: sed totum in supernum auxilium proie-

proiectum: statim in ipso initio uolens confirmare alacritatem eius, apparet, ac dicit: Ego sum deus Abraham, & deus Isaac patris tui, Ego & Patriarcham & patrem tuum in tantam gloriam crescere feci. Ne igitur timeas, sed crede quod ego qui imple uis illis suas promissiones, & te mea cura & prouidentia dignabor. Ne timeas, sed confide: & omni timore depulso, crede his quae a me dicunt. Etenim terram in qua tu dormis, tibi dabo & semini tuo, & erit semen tuum sicut arena maris. Ne putes, inquit, quia in terram alienam nunc uadis, priuandum te terra in qua natus es: ubi educatus, ubi adoleuisti. Etenim tibi dabo eam & semini tuo: quod sicut arenam maris augeri faciam, & dilatabit ad mare, & Africam, & Septentrionem, & Orientem: hoc est, ubique propagabitur. Et benedicentur in te omnes tribus terrae, & in semine tuo. Vide quomodo iam omnia ei quae post longum tempus euentura erant, praedicit. Hic enim mos est omnium domino & opifici. Atque hoc de omnibus iustis dici inuenies, ut polliceatur quidem, non autem continuo promissiones impleat: sed exerceat iustorum obedientiam & patientiam, atque sic impleat promissa. Deinde ubi pollicitus est ei futura, & indigebat iustus non uulgari consolatione: uide benignum dominum, & futura polliceat, & per illa ipsa quae nunc in eum declarat, fidenter facit. dicit enim: Ne putes quod haec sola tibi polliceor: sed & nunc tecum sum, custodiens te in omni uia quod uadis. Ne putes, inquit, quod solus iter facias: me habebis itineris commitem, me habebis custodem in omni uia, omnia tibi difficulta facilia reddentem. Exin magis augens consolationem, iam praedicit ei reditum ad sua. Et reuertenti faciam te, inquit, in terram hanc: Ne formides, inquit, quasi in aliena terra conuersaturus: quoniam reducam te in terram hanc, & minimum te derelinquam, donec fecero omnia quae loquutus sum tibi. Non despiciam te, neque te consilij inopem sinam: sed quaecumque tibi promisi faciam. Quomodo quis pro dignitate admirabitur et obstupescet diuinam misericordiam & insignitum fauoris eius studium? Vide enim quantum pondus promissionum dat iusto, & quomodo spiritum eius erexit? Cogita item & iusti huius gratitudinem, & quod post illas promissiones apud Laban uiginti annis laboribus afflictus, non grauatim tulit, non segnior fuit tanto tempore: sed omnia fortiter sustinuit, expectans promissionum tempus, & sciens quod non sit possibile irrita fieri quae a deo dicta sunt: & maxime si & nos afferre nostra studeamus, fidem & obedientiam, & ita benedamus his quae a domino promissa sunt, atque si iam impleta essent. Haec enim uera fides est, non attendere ea quae uidentur, etiam si omnino sint aduersa promissioni, sed sola promittentis potentiam. Iam uero uideamus iusti huius gratitudinem, Euius gilaui, inquit, Iacob de somno suo, & dixit: Dominus est in loco isto, ego autem nesciui. Et timuit, & dixit: Quam terribilis est locus iste, Non est hoc aliud, quam domus dei: & haec est porta caeli. Stupescens iustus propter magnam misericordiam dei, timuit, inquit, & dixit: Non est hoc nisi domus dei,

& ista est porta caeli. Hic locus mihi post haec pro domo dei reputabitur. Tanta ille gloria dignus est habitus, & ipse, ut ita dicam, quasi caeli porta uisus est. Iustum fuerit, ut debitam hic gratiarum actionem domino reddam & offeram. Et surrexit Iacob, & accepit lapidem quem posuerat ad caput suum, & statuit eum in columnam, & infudit oleum super summum eius, & uocauit Iacob nomen loci illius, Domus dei. Aliud enim erat loco nomen antea. Postquam autem per uisionem tam magna conseruatus fuit, uocabulo memoria loco inscribere uult, posterisque eum facere celebrem, lapide pro columna erecto, superfusumque oleo. Verisimile enim est quod illud solum fecit tulerit, utpote iter faciens. Votumque offert misericordiae deo, omni plenam philosophiam. Et si uultis, etiam ipsa audiamus uerba: Vouit enim uotum, dicens: Si fuerit dominus mecum, & custodierit me in uia hac qua ego ambulo. Quoniam dixerat, Ego tecum sum, & custodiam te in uia hac qua ambulabis: propter hoc & ipse dicit: Illa mihi euentum, quae scilicet daturum promissum. Deinde & petitionem suam offert, dicens: Si dederit mihi dominus panem ad manducandum, & uestem ad tegendum. Non diuitias, non abundantiam quandam petiuit: sed panem & uestem: & hanc ad tegendum corpus, illi uero in necessarium alimentum. Considera quomodo nobis apostolicum characterem petitione sua significauit, tanto sapientiae studio plenus erat iusti animus. Nam id quod Christus dicebat, Ne possideatis aurum, uel argentum, uel duas tunicas: hoc iste nondum a quoque doctus, sed a seipso, & ab insita natura magistrat didicit, & optauit a domino suo praebere panem ad comedendum, & uestem ad tegendum. Si haec mihi fuerint, inquit, in terra aliena, & reduxerit me dominus saluum in domum patris mei, sicut promissum sit: erit dominus mihi in deum, & lapis ipse quem erexit in columnam, erit mihi domus dei: & omnium quae mihi dederis, decimas tibi offeram. Vide iusti gratitudinem: petebat quidem, at nihil pretiosum, sed panem & uestem: promittebat autem & sua domino. Scies autem quae certet muneribus, & quod non suas cogitationes retribuendo transcedat, inquit: Et columnam hanc in domum dei habebam, & omnium quae mihi suppeditabuntur decimas dabo. Vidisti mentem piam ac religiosam? nihil adhuc acceperat, & promissum se deo eleemosynas oblatum. Dilecti, ne simpliciter praetereamus quae dicta sunt, sed amulemur omnes hunc iustum: & nos qui in gratia, eum qui ante legem: & nihil temporale petamus a domino. Neque enim expectat donec a nobis admoneatur, sed & non petentibus nobis largitur ea quae ad usum pertinent. Oriri enim facit sol super malos & bonos, & pluit super iustos & iniustos. Et credamus ei admonenti, & dicenti: Querite regnum dei, & haec omnia apponentur uobis. Vide quod nobis ipse etiam illa praeparauit ut concedat, & haec in lucri & auctarum parte daturum se promittit: Ne igitur ea quae sunt accessoria, quasi primaria pete: ne inuertamus ordinem, sed quaeramus illa sicut praecipit, ut & haec & illa habere

habere liceat. Ea enim de causa in precationis no-
strae uerbis limites & regulas nobis dominus pre-
scripsit, quatenus petenda sint temporalia, uerba
illa iubens nos dicere, quae omni philosophia sunt
referta, Panem nostrum quotidianum da nobis ho-
die: diei alimentum inquit. Id quod iustus ille, tam-
etsi nihil horum audierat, precatus est, dicens: Si de-
derit mihi dominus panem ad comedendum, & ue-
stem ad tegendum. Ne igitur temporale aliquid ab
eo petamus. Indignum enim ualde est, a tam libera-
li & tanta uirtute praestanti huiusmodi petere, quae
in praesenti uita dissoluntur, & magnam uicissi-
tudinem & mutationem experiuntur. Id genus enim
sunt humana omnia, siue diuitias dixeris, siue po-
tentiam, siue humanam gloriam. Sed petamus semper
manentia, sufficientia, uicissitudinis nescia: & scien-
tes domini nostri bonitatem, nihil pendamus praesentia,
sed omne nostrum studium in supercoelestium
desiderium transferamus. Nam si solem surum ori-
ri facit super malos & bonos, & pluit super ius-
tos & iniustos: multo magis abstinentes a mali-
tia, & iniustitiam fugientes non despiciet: sed multa
dignos ducet providentia, & sua sollicitudine
omni tempore dignabitur. Id scientes, dilecti, ne di-
scredamus diuinis pollicitationibus: neque diuersa
quam ille iussit, faciamus. Enimvero quantum ad ea
quae nunc a nobis fiunt, nihil ab infidelibus differimus.
Quando enim ipse quidem futura nobis promittit,
nos autem nolumus confidere illius promissionibus,
& praesentibus sumus affixi: quod aliud incredulitatis
indiciu adhuc requirit, rebus ipsis tam clara uoce
attestantibus, & Christo iubente nos nihil petere
fragilium horum & temporalium? Sed nos magis aduersamur
ei: & quae non iussit, illa quaerimus: & quae iussit
quaerimus. Et haec facientes, & tam pigre nostra in-
stitutes, & exacerbantes misericordiam & humanum
dominum, quasi obliti quae nos fecerimus, causam
quaerimus suam erga nos indignationis, & quare nos saepe
despiciat, in uaria incidentes tentamenta: & non cogitantes
peccatorum nostrorum magnitudinem, nosmetipsos
decipimus uoluntario. Idcirco obsecro, ut his omnibus
repullis, nihil salutis nostrae praesentibus ramus. Quid enim
utile fuerit homini, si totum mundum lucret, & animam
suae detrimentum patiatur? Et superuacuas diuitias iam
euacuemus in pauperes, & magnam sapientiae studij
specimen in omnibus exhibeamus, uanam gloriam despicientes,
humana fastum concutantes, & omne charitatis studium
uicissim impendentes: ut & praesentibus & futuris
bonis perfrui mereamur, gratia & misericordia
domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & sancto
spiritu sit gloria, imperium, honor nunc & semper,
& in secula seculorum, Amen.

Matt. 6. b

Et dixit Laban ad Iacob, Quoniam frater meus es tu,
non seruias mihi gratis. Dic mihi, quae merces tua.

Homilia LV.



Atis heri ex praesentibus peregrinationis iusti edocti sumus quanta sit eius philosophiae magnitudo, propter quam causam tantam promissionem a deo consequi

tus est. Iterum autem per preces & uotum, quae fecit
uniuersorum domino, doctrinam nobis omnibus
dedit, si uellemus ad imitandam uirtutem illius
excitari. Etenim admiratione dignum est, quomodo uir-
tutem sciens promittentis, & audiens magnitudi-
nem sibi promissorum, neque sic magnum aliquid &
sublime postulare attentauerit: sed illa dumtaxat
petiit, quae audistis heri: nempe ea quae ad quoti-
dianum alimentum sibi sufficere possint: uidelicet
panem in cibum, & uestimentum ad tegendum: &
promittit, si reditum sibi in sua concedat deus, sicut
sibi promiserat, daturum se omnium quae ab eo acci-
piet decimas, per omnia monstrans religionem suam:
& ipsi ascribit ut datori omnia, & docet nos ut ei
habeamus gratiam. Iam enim iustus ineffabilem im-
mensamque misericordiam sciens, & concitans ex
his quae in patrem suum & Patriarcham contule-
rat, quod & sibi magnam abundantiam concedat, ho-
rum quidem ipse nihil petit a domino, neque uult de
his precari: sed ex eo quod decimas omnium dato-
rum se pollicetur, monstrauit omnibus quomodo
confidebat eius qui promiserat uirtute. Propterea
& ipse quando cum eo loquebatur, dicebat: Ego
sum deus Abraam & Isaac patris tui, ne timeas. Co-
gita, inquit, quod & Patriarcha quasi peregrinus
& ignotus in terram hanc aduenerit, & in tantam ue-
nerit gloriam, ut omnium ore celebretur. Cogita item
& patrem tuum, quod in extrema senectute patri suo
natus est, ac ita opibus auctus, ut et inuidiosus fie-
ret indigenis. Eadem igitur & ipse expecta, om-
nemque timorem & anxietatem deponere, peregrina-
tionemque obire. Haec secum cogitans iustus, non ad pre-
sentem respiciebat statum: nihil enim omnino secum
afferebat. Quomodo enim, qui solus iter facere co-
gebatur: sed iam fidei oculis non multo post futu-
ram prauidens abundantiam, suam declarabat gra-
titudinem: & qui nihil adhuc acceperat, uouet, di-
gniore fide existimans promissionem domini, quam
rerum possessionem. Neque enim ita fidere debemus
his quae in manibus habemus & uidemus, ut pro-
missionibus dei, etiam si non eueniant statim primo
tempore. Iustus igitur, sumpta ex his quae deus
dixerat fiducia maxima, peregrinationem obiit.
Quo pacto enim non filius esset, cui dictum est
erat, Ecce ego tecum sum, custodiens te in omni uia
qua iturus es: & multiplicabo semen tuum, & redu-
cam te iterum in terram hanc: & non te derelinquam,
usquequod compleantur promissa omnia. Verum, ut
heri dixi, cogita & omnipotentem dei sapientiam, &
iusti illius magnam sustinentiam & gratitudinem.
Surrexit enim post promissiones illas, & in Char-
ras contendit. Et iterum agit ut peregrinus & ual-
gus, & in omnibus diuina gratia fruitur, misericor-
de deo omnia ei praedispiciente, & suam promissio-
nem adimplente. Qui enim dixerat, Tecum sum,
custodiens te in omni uia qua iturus es: duxit ius-
tum ad fontem aquae, ubi aquabant pastores terrae
incola: a quibus cum interrogasset de Laban fra-
tre matris suae, & didicisset omnia quae circa illum
gererentur: deinde cum & huius filiam & greges
oculis spectasset, uideretque pastores non sufficere
ut lapi

ut lapidem a fonte ipsi amouerent & aquarent oues,
accurrit: & id quod illi facere non ualebant, ipse su-
perno auxilio roboratus, praueuiens beneficijs
Laban, amouit lapidem, & adaquauit oues quas
pascibat Rachel. Dein ubi osculatus est puellam
& significauit quis esset, & unde uenisset, mansit
ipse apud fontem. Verum deus, quia deus erat qui
iusto disponebat omnia, hic & puellam excitauit
ut celeriter curreret, ac annuntiaet haec patri, qui
frater erat huius matris: narraretque beneficium quod
ab eo factum & in ipsam & in greges: & quod neque
peregrinus sit, neque ignotus, sed fratris filius. Con-
sidera obsecro dilecte diuinae scripturae euiden-
tiam, quomodo nobis omnia manifeste recenseat,
docendo nos mores ueterum, & quantae in excipi-
endis hospitibus fuerint alacritatis. Nam ut puella
lae indicaret alacritatem, non simpliciter dixit,
quod abiit & annuntiauit quae facta sunt, sed quod
cucurrit praemagno gaudio. Deinde & de La-
ban, qui pater illius erat, dicit, quod audistis his a
uirgine, cucurrit & ipse in occursum Iacob & salu-
tauit eum, & induxit in domum suam. Postquam
autem Laban omnia diligenter didicit ab eo, dixit,
inquit, ei: Ex ossibus meis & ex carne mea es tu.
Sororis, inquit, meae existens filius, nihil aliud
quam caro nostra es, & frater noster. Et erat
cum eo, inquit, ad mensam dierum. Dein quasi in
domo propria apud eum impauidem & ab omni cura
liber agebat. Caterum quoniam deus erat qui om-
nia ad utilitatem huius iusti dispensabat, & in om-
nibus ei suam praebat cooperationem, ipse alac-
ritatem Laban excitauit: & uidens uiri mansuetu-
dinem, dicit ei: Quoniam frater meus es tu, &
non seruias mihi gratis: dic mihi, quae merces tua
sit. Vide quomodo ipse quidem petebat nihil, La-
ban autem ultro hoc proponit iusto. Et attende ob-
secro, quomodo ei cui diuina manus assisit, omnia
feliciter succedant. Non seruias mihi, inquit, gra-
tis: indica mihi, quae merces tua sit. Quamuis be-
atus ille magna charitatis loco habebat uel simpli-
citer quotidiano alimento frui, multamque pro eo
gratiam referebat: uerum quia miram humanita-
tem praeseferbat, ideo Laban prior mercedem ei
pollicetur quam ipse proposuerat. Quid igitur iustus?
Vide obsecro & hic excellentem eius sagacitatem,
& quomodo nullam congregandarum opum habu-
erit curam. Non enim sicut mercenarius aliquis
cum Laban conuenit, & operam suam exquisitior
mercede locat, & aliud quid petit: sed memor pa-
tris, & memor matris, & misericordiam continentiam
praeseferens, dicit Laban: Seruiam tibi septem
annis pro Rachel filia tua iunioris. Haec enim mox
ut apud fontem uidit, amauit. Et uide beneuolen-
tiam uiri, sibi ipsi & tempus praescribit, & tanto tem-
pore sufficiens argumentum suae continentiae pre-
bet. Et quid admiraris dilecte, audiens quod septem
annis seruiuit pro dilecta puella? Ut enim ostendat
nobis scriptura, quomodo amor magnus & laborem &
temporis longitudinem succidit, & breue uideri fecit,
dicit: Et seruiuit Iacob pro Rachel annis septem,
& erant coram eo quasi dies pauci, eo quod ipse
Chryf.

illam diligeret, Septem, inquit, anni, pauci dies
uidebantur ob ingentem erga puellam amorem.
Quando enim quis sauciatur charitatis desiderio,
nihil difficile spectat: sed id quod fuerit plenum pe-
riculis & multa miseria, leuiter fert, ad unum hoc
uidens, quomodo suo potiatur uoto & desiderio.
Audiamus nos ignaui & supini, magna ingrati-
tudine in deum uiuentes. Nam si iustus ille pro-
pter puellae amorem septennium seruire, ferreque
pastoralium laborum erumnas decreuit, & non fen-
tit uel labores, uel temporis longitudinem: sed om-
nia ei leuia & facilia uidentur, expectationeque
& spe fructus alitur, ita ut dies paucos longum il-
lud tempus putet: qualem nos habebimus excu-
sationem, qui non pari studio erga dominum no-
strum & benefactorem & curatorem, & qui no-
bis sit omnia, afficimur? Sed quando proponitur
lucrum temporale, omnia alacriter sustinere uolun-
mus, etiam si quid laboriosum sit, & ualde erum-
nosum & sordidum, & poenam in praesenti & fu-
turo seculo praebens: in paranda autem salute, &
superno fauore conciliando, remissi & supini, &
dissoluti uidemur. Et qualis nobis erit uenia, qua
siue excusatio sic negligentiae deditis, qui neque
quantum beatus ille in puellam amorem declara-
uit, tantam in deum charitatem habemus: idque cum
tanta possimus numerare beneficia in nos collo-
cata, & quae quotidie collocantur? Sed & si nos tam
ingrati, uerum non ita beatus Paulus, qui tanta fer-
uebat & ignitus erat charitate in deum, ut uerba
illa tanto uiro digna loqueretur & clamaret, dicens:
Quis nos separabit a charitate dei? Vide dictio-
nis emphasin, & latentem uim: uide amoris uiolen-
ti furorem, uide charitatem incensam. Quis nos se-
parabit? Quid, inquit, est, quod potest nos a chari-
tate dei separare? quid inter uisibilia, quid inter in-
uisibilia? Deinde uolens & particulatim omnia enu-
merare, & omnibus nobis manifestum facere ir-
refrenabile desiderium quod erga dominum possidebat,
subdidit dicens: Num afflictio? num angustia? num
fames? num persecutio? num nuditas? num peri-
culum? num gladius? o animam furentem insaniam,
sed quae sobrietatem pariat. Quid, inquit, ex his
quae nobis inferri possunt, nos auferre a charitate
quae est in deum, poterit? Afflictiones quotidia-
nae? minime. Angustiae? neque illae. Num persecu-
tiones? neque illae. Sed quid? num fames? num nu-
ditas? num pericula? Verum quid dico famem, &
nuditatem, & pericula? num gladius? num mors
ipsa, si infligatur, hoc poterit efficere? impossibile
est. Nullus alius sic dignatus est diligere dominum
ut beata illa anima. Quasi enim liberatus a corpo-
re, & sublimis factus (ut sic dicam) & neque super
terram ambulare se putans, ita loquitur. Amor enim
in deum & succensa charitas mentem eius a sensi-
bilibus ad spiritualia transtulit, & a praesentibus
ad futura, & a uisibilibus ad non uisibilia. Eo modo
se habent fides & charitas in deum. Et ut discas ma-
gnam eius gratitudinem, uide eum qui sic dominum
dilexit, & in eius charitate exarsit, fugari, perse-
cutionem pati, flagellari, innumera graui ferre,
tom. i t & dicere

Rom. 8. g

2. Cor. 11. f. & dicere: In laboribus abundantius, in plagis superbia modum, in mortibus frequenter: a Iudaeis quinque quadraginta una minus accipit: ter uirgis caesus sum, semel lapidatus sum, nocte & die in profundo maris fui, in itineribus saepe, periculis fluminum, periculis in falsis fratribus, in labore & erumna: talia patiens, gaudebat & exultabat. Sciebat enim, & argumentis multis certus erat, quod labores praesentes maxima sibi praemia conciliarent, & pericula ac coronas parerent. Nam si Iacob propter amorem in Rachelem quasi pauculos dies septennium putabat: multo magis beatus ille omnia nihili faciebat succensus simul amore in deum, & propter Christum dilectum omnia ferens. Studeamus igitur, obsecro, & nos diligere Christum. Nihil enim aliud, inquit, Christus requirit a te, quam ut ipsum diligas toto corde, & facias mandata eius. Qui enim diligit, sicut oportet deum, manifestum quod & mandata eius facere nititur. Quando enim quis erga aliquem fraterne afficitur, omnia facere studet, ut dilectum attrahere possit in amorem suum. Et nos quoque, si dominum fraterne dilexerimus, & mandata eius implere, nihilque eorum quae exacerbare poterunt dilectum facere studebimus: hoc fuerit regnum caelorum, infinitaque bona, & fructus bonorum assequi, si germane, & sicut oportet esse dilexeris: & propter charitatem in eum, & erga conseruos multa declaraueris dilectionem. In his enim duobus mandatis, inquit, lex & Prophetarum pendet: nempe ut diligas dominum deum tuum ex toto corde, & proximum tuum sicut teipsum. Haec omnium uirtutum summa, hoc fundamentum. Simul enim cum charitate in deum, ingreditur dilectio proximi. Nam qui deum diligit, non despiciet fratrem, neque pecuniam charitatem habebit, sed magnam praese feret benignitatem memor eius qui dixit: Qui fecerit aliquid unum horum minimorum, mihi fecit. Et cogitans quod propter ministerium in conseruum, deus ipse sit qui sibi uendit factum, magna cum alacritate hoc operabitur, magnumque studium habebit elemosynae: non ad utilitatem respiciens pauperis qui apparet, sed ad magnitudinem eius qui promisit se habiturum perinde ac sibi factum esse quaecumque illi facta fuerunt. Ne igitur temere praetereamus lucrum nostrarum animarum, & remedium nostrorum uulnerum. Hoc enim, hoc maximum pharmacum ita curabit & abolebit ulcera animarum nostrarum, ut neque uestigium, neque cicatrix aliqua apparitura sit: id quod in corporis uulneribus non est possibile. Nam licet quis infinitis medicamentis superponat, necesse est cicatricem in corpore manere, & merito: corpus enim est quod curatur. Hic autem quia anima est, quando quis suam gratitudinem declarat, multo melius incipit se habere, quam antea habuerit: & sic omnia ulcera depellit, ut uentus uehementis puluerem deturbat. Atque his omnibus plenae sunt scripturae. Ita Paulus apostolus factus est ex persecutore: & qui prius impugnabat ecclesiam, postea factus est eius pronubus. Vidisti quanta rerum uicissitudo: Vidisti quan-

ta transmutatio: Sic & Iatro, qui multa fecerat homicidia, in uno temporis puncto propter pauca illa uerba ita omnia abluit peccata, ut audiret a domino: Hodie mecum eris in paradiso. Sic & publicanus, qui percusserat pectus, & sua peccata confessus erat, descendit iustificatus magis quam pharisaeus. Verum omnes hi animae suae gratitudinem declararunt, & priora confessi peccata, remissionem obtinuerunt. Videamus autem & mandati robur, & quantum abundantiae uim possideat larga elemosyna, ut cum didiceris lucrum quod inde nascitur, alacriter eam facias. Fortem enim tanta eius potestas, ut non solum peccata purgare, sed & mortem fugare ualeat. Et quomodo? Ego dicam. Et quis, dicit aliquis, elemosynam faciens, superior morte factus est? sane omnes uidimus sub mortis potestatem uenisse. Ne turberis dilecte, sed rebus ipsis discere quomodo elemosynae uis & mortis uicem tyrannidem, Tabitha erat mulier, cuius nomen si quis interpretetur dicitur Dorcas: haec quotidie faciebat opus, colligendo ex misericordia diuitias. Et uestiebat, inquit, uiduas, & alios sumptus eis praebat. Factum est autem ut infirmata ipsa moreret. Sed uide quomodo haec quae ab illa curabantur, & quas uestiebat, benefactricem remunerarint. Stabant enim circa apostolum, & monstrabant, inquit, ei uestes, quas faciebat, cum adhuc in humanis ageret Dorcas: & alumnas dicebant: & forte etiam lachrymas profundebant, adque miserationem apostolum prouocabant. Quid igitur beatus Petrus? Genibus positus, inquit, adorauit: & conuersus ad corpus, dixit: Tabitha surge. Illa autem aperuit oculos suos, & ut uidit Petrum, resedit. Data autem ei manu, erexit eam: & accersitis sanctis & uiduis commendauit illis eam uiuam. Vidisti uirtutem Apostoli, imo operantis per eum domini? Vidisti quanta retributio beneficentiae in uiduas, etiam in praesenti uita? Quid enim tantum praebuit illa uiduis, quantum illae ei rependunt? Vestes praebuit & alimenta, sed illae ad uitam hanc reduxerunt, & mortem fugere fecerunt: imo non illae, sed misericors deus propter curam quam illis impendit. Vidisti pharmaci potentiam? Hoc omnes nobis ipsis paremus: neque enim sumptuosum est, quamuis tantae sit uirtutis, sed uili emitur, nec multo sumptu indiget. Magnitudo enim elemosynae non in multitudine pecuniarum uel opum sita est, sed ex alacritate dantium iudicatur. Propter hoc & qui potum aquae frigidae dedit, acceptus est: & quae duo minuta in carbonem misit, grata est: ut discamus, quod ubique mentem requirit dominus. Fieri potest ut qui parum habet, magnam praese ferat liberalitatem, utpote si ualeat & alacritate: & qui multa possidet, minor uideatur his qui parum habent, propter sordidam mi tenacitatem. Effundamus igitur facultates nostras in indigos mente liberali, ex his quae nobis dominus dedit: & quae ab eo data sunt, ipsi iterum demus, ut sic iterum nostra cum lucro fiant. Tanta enim eius est liberalitas, quod licet accipiat de his quae ipse dedit, non putet tamen propria se accipere

cipere, sed magna munificentia nobis ea redditurum se pollicetur, tantum nos & quae nostra sunt facere uelimus, & sic pauperibus erogemus, quasi deponentes ea in manus domini: scientes quod quaecumque acceperit manus eius, ea non solum reddat, sed multiplicata nobis iterum largitur, suae liberalitatis gloriam declarans. Et quid inquam, quod ea reddat multiplicata, manus illa? non enim illa solum reddit, sed cum illis regnum caelorum donat, & celebrat nos & coronat, & innumera bona largitur, modo ex datis paruum quiddam inferre uoluerimus. Num graue aliquid & onerosum a nobis requirit? Ea quae abundant & superuacanea sunt nobis, necessaria facere uult: & quae frustra ac inuaniam reposita sunt, ea uult bene distribui, ut occasione accepta hinc nos coronet. Anhelat enim & urget, ac omnia facit ut dignos faciat his quae nobis promisit. Ne igitur nos ipsos priuemus tantis bonis. Nam si agricolae penuriam fuerint, & semina terrae concredunt, idque cum uoluptate faciunt, spe maiora recipiendi se solantes: & quamuis sciant quod aeris intemperies, nonnunquam & terrae sterilitas, & alia multa accidentia, ut locustarum exercitus, & rubiginis insidiae, spe excidere faciant: attamen bona spe sese alentes, ea quae in promptuarijs collecta, terrae concredunt: Multo magis nos quae absque usu recondita sunt, dispergere in pauperum usus & alimenta conuenit. Hic nunquam spes eluditur, neque timenda aliqua terrae sterilitas. Dicit enim: Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculo seculi. Breui tempore distribuit, & perpetuo seculo iustitia eius permanet. Quid hoc beatus uerba fuerit: & idcirco, oro, ut iustitiam quae ex elemosyna est arripiamus: ut & de nobis dicatur, dispersit dedit pauperibus. Nam postquam dixit, Dispersit dedit pauperibus: ut ne putes dispersa perire, ideo statim subdidit: Iustitia eius manet in seculo. Illis, inquit, dispersis, iustitia eius manet in seculo, & in omne seculum se extendit. Iam cum elemosyna etiam alias uirtutes diligenter curemus, & affectiones carnis reprimamus, & eliminemus ex anima omnem illicitam concupiscentiam, omnem malam cogitationem, iram, stomachationem, inuidiam: & ornemus omnibus modis animam generositatem, ut claritate pulchritudinis suae conciliemus nobis uniuersorum dominum. Nam ubi uiderit animae uenustatem, statim assistet. Dicit enim: Super quem alium respiciam, quam super mansuetum & quietum, & tementem sermones meos? Vidisti quomodo nos docuit omnes colores, quibus animae pulchritudo potest decorari: super mansuetum, inquit, & quietum, & humilem. Deinde quod haec omnia efficit, addidit: & tementem sermones meos: obedientiam operibus implentem: quod & alibi dicit, Beatus qui timet omnia propter pietatem. Nam si nos cum uidemus famulum qui nostra cum diligentia timoreque multo curat, maiorem erga illum declaramus beneuolentiam: multo magis bonus dominus propter hoc dicebat,

Chryf.

A Super illum respiciam qui tremis sermones meos: Tremamus igitur, oro, & cum magno timore sermones eius impleamus. Nam eius sunt sermones. Et cum didicerimus quae illi placent, & quae probat, ea obeamus: & tales quales uult fieri studeamus. Quietem, mansuetudinem, humilitatem magnam exhibeamus, & omnia quae ab eo mandata sunt, cum reuerentia adimpleamus: ut cum approbarit affectionem mentis nostrae, placatus nostra obedientia, respicere etiam super nos dignetur. Quod si nobis continget, erimus per omnia securi: dicit enim, Respiciam, hoc est cura mea dignabor: manum porrigam, in omnibus auxiliator ero, ubertim meam liberalitatem profundam. Haec igitur omnia faciamus, ut respiciat super nos dominus, quod & praesentem uitam absque tristitia transigamus, & futura bona consequi possimus, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen. Dixit autem Iacob ad Laban: Da mihi uxorem meam: impleti sunt enim dies mei, ut ingrediar ad eam.

Homilia LVI



ERI cum a dilectione Iacob, quam erga Rachelem declarauit, ad Pauli charitatem & magnitudinem amoris, quem erga Christum gerebat, transiuius: quasi ab impetuoso quodam torrente rapti, non potuimus ad seriem & contextum sermonis regredi. Ideo, si placet, hodie sequentia aggressi, ea quae nuper relicta sunt impleamus: ut ex his quae hodie dicuntur, percepta utilitate aliqua, domum repetatis. Igitur postquam impletus est septem annorum numerus, & fuerunt coram Iacob quasi dies pauci tot anni, ob amoris uehementiam, dixit ad Laban: Da mihi uxorem meam: impleti enim sunt dies mei, ut ingrediar ad eam. Congregauit autem, inquit, Laban omnes uiros loci, & fecit nuptias, & factum est uespere, & accepit Laban Liam filiam suam introduxitque eam ad Iacob. Vidisti cum quanta olim honestate nuptias egerint? Audite qui satanicas popas admiramini. Num tunc tibiae, num tunc cymbala: num tunc chorae diabolicae? Quare enim (dic mihi) tantum statim ab initio damnium inducis in domum tua, & eos qui in scenis & orchestris operam locant uocas, ut cum intempestiuo sumptu uirginis laedas continentiam, & iuuenem impudentiore facias? Satis enim arduum erat, absque illis sufflationibus illam aetatem posse ferre aequiter tempestatem affectionum: cum autem & haec accedunt, tam quae uidentur, quae audiuntur, maiusque accenditur incendium, & fornax concupiscentiarum magis inflammatur, quomodo non pessum ita adolescentis anima? Hinc enim omnia per eunt & corrumpuntur: quia ab initio castitas oppugnatur eorum qui inter se conuenturi sunt, & saepe primo die iuuenis oculis uidens incontinentibus, telo diabolico in anima uulneratur: & puella per ea quae audit & uidet captiua fit, & ab eo die postea crescut uulnera, maiusque fit malum. Etenim illinc statim

tom. 1 t 2 discunt

discunt, ut & mutuam concordiam dilacerent, & amorem corrumpat. Quando enim ille mentem ad aliam uertit, huc & illuc diuidens cogitatione, & a diabolo suo instigat, multa auaritudine domum implet. Quod si & illa comperitur ita affecta esse, ex ipsis fundamentis omnia (ut ita dicam) euerit. Postea mutuū se fugiunt & latere uolunt, & ille quidem suspiciose obseruat uxore, & similiter illa uirum. Et ubi oportebat concordiam esse *Gen. 2* & copulam, & qui debebant esse caro una, (Erūt enim, inquit, duo in carnem unam) hi in tanta uirunt diuisione quasi dissecti sint. Diabolus enim subingressus, tantum in eis damnum facit, ut quotidianæ pugnae inter eos nascant, & a malis nunquam habeant quietem. Quid enim quis dixerit, quomodo postea a famulis contemnantur, quomodo a uicinis rideantur, quam foeda operentur? Nam sicut quando gubernatores inter se dissident, etiam qui in nauis feruntur, periclitantur, ac timent ne submergatur nauis: Ita & hic si discordes sint uir & mulier, uerisimile est oēs qui apud illos sunt, participes esse malorū. Propterea oro, ut hæc omnia præuidentes, consuetudinem non sectemur. Scio enim quod multi hanc prætexunt, neque tolerant quod hæc a nobis dicuntur: attamen necesse est ut nos utilia dicamus, & quæ illos a futuro supplicio liberent. Vbi enim tantum animæ damnum, qua de causa mihi consuetudinem prætexere audes? Ecce enim & ego tibi consuetudinem meliorem obijcio, quam ueteres habuerūt, quando nondum tanta pietatis erat agnitio. Et ne iustum hic Iacob tantum cogites, sed & Laban adhuc idolorum cultui deditum, & tantā præferentem philosophiam. Neque enim hæc honestas eius erat, qui ducturus puellā, sed patris eam tradentis. Ideo & illum feci sermonem, non ad sponso tantum intendens, quantum ad parentes, & ad patrem sponsi, & ad tradentem uirginē. Quomodo enim non absurdum si nos qui tantam accepimus gratiam & misericordiam, & tam terribilium ineffabilemque sacramentorum participes sumus, hac in re inferiores sumus Laban, qui cultui idolorum adhuc erat deditus? An non audis *Ephe. 5. 2* Paulum dicentē, quod sacramentū sunt nuptiæ, & imago dilectionis Christi, quæ erga ecclesiam declarauit: Ne igitur confundamus nos ipsos, & honestatem nuptiarū corrumpamus. Nam si quidem bonum & utile fuerit consilium, etiam si nō sit consuetudo, fiat: Sin damnosum & perniciosum est, quod nunc asserimus: etiam si consuetudo sit, rejiciatur. Nam si hoc admiserimus, & fur, & adulter, & quantumuis malus alius ad consuetudinem prouocabit: at nullum hinc illis lucrum est uel uenia, sed maior potius accusatio, quod malā consuetudinem superare non ualuerunt. Si enim uoluerimus prudentes esse, & habere curam nostræ salutis, possumus & a mala consuetudine desistere, & in bonam consuetudinem nos reducere, & sic posteris nostris non paruam dabimus occasionem eadem imitandī, & accipiemus etiam nos mercedem eorum quæ ab his aguntur. Nam qui

initium bonæ uia præbuerit, hic autor est eorum quæ & ab alijs fiunt, & duplicem recipiet mercedem, tam pro his quæ ipse recte facit, quæ quibus alios in optimam illam inducit philosophiam. Ne prætexatis, obsecro, frigida & ridicula uerba hæc dicentes: Legitima quædam esse hæc, & propterea impleri oportere. Non hæc legitimum faciūt coniugiū, sed si iuxta leges dei, cum castitate & honestate fiat conuentus, & si concordia magna cohæreant hi qui conueniunt. Nouerunt hoc etiam externæ leges: & audies, qui his studuerunt, dicere: Coniugium nihil aliud constituitur quam consuetudinē. Ne igitur diuinas leges cum humanis transgrediamur, ne præferamus diabolicas leges, & perniciosam hanc consuetudinem. Illius enim lex sunt hæc, qui gaudet de interitu nostro. Quid igitur hac consuetudine magis ridiculum, quando uir & uxor innumeris cōiugijs & scommatis a seruis & triobolaribus hominibus incessunt, & nemo est qui increpet: sed licet cuius uolenti ad uesperā omnia loqui, & conuitia iacere in sponsum & sponfam? Et in alio die si quis conaret ita salubrem, mordere, periclitaretur, ad tribunal abduceret, & puniretur. Tunc autē, quādo plurimā oportebat esse reuerentiā, maioremque honestatē & castitatē, obfcœnitate implentur omnia, ut probabile sit a diabolo hæc omnia inuenta esse. Verū ne ægre feratis oro: non enim absque causa in hūc sermonem digressi sumus, sed curā habens uestræ salutis & honestatis, uel in optimā hanc mutationē fieri, uosque optimæ huius consuetudinis esse duces. Nā si solum principium & uia fiat operis, paulatim uno alterum inuitante, laudabili hoc zelo omnes laudatores habebitis: & non tantum qui ciuitates habitant imitabuntur optimam hanc inuentionem, sed & eos qui procul habitant, conciliabitis, & imitatores uestris constituetis: & in super longē ampliorē a deo reportabitur mercedem, quod propter dei timorem & eius mandatū, diabolicā hæc superaueritis consuetudinem. Sed quod suscepturi sitis magna alacritate hoc nostrum consilium, & opere impleturi, ualde persuadeor. Video enim uos magna cum uoluptate audire ea quæ dicunt, idque ex applausu & laudibus coniecto, quod etiā operibus idem sitis comprobaturi: ideo contentus dictis, ad contextus seriem regrediar. Et facta est, inquit, uespera, & accepit Laban Lian filiam suā, & introduxit eam ad Iacob. Ne obiter etiā hoc prætereamus: nam etiā hic multa considerari possunt: primum simplicitas Iacob, & quod ab omni malitia alienus, deceptus sit. Secundum quod tanta facilitate omnia fiunt, & nusquam lampades, choreæ, & faces, præter usum necessitatem: ita ut & deceptio Laban locum habuerit. Possimus autem & hic uidere, quomodo Laban hic magna affectione dilexerit Iacob. Hoc enim commentus est, ut diutius apud se iustum retineret. Sciebat equidem quod alterius amore flagraret, & si uoti compos fieret, non eligeret posthac seruitutem propter Lian sustinere, uel eius coniugium. Et propterea quia uidit Laban uirtutem uiri, & cogitauit quod

uit quod non aliter eum uinceret & perfraderet: ita ei imposuit, & dedit ei Lian cum Zelpha ancilla. Deinde cum argueret a iusto quare eum decessisset, honestā attulit excusationem. Nam postquam dixit Iacob: Quare mihi hoc fecisti? nonne propter Rachel seruiui tibi? & quare decessisti me? Quid ergo Laban? Non est sic in hoc loco, ut elogetur iunior priusquam maior natus. Perfice igitur hebdomadam istius, & dabo tibi etiam hanc pro labore & opere, quod operaberis apud me adhuc annis septem. Vides quod ea de causa omnia hæc commētus sit. Nam quia uidit amorem quē erga puellā habebat, inquit: Ne putes iniuria te affici, quoniam hæc apud nos lex est, ut primū nuptiū tradat maior natus, propterea hoc quidē factum est: accipies autē & hanc quam amas, si similes septem annos p ea seruias. Quibus auditis iustus prompto animo suscepit. Et post annos septem, dedit, inquit, Laban Rachel filiam suam ei uxorem. Vides iterum, quod nuptiæ fiunt cum magna honestate. Sed audiens quod accepit maiore natu, & postea minorē, ne turberet ulli eā statum qui nunc est, opera quæ tunc facta iudices. Tunc enim quia principia erant, permissum fuit cum duabus, uel tribus, uel pluribus uxoribus misceri: ut humanum genus propagaretur, & pietas incrementū acciperet. Adueniens autē Christus, & uirtutē in hominibus plantauit, & angelos (ut ita dicam) ex hominibus fecit, omnemque illam ueterem consuetudinem aboleuit. Vides quod non oportet consuetudinē prætexere, sed quod iustus est inquirere: Ecce enim quoniam mala erat hæc consuetudo, explosa est, & nō licet ulli eā prætexere. Nusquam igitur, obsecro consuetudinē inquireamus, sed ubique quod utile: & si quid est bonū, etiā si nō sit consuetudo, fiat a nobis: & si perniciosum est, etiā si consuetudo sit, fugiamus & auersemur. Dedit, inquit, Rachel cum Balla ancilla. Vidisti quam bonis moribus præditi fuerint? Vbi enim seruatorū greges: ubi syngraphæ & instrumenta, & conditiones illæ ridiculæ: si hoc fuerit, & hoc eueniret? Et priusquam conueniant, nescientes an usque ad uesperam maneant, quæ post multa tēpora uentura sunt in literis suis cōsignant. Si liberis carens, inquit, defuncta fuerit: si filios habuerit: & quæcunque talia: at hic nihil tale, sed cum utriusque suā ancillam dedisset, filias elocauit pater. Dilexit autē, inquit, Rachel magis quam Lian, & seruiuit ei septem annis alijs. Quia enim ab initio adamauit propter uenustatem formæ puellā, & difficilium eam consequutus est, ideo eam magis dilexit quam Lian. Etenim illius uenustas allexit eū ad magis amandum. Verum hic iterum uide domini ineffabilem misericordiam, & quomodo ex eo tempore promissa paulatim cōplet. Nam qui dixit: Ero tecum custodiens te in omni uia qua ambulaueris: & auergebo & multiplicabo te: ipse etiā nunc omnia dispensat. Et ut scias, audi ipsam diuinā scripturam hoc manifeste dicentem. Ut uidit autē dominus deus, quod odio haberetur Lia, aperuit uuluum

eius: Rachel autem erat sterilis, & concepit Lia, & peperit filium Iacobo. Vide omnipotentis deus sapientiam, quoniam illa quidem pulchritudine sua conciliarat sibi gratiā uiri, qua altera priuata fuit, odio haberi uisa est: hanc igitur idoneā facit partui, illam uero inutilē: ambo hæc suā misericordia dispensans, ut & hæc per liberos qui ex ea nascebantur, solatium haberet, in sui amorem uirū alliciēs: & illa non propter pulchritudinem & formositatem aduersus sororem insurgeret. Et aperuit, inquit, uuluum eius. Disce hic dilecte, quod conditor omnium ipse etiā omnia moderatur ac dispensat, & naturam ipsam ad partum excitat: & quod nulla sit utilitas concubitus, si absit diuina cooperatio. Propterea dixit, quod aperuit uuluum eius: ut sciamus quod uoluit Lian procreandis liberis aptā fieri, quod eius moeror leniret. Ipse enim est qui in uulua figurat & animat foetus. Sicut & Dauid dicit: Suscepisti me de utero matris meæ. Et uide *Psalm. 131. 4* quomodo monstrat nobis diuina scriptura naturæ conditorem, utraq; sua uirtute efficientem: & alterius uulua idoneam reddentem, Rachel enim autē constringentem. Qui enim naturæ dñs est, omnia facile operatur. Et concepit, inquit, Lia, & peperit filiū Iacobo, uocauitque nomen eius Rubin, dicens: Quia uidit dominus humilitatem meā, nunc diliget me magis uir meus. Vide quæ grata mulier: dñs, inquit, uisa humilitate mea præbuit mihi partum, propter quem diligar. Et specta hic iterum, quomodo deus muneribus certare cōtendit cum eo, & beneficia accumulati simul & iusti semen auerit, & hanc magis Iacobo amabilem fieri uult.

Et concepit, inquit, iterum, & peperit filium secundum Iacobo, & dixit: Audiuit dominus quod odio habeor, & apposuit mihi & hunc: & uocauit nomen eius Symeon. Attende quomodo per singulos pueros gratias agit domino, & ob beneficia gratitudinem declarat. Audiuit enim, inquit, dominus, quod odio habeor, & apposuit mihi etiam hunc: propterea uocauit nomen eius Symeon. Vidisti quomodo non simpliciter, neque temere nomina natis indiderit? Vocauit eum Symeon, quoniam audiuit, inquit, dominus. Nobis enim Hebraico idiomate per hoc nomen signatur, quod audita sit. Et concepit iterum, & peperit filium, & dixit: Nunc temporis apud me erit uir meus: peperit enim ei tres filios: propter hoc uocauit nomen illius Leui. Videtur mihi hic significari, quod natis duobus filijs, nondum potuerit alligere uirū, qui adhuc in Rachellem propensior erat: ideo dicit: Nunc temporis apud me erit uir meus. Fortassis accessio tertij uirū meum reddet beneuolum, & melius mihi affectū. Ecce enim tres filios ei peperit. Et concepit adhuc filium, ac peperit, & dixit: Nunc adhuc istud confitebor domino: propterea uocauit nomen eius Iudam. Quid est: Nunc adhuc confitebor domino? Gratias agam & glorificabo eum, quia & quartum mihi adiecit filium, & tantam mihi abundantiam concessit: & quæ ob corporis deformitatem

de uiri erga me benevolentia periclitatura eram, nunc pro creatione filiorum a deo mihi data, & moris nimietate discussa, accepi solatium deformitatis, & in locum sororis meae translata sum. Ut peperit autem Iudam, inquit, cessauit parere. Cum autem uidisset Rachel quia non peperisset Iacob, amulata est Lian sororem suam, & dixit Iacob, Da mihi filios, quod si minus, moriar ego. Inconsiderata & muliebris est haec petitio, animaeque ab aemulatione impugnata. Da mihi, inquit, pueros. Non audisti, quod non uiri concubitus illi partum praebuit, sed dominus deus? qui ut uidit, inquit, quod odio fuit habita, aperuit uulnam eius. Quare a uiro petis ea quae supra naturam sunt, & relicto naturae domino uirum arguis, qui ad hoc nihil conferre tibi poterit? Da mihi, inquit, pueros: quod si minus, moriar ego. Graue malum est zelotypia, & definit in insipientiam: id quod & huic euenit. Videns enim chorum filiorum sororis, & cogitans suam sterilitatem, non se rebat dolorem, neque continere poterat cogitationem quae se turbabat, sed illa insipientiae uerba loquebatur: Da mihi filios, quod si minus, moriar ego. Fortassis uidit uiri erga illam amorem, & putabat ea de causa illam tot filios habuisse, & se nondum peperisse, unde dicit: Da mihi filios. Deinde terrere uolens uirum, subdit: Quod si minus, moriar ego. Quid igitur pius & religiosus Iacob? Succensuit, inquit, ad uerba haec: & dixit ei: Numquid pro deo ego sum, qui fructibus uentris te priuauit? Quare derelicto naturae domino, me reprehendis? Ille est qui priuauit te fructu uentris. Quare non ab illo petis, qui potest aperire naturae officinam, & foecundam facere uulua? Disce quod ille qui te priuauit fructu uentris tui, sorori tuae tantam foecunditatem praestiterit: ne igitur a me quaeras, quae praebere non possum, & cuius non sum dominus. Nam si hoc in me fuisset, omnino te sorori praetulissem, maiorem erga te benevolentiam habens. Quamuis enim in infinitum maiori te complectar benevolentia, nihil tibi in hoc prodesse poterat: ab illo quaere, qui sterilitatem & afferre & soluere potest. Vide iusti intellectum, quomodo & succensens, responsum illi dat sapientissimis uerbis, docens diligenter omnia: causamque manifestat, ut non relicto domino quaerat ab alio ea quae ille solus praestare potest. Igitur comperto quod sterilis facta esset a deo, & uidens sororem liberis florere, uel mediocre solatium requirens, dicit ad Iacobum: Quonia nunc me docuisti quod non culpa tua liberis careo, ancillam meam accipe, filiosque ex ea procrea, ut paruum aliquod solatium inuenire possim, mihi uendicans quae ex illa nascuntur. Et dedit ei, inquit, Ballam ancillam suam uxorem: & intrauit ad eam, & concepit, & peperit filium Iacobo, & dixit Rachel: Iudicauit mihi deus, & exaudiuit uocem meam, deditque mihi filium: propter hoc uocauit nomen eius Dan. Habuit aliquo modo pariete ancilla uel breuem consolationem: ideo & nomen puero imponit, &

gratias agit domino pro nato. Et concepit, inquit, iterum Balla, & peperit filium, & dixit Rachel: Coassumpsi me deus, & conuersata sum cum sorore mea, & inualui: & uocauit nomen eius Nephthalim. Et didicit postea manifeste per ancillam, quod Iacob non fuit in causa quare liberis careret. Ideo natos quasi suos filios educauit, & nomina eis imposuit, maximam sibi ipsi consolationem excogitans. Ut autem uidit Lia quod cessasset parere, & ipsa ancillam suam Zelpham dedit Iacob uxorem, & concepit, & peperit. Et dixit Lia: Fortunata fui, hoc est, assequuta sum quod spectabam, & uocauit nomen eius Gad. Et quia uoti compos facta est, nomen eius uocauit Gad. Et concepit adhuc, & peperit alium, dicitque Lia: Beata ego, quia beatam me dicent mulieres: & uocauit nomen eius Aser. Vidisti quomodo & haec natos ex ancilla pro proprijs habebat, & beatam se esse dicit, & beatitudine dignam ob procreationem filiorum. Sed uide hic quoque & post haec, ut discas, quod zelotypiae affectio huc & illuc transibat: & nunc haec, nunc illa impugnabatur. Et iuit, inquit, Rubin in diebus messis triticeae, & inuenit mala mandragorarum, & attulit ea matri suae. Dixitque Rachel Lia: Da mihi de mandragoris filij tui. Dixit autem Lia: Non satis tibi quod accepisti uirum meum, & mandragoras filij mei accipies? Vide quomodo affectionem animae uerbis manifestam facit. Dixit autem Rachel: Non sic, dormiat tecum nocte hac pro mandragoris filij tui. Da mihi de mandragoris, & accipe hodie tecum uirum. Vide quomodo monstrat totus benevolentiae Rachelis deditus. Nam si tanto choro filiorum Liae nato, fuit adhuc amore magis propensus in Rachel: si non hoc fuisset factum, quomodo ferre potuisset Lia sororis coniugium, omnem uiri potestatem habetis? Ita permittit pro mandragoris ei uirum, & dicit: Dormi at hodie tecum pro mandragoris. Satisfac, inquit, meo desiderio, & accipe uirum. Adueniente autem, inquit, Iacob, egressa in occursum eius Lia, dixit: Ad me ingredieris hodie, mercede enim conduxi te mihi pro mandragoris filij mei: & dormiuit cum ea nocte illa. Et exaudiuit deus Lian & concepit ac peperit Iacobo quintum filium. Et dixit Lia: Dedit mihi deus mercedem meam, eo quod dedi ancillam meam uiro meo: & uocauit nomen eius Isachar, quod est merces. Exaudiuit deus Lian, quia uidebat eam dolentem, neque ualde marito probatam. Exaudiuit eam, inquit, deus, & peperit, ac dicit: Tuli mercedem, eo quod dedi ancillam meam: propterea uocauit nomen eius Isaac. Et concepit adhuc Lia, & peperit filium sextum. Et dixit Lia: Donauit mihi deus donum bonum. Nunc temporis me eliget uir meus, peperit enim ei filios sex: & uocauit nomen eius Zabulon. Posthac, inquit, amabilis ero & ego, quia peperit sex filios. Peperit autem & filiam, & uocauit nomen eius Dinam. Recordatus autem deus Rachelis, exaudiuit eam, & aperuit eius uulnam, & concepit & peperit filium. Dixit autem Rachel: Abstulit a me deus meus opprobrium

meum: & uocauit nomen eius Ioseph, dicens: Apposuit mihi deus filium alium. Abstulit, inquit, opprobrium meum, soluit sterilitatem: propitius factus est mihi, & idoneam fecit ad procreandum filios uulnam, & liberam me fecit ab opprobrio meo: & uocauit nomen eius Ioseph, dicens: Apposuit mihi deus filium alium. Vidisti, quomodo paulatim promissiones dei ad effectum peruenerunt? Ecce enim subito quantum chorum filiorum circa se habuit iustus, & uidit manifestam dei in se prouidentiam. Quoniam enim magnam praese tulit patientiam, quatuordecim annis seruitutem ferens: propterea & uersorum dominus, remunerans iusti pietatem, in tantum eum crescere fecit, ut & posthac inuidiosus alijs fieret, sicut ex sequentibus discemus, quae uellem pertractare. Verum ne prolixius sermonem extendamus, grauarique uidear charitatem uestram, si placet, quae reliqua sunt in sequentia reseruari, finiamus hic sermonem: illud interim charitatem uestram admonentes, ut eorum quae dicta sunt memores, imitemini priscorum uirtutem, sicut illi filias elocando, puellas sponsis tradendo, nostra uirtute dei gratiam conciliare nobis studendo. Nam cum ille nobis amicus fuerit, etiam si in aliena terra fuerimus, etiam si ab omnibus destituti, etiam si nullis cogniti, omnibus erimus clariore. Nihil enim beatius uiro superna manu adiuto. Et beatus Iacob illo fretus praesidio, in tantam paulatim gloriam sublimatus est, ut & his qui exceperant tam amice, inuidiosus sit factus. Hoc igitur & nos studeamus, ut supernum acquiramus auxilium, & non ad humanam confugiamus potentiam, neque ambitione sequeamur: nihil enim periculosius, id quod rerum experientia satis discimus. Etenim uidemus quotidie res se tanta uelocitate ad mutationem inclinare, & uerti in diuersum omnia, & eum qui in summa prosperitate est, subito in extremam infelicitatem deijci, & condemnari ut reum. Quanta igitur insipientiae fuerit, quaerere ut praestare rebus tam incertis, praesertim cum non sufficimus res nostras secure disponere? Ideo ne confidamus in humanis praesidijs, memores etiam Prophetae dicentis: Maledictus homo, qui spem ponit in homine. Vides quod talis non solum insipiens, sed etiam maledictus: utpote qui relicto domino omnino, ad conseruandum currum, qui seipsum iurare nequit. Fugiamus igitur maledictionem, oro, & omnem spem in deum transferamus. Ista enim solida est & immobilis, & nescia uicissitudinis, cuius plena est illa quam in hominibus habemus. Vel enim mors tollit humanum praesidium, & eos qui ad hoc confugiunt, de solatos & nudos relinquit: uel etiam ante mortem mutatio rerum fit. Plena est haec uita exemplis talibus. Ideo hi post tantam experientiam nulla uenia sunt digni, qui adhuc humano nituntur praesidio, & saepe ab illis qui eis optulari uidentur, infirma mala ferunt. Eousque enim creuit malitia, ut mala rependant etiam si quorum est cura aliorum habere. Verum de deo secus est: nam licet quotidie ingrati simus, be-

nefacit tamen, & suo praesidio nos non destituit, non ad nostram respiciens ingratitudinem, sed in omnibus pro sua agens misericordia: qua nobis omnibus frui concedat, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Factum est autem postquam peperit Rachel Ioseph, dixit Iacob ad Laban: Dimitte me ut abeam in locum meum & in terram meam: redde uxores & filios meos pro quibus seruiui tibi. Homilia LVII

Reliquias heri dictorum, nostrum est hodie uestrae charitati reddere, ut ex his quae nunc dicuntur, & sollicitudinem dei pro Iacob, & iusti illius pietatem cognoscendo, imitemur eius uirtutem. Neque enim absque causa sancti spiritus gratia scriptas nobis reliquit haec historias: sed ut ad aemulationem & imitationem tantorum uirorum prouocet. Quando enim audimus huius quidem obedientiam, istius autem continentiam, illius uero in hospitibus colligendis promptitudinem: & quomodo singuli claruerint ad similia facienda excitamur. Age igitur ad ea quae reliqua sunt in historia illius iusti, hodie accedentes, finem imponamus sermoni. Factum est autem, inquit, postquam peperit Rachel Ioseph, dixit Iacob ad Laban: Dimitte me, ut abeam in locum meum, & in terram meam: redde uxores & filios meos pro quibus seruiui tibi. Vide iusti magnam gratitudinem, quomodo uidens manifeste deum sui habere curam, non superbiuit contra Laban, sed cum magna mansuetudine dixit: Dimitte me ut abeam. Verum nihil mansuetudine ualidius, nihil potentius. Vide igitur quomodo prior placidis uerbis usus, effecit ut & Laban magna ei benevolentia responderit. Dixit enim ei, inquit, Laban: Inueniam gratiam coram te: certa coniectura assequor, quod benedixerit me deus in ingressu tuo: indica mihi mercedem tuam, & dabo. Non ignoro, inquit, quod praesentia tua locupletior mihi diuina benevolentia contigerit: igitur quia sentio beneficia quae mihi propter aduentum tuum data sunt, quamuis mercedem indica, & ego prompte praestabo. Considera quantum ualeat aequitas. Et ne perfundorie dictum transeas: sed attende quod cum iustus neque cogitauerit, neque mentionem fecerit, neque requisierit mercedem laborum: sed hoc solum dixerit: Redde mihi uxores & liberos pro quibus seruiui tibi, ut abeam: ille reueritus iusti magnam aequitatem, inquit: Dic quam uis tibi mercedem a me dari, & illam prompte dabo. Annon cum ipso erant mulieres & pueri? Quare igitur dixit: Redde mihi uxores & pueros? Digno honore eum prosequutus est, suumque morem per omnia obseruat, & libere discedere uult. Vide igitur ex uerbis ipsis quomodo allexit Labanem ut se mercedem daturum sponte promittat, & electionem ei permittat. Quid igitur iustus? Et uide excellentem eius mansuetudinem, quomodo neque sic onerosus & molestus est Labani,

sed ipsum testem facit suae gratitudinis & fidelitatis, & quanto tempore benevolentiam in seruitute illius declararit. Tu nosti, inquit, qualiter tibi seruiet, & quanta fuerint pecora tua mecum: parua enim erant coram me, & aucta sunt in magnam multitudinem, & benedixit te dñs ad pedem meum: nunc igitur facia & ego aliquando mihi domum.] Te facio testem laborum meorum. Vidisti enim quanto studio & fide omnia administrarim, & quo modo in paruo numero acceperim pecora tua: quae diligentia uigilantiaque mea in tantum numerum crescere feci. Deinde monstrans suam religionem, inquit: Benedixit enim te deus ad pedem meum: nunc igitur facia & ego aliquando mihi domum. Vidisti etiam ipse quod post meum aduentum gratia diuina tuas auxerit facultates. Quonia & ego mea omnia, magna animi promptitudine facies, ministerium perfecti, & gratia dei manifestata est: iustum est ut & ego mihi ipsi faciam domum, id est, in libertate postea uerfer, & curam domus meae habeam. Haec ut audiuit Laban, dixit ei: Quid tibi dabo: quid uis a me tibi dari? Confiteor enim & ego & inficias non eo: scio enim quanta mihi fuerint a deo data, & quod benedixerit me deus ad ingressum tuum. Dixit autem ei Iacob: Non dabis mihi quietam, si feceris uerbum istud. Iterum pasca oues tuas, nihil uolo a te mercedis nomine reportare, sed hoc tantum quod dico suscipere, & iterum pasco oues tuas: quod autem uolo, hoc est.] Vide iustum, quia sperauit in gratia diuina, qualia proponat Laban. Pratererat, inquit, oues tuae hodie, & segregatae illinc omnem ouem fuscā in agnis: & ois uaria & sparfa in agnis & in capris erit. mihi merces: & exaudiet me iustitia mea in die crastino, quia est merces mea coram te: ois que non fuerit sparfa & uarie albicans in capris, & quae rufum in agnis, furata sunt a me.] Considera iusti prudentiam, quoniam sciebat quanta sibi superne gratia affulgeret: & uidebat sibi secundum naturam ordinem uel difficile esse, uel omnino impossibile: rarum enim est uarium esse colorem pecudum: haec petit ab eo, unde petitioni eius Laban statim accessit, & inquit: Sit iuxta uerbum tuum: & diuisit in die illa hircos maculosos & subalbicantes, & omnes capras maculosas & subalbicantes, & omne quod erat in eis candidum, & omne quod erat rufum in ouibus, & dedit per manum filiorum suorum, & fecit distare uiam trium dierum inter ea & inter Iacob.] Separauit, inquit, greges iuxta conditiones propositas a Iacob, & dedit filiis suis: Iacob autem pasuit pecudes Laban reliquas. Quales nam haec: nullam scilicet habentes coloris uarietatem. Hoc autem totum factum est, ut iustus re ipsa compertam haberet dei erga se prouidentiam, & Laban uideret quantum dei gratiam haberet Iacob. Accepit autem, inquit, ad se uirgam styracinam uiridem, & amygdalinam, & platani, & decorauit eas in plures decorticationes albas, abradens quod uiride: apparebat autem in uirgis album quae decorticaret uarium: & apposuit uirgas quas decorticauit in canales

aquatorias, ut cum ueniret pecudes ad bibendum, uirgis obuientibus eis inter bibendum, conciperent pecudes secundum uirgas: & pepererunt pecudes uarias, maculosas, & cineritio colore sparfas.] Haec faciens iustus non a seipso mouebatur, sed inspirante menti eius superna gratia: neque iuxta naturam ordinem erat quod fiebat, sed ualde admirabile, & naturae modum transcendens. Et agnos, inquit, distinxit, & statuit coram ouibus arietem subalbicantem, & omne uarium in ouibus: & separauit oues suas, & non miscuit eas cum ouibus Laban.] Postea quia omnia quae nascebantur, fiebant talia qualia proposuit, separauit ea, & fecit sibi greges singulares. Factum est autem in tempore quo concipiunt oues grauidae, posuit Iacob uirgam coram ouibus, ut in canalibus positae conciperent iuxta uirgas. Quando autem pariebant oues, non ponebat. Facta autem sunt non signata Laban, signata uero Iacob, & ditatus est homo ualde ualde.] Quid sibi uult duplicatio: abundantiam multam significat: & quod non tantum ditatus est, sed & ualde ditatus est. Facta enim sunt ei, inquit, pecora multa & boues, pueri & ancillae, camelus & asinus. Sed uide hic iterum iustitiam nasci. Audiuit enim, inquit, uerba filiorum Laban dicentium: Accepit Iacob omnia quae sunt patris nostri, & ex his quae sunt patris nostri fecit omnem hanc gloriam.] Vide quomodo inuidia in ingratitudinem eos inducit: non eos autem solum, sed & ipsum Laban. Vidit enim, inquit, Iacob faciem Laban, & ecce non erat erga se sicut heri & nudius tertius.] Verba enim puerorum mentem eius turbauerunt, & oblitus est quae pridem dixerat ad Iacob. Qui enim dixerat: Benedixit me deus ad ingressum tuum, & gratias egerat domino, quod propter aduentum iusti facultates suae auctae fuerant: nunc subuersa mente a pueris, & inuidia flagrante, forte quia uidebat iustum ualde abundare, non eadem protulit uerba quae antea. Vidit enim, inquit, Iacob faciem Laban, & ecce non erat erga se sicut heri & nudius tertius. Vidisti iusti magnam mansuetudinem, & illorum ingratitudinem: & quomodo cum inuidiam ferre non possent, patris mentem perturbauerunt. Vide, obsecro, nunc & dei ineffabilem misericordiam, & quanta compassione usus fuerit. Videns enim iustum ab illis odio haberi, dicit ad Iacob: Reuertere in terram patrum tuorum, & ad generationem tuam, & ero tecum.] Satis diu uersatus es in terra aliena. Nam quae pridem tibi promisi, dicens: Reducam te in terram tuam, ea nunc opere implere uolo: reuertere igitur nil timens, ego enim ero tecum. Ut igitur iustus segnior non fiat in proficiscendo, sed magna fiducia iter arripiat: ideo dicit, Ego ero tecum: qui hucusque res tuas gubernauit, & augeri feci semen tuum, ego & in posterum ero tecum. Haec ut audiuit iustus a deo, non fuit negligens, sed ad iter se accinxit. Misit enim, inquit, & uocauit Lian & Rachel in campum ubi erant greges.] Propone re uult mulieribus profectionis negotium, & signifi-

Cap. xxx

Gen. 32. f. Exce. 9. d. Gen. 12. d.

ficare eis opus dei, & patris erga se odium. Dixit enim, inquit, eis: Video ego faciem patris uestri, quoniam non sit erga me sicut heri & nudius tertius: Deus autem patris mei fuit mecum. Ipse autem scitis quod seruitui patri uestro pro omni uirili mea: pater autem uester decepit me, & mutauit mercedem meam decem agnis, & non dedit ei deus ut me affligeret. Et cum sic diceret: Varia erunt merces tua, pariebant omnes oues uariae. Cum autem diceret: Candida erunt merces tua: pariebant omnes oues candida: & tulit deus omnia pecora patris uestri, & dedit mihi ea.] Vide quomodo utrumque docet, & patris ingratitudinem erga se, & suum studium quod in seruitute declarauit. Vidistis enim, inquit, quod pro uirili mea seruiui patri uestro? Et declarauit quantum sui curam deus habuerit, monstrans quod superno auxilio omnia fuerit operatus, & facultates Laban in se transfulerit. Tulit enim deus omnia pecora patris uestri, & dedit mihi ea. Quando autem concipiebant oues, & uidi oculis meis in somno, & ecce hirci & arietes ascendebant super oues & capras, subalbicantes & uarij, & cineritio colore sparfi. Et dixit mihi angelus in somno: Iacob. Ego autem dicebam: Quid est? Et dixit: Aspice oculis tuis, & uide hircos & arietes ascendentes super capras & oues, subalbos et uarios, & cineritio colore sparfos, Vidi enim quaecumque Laban tibi facit.] Vides quod omne quod tunc fiebat, superna contingebat operatione, & iusti labores remunerabantur? Nam quoniam ille ingratus erga eum erat, benignus dominus iustum ubertim remunerat. Vidi enim quaecumque Laban tibi facit. Hinc discimus quod quando iniurias aequo animo & mansuete toleramus, maiori & largiori auxilio diuino fruimur. Ne igitur oblitemur his qui nos premunt, & calumniari uolumus: sed feramus generose, scientes quod nos omnium dominus non despiciet, tantum nos eius benevolentiam agnoscamus. Mihi enim, inquit, uiuidiam, ego retribuam. Propter hoc & Iacob dicebat: Non dedit ei deus, ut affligeret me. Nam quia ipse priuare me laborum mercede uoluit, dominus tam ubere in me declarauit misericordiam & prouidentiam, ut omnis eius substantia in me translata fuerit. Sciens enim quod ego omnino studio seruiet, ille autem non responderit mihi officio suo, tantam nostri habuit curam. Et quod non haec absque causa & uane dicam, neque temere accusem, etiam deum habemus testem, eorum quae pater uester egit erga me. Vidit enim, inquit, quaecumque tibi Laban fecit: quod non solum mercedem aufert, sed & quod non ut antea erga te nunc affectus sit, sed alienauerit animum. Ego sum deus qui apparui tibi in loco ubi inuixisti mihi columnam.] In memoriam ei referre uult quae tunc pollicitus fuerit, dicens: In multitudinem te crescere faciam, & custodiam te, ac reducam te in terram tuam. Ego igitur, inquit, qui tunc apparui tibi, & promissiones tibi feci: ego etiam nunc, quando tempus uenit quo ea quae tunc promisi opere completa sunt, regredi te iubeo absque omni mentis angore

reitecū enim ero. Ego sum deus, qui apparui tibi in loco in quo inuixisti mihi columnam, & uouisti mihi uotum. Recordari eum facit uoti & promissionis quam receperat. Quod autem erat uotum? De his quae mihi dederis, decimas tibi offeram. Quoniam tunc nihil tecum afferebas, quasi profugus iter faciens: cum autem tibi apparerem, uouisti uotum, dicens: De omnibus quae mihi dederis, decimas dabo tibi: uoto & promissione potentiam meam praesignans, & fidei oculis prauidens futuram abundantiam: nunc quia euenerit & impleta sunt quae a me praedicta, iustum fuerit ut & uotum tuum impleas. Nunc, inquit, surge & egredere de terra ista, & uade in terram natiuitatis tuae, & ero tecum.] Ego te ubique comitabor, ego tibi facile ostendam uiam, & nullum a quoquam damnū feres. Dextera enim mea ubique te proteget. Haec audientes Rachel & suae, dixerunt ei: Non est nobis pars uel haereditas in domo patris nostri. Nonne ut aliena reputata sumus apud eum? uendidit enim nos, & de uorando comedit pretium nostrum. Et deus abstulit omnes diuitias & gloriam a patre nostro, nostrae erunt & filiorum nostrorum: nunc igitur quaecumque dixerit tibi deus, fac.] Vide & has sequentes dei arbitrium, & afferentes rationem cui contradici non potuit. Non est aliquid commune nobis, dicit, cum patre nostro: semel enim nos alij dedit. Diuitias & gloriam quam abstulit deus a patre nostro, & dedit tibi, nos habebimus. Ne cessa igitur neque differ, sed fac quae tibi a deo tuo sunt imperata. Nunc igitur quaecumque dixit tibi deus tuus, fac. Haec ut audiuit Iacob, surrexit & accepit uxores suas & filios, & ascendere fecit super camelos, & abduxit omnia quae habebat, & supellectilem suam quam acquiserat in Mesopotamia, & omnia sua ut abiret ad Isaac patrem suum.] Considera, obsecro, fortitudinem animae iusti, & quod repulso omnimodis angore ac metu, mandato dominico obtemperauit. Quoniam enim uidit male sanam mentem Laban: non ultra sicut prius, interrogare eum uoluit: sed quod imperatum erat a domino, implebat. Et acceptis mulieribus & pueris, iter arripuit. Laban autem, inquit, abierat ad tondendum oues suas. Furata autem est Rachel idola patris sui.] Neque hoc absque causa nobis propositum est, sed ut sciamus quomodo adhuc paternam habentes consuetudinem, idolorum cultui addictae erant. Animum aduerte enim quantum in hoc studium impenderrint, cum nihil aliud a patre auferre uoluerint, quam idola eius, idque faciebant ignorante uiro: neque enim ille hoc permisisset fieri. Occultauit autem, inquit, Iacob a Laban Syro, ne annuntiarer ei quod fugeret: & abscessit ipse & omnes sui, & transitu fluuio contendit ad montem Galaad.] Vide, obsecro, etiam hic magnam dei prouidentiam, quomodo iustus tam procul aufugit, & non conceditur Laban ut illius secessum sciat. Tribus enim diebus, inquit, praeteritis, Laban innotuit. Et assumptis omnibus fratribus suis, sequutus est eum uia dierum septem, & consecutus est eum in monte Galaad.] Obsecro hic quoque attendas dei prouidentiam

tiam. Nam qui dixit: Reuertere in terrā tuam, & A
ero tecum: ille etiam nūc suam declarat providen-
tiam. Quia enim uidit Laban cum multa indigna-
tione persequi iustum, & pœnam furtiui secessus
(ut ita dicā) sumpturū, apparuit Laban nocte in
somnia. Venit em̄, inquit, deus ab Laban Syrū
in somno nocte, & dixit ei.] Vide dei attempe-
rationem, quomodo ob suam in iustum providen-
tiam cum Laban colloquitur: ut territa eius mente,
impetum eius à Jacob coerceat. Serua te, ne lo-
quaris cum Jacob mala.] Magna dñi benignitas:
quia enim sciebat ad pugnā cōtendentem, & con-
tra iustum insurgere uolentem, hoc uerbo mentē
eius cōpescit, & dicit: Serua te, ne loquaris cū Ia-
cob mala: perinde ac si diceret: Caue ne uel uer-
bis offendere Jacob coneris: sed serua te ipsum, cō-
tine malum tuū impetū, cōprime furorē, refrena
irātū tuū animū, & ne uel uerbo ipsum contristari
uelis. Et considera dei providentiā. Non impera-
uit Laban ut ad propria reuertere, sed solum pro-
hibet ne quid durū uel molestū cum iusto loquat̄.
Quare, & propter quid? ut discat per opera ipsa iu-
stus, quantā sui curā gerat deus. Nam si reuersus
fuisset Labā, unde sciisset Jacob & uxores? Ideo
permittit ei ut eat, & lingua sua cōfiteat̄ quē deus
dixit ad se, quod & iustus maiorē alacritatē habeat
proficiscendo, fidutiāq; accipiat: & ut filia suā
discant quanto studio deus omnium dñs Jacobū cu-
ret, reſciantq; errorem paternū, & imitent̄ iustū,
notitia dei sufficientem doctrinā inde accipiētes.
Neq; enim sic fide digna erāt quæ Jacob dicebat,
ut quæ à Laban dicebantur, qui adhuc idola cole-
bat. Semper enim infidelium & aduersantium re-
ligioni testimonia, maiorem habent fidem. Et hoc
est ex omnipotenti sapientia dei, ut inimici uerita-
tis fiat ipsi testes ueritatis, & sua lingua prædicēt.

Consequutus est aut̄ Laban Jacobum. Jacob au-
tem fixit tabernaculum suū in monte: Laban ue-
ro constituit fratres suos in monte Galaad. Dixit
autem Laban ad Jacob: Quare ita fecisti?] Vide
quomodo præceptum dei magnū illius calorem
repressit, & furorē refrenauit: & idcirco cū ma-
gna mansuetudine colloquū habet cum eo, qua
se excusat, & paternam dilectionem erga illum
declarat. Quando enim superna providentiā no-
bis asistit, non solum malorum hominum infi-
dias effugere possumus, sed et̄ in bestias ipsas in-
cidamus, nihil aduersi nobis euenit. Omnium em̄
dominus suæ uirtutis abundantiam declarans, &
bestiarum mutat naturam, & in oues mansuetas
transformat: non quod bestialem eis naturam im-
mutet, sed relicta natura eas ostendere facit ouium
morem & naturā. Idq; non solum in feris uidere
licet, sed & in elementis ipsis: quando enim uult,
tunc & elementa ipsa naturæ suæ obliuiscunt̄, &
neq; ignis facit quod ignis solet. Et hoc quoq; di-
scere poterit aliquis tam in tribus pueris, quam in
Danele. Nam hunc leones sicut oues circunda-
bant, & superna gratia reuusa eorum ferocitate,
nihil illi incommodabāt. Nam quod ferocitatem
non exercebant feræ, hi qui feris truculentiores

Dan. 3. 14

erant, re ipsa experti sunt. Hoc autē ad maiorem
illorum accusationem factum est, quia ratione in-
signiti, crudelitate bestias ratione carentes uince-
bant: tandemq; didicerunt cum in lacum coniecti
fuerunt, quod non esset apparentia uana, quod
leones iusto pepercerant, quasi reueriti eum, &
non audentes eius cōtingere corpus. Nam in illo
imitabantur ouium mansuetudinem, & naturæ
obliuiscēbatur: in istos autem ferociam suam de-
clarabant. Similiter & in fornace ignis factū est:
nam eos qui intus erant, inq; medio igni aestua-
bant, reuerebatur elementū, & non urebat ignis:
sed quasi ligata operatione sua, ita nihil nocebat
illorum corporibus, & neq; capillos eorum attinge-
re ausus fuit, quasi mandato alicuius elemen-
tum propriam declarare uirtutem prohiberetur:
hos autem qui extra fornacem erāt, absumpsit. In
utroq; magna dei potentia declaratur, & quia illi
intus manserunt illæsi: & quia qui foris erant, pe-
rierunt. Sic quando superna gratia munimur, nō
solum effugimus inimicorū insidias, sed & si in be-
stias ipsas incidamus, nihil patimur graue. Dei
enim manus potentior est omnibus, ipsa nos un-
dequaq; satis munit, & inuictos facit: id quod &
in iusto hoc declaratum est. Nam qui tanto impe-
tu comprehendere Jacob, & pœnam fugæ de eo
sumere uolebat: non solum nihil asperum & du-
rum aduersus eum loquitur, sed sicut pater filium
compellās, ita blandis uerbis cōuenit: dicit enim:
Quare ita fecisti? Quare clandestinō abscessisti?
Vide quanta mutatio, uide quomodo is qui ut be-
stia insaniebat, ouium imitatur mansuetudinem.

Quare clanculo discessisti, & mea furtim abstru-
listi, & abduxisti filias meas quasi captiuas gla-
dio?] Quare, inquit, hoc fecisti? quid tibi uisum
fuit? quid præ te tulisti? quare sic occulto parasti
abitionem? Nam si annuntiassem mihi, cū magno
honore & lætitia fuisset te prosequutus. Enim-
uero si hoc sciuissem, cum musicis & tympanis &
cithara prosequutus fuisset te: nunc autem insi-
pienter egisti. Vides quō nūc semetipsum arguit,
& per linguam suam fatetur: quia ipse quidem iu-
stum male afficere paratus fuerit, dei autē provi-
dentiā à molimine suo se impedierit. Valeret,
inquit, manus mea te affligere, deus autem patris
tui hodie mihi dixit: Serua te ipsum, ne forte lo-
quaris cum Jacob mala.] Cogita hic quanta con-
solatione iusti facta fuerint uerba hæc: & cōsidera
quō hic effatur quæ aduersus iustū decreuerat, &
qualiter eum cōprehendere uoluerit, & quod ti-
mor dei à malis cōsilijs impediuerit. Deus patris
tui, inquit. Vide quomodo & ipse Laban non pa-
rum utilitatis hinc habuerit, maximū argumen-
tum uirtutis dei ex his quæ sibi dicta fuerūt perci-
piens. Verum quia & tu, inquit, hoc decreuisti,
& deus est qui tantam tui curam gerit, nunc igitur
uade. Magno enim desiderio petis abire in do-
mum patris tui. Sed quare furatus es deos me-
os?] Esto, inquit, hoc decreueris, ut abeas in do-
mum patris tui: quare deos meos furatus es?
O excellentem insipientiam. Tales sunt dii tui,
ut quis

ut quis eos furari queat? Non erubescis dicens: A
Quare furatus es deos meos? Vide quanta fuit er-
roris grauitas dū hi qui ratione sunt præditi colūt
lapides & ligna. Et sunt hi dii tui o Laban, q neq;
cum furaturis se quidā erant, iuuare se potuerunt?
qui enim poterāt lapidei? Deus aut̄ iusti, & igno-
rante iusto impetum tuum coercuit: & non cogi-
tas erroris magnitudinē, & iustum furti arguis?
Quare iustus illos furari uoluisset, quos ab omnia
batur, imō quos sciebat esse insensatos lapides?
Porro hæc cū audisset Jacob, primū magna man-
suetudine de obiectis criminibus se purgat, & ut
inquirant̄ dii, iubet. Dixi enim, inquit, ne forte
auferas filias tuas à me, & omnia mea. Quia, in-
quit, uidebam te non bene erga me animatū, an-
xius sui, ne forte conareris auferre filias tuas, &
priuare me meis, sicut quondam fecisti. Ista igitur
causa timoris fuit, ut clam te abirem. Ceterū apud
quem inuenis deos tuos, nō uiuet coram fratri-
bus nostris.] Vides quod ignorabat Jacob furtū
à Rachel commissum? Vide enim quanta auste-
ritate supplicium decernit ei qui furtum admise-
rat. Apud quem, inquit, inueniuntur, non uiuet
coram oculis nostris. Non solum, inquit, quia ab-
latum est, sed & quia furtim, qui fecerit manife-
stum sui flagitij pœnam feret. Scias si quid est tuo-
rum apud me, & accipe. Scrutare, inquit, si quid
abstuli, quod non oportebat. Nihil aliud in me ar-
guere poteris, quam quod clam abierim: & hoc
non uoluntario fecerim, sed suspicatus iniustitiā,
& timens ne uelis auferre filias tuas, & alias meas
facultates, ubi rescires. Et nō agnouit apud eos
aliquid. Nesciebat autē Jacob quod Rachel uxor
sua furata fuisset ea. Ingressus autem, inquit, La-
ban, scrutatus est domum Liæ, & nō inuenit. In-
gressus est autē & in domū Rachel. Rachel uero
accepit idola, & posuit ea subter stramenta came-
lorum, & sedit super ea. Et dixit patri suo: Ne gra-
uiter feras domine mi. Non possum surgere co-
ram te, quia secundum cōsuetudinem mulierum
mihi est. Scrutatus autē est Laban in tota domo
eius, & non inuenit.] Magna Rachelis solertia,
per quam deludere potuit Labanem. Audiāt qui
adhuc erroribus sunt addicti, & idololatriam ma-
gnificiunt. Posuit ea subter stramenta camelī, &
sedit super ea. Quid his magis ridiculū? quid his
stultius? Ratione præditi, & tantā à misericordia
dei assequuti dignitatē, lapides insensatos putant
colēdos, nec animaduertunt absurditatē, sed cōsue-
tudinē suā quasi pecora ducuntur. Et idcirco Pau-
lus quoq; scribens dicebat: Scitis quando gentes
eratis, ad idola muta quomodo euntes abduceba-
mini? Et recte dixit, muta. Qui uocem, inquit, ha-
betis & aures, & rationis estis participes, ad ea
quæ nullū sensum habēt sicut bruta abducimini.
Et qualem, qui talis est, ueniā mereretur? Sed ui-
deamus, quomodo iustus nunc fidutiā accepe-
rit partim ex his quæ Laban confessus est, partim
quia nullū crimen contra se inueniat reprehensio-
ne dignum. Iratus est autem, inquit, Jacob,
& contendit cum Laban, & dixit.] Vide quomō

1 Cor. 12. 2

etiam ex postulando animæ suæ uirtutem detegit.
Quæ iniustitia mea, uel quod peccatum meum,
inquit, quod persequutus es me?] Quare, inquit,
tanto impetu insectatus es me? qualem iniusti-
tiam mihi potes opprobare? quale peccatum?
Neq; id satis, nisi & tantam superinduxisses con-
tumeliā, ut scrutareris omnia quæ in domo mea.

Quid inuenisti de omnibus uasis, quæ in domo
mea, pone hic corā fratribus tuis & fratrib. meis,
& iudicent inter nos duos.] Tanto, inquit, scruti-
nio factō, potuistine aliquid inuenire quod ad me
non attineat, uel quod tuum sit. Si inuenisti, pro-
fer in medium, ut qui hic assunt apud me & te iu-
diciū faciant. Quoniam uidit se irreprensibili-
lem in omnibus, magna sumpta fiducia, enume-
rat beneficia quæ illi per omne tēpus exhibuit, &
inquit: Hi sunt uiginti anni, quibus tecū sum.]
Pro labore tot annorum, hinc dignus eram: hac-
cine, inquit, cōtumeliā? Hi mei uiginti anni? Ho-
die uiginti annorū cōp̄leui in domo tua numerū.

Oues tuæ & capræ tuæ steriles nō fuerunt, arte
tes ouium tuarū non comedi, captū afera tibi non
attuli, ego satis feci de meo, furta diei & furta no-
ctis. Die urebar aestu, & nocte gelu, & discedebat
somnia ab oculis meis.] Obliuisceris, inquit, la-
borū quos exantlaui pacēs oues tuas & capras?
Num potes arguere quod unquā oues uel capræ
tuæ fuerint steriles? Vide quantam demonstrat à
deo beneuolentiā cōtigisse domui Laban propter
suum aduentū. Hoc enim est id quod & supra dice-
bat: Benedixit te deus ad pedem meū. Hoc enim
nullus à pastore exigeret. Neq; enim pastoralis ar-
tis hoc opus est. Propterea ante omnia hoc ponit,
providentiāq; superna factū hoc fuisse in pecudi-
bus ostendit. Arietes ouium tuarum nō comedi.
Non potes, inquit, dicere quod aliquando multo-
derim arietem de gregibus tuis: qui scilicet multo-
rum pastorū mos est. Bestia captū non attuli tibi:
neq; ipse, inquit, aliquando comedi, neq; bestia
aliquando rapere potuit. Num attuli aliquid à be-
stia captū? An non quotidie uides eos quibus gre-
ges crediti sunt, capta à bestijs afferre dominis?
At tu nihil tale uel demonstrare uel obicere fa-
ctum potes in uiginti annis. Et quid dico captum
à fera? sed neq; si furto ablatum quid, ut sæpe con-
tingit, ad notitiam tuam uenire feci: sed ego pro
his quæ furtim ablata fuerūt satis feci, siue die siue
nocte accidisset. Et cum aestus flagraret, ferebam
fortiter, similiter & frigus noctis, ut illæsi conser-
uarentur greges tui: & non hoc solum, sed & ipse
somnia propter multam curā discēdebat ab oculis
meis. Vidisti pastoris uigilantiā? uidisti inten-
tum studiū? Qualem habebunt excusationem ij,
quibus rationales greges crediti sunt, & magnā
præ se ferunt negligentia: & quotidie, iuxta Pro-
phetam, pecudes alias macant: alias à bestijs ca-
ptas contemnunt: alias uero ab alijs raptas, redu-
cere nō curant: tamen si minor sit labor, & cura fa-
cilis? Anima enim est quæ docetur. Illic autem
multus & corporis & animæ labor. Vide enim,
inquit, factus sum die adustus aestu, & gelu nocte, &

ete, & discedebat somnus ab oculis meis. Quis hæc nunc potest dicere, quod propter eos quos pa- scit, tot ferat labores & pericula? Et hoc quidem nunc nullus dicere audeat. Paulo autem soli licebat hæc fidetere dicere, atque his maiora. Et tibi, inquit, Paulus hæc sustinuit: audi eum dicentem: Quis infirmatur, & ego non infirmor: quis scandaliza- tur, & ego non uror: O pastoris dilectione indulgentissimam. Alienarum ruinam meos dolores augent, aliena scandala fornacem doloris mei succendunt. Hunc oes imitentur, quibus rationales oues con- creditæ sunt: & ne deteriores fiant hoc, qui tantam in brutis pecudibus custodiendis uigilantiam fuit, adque tot annorum numero. Et illic quidem si incuria quædam acciderit, nullum damnum: hic autem si ouis rationalis perierit, uel a bestia fuerit capta: graue damnum, maximum detrimentum, ineffabilis poena. Nam si dominus noster sanguinem suum proprium effunderet pro illa non declinauit: qua uenia dignus fuerit, qui sic honorata a domino despiciere uoluerit, & non omnia quæ potest in curanda ouicula adimplerit? Ceterum ad seriem sermonis redeamus.

Hi mihi, inquit, uiginti anni quibus sum in domo tua. Seruui tibi quatuordecim annis pro filia bus tuis, & sex annis pro ouibus tuis, & mutasti mercedem decem agnis: & nisi deus patris mei Abrahamæ, & deus Isaac fuisset mihi adiutor, nunc forte me uacuum dimisisses. Humilitatem meam & laborem manu meam uidit deus, & arguit te heri. Vides quomodo ea quæ confessus est Laban, animarunt iustum, & fiducia materia ei præstiterunt? Vidisti, inquit, quod uiginti annorum numero ser- uui tibi: pro filiabus quatuordecim annis, reliquis autem pro ouibus: tamen priuare me uoluisti mer- cede, & non te super hoc arguit? Verum ex illis ipsis quæ tu confessus es, scio, quod nisi deus Abrahamæ & Isaac fuisset mihi adiutor, nunc me uacuum di- misisses & nudum: omnia forte abstulisses a me, & iniustitiam quam proposueras, opere compluisses.

Sed deus qui scit humilitatem meam, & laborem manu meam. Quid est, humilitatem, & laborem manu meam? Quonia, inquit, scit deus quod ego magno studio seruitutem meam perfeceram, & quantum laborem sustinuerim, pascens oues, die nocturque in curis uersatus: ad illa, inquam, res- pexit misericors dominus, & heri arguit te: coercuit iniustitiam quam aduersum me struebas, & irratio- nables tuos conatus. Satis defendendo se, taxa- uit Laban, & reprehendens illius in se iniustitiam, sua in illius beneficia recensuit. Ideo ille erubescens de his quæ dixerat, nunc in timore assisit, & fœ- dera inire uult cum iusto. Vide prouidentiam dei, qui tanto impetu ad persequendum exierat, timore coactus est, ut ab eo & fœdera quæreret. Re- spondens autem Laban dixit ad Iacob: Filia tuæ, fi- liae meae: & filij tui, filij mei: & pecora tua, pecora mea: & omnia quæcumque tu uides, mea sunt, & fi- liarum mearum: quid facerem illis hodie, uel pueris qui ab eis sunt nati. Scio, inquit, quod filiae meae sunt, & omnia quæcumque habes, ex substantia mea accesserunt, Quid igitur facerem illis hodie, uel

pueris qui ab eis nati? Nunc igitur ueni, & inea- mus fœdus ego & tu, & erit in testimonium inter me & te. Pacta, inquit, faciamus, & erunt in te- stimonium inter me & te, in iudicium & demon- strationem. Dixit autem ei: Si quis transgredi atten- tauerit, quæ nunc a nobis sunt proposita: ecce nul- lus nobiscum, deus autem testis inter me & te. Con- sidera quomodo paulatim & Laban ad cognitio- nem dei ducitur. Nam qui antehac arguebat ius- tum de furto deorum suorum, & tantam propter eos seruationem faciebat: nunc inquit, quia nul- lus est inter nos qui possit, si quid posthac noua- tum fuerit, testis esse fœderis nostri, deus testis sit inter me & te. Ille, inquit, adest, qui omnia uidet, quæ nihil latere potest, qui uniuscuiusque mentem agnoscit. Tulit autem, inquit, Iacob lapidem, & statuit in columnam, & comederunt super collem. Et dixit ei Laban: Collis hic testabitur inter me & te. Quid est, collis hic? id est, uerba quæ fiunt in hoc colle, memoria perpetua erunt. Et uocauit nomē eius loci, Collis testimonij. Deinde inquit,

Aspiciat deus inter me & te. Attende quomodo poenam iterum a deo precatur Laban. Aspiciat, inquit, deus inter me & inter te, quia secedimus alter ab altero. Nunc, inquit, separamur, & tu quidem ibis in domum propriam, ego autem re- dibo in domum meam: si humiliaueris filias meas, si acceperis uxores ad filias meas: Vide, nullus nobiscum est qui uideat, deus testis. Considera quomodo semel & iterum atque sapius deum in te- stem uocat. Quia prouidentia, quæ expertus erat Iacob, docuit eum quanta esset eius potentia, & quod impossibile sit aliquid occultum esse oculo qui dormire nequit: propterea inquit, Etiam si separemur, etiam si nullus alius assit qui testificari possit, hic testis erit ubique præsens: per singula uer- ba docens quod totius terræ sit dominus. Et di- xit, inquit, Iacob, Ecce collis ille testatur. Deinde iterum Laban inquit, Si autem ego transiero illum, pergens ad te: aut tu præterieris malum mihi cogi- tans, deus Abrahamæ, & deus Nachor iudicabit in- ter nos. Vide quod cum patre & auo suo coniun- xit, qui frater fuit Patriarchæ, suus autem auus.

Deus Abrahamæ & deus Nachor iudicet inter nos. Et iurauit Iacob per timorem dei patris sui Isaac, & sacrificauit sacrificium in monte: & uocauit fratres suos, & comederunt, & biberunt, & dormierunt in monte. Surrexit autem Laban mane, & oscula- tus est filios suos & filias suas, & benedixit eos: & reuersus Laban abiit in locum suum. Vidisti dilecte quanta dei sapientia, quomodo eadem opera & suam erga iustum declarauit prouidentiam, & il- lum ab iniustitia abduxit. Nam antea quoque in pie- tatis uiam paulatim inducebat Labanem, inter- minando ei ne quid malum contra Iacob loquere- tur: & qui quasi bestia accurrat comprehendere uolens & interficere, definit in defensionem, & in filiorum filiarumque deosculationem, & sic do- mum redit. Fortè prolixius sermo se extendit, sed ignoscite: non hoc sponte admittimus, sed coegit nos historiae ratio. Ideo hic missum facientes ser- monem

monem, oramus uestram charitatem, ut omnia fa- ciamus & tractemus quod supernam nobis conci- liemus gratiam. Nam si deum habuerimus ami- cum, omnia nobis facilia erunt: & nihil nos n præ- senti uita contristare poterit, quauis iniucundum esse uideatur. Tanta enim supernæ uirtutis est excellentia, ut etiam ea quæ tristitia sunt, iucunda facere queat: sic & Paulus in afflictionibus exi- stens, gaudebat & exultabat, expectatione repo- sitorum honorum animatus. Propterea & Prophe- ta dicebat: In afflictione dilatasti me: docens nos, quod in ipsa afflictione securos & beatos faciat. Talem igitur habentes dominum, tam potestem, tam sapientem, tamque misericordem, & quod hon- estum est asseramus, uirtutisque magnam habea- mus rationem, ut non solum præsentia, sed & fu- tura bona consequamur, gratia & misericordia do- mini nostri Iesu Christi, cui cum patre gloria & im- perium simul cum sancto spiritu, nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

Et eleuatis oculis Iacob uidit castra dei meta- ta, & occurrerunt ei angeli dei. Quos cum ui- disset dixit: Castra dei sunt hæc. & appellauit nomen loci illius Castra. Homilia LVIII



Cio quod heri defatigati fueritis, no- bis sermone prolixius extendentibus: sed bono estote animo, labor uester non est inanis: In domino enim spes est, quod & breuis labor magnam merce- dem uobis allaturus sit. Nam licet corpus fatiga- retur, anima tamen magis confirmabatur. Ideo & ipse uident uestrum seruum desiderium & studium, uolebam quidem abbreviare sermonem, sed antequam finiretur historia, nolui, sciens me uobis hac ratio- ne magis gratificaturum. Multitudo enim dicto- rum satis declarabat inexplabile uestrum deside- rium, & studium audiendi uisum: propterea & ipse cum maiori alacritate uos docere incipio, ui- dens uestram quotidie appetentiam crescere. Age & hodie quæ sequuntur hesternam lectionem, pro uirili nostra pertractemus, consuetum uestræ charitati conuictum proponentes. Et uideamus post discessum Laban, quomodo iustus iter arripit. Nihil enim superuacuum in diuina scriptura po- situm est, sed omnia quæ a iustis fiunt, maxima uti- litate plena sunt. Quonia enim uniuersorum domi- num continuo habuerunt comitem, & itineris diffi- cultates reddentem faciles, multum etiam nos utili- tatis ex paruo eorum itinere possumus percipere. Nam postquam Laban in domum suam abiit, & Iacob uiam suam perrexit, eleuatis oculis uidit castra dei metata esse, & occurrerunt ei angeli dei. Post- quam enim cessauit & finem habuit timor Laban, excepit eum timor fratris: propter hoc misericors dominus animare iustum uolens, et omnem eius me- tum discutere, fecit ut angelorum uideret castra.

Occurrerunt enim, inquit, ei angeli dei. Et di- xit Iacob, Castra dei sunt hæc. Et uocauit nomen loci eius, Castra. Ut ex ea appellatione perpe- tua maneret memoria uisionis, quæ illic contige- rat. Deinde post uisionem hanc, Misit, inquit, ante

se nuntios ad Esau fratrem suum, & mandauit eis, dicens: Sic dicetis domino meo Esau. Vide & post uisionem, quantus adhuc timor urgebat ius- tum. Timebat enim fratris uolentiam, & ange- batur animo, ne fortè memoria eorum quæ olim fa- cta sunt impelleret illum ad insidias. Dicite, in- quit, domino meo Esau. Sic dicit seruus tuus Ia- cob: Peregrinus fui cum Laban, & longo tempo- re ibi moratus sum usque nunc, & factæ sunt mihi boues & asinae & oues & serui & ancillæ, & misit ut annuntiaretur domino meo Esau, ut inueniat puer tuus gratiam coram te. Attende quomodo ti- muerit fratrem: & propterea placare eum uolens, præmittit significas ei & reditum suum, & substan- tiam quæ sibi contigerat, & ubi tanto tempore mo- ratus fuerit, ut placato eius furore, clementer face- re possit: id quod & factum est, deo cor illius de- mulcente, & tractabilem extinctam iram faciente. Nam si Laban, qui tanta cōtatione persequebatur, timere fecit per ea quæ ad ipsum dicebat: multo magis fratrem mansuetior fieri erga iustum fecit.

Reuersi sunt autem, inquit, dicentes: Venimus ad fratrem tuum, & ueniet in occursum tuum, & qua- dringenti uiri cum eo. Vide quomodo & istuc ipsum arguit metum iusti. Neque enim sciebat euiden- ter mentem fratris: sed ut didicit multitudinem ueni- entium cum illo, formidauit, suspicās ne quasi in bellum contra se ueniret, & ita uellet occurrere. Ti- muit enim, inquit, Iacob: & perplexus erat, & for- mido mentem eius turbauerat, & nesciebat quid fa- ceret, sed mansit perplexus: propterea timuit quasi de salute sua, & mortem ante oculos habens. Di- uisit autem in duas turmas omnem populum, qui secum erant. Dixit enim: Si uenerit ad turmam unam, & percusserit eam, erit adhuc altera quæ saluabitur. Talia suggererent ei timor & magna formido. Vi- dens autem se quasi in reti comprehensum, ad inuen- tum dominum confugit, & promissiones quæ ei factæ erant repetit ab omnium deo, quasi dicens: ad eum, Nunc uenit tempus in quo & propter pri- mogenitorum uirtutem, & propter promissionem quæ a te facta est mihi, dignus habear qui tuo ad- iuuere præsidio. Dixit enim Iacob: Deus patris mei Abraham, & deus patris mei Isaac tu es, qui dixisti mihi, Vade in terram natiuitatis tuæ. Quod euocasti me, inquit, de terra aliena, & præcepisti ut redire ad patrem meum, & in terram natiuitatis. Satis mihi sit de omni iustitia & ueritate, quam se- cisti puero tuo. Sufficis mihi, inquit, ad subsidium in præsentem tempore. Qui enim usque ad præsens tem- pus tantam erga me declarasti prouidentiam, potens es etiam nunc eripere me ab urgentibus periculis. Non enim ignoro, quod cum isto baculo meo tran- siui Iordanem: sed propter tuam de me sollicitudinem, qui baculum solum gestans abiui in terram alie- nam, nunc cum duabus turmis adueni. tu igitur do- mine, qui tantam mihi substantiam concessisti, qui tantum augeri me fecisti, nunc eripe me de manu fra- tris mei Esau: quia timeo ego eum, ne fortè percu- tiat me, & matrem, semem pueris. Tu dixisti: Bene- faciā tibi, & ponā semen tuum sicut arenam maris,

quæ numerari nequit præ multitudinē.] Vide iusti religiosum animū, & magnam gratitudinem: quomodo non aliud dominū precatur, quæ ut suas promissiones adimpleat. Et pro prioribus gratias acturus, cōstitetur quod ex nudo, & omnibus destituito in tantam peruenerit abundantiam: & supplicat ut de periculo liberet. Dixisti enim, inquit, Ponam semen tuum sicut arenam maris, quæ dinumerari nequit. Cum igitur orationem suam ad deum fecisset, & supplicationem precum obtulisset, facit & suum officium. Et acceptis muneribus quæ afferebat, misit fratri, cū segregasset quæ mitrentur, & madata dedisset ita ut placaretur animus fratris, & suus nuntiaretur aduentus. Dicite enim, inquit, Ecce puer tuus aduenit post nos: ut primum reddatur amicus, & tunc in facie eius occurrat.] Posthac enim inquit, uidebo faciem eius. Fortè enim accepta erit ei facies mea, & antecedant dona secundum faciem eius. Verum uide, obsecro, ineffabilem dei misericordiam, & quomodo semper congruo tempore suam declarat providentiam. Nam de Laban quidem, quoniam iustus neque suspicabatur neque sciebat quod inuadere se uellet ob clanculariū suum abscessum, dictum est quod apparuit angelus nocte Laban, & representat eius imperiū, mdatumque dedit ne uel asperum uerbū loqueretur Jacob: dicit enim, Ne loquaris cum Jacob mala. Et hoc ita dispensabat, quod per illius linguam notū fieret iusto, ut fidentiori esset animo, cōperta tanta dei in se providentia. Nunc autem quia frater temporis longitudine mitigatus erat, quiescebatque eius indignatio contra Jacob, qui anxius erat, timens & tremens fratris occursum: bonus dominus non iam Esau præcipit, nihil enim contra fratrem meditabatur, sed iustum solatur. Nam postquam misisset offerentes muneris & dormiuisset, surgens eadem nocte traduxit uxores duas & filios per uadum Iacob: traduxitque illis mātū solus, & colluctatus est homo cū eo.] Magna domini misericordia, quoniam occursum erat fratri, ut sciret re ipsa quod nihil asperum laturus esset, in figura hominis luctari cū iusto uoluit: deinde uidens se uinci, apprehēdit, inquit, latitudinem lumbi eius: quod totum factum est, ut se illius humilitati attemperaret, & formidinem ex anima iusti eximeret, & persuaderet ei ut nihil sollicitus fratri occurreret. Nam cum tenuisset latitudinē lumbi Iacob, emarcuit neruus super latitudinem lumbi Iacob, cū colluctaretur ille cum eo.] Deinde ut sciret Jacob uirtutē eius, quem secum luctari putabat, dicit ad eum: Dimitte me, ascendit enim aurora.] Sentiens igitur iustus magnitudinem uirtutis eius qui hæc sibi dixerat: dixit, Minime te dimittam, nisi me bene dixeris.] Magna enim consequutus sum, & quæ supra meam sunt dignitatem: non prius te relinquam, donec benedictionem à te accipiam. Deinde dicit, Quod nomen tuum est?] Vide iterum quantum sese humiliet & attemperet. Nam si non interrogasset, nesciuisset iusti nomen: Sed uult eius fiduciam solidare, & docere quis sit qui ei lo-

quatur. Et postquam dixit, Iacob: Non uocabitur, inquit, nomen tuum Iacob, sed Israel erit nomen tuum. Quoniam si contra deum fortis fuisti, multo magis contra homines potes eris.] Vidisti quomodo ostendit totā causam, propter quam adeo se humiliat: Et simul docuit iustū per nominis impositionem, quis esset, & quem uiderit & comprehēderit. Non ultra enim uocaberis Iacob, sed Israel erit nomen tuū. Israel autem, si quis interpretetur, sonat mens uidens deum. Quoniam sicut uidere homini possibile est, uidere meruisti: propterea & hanc appellationē tibi impono, ut omnibus posteris manifestum sit quā uisionē assequutus fueris. Et subiicit: Quoniam præualuisti contra deum, & contra hominē potens eris: nihil amplius time, neque damnū aliquod expectes, quod ab aliquo feras. Nam qui tantam uirtutē accepisti, ut cum deo luctari ualueris: multo magis homines superabis, & inuictus omnibus eris. His autem ditis iustus, obstupescens magnitudinem eorum quæ ad se dicta erāt, dicit ei: Annuntia mihi nomen tuum. Et dixit: Cur quæris nomen meum? Et benedixit eū.] Intra tuos limites mane, & ne transgrediaris mensurā tuam. Vis meam benedictionem obtinere? ecce eam tibi do: dicit enim,

Et benedixit eum. Et uocauit, inquit, Iacob nomen loci huius, Speciē dei. Vidi enim deum facie ad faciem, & salua facta est anima mea.] Vides quantum ei fidutiæ à uisione cōcessum? Salua facta est anima mea, antehac propemodū mortua præ timore: quoniam uidere mihi datū est facie ad faciem deū, salua facta est anima mea. Ortus est autem ei sol, quando præterijt uisio dei. Vidisti quomodo infirmitati humanæ dominus sese attempans, omnia agit & tractat ut suam misericordiam declararet. Et ne admireris, dilecte, quod tanta humiliationis illius magnitudo: sed cogita quod & Patriarchæ, cum apud quercū federet, in hominis figura cum angelis hospes fuerit: præsignans nobis iam multo antea & ab initio, quod humanam naturā suscepturus esset, ut sic omnē humanam naturam à diaboli tyrannide liberaret, & ad salutem reduceret. Verū tunc quidem, quoniam initium & principia erāt, in figura unicuique illorum apparebat, sicut ipse per alium Prophetā dicit: Ego uisiones multiplicauit, & in manibus Prophetarū assimilatus sum. Quando autem dignatus est dominus humanā formam suscipere, & primitias nostras recipere, non puratiuā neque apparentem tantū carnem, sed uerā induit. Et ea propter uoluit per omnia nostra transire, & ex muliere nasci, & infans fieri, & panniculis inuolui, & lacte pasci, aliaque omnia ferre, ut dispensationis ueritas credibilior fieret, & hæreticorū ora obturarentur. Propterea & dormit in nauī, & iter facit, & fatigatur, & omnia humana sustinet, ut per res ipsas certisq; argumentis persuadeat: propter hoc etiam tribunali assisit, & crucifigitur, & mortem sustinet ignominiosissimam, & in sepulchro ponitur, ut sua incarnatio per omnia fiat manifesta. Nā si nō uerē carnē nostrā assumpsit: neque crucifixus est, ne-

est, neque mortuus, neque sepultus, neque resurrexit. Quod si nō resurrexit, omnis de incarnatione sermo subuersus est. Vides in quantā absurditate incidunt, qui diuinæ scripturæ canonē imitari uolunt, sed suis cogitationibus permittunt omnia? Verum sicut hic perspicua est ueritas, ita apud iustum illum apparentia quedā erat, per quā iustus multis argumētis certior fieret, quantā sui curam deus habiturus, & quod inuictus sit futurus ab omnibus qui sibi insidiantur. Deinde, ut posteritati nota fieret uisio ei facta: Claudicauit, inquit, femore suo. Propter hoc nō comedunt filij Israel neruū, qui emarcuit, qui est super latitudinē femoris, usque in hunc diem: quia attigit neruū super latitudinē femoris Iacob, & emarcuit.] Quoniam enim iustus impletis uitæ suæ annis, emigraturus erat ex hac uita: oportebat autē providētiam dei in illum, & tantam dei dignationem, omni hominum generi manifestari: ideo inquit, Non comedunt filij Israel neruū latitudinis femoris, quod emarcuit. Sciēs eorum magnā ingratitudinem, & quod obliuiscantur dei beneficia, perpetuo artibus quibusdā inducit eos, ut habeant memoriam eorum quæ à se facta sunt, taliaque excogitat monimenta per illas observationes, id quod per scripturam totā inuenies. Hęc enim maxima causa est plurimarū obseruationū, & quod uult perpetuo futuris generatiōes meditari beneficia dei, & nō obliuione unquam obliterantes ad suos errores recurrere: qui mos fuit Iudæorū gēti peculiaris maxime. Nam qui in beneficijs sæpe summā præ se tulerūt ingratitudinē, multo magis nisi hoc fuisset factū, omnia quæ à deo in ipsos facta sunt, è mēte sua abiecerunt. Ceterū uideamus nūc, quomodo fratri suo Iacobus occurrerit. Postquā enim ex his quæ facta sunt iustā accepit exhortationē, & sufficiens solatiū & promissionē, quod fortis futurus esset, & potens etiam contra homines: Eleuatis oculis uidit, & ecce Esau frater eius, & quadringenti uiri cum eo. Et diuisit Iacob pueros Lia, & Rachel, & duarū ancillarū. Et posuit duas ancillas & pueros eorū in principio, & Lia & pueros eius post ea, & Rachel ac Ioseph postremos, & adorauit super terram septies, donec appropiauit ad fratrem suum.] Vide quomodo diuisione facta, ipse præ omnibus occurrat: et adorauit super terrā, inquit, septies donec appropiauit ad fratrem suum: prouocās & per gestus, & per adorationē fratrem in sui beneuolentiā: id quod & factū est. Nam ut Esau occurrat, inquit, amplexatus est eum, & osculatus est, stringens collum eius, & flebat uterque.] Vide dispensationē dei. Quia quando uult omnium dominus suam erga nos declarare providentiam, & eos qui atroci in nos animo sunt, ouibus mansuetiores facit. Considera igitur quantā mutationē declarat Esau. Accurrit enim, inquit, in occursum eius, & amplexatus eū, osculatus est, & fleuerunt ambo. Vix tandē iustus respirauit, & timorē excussit, animosior factus. Eleuatis autē oculis, inquit, uidit mulieres & pueros, & dixit: Quid hæc sunt?] Videns iusti facultatū abundantiam, in

admirationē adductus est, ideo & rogare uoluit. Quid igitur iustus? Pueri, inquit, sunt, quibus misericorditer donauit deus seruum tuū.] Vide quantum mansuetudinis robur: & quomodo per uerborū modestā humilitatē, illius indignationē fregit & mitigauit. Et appropiauerunt, inquit, ancille & filij, & adorauerunt Lia et Rachel. Et dixit: Quid hæc tua sunt? quæ autē turmæ illæ, quæ mihi obuiā uenerūt? Ille autem dixit: Ut inueniat seruus tuus gratiā coram te.] Considera, obsecro, quomodo humilitate excellētī fratrē deuicerit: & quem putabat affici erga se hostiliter & atrociter, ita inuenit mansuetū, ut uoluerit in ministerium eius omne officium suum declarare. Dixit enim, inquit, sunt mihi multa frater, sint tibi tua.] Verum neque hoc permisit Iacob, sed monstrans quantā faciat eius amicitia, inquit: Si inueni gratiā coram te, accipe dona de manibus meis. Nam propter hoc uidebā faciem tuā, quasi aliquis uideat uultum dei.] Accipe, inquit, dona, quæ à me tibi afferuntur. Cum tāta enim iucunditate uidi faciem tuā, cum quāta quis uiderit dei faciem. Hoc magni obsequij gratia dictū est à iusto, ut eum demulceret, & ad fraternā beneuolentiā duceret. Beneplacitū mihi facies, hoc est gratū mihi facies. Accipe igitur benedictiones quas attuli tibi, quia misertus est mei deus, & sunt mihi omnia. Ne detrectes, inquit, accipere. Hęc enim omnia à deo mihi donata sunt, & hic mihi horum omnium suppeditator factus est. Quibus uerbis illum quoque de dei erga se providentiā paulatim docebat, atque ita ad honorem sibi exhibēdum paratiorem reddebat. Et coegit eum, & accepit.] Vide nūc mutationem.

Et dixit Esau: Profecti eamus in rectā.] Hoc est, nunc pariter commune iter faciamus. Ille autem causatus honestum prætextū: Dominus meus, inquit, scit quod pueri mei teneriores, & oues & boues fortē sint: si igitur sequi ea cogā, uno die morietur.] Non possum, inquit, acceleratius facere iter, sed cogor lente & pedetentim progredi, tā propter pueros, quæ propter pecudes ne præ nimia lassitudine pereant. Vade igitur, inquit, ego autē parcens labori puerorū & pecudum, conueniā te in Seir. Quibus auditis, frater: si uis, inquit, relinquā aliquos meorū apud te.] Faciebat hoc in signū magni honoris & officij. Ille autem nihil tale accepit. Sufficit, inquit, quod uerē inueni gratiā coram te. Hoc unum mihi curæ erat, ut amicū te inuenirem. Quoniam igitur hoc assequutus sum, nulla alia re indigeo. Et profectus, inquit, Iacob, fecit sibi ipsi & iumentis suis tabernacula: propterea uocauit locū illū Tabernacula.] Hęc audientes imitemur iustum illum, & eandem declaremus humilitatem animi: & si qui sunt male erga nos affecti, non magis eorū accedamus iram, sed magna mansuetudine & humilitate tam uerborum quæ operū, reprimamus eorum inimicitias, & afflictas eorū curemus animas. Vide enim sapientiā huius iusti, quomodo magna uerborum modestia ita Esau demulsit, ut & ad se colendum festinaret, faceretque omnia quæ ad sui pertinet.

tinebant honorem. Hoc uere summe uirtutis est, ut non solum eos qui bene erga nos affecti sunt, magno studio diligamus, & eis omnib. modis seruiamus: sed ut etiam eos qui nobis infesti esse uolunt, a seditate officiorū nobis conciliemus. Nihil enim mansuetudine uiolentius. Nam sicut ignem cum ualde accenditur, aqua iniecta restinguit: ita & animum fornace magis exardescente, uerbum cum mansuetudine prolatū extinguit. Et duplex in de nobis lucrum accrescit, tum quod nos mansuetudine utimur, tum quod fratris indignationē cessare facimus, & mentem eius a turbatione liberamus. Quid enim, dic mihi: Num reprehendis fratrem tuum, & accusas indignationē, & quod hostiliter se gerit erga te? Cur igitur non diuersa uia studes incidere, sed ipse magis irasci uis? Nō potest igni ignis extingui, repugnat enim hoc natura. Sic neque furor furoris alio demulceri poterit unquam. Verū quod igni est aqua: hoc est ira mansuetudo & lenitas. Propterea & Christus dicebat

Mat. 5. 2

discipulis: Si diligentes uos diligitis, quam mercedem habetis? Deinde magis ad hoc inhortari, & reprehendere negligētes uolens, dicit: Nōne & publicani idem faciunt? Quem enim dices qui tam nequam sit, ut non hoc faciat? Nōne & publicani magno studio hac faciunt? Quid autem publicano deterius: attamen inuenies eum hoc omnibus modis obseruare. Et non est possibile, ut nō redamet qui amatur. Ego autē quia & excellentiores uos esse uolo, & aliquid amplius habere: non hoc admoneo, sed ut inimicos diligatis. Id quod beatus ille ante legem, ante doctrinā aliorum, spōte sua fecit: & propter excellentē mansuetudinē prius superauit Laban, nunc autē & fratrem. Nam licet superno praesidio fretus fuerit, attamen quod & suū est attulit. Ita sanē & nos persuadeamus nobis, quod licet infinites enitiamur, nihil tamen prorsus recte agere possumus, nisi superna gratia adiuui. Sicut autē nisi illam habeamus, nihil unquam possumus recte agere: ita nisi quod nostrū est attulerimus, non poterimus supernū acquirere fauorem. Demus igitur operam ut & nostra afferamus, & supernū fauorem allciamus, ut & ex nostro studio, & ex dei misericordia uirtutes nostrae quotidie crescāt, multaq; superna fruamur gratia. Quod nobis omnibus concedatur gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Et uenit Iacob in ciuitatē Sycimorū & emit partē agri ab Emmor patre Sychem cētum agnis: & erexit ibi altare, & inuocauit deum Israel.

Homilia LIX

Midistis heri & nostri omnium domini eximiam misericordiam, & discipulorum philosophiam, & Iudaeorum ingratitudinem. Vidistis quanta cum patientia eorum impudentē audaciam obmutescere fecit, cum suos excusaret discipulos, monstrans quod ipsi qui legem uindicare uolebant, legis uoluntatem ignorarint, & quod irradiante ueritate,

A adhuc umbrā asidere uoluerint. Vidistis quomodo iam inde ab initio obseruationes legales auferre studebat, docens eos quod exorto sole iustitiā, nō iam a lucernis possit lumen accēdi. Iubar enim solaris luminis aduētū suo tegit alterum illud & uideri non sinit. Didicistis quomodo possibile sit, ut seriae perpetuae agatur, & a temporum obseruatione liberemur. Nam propter hoc uenit dominus noster, ut nos liberaret a temporum necessitate: & excellentiores faceret, & iam in caelo habentes municipatū: & dum adhuc homines sumus, angelorū imitemur uitā, rideamusq; res humanas omnes. Age hodie si uidetur, seriē uerborum beati Moysi sequentes, ea quae superioribus diebus diximus, tractemus, & inde uobis apponamus conuiuiū. Scitis omnino quod cum redisset ex Mesopotamia Iacob, & occurreret fratri, & iterū ab eo separaret: & illo quidem in Seir montem contendente, Iacob autē tabernacula figēte, & locum ab euentu Tabernacula uocāte, sermo nem missum fecimus: ideo opus est ut sequentia pro uiribus nostris tractātes, doctrinam uobis relinquamus spiritualem. Securus enim tandem factus iustus, & ab omni mentis angore liberatus,

Venit, inquit, in ciuitatē Sycimorum, & possedit partem agri ab Emmor patre Sychem, centum agnis: & erexit ibi altare, & inuocauit deum Israel. Ne pratereamus obiter ea quae in diuinis scripturis sunt contenta. Nam si auri micas ex terra effodientes nulli labori parcunt, & omnia graua ferunt ut possint aurum ē terra eruere: multo magis iustū fuerit ut scrutemur eloquia Christi, & utilitatem quae inde est percipiamus, & sic concione exeamus. Cogita, obsecro, eximij istius uiri philosophiā, quomodo tanta gratia supernē fruitur: & uidens augeri suas facultates, pecora dico, & tantū numerū filiorū circumstantem, nō in extruendis aedificijs amplis & preclaris fuit occupatus, neq; uillas & agros emere curauit, qui sufficere poterant, ut distribuerentur filijs. Haec enim & similia agere solent qui alios opibus antecellunt; & saepe qui unū tantum habet filium, decē milia talenta auri colligere quaerit, ut agros emat, & domus claras extruat, & utinam ex iustis laboribus tantā affluentia colligeret: sed graue, & quod omnibus grauius est facit, ab alijs rapit, alios circumuenit dolis, alijs negotiū facit, & ita alienas substantias suas facit. Et si quis dixerit: Ad quid tanta in colligendas opes insania? statim puerū praetexit, & dicit se talia operari ob suū in illum amorem. Et ille quidē saltē puerū praetextens honesta sed uana simulatione utitur. Sunt autē qui neq; pueros habent, & insaniūt in pecunias: & mallēt grauisima quaeq; ferre, q̄ unum obolum indigentibus expendere. Sed iustus ille nihil taliū cōsulauit neq; cogitauit: sed cū opus haberet agro, centum agnis datis, partem agri emit ab Emmor, patre Sychem. Et uide pietatē religionēq; uiri, quae de causa agrū emere studuerit. Et erexit ibi, inquit, altare: et inuocauit deū Israel. Vidisti quare uel agri partē emat: ut gratias ageret communi nostri omnium

omnium domino. Oportebat imitari omnes qui sub gratia sunt, hunc qui ante legē uixit, & nō sic insanire in opes. Quare enim, dic mihi, & tibi ipsi haec onera spinarū congregas, & filijs tuis materiam & occasionē malitię te relinquere nō sentis? Nescis q̄ dominus maiorē curam pueri tui gerit, tu autē quo prospicere ipsi uidearis, occasiones illi relinquere studes, quae submergunt animam eius faciunt? An nescis quod iuuentus per seipsam ad ruinā procliuis est, & ad malitiā leui momēto inclinatur: quando autē & opum affluentia accēperit, multo magis ad malum prouit? Sicut ignis cum fomite inuenit, ualidioribus flammis exurgit: ita & quando in iuuenem materia pecuniarū incidit, tantā accēdit fornacē ut animā iuuenis totā flagrare faciat. Nam quādo poterit talis continentia curam habere, & in temperantiam fugere, & laborē pro uirtute, uel aliud spirituale quid dam suscipere? An non audis Christū dicentem: Curae huius seculi, & deceptio diuitiarū, suffocant mentem & sterilis fit: quas & spinas nominauit. Nam cū dixisset in parabola seminis, quod aliud ex seminibus in spinas incidit, deinde discipulis aliquibus interpretans: Sunt spinae, inquit, sollicitudo huius seculi, & deceptio diuitiarū quae suffocant mentem, & sterilis fit. Et bene spinis comparauit sollicitudinem huius seculi. Sicut enim spinę non sinit semen emicare, sed densitate sua seminatum supprimūt: ita & curae temporales, spirituale semen, quod in anima seminatur, nō sinit fructum afferre: sed adurunt & suffocant sicut spinę, profectum eius retardantes. Et deceptio diuitiarum, inquit, bene dixit deceptionem diuitiarum. Etenim uere deceptio est: Quae enim utilitas tot talentorum, & tantae affluentiae diuitiarū? Profectus, inquit aliquis, magnā praebet uoluptatem & laetitiam possessio. Qualem laetitiam? Et quid dico laetitiam? Nōne maxime inuestigatissimas tristitias & moerores nascit? Atq; ut interim sileam de futura poena quae hac de causa imminet, & de praesenti tantum uita loquar, nē uoluptatem quidem ullam haec res habere potest, sed potius quotidiana turbationes & amaritudines. Et mare fluctibus nō ita intumescit, ut talē animā a cogitationibus & affectionibus infestari, & in omnes tam suos q̄ alienos male affici uideamus. Et si quando partē illorū auferat aliquis: multa enim accidunt, & multi insidiatur, ut potē famulorū malignitas, & potentū uolentia: tunc utiq; inuenies tales uitam magis trahere q̄ uiuere. Qualibus igitur lamentis tales non fuerint digni, qui omnia facere student quae contra se sunt, & in perniciē animae suae talia colligere uolunt? Verū, si uideret, talibus relictis ad historiā iusti huius redeamus, & uideamus sequentiū seriē. Exerxit, inquit, altare in parte agri, & inuocauit deū Israel. Et postea in Sycimis domiciliū habere uoluit. Sed uide iterū, quomodo iustus & hic suam mansuetudinē declarat. Et quid dicit? Egressa est autē, inquit, Dina, ut uideret filias indigenarū. Et ut uidit eam Sychem filius Emmor, dormiuit cum ea: & dilexit uirginē,

Chryf.

A & loquutus est ei iuxta mentē uirginis. Vidistis quantū sit iuuentus malum, quando rectae rationis freno caret? Vidit enim uirginē, & totus propter aspectum captiuus factus est, & concupiscentiam opere cōpleuit, & loquutus est ei iuxta mentem uirginis. Quoniam iuuenis erat puella, eiusmodi uerba, inquit, cum ea loquutus est, quae sufficiebant ad conciliandam sibi eam. Et inquit ad patrem: Da mihi filiam hanc in uxore. Audiuit autē tē Iacob factum, & tunc leuiter tulit, expectans fratrem eius aduentū. Erant enim in pascuis. Et siluit, inquit, Iacob, donec ueniret illi. Cum autem uenisset Emmor ad Iacob, uenerūt & fratres Dinae, & cum audiissent quae facta erāt forori suae, compuncti sunt. Quid est, compuncti sunt? contristati sunt, & rem intolerabile esse putauerūt & grauisimam, eratq; eis mōerendi magna occasio. Magna enim eos tristitia afficiebat, quod rem turpem fecerat in Israel Sychē, qui dormierat cum filia Iacob. Vides filiorum continentiam, quomodo turpitudinē maximam hoc factum reputabāt? Vidisti quomodo iustus pueros suos erudit ad uirtutem? Quomodo autē filius Emmor suam concupiscentiam opere complens, sit patri & toti ciuitati perditionis autor? Sed prius audiamus, quae Emmor ad eos dixerit, & postea scietis fratrum Dinae malitiā, & quomodo uindicare studebant quod in sorore erat commissum. Et loquutus est eis Emmor, dicens: Sychē filius meus praelegit animā filiam uestram. Vide quomodo iam praesignat, quod perniciēs eum comprehensura sit. Praelegit, inquit, animā: hoc est, animam suam expoluit pro filia uestra. Ille quidem dicebat concupiscentiā eius, quae erga puellam habebat: paulo post autem didicit, quod suae & omnium quae ibi erant, perditionis fuit occasio. Quia igitur ille uirginem sic deperibat. Date, inquit, istam illi uxorem, & erit gener uester: filias uestras date filijs nostris, & inter nos habitate. Et ecce terra lata est coram uobis, habitate & negotiemini in ea, & in ea possessiones habete. Vide patrem quomodo propter filij amorem tantā habet erga peregrinos benignitatem, & quomodo eos conciliare sibi uult, data eis in omni regione sua potestate. Et haec quidem egit pater. Filius autē quia uidit patris erga se studium, & quomodo omnia facere paratus fuerit, ut impleretur quod cupiebat, adiecit quod suū est, & dicit ad Iacob & ad fratres puellae: Inueniā gratiam coram uobis, & quicquid dixeritis, dabimus: multiplicatē dotē, & dabo secundum quod dixeritis mihi, & date mihi puellam hanc in uxorem. Vidisti & patrem propter studium & curam in filium ualde adhortari, & iuuenem prompte omnia promittere, ut puella potiretur? Haec enim, haec perniciosa affectio omnia scienda capto persuadet, donec in inferni fundum perducatur. Et uide obsecro: senior quidē Iacob haec audiens silet, & pro sua mansuetudinē nihil loquitur, sed uim filiae factae patieter fert. Filij autem Iacob dixerunt Sychem & Emmor patri eius dolose, & locuti sunt illis, quod coinquinatum,

tom. 1

ti 3 ritē

rint Dinam sororem suam.] Considera hic quomodo propter unius intemperantiam uniuersa ciuitas poenas luit. Sicut enim incendio exorto, & qui propè habitant periculi sunt participes, igne omnia depascere: eodem modo & nunc adolescentis intemperantia non solum patrè, sed & omnes ciues simul perdit. Quid igitur pueri Iacob dolose eis responderunt. Dignum est auditu, ut discatis quomodo propter sororem doluerunt. Dixerunt, inquit, Symeon & Leui fratres Ding, filij autem Lig: Non possumus facere uerbum hoc, ut demus fororè nostram homini qui habet præputium. Si igitur circumcidamini carne præputij uestri, dabimus filias nostras uobis, & de filiabus uestris accipiemus, & erimus quasi genus unum.] Hæc quidem conditio honesta erat, & rationi consentanea, sed cū dolo, inquit, proposita est. Et si nolueritis, inquit, hoc facere, acceptis filiabus nostris abibimus.] Hæc quidè Symeon & Leui eadem omnium secū agitates, proposuerunt. Illi autem spectantes ad hoc quod proposuerant, & ut uirginem repetentes consenserunt in dicta, & placuerunt eis proposita, dicit enim: Placuit coram eis sermo, & nō neglexit adimplere dicta adolescens. Deperiebat enim filiam Iacob.] hoc est, totum se in puellæ amorem effuderat. Et uenerunt ipse, inquit, & pater eius ad portā, & locuti sunt omnibus qui in ciuitate habitabant, & consuluerunt circumcissionem susciperent iuxta illorum propositum, & ut illos ad cohabitationem acciperent. Et implebant illi statim quæ ab Emmor & Sychè dicta sunt, & omnes simul circumcissionis signum in corpore accipiebant. Hoc ubi rescierunt Symeon ac Leui, quæ iam dudum secum cōsultauerant, opere cōpleuerunt. Et acceptis gladijs suis, ingressi sunt in ciuitatem securè.] Quid est, in ciuitatem securè? quia cum solum duo essent, tantæ multitudinē se opposuerunt. Sed magnā eis securitatem præstitit, quod omnes illi sauci facerent. Quod ut nobis manifestaret scriptura, Factū est, inquit, in die tertio, quando grauissimus uulnèrū dolor est. Hoc illos securos reddidit, & duos fortiores multis fecit. Occiderunt, inquit, omne masculinū,] hoc est omnes uiros, qui propter circumcissionem decubebant: & parati erant, ut ita dicā, ut occiderentur: & cum alijs etiā in iuuenem iruerunt, qui puellam uitauerat. Et nō contenti hac uindicta: Etiā iumenta, inquit, eorū, & omnia pecora, & omnia mancipia in captiuitatē abduxerunt, & urbe unā cū ipsi ciuibus internecone deleta redierunt.] Vidisti dilecte quantum malū operata sit unius iuuenis temeritas? Vidisti quantum attulit perniciem omnibus ciuitatē habitantibus? Hæc sciētes, refrenemus liberorū nostrorū impetus, magnūq; furorē absterrendo & admonendo cōpescamus: & curemus eorū castitatē, & omnia faciamus & tractemus, ut absurdas concupiscentias iuuenilis ætas effugere possit. Nam propter hoc & communis dominus noster, sciens humanæ infirmitatis naturā, nuptias dedit & sanciuit, ut ab illicito cōcubitu abstineretur. Ne igitur ne-

gligamus iuuenes, sed sciētes fornicis incēdium, priusquā libidinibus inuoluantur, studeamus eos iuxta legem dei nuptijs copulare: ut & continentiam suam custodiāt, nullumq; damnum lasciuitæ suæ habeāt, remedio illinc sumpto: ut possint carnis indomitos motus reprimere, & poenam effugere. Sed uideamus quomodo ea quæ a pueris facta sunt, senē affecerint, Dixit, inquit, Iacob ad Symeonem & Leui: Exosum me fecistis, ut molestus ego sim habitatorib. terræ. Quare, inquit, tantā fecistis uindictam? Nam quæ a uobis facta sunt, odiū mihi maximum pepererūt apud omnes habitatores terræ huius.] Deinde monstrās timorem, in quo erat constitutus: Mihi autē, inquit, paruus numerus est, & cōgregati cōtra me, percutient me, & delebor.] quali diceret: Nescitis quod pauci sumus, facile eadē & nos patiemur, quibus uobis illos afficere placuit. Et sicut Sychè patri & omnibus ciuitatē habitantibus huius interitus fuit autor, ita & uos mihi. Nam propter uos & ego exosus ero, & nihil prohibet quin delear propter uestrā audaciā. Illi autē dixerunt, inquit: Nunquid ut scorto abutentur forore nostræ? Vi de pueros cōtinentiæ gratia ultionem sumplisse. Excusant em se patri, & dicunt: Confuderūt nos, ueluti scorto abusi sunt forore nostra: & propterea hoc facere coacti sumus, ut & ceteri discerent similia nō audere. Sed uide, obsecro, hic magnā dei sollicitudinē pro iusto. Quia uidit eum formidantē propter filiorū facinora ibi habitates, dixit ei deus: Surge & ascende in locū Bethel, & ibi habita.] Quia, inquit, eos qui hic habitant times, recede hinc: & habita in Bethel, & fac illic altare deo, ubi apparui tibi cum fugeres a facie Esau fratris tui. Et dixit, inquit, Iacob domui suæ, & omnibus suis: Tollite deos alienos e medio uestri, & purificemini, & mutate stolas uestras, & surgite, & ascēdamus, & faciamus illic altare domino, qui audiuit me in uia qua ambulauit.] Animaduerte hic iusti obedientiā et pietatem in deum: quia audiuit: Ascende in Bethel, & fac altare: uocatis, inquit, omnibus suis, dixit: Tollite deos. Dixerit ali quis, Quales deos? Nusquā enim uidemus quod ipse habuerit deos. Ab initio em dei cultor fuit iustus. Significans fortè deos Laban, quos Rachel subtraxerat, hoc dixit: Quoniā gratias aduri sumus uero deo, qui semper tantā mei curā gessit, auferte si qua in uobis sunt idola, et purificemini, & mutate stolas uestras, & sic ad ciuitatē pergamus: & intus & foris mūdatis simul ibitis. Non solum uestiū nitore puritatē declarate, sed cū abiectione idolorū purificatis cogitationibus mentis redeamus ad Bethel. Et dederūt, inquit, Iacob deos alienos (non em erant sui) & in aures quæ in auribus earū.] Fortè enim & hæc signa quadam erant istorū idolorū, ideo & hæc cum dijs afferunt Iacob. Et abscondit ea subter terebinthū in Sycimis, & perdidit ea usq; in presentē diem.] Abscondit, inquit, ea, & perdidit, ut & ipse ab hoc erroris damno effugeret, & nullus etiā alijs ex eis

damnum

damnum acciperet posthac. Et cum hæc omnia fecisset iustus: abijt, inquit, a Sycimis, & contendit ad Bethel.] Iterum hic attende, quantam eius curā habuerit deus, & q̄ diligenter scriptura nos omnia doceat. Cum egressus em esset iustus ex Sycimis, factus est timor dei super omnes ciuitates in circuitu eorū, & non persecuti sunt filios Israel. Vides quanta prouidentia, & q̄ euidentis eius protectio. Irruit enim, inquit, super eos metus, & non secuti sunt illos.] Quia hoc timebat iustus, & dicebat: Mihi paruus numerus est, & delebor, dicit, quod timore eos inuadēte, ipsos persecuti non sunt. Nam quādo deus suam gratiam afferre uoluerit, inualidos fortiores potētibus, & paucos potētiores pluribus facit, nihilq; beatus est eo, qui supernā gratiā assecutus est. Et abijt, inquit, Iacob in Luzā, quæ est in terra Chanaan, quæ est Bethel, & omnis populus qui erat cum eo: & edificauit ibi altare, & uocauit nomē loci illius Bethel: ibi enim apparuit ei deus, cum fugeret a facie Esau fratris sui.] Postq; uenit, inquit, in Bethel: fecit sicut ei præceptū erat. Et edificato altari, uocauit nomē loci Bethel. Mortua est autē, inquit, Debbora nutrix Rebeccæ, & sepulta est ad radices Bethel, apud quercum: & uocauit nomē eius, Quercus luctus.] Vide quomodo semper ab euentibus nominat loca, ut perpetua seruetur memoria. Et quomodo dixerit quispiam, nutrix Rebeccæ fuit cū Iacob iam primū ueniēte a Mesopotamia, priusquā occurreret patri suo? Fortè hoc dicendum, quod quādo a Laban redijt, hæc simul cum Iacob uenire cupiuerit, ut post longū tempus Rebeccam inuideret: sed priusquā illi occurreret, defuncta est. Sed si placet et nos hic finiamus sermonem, contenti his quæ dicta sunt. Illud autem uestram charitatē rogauerimus, ut & uos uirtutis curam geratis, & iuuenes uestros continentiam doceatis. Hinc enim, ut ita dicam, omnia mala nascuntur. Consuetudo em malitia, processu temporis inualescens, tantū facit malum ut postea non possit aliqua uinci admonitione. Et cum semel a malitia fuerint occupati, quasi in captiuitatem essent abducti, quoquod diabolus iusserit, eunt. Ille em eis imperat, & perniciofa illa dat mandata, quæ iuuenes libenter perficiūt, præsentem tantum uoluptatem spectantes, & futurum dolorem non cogitantes. Ideo oro, ut præbeatur manus pueris nostris, ut ne etiam pro his quæ illi peccarunt, poenas sustineamus. An nescitis quid leni Eli acciderit, cū non debite emendaret filiorum delicta? Quemadmodum enim si medicus morbum sectione indigentē curare cesset ac moritur, statim incurabilis erit morbus & inutile alioqui utile remedium faciet: Ita & senex ille, cum deberet illos suos pro peccatorū qualitate emendare, nimia usus lenitate illos arguit. Proinde oro, exēplo hoc timeamus, & habentes filios prouideamus eis de honesta educatiōe, & in summa, unusquisq; curā eorum agat, qui apud se habitāt: & lucrum maximū ducat utilitatem proximī, ut unusquisq; discens ea quæ ad uirtutem pertinet,

& peccati periculum effugere, et uirtutē amplexatus gratiam sibi conciliare ualeat. Quæ nobis omnibus concedatur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria & imperium & honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Et edificato altari, uocauit nomen loci Bethel. Illic enim apparuit ei deus, cum fugeret a facie Esau fratris sui. Homilia LX



Ge & hodie, si libet, repetitis his quæ proxime diximus, ad sequētia tractanda accedamus. Nam etiā hodie historia Iacob habet quod nos erudiat multiplīcem dei in illum prouidentia, & quomodo illum suis promissionibus iterum firmauerit, remunerans eius gratitudinē. Postq; enim superius narrauit nobis, quomodo iuxta præceptum dei, relictis Sycimis propter facinora filiorū suorum, ad Luzam cōtendit, Et edificato, inquit, altari, uocauit nomē loci Bethel. Illic em apparuit ei deus, cū fugeret a facie Esau fratris sui.] Quo imperio deus iustum liberauit a timore quē habebat propter occisos Sycimatas, & immisit in habitatores illarum ciuitatum metū, ita ut illum nō persequerentur. Vide prouidentia dei, & quantam habeat sollicitudinē pro Iacob. Concusit, inquit, timore animas eorum, qui uicinas ciuitates inhabitabant, ut ne persequerentur illum.] Nam fortassis ulcisci uolebant Sycimatas. Et quoniam iuxta sententiā iusti eueniebat, & Symeon ac Leui fororis uiolatam continentiam ulciscētes hæc fecerant: nō solum eum & filios eius a timore mortis liberauit, sed alios etiā qui ulturi erāt, a conatu persequēdi retraxit. Vidisti quantum sit niti diuino præsidio? Nam quādo deus nobis bene uoluerit, e medio tolluntur terribilia omnia. Sicut em iusto si ditiā dedit, ita illis dedit metū. Enim uero dominus existēs, omnia prout uoluerit uertit, & omni potentē suam sapientiā in omnibus declarat. Et nihil fortius est eo, qui superna munif opitulatiōe, sicut etiam nihil infirmius eo qui illa priuatus est. Ecce em iustus ille, cū paucis existēs, quia custoditus est a dextra dei, & fidutiā accepit, & insidias effugit. Illi autē, cum multi essent, & cōglobati conspirassent, nihil eorū quæ uolebāt operibus complere potuerunt. Factus est enim, inquit, timor dei super ciuitates in circuitu eorum.] Postq; igitur iustus a timore istorum liberatus est, uide iterum eximā dei misericordiā, quæ erga eum declarauit. Visus est ei iterū in Luzā.] Quare adijt hoc uerbum iterum? Non absq; causa: sed ut discas, quod prius etiā in hoc loco apparuit ei deus, quādo fugiens fratrem, in Mesopotamiam contendebat. Itaq; & nunc ait: Sicut tunc uisus est ei abeunti, ita & nunc redeunti apparet in hoc loco, & confirmat promissiones, quas in profectiōne eius fecit: hoc prestans ut iustus firmus in suis promissionibus cōfidat, & ne propter tēpus merdium fluctuet. Et benedixit eū, & dixit ei: Nomen tuum Iacob, non uocabitur ultra Iacob, sed Israel erit nomē tuum.] Quāuis iam pridem hoc

u 4 nomen

nomē ei dederat, cum transfuaderet laboc, tamen maioribus indicijs certiore uolens reddere, & nunc eandē benedictionē ei dat, & dicit: Israel uocabitur nomē tuū, & cresce & multiplicare: & gentes & cōgregationes gentiū erunt ex te, & reges ex lumbis tuo prodibunt.] Vide magnitudinem benedictionis. non solum facit ut in tantam multitudinē propagef, sed & gloriosum sit semē. Reges enim, inquit, ex lumbis tuis egredientur, prædicens ei gloriam eorū qui ex iplo propagandi erant. Et terrā, inquit, quā Abraham & Isaac dedi, tibi dedi eam, & semini tuo post te dabo terrā hanc.] Quoniam propter facta in Sycimis à Symeone & Leui, dicebat: In paruo numero sum ego, & congregati super me percutient me, & delebor ego & domus mea: & per omnia monstrabat pusillanimitatem & metū quo tenebatur: propterea misericors dominus nunc dicit ad eum: Quoniam dixisti, in paruo numero sum: disce quod crescas. Et multiplicabitur semen tuū: & ita erit gloriosum, ut cōgregationes gentium & reges ex eis prodeant. Et non solum non delēberis, sed & semen tuum omnē terram hanc in hereditatē accipiet. Et factis ei promissionibus istis, ascendit deus ab eo, à loco, ubi deus est locutus cum illo. Vide quantum attemperant se nostrā infirmitati diuinæ scripturæ uerba. Ascendit enim, inquit, deus ab eo.] Non ut loco concludi existimemus deū, sed ut per hoc etiā eius ineffabilem discamus misericordiā. Spiritus em̄ gratia se ad infirmitatē nostram submittēs narrare solet. Descēdere em̄, & ascendere indignū deo est, sed maximū est ineffabilis misericordiæ sue indicij, quod propter nostram eruditionē talibus uti uerbis dignatur. Et propterea humanis dictionibus, usus, quia aliquā impossibile erat humanas aures ferre dictorū sublimitatem, si iuxta dignitatē domini dicta essent. Quod cogitātes, nunq̄ in humilitate uerborum hæreamus, sed & propter hoc admiremur ineffabilem eius misericordiā, quod neq̄ ab hac humilitate abhorreat, propter imbecillitatē naturæ nostræ. Vide igitur iustum illum iterū suam gratitudinem declarare. Exiit enim, inquit, iacob colūnam in loco in quo locutus est cū eo, & libauit ei libationem, & superfundit oleum, & uocauit nomen loci in quo locutus est cum eo, Bethel.]

Cōsidera, oro, quomodo in nominibus locorum memoriā immortalem beneficiorū reponat, ut & posteris manifesta fiat uisio facta ibidem iusto. Et profectus, inquit, iacob, fixit tabernaculum suum ultra turrim Gad.] Vterius iterum procedit iustus, anhelans paulatim uenire ad locū ubi habitabat Isaac. Deinde, inquit, quando appropinquauit ut intraret in Ephrata, Rachel laborabat in partu: & factum est cum difficulter pareret, dixit ei obsterrix, Conside: etenim hic tuus est filius.] Ne sis anxia, inquit, paries enim filiū. Nam licet te crucient dolores, ueruntamen habebis filium. Factum est autem, inquit, cum exhalaret animā suam, moriebatur em̄, uocauit nomen pueri, Filius doloris mei: pater autē eius uocauit eum

Beniamin.] Illa quidē nomen ei dedit ex his quæ sibi acciderant, pater autem Beniamin uocauit. Et postq̄ peperit, inquit, mortua est, & sepulta in uia Ephrata: hæc est Bethlechem. Et exiit iacob titulum super sepulchrū.] Mœrorem quem ex morte Rachelis conceperat, mitigauit natus puer, & effecit ut iustus magis æquo ferret animo: sed hinc succedit Rubin temeritas. Abijt enim, inquit, & dormiuit cum Bala cōcubina patris: & audiuit Israel, & malū uisum est corā eo.] Erat enim ualde nefarium facinus. Propterea & postea legislator Moses prohibuit, ne pater & filius cum eadem rem habeant. Nam ut ne eadem uia procederēt, iam antea legislator reprimat eos, pœnæ obnoxios denuntians. Attamē etiā nunc mansuetus est iustus, naturali amore uictus, Post ea autē cum emigraturus esset ex hac uita puerum fugillat, & flagitium eius inuulgat, maledicēs ei, ut & ceteri illius pœna emendarētur. Hic nobis postea enumerat filios iacob beatus Moses: & per ea quæ narrat, iusti uirtutē nos docet. Enim uero ne putes fortuito, ut contingere solet, ipsum concubuisse cum Rachel & Lia, & duabus ancillis, monstrat quod per dispensationē ministrarit illarum cōsuetudini, ut duodecim tribus ex eo nascerentur: & propterea nō ultra meminit scriptura, quod ei alius nascatur filius: ut discas quod nō simpliciter, neq̄ absq̄ causa factū sit hoc. Erāt autē, inq̄, filij iacob duodecim.] Et separat postea, & primū eos qui Lia erāt, dein eos qui Rachelis, deniq̄ & eos qui ancillarū erāt numerat, & dicit: Hi sunt filij iacob nati ei in Mesopotamia.] Et sanē tunc natus est Beniamin quando uenit in Bethlechem. Quare igitur dicit scriptura, qui nati sunt ei in Mesopotamia: quia Rachel ante egressum ex Mesopotamia conceperat. Et uenit, inquit, iacob ad Isaac patrē suum.] Considera (obscuro) hic, quomodo in omnibus certis indicijs misericors deus iustos confirmat. Quia em̄ uenit post tot annos ad patrē suū iacob maxima utriusque facta est cōsolatio, & filio ex patris cōspectu, & patri uidenti tantā filij substantiā, & chorū filiorū ex eo natorū. Tunc, inquit, mortuus est Isaac senex, & plenus dierū.] Nam cum iacob benedictionē suffuraretur, hebetes erāt oculi eius, unde & deceptus est: cogita post tot annos, quantum senuerit. Et sepelierunt eum Esau & iacob. Ceterū sepultura patris facta, Esau acceptis uxoribus, & filijs, & omnibus suis, & omnibus quæ possidebat, in terrā Chananeorum profectus est. Non poterat enim eos ferre terra peregrinationis præ multitudinē facultatū: & habitauit postea in mōte Seir.] Et ubi narrauit nobis diuina scriptura eos qui ex Esau nati sunt, & gentes ex eo genitas, dicit: Peregrinus autē fuit iacob in terra, qua peregrinatus fuit pater eius in terra Chanaan.] Sed hinc excipit nos alius tractatus, qui de admirabili Ioseph agit. Et si libet hic finiemus sermone, hystoria filij iacob in alio sermone reponētes. Illud tamen rogauerim uestram charitatem ut ea quæ dicuntur, diligenter auscultetis, & ex singulis scri

lis scripturæ dictis magna uobis accrescat utilitas, nullumq̄ eorū temerē prætermittat. Thesaurus enim sunt diuina eloquia. Et sicut qui de sensibili thesauro sæpe unā gemmā recipit, magnas sibi parat diuitias: ita & hic iustorū uirtutes modo attendere uoluerimus, tantā nobis utilitatē afferre possunt, ut ad imitandum eos incitemur. Sic em̄ poterimus & nos eundem, quē illi, fauorem dei cōsequi. Neq̄ enim personarum acceptor est deus, sed in omni gente qui timet deum, & operatur iustitiā, acceptus ei est: ita ut si uoluerimus, nihil sit quod prohibeat, quin tanta uel etiā maiori potiamur gratia. Nā si modo nos uiderit afferre quæ ex nobis sunt, & præferre humanis ea quæ sibi placent, tantā & ipse nostri curā declarabit ut in omnibus inuicti simus. Scitis em̄ quod hostem habemus perpetuū, & fœderis nesciū. Vnde nobis magna uigilantia opus est, ita ut eius fraudes uincere, et superiores eius telis cōstitui possimus. Non aliter autē uincemus, q̄ si per optima instituta supernum nobis auxilium conciliemus. Optimum autem institutum est, uita pura. Hoc em̄ fundamentū est uirtutis, quod qui rectē iecerit, cōsequetur facile alia omnia. Neq̄ illum superabit uel pecuniarum cupiditas, uel gloriæ amor, uel inuidia, uel aliqua affectio mala. Et quomodo? Ego dicam. Quando em̄ quis munda fuerit consciētia, & ab omni libera macula, poterit dominū uniuersi habere inhabitantē. Beati, inquit, mundo corde, quoniam ipsi deū uidebunt. Quod si quis illum inhabitatorē habere mereatur, quasi simpliciter et sine impedimēto corpore uelitus esset, ita post ea afficietur, & humanarū rerum umbram facile contemnet. Humana em̄ omnia, umbra illi & somnium apparebunt, & sicut cœlestis ciuis presentia nō optabit. Talis erat beatus doctor orbis, & propterea clamat, dicēs: Num experimentū queritis eius qui in me loquitur Christi? Et iterū: Viuo autē, non iam ego, uiuit autē in me Christus. Et iterum: Quod autē nunc uiuo in carne, in fide uiuo. Vidisti uirū corpore circundatum, quasi in corpore quiete fruētē, loqui omnia: Hunc omnes imitemur, & trucidemus mēbra carnis, ut & ad operandum uirtutes idonea reddere studeamus: poterimus autē si offeramus deo sacrificiū beneplacitum. Vidisti q̄ nouum & admirabile hoc sacrificiū: quando mortua fuerint membra, tunc magis gratum erit deo sacrificiū. Quare & quomodo hoc? Quoniam spiritualis est hostia, & nihil habet sensibile. Nam in sensibili quidē hostia quod mortuū est, abijctur: imo ne uiuū quidem quod uitiatum fuerit, sacrificijs idoneum esse, ab initio lege cautum fuit, ut per irrationabilium obseruationem paulatim inducamur ad spirituales hanc & rationalem hostiam offerendam. Quod enim illic est uitiosum, utpote truncatū auribus uel mutilum cauda, hoc hic est mala concupiscentia, luxuria, opū amor, & omnis malitia: & id quod est illic sanum & ab omni macula alienū, hoc est hic mortuum mundo. Ita ad spirituale sacrificiū temetipsum idoneum exhibe, Hæc non simpliciter

prætereamus, sed bene figētes ea in memoria nostra, studeamus ne simus deteriores iudæis, qui in umbra tantā declarant obseruationē. Sicut em̄ illi adhuc lucernæ alsidētes, tātopere illa obseruauerunt: ita nos postq̄ sol iustitiæ nos illustrare dignatus est, & relicta umbra ad ueritatem manu ducimur, similem obseruationem circa spirituale hoc sacrificiū declaremus. Et neq̄ peccata quæ nobis uidentur parua, contēptim prætereamus, sed quotidie à nobis rationes repetamus & uerborū, & spectationū: & pœnas de nobis ipsis sumamus, ut nos à futuro supplicio liberemus. Nā propter hoc Paulus inquit: Nam si nos ipsos iudicauerimus, nō utiq̄ iudicabimur. Ita si nos ipsos hic condemnauerimus propter quotidiana peccata, imminuemus supplicium, quod alibi futurum est. Quod si ignaui fuerimus, qui iudicamur, inquit, à domino erudimur. Prius igit nosmetipsos condemnemus magna cum sinceritate, & nullo sciente in tribunali cōscientiæ sedeamus: & sic examinemus nostras ipsorum cogitationes, & rectam sententiam proferamus, ut mens timēs magnum illum terrorem, non patiatur amplius decipi, sed impetum refrenet: & antē uidens illum indeceptum oculū, præcludat diabolo ingressum. Propter ignauiam enim ferimus omnia, ut ipsa rerum experientia clamat. Nam quemadmodum si uel parum excitari uoluerimus, omnes illius insidias quasi puluerem repellimus: sic quando supplantamur, non propter illius tyrannidem hoc sustinemus, sed propter ignauiam nostrā. Neq̄ enim uisua & necessitate nos uincit, sed deceptione sola. Non autem decipiemur, si parum esse uigiles uoluerimus, & nosmetipsos attenderimus: nō quod nostra tāta sit potestas, sed quia tunc superna gratia nobis affulget. Nam si quod nostrum est fecerimus, sequentur & omnia quæ domini sunt. Sobrii igit simus, obsecro, sciētes artes maligni: per petuoq̄ uigilemus & oremus, ut nos adiuuet certare nostrū certamē. Sic em̄ nos quoq̄ inuicti erimus, & machinatōes illas effugiemus, & diuinā cōsequemur gratiā, bonaq̄ æterna adipiscemur. Quæ nobis omnibus contingāt, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri & spiritui sancto sit gloria, imperium & honor, nunc & semper, & in secula seculorū, Amen.

Hæc autem sunt generationes iacob. Ioseph septendecim annorum erat, pascens cum fra tribus suis pecora. Homilia LXI



Terum pro consuetudine mea mensam proferre uolo: prosequens igitur ea quæ pridē uobis dicta sunt, ex his quæ nunc lecta sunt, conuiuū uobis proponā spirituale. Sufficiunt em̄ & quæ hodie lecta sunt, ad docendum nos omnes, quantum inuidiæ damnū sit, & quomodo ea lues, etiā usq̄ ad cognatos se extēdat. Verū ut uideat iuxta consequentiā sermo progredi, operæpretiū fuerit initiū lectionis tangere. Hæc autem sunt, inquit, generationes iacob.] Et uide admirabilem illum Prophetam, quomodo, cum promittat nobis

nobis genealogiam, statim ad historiam pueri re-
currat: & cū dicat: Hæ sunt generationes Iacob,
derelicta consequenter narratione quoniam ex il-
lo nati, & iterum qui ex natis ab eo nati (sicut su-
pra, cum de Esau sermo esset, fecit) ad Ioseph il-
lum statim festinet, adoleſcētem omnīū fratrum,
ut ita dicam, postremum, dicens: Ioseph decem
& septem erat annorum, pascens cum fratribus
suis oves.] Et quam ob causam nobis annorum
designat numerū: ut scias, quod adoleſcentia nō
est uirtutis præſedimentū: & ut plenius scias adoleſcentia
erga patrem obedientiam, in fratres beneuolentiā,
illorum autē inhumanitatem: & quod
ne id quidē cohibere eos potuit, quod ita in eos
affectus erat, & quod in tam tenera ætate, quæ de-
bebat eos ad cōmiserationē prouocare: sed mox
ab initio, uidentes & pueri bonā indolem, & pa-
tris erga illum beneuolentiā, in inuidiam cōtra
eum excitati sunt. Derulerūt, inquit, Ioseph de
pescimo crimine apud Israel patrē suū.] Vide ma-
litiæ eminentiā, etiā patris charitatē perturba-
re attentant, & quæ non erant fingunt contra fra-
trem: tantū malum perficientes, solum ut inuidia
sua experiri possit. Et ut discas, quod nihil inde lu-
cri fecerint, nisi quod manifestam fecerunt suam
ipſorū prauam mentem, uide patrē post eorū ac-
cusationē magis effundi in filiū amorē, & iam præ-
ferre eum omnibus. Iacob autē dilexit Ioseph
supra omnes filios suos, quoniam filius senectutis e-
rat sibi. Fecit autem ei tunicā uariā.] Quid est,
Dilexit Ioseph super omnes filios suos, quoniam
filius senectutis erat sibi? Quia postremus, & in
ipsa senectute natus est ei, propter hoc magis dile-
xit. Nam magis amabiles sunt pueri, qui in senec-
tute ipsa generantur, maioremq; patrū beneuo-
lentiā assequuntur. Sed ut sciamus, quod nō hoc
solum erat, quod patrē illi conciliabat, & præferri
eū alijs faciebat: docet nos scriptura, quod post
illum & alius natus sit: & si iuxta naturalem amo-
rem dilectio fuisset, postremus fuisset magis dile-
ctus, utpote uerē senectutis filius existēs, & tunc
natus, quādo ad postremā senectutē peruenit iu-
stus. Quid igitur est dicendū: superna quædā gra-
tia fuit, quæ iuuenem amabilem reddebat, & pro-
pter animæ uirtutē cunctis præferri faciebat. Hęc
autem in scriptura adiecta est causa, quod filius se-
nectutis fuerit, & ideo magis eum dilexerit, ut nō
manifeste augeat odium fratrum. Grauis em̄ hęc
affectio est, & quando animā inuaserit, non prius
eam relinquit, donec in extremam absurditatem
eam inducat: & lædens animā à qua nata est, om-
nino aliter eum cui inuidet, afficit, q̄ uult: nempe
clariorem, nobiliorem, illustriorem reddi: unde
iterum alia grauior inuido plaga nascitur. Proin-
de cōsidera hic, quod quidem ille nesciebat quod
fiebatur, & loquebatur cum illis, ut cum fratribus,
& quasi eodem utero natis, omni cum fiducia &
simplicitate: isti autem inuidiæ malo capti, odio
eum prosequiebantur. Videntes enim, inquit,
fratres quod pater præ omnibus filijs diligebat
eum, oderunt eum, & non potuerunt ei loqui ali-

quid pacificē.] Vide quomodo odio prosequi ni-
tuntur eum, qui in nullo offenderat. Et nihil, in-
quit, potuerūt loqui ei pacificē. Quid est, nihil po-
tuerūt ei loqui pacificē? Quia affectio dominabat
eis, et inuidia quotidie crescebat, quasi captiui fa-
cti, & tyrannidē huius mali ferentes, in dolo lo-
quebantur, & nihil pacificē loqui poterant. Et at-
tēde quomodo causam odij significauit, quod ab
inuidia exordiū habuit. Ut uiderūt enim, inquit,
fratres, quod pater eum præ omnibus filijs suis di-
ligeret. Non amor patris inuidiam ei peperit, sed
patris beneuolentiā uirtus pueri conciliauit. Igi-
tur oportebat illos imitari fratē, & æmulari mo-
res, ut sic & ipsi patrem sibi conciliarent. At hoc
ne in mentem quidem eis uenit, sed cōmuni odio
filium à patre dilectum prosequēbatur. Et ipsi qui
dem, quasi expugnati, intus nascētem malitiam
pariebāt, nihil ei pacificē, sed omnia cum dolo lo-
quendo: ille autem admirabilis, fraternam bene-
uolentiā erga eos seruans, nihilq; suspicans, ut
fratribus bene fidens, omnia quæ in se erāt facie-
bat. Hic morbus ab initio et Cain ut fratē occide-
ret, armauit. Et sicut isti propter beneuolentiā pa-
tris, quam erga puerum declarabat, et odio illum
prosequēbant, & impugnare moliebātur, & quo-
tidie ipsius cædem parturiebant: eodem sanē mo-
do & ille ut uidit quod fratris dona deo magis ac-
cepta fuerūt, ad eum occidendū prouocatus est,
& inquit: egrediamur in campum. Vides quod &
hic nihil suspicatur, sed confidit fratri, & exit, &
præter opinionem in nefariam illam dextram in-
cidit: Sic sanē & admirabilis Ioseph, nesciens ma-
lam fratrum suorū mentem, tanq; cum fratribus
cum eis loquebat, & insomniā ipsa quæ sibi deus
reuelauerat, præsignando gloriam & fratrū subie-
ctionem sibi obuenturam, in medium propone-
bat. Cum enim somnium habuisset: somnium, in-
quit, annuntiāuit fratribus suis, & dixit eis: Audi-
te insomnium hoc. Putabam nos manipulos li-
gare in agro, & surrexit manipulus meus, & ere-
ctus est: circumstantes autem manipuli ueſtri, ado-
rauerunt manipulum meum. Dixerunt autem ei
fratres: Num regnans regnabis super nos, aut do-
minans dominaberis nostris? Et apposerunt ad-
huc eum odio prosequi propter insomniā & uer-
ba sua.] Propterea prius quoq; docuit, q̄ odium
erga eum declarauerunt, ut ne putemus eos hinc
sumpsisse odij sui cōtra eū exordiū. Apposerunt
em̄ adhuc eum odio prosequi: hoc est, multo ma-
gis augebantur odium & inimicitia contra eum.
Et uide mirā illorū cecitatem: ipsi enim somnium
interpretant. Non em̄ est dicendū, quod propter
ignorantiā eorū quæ futura erāt, inuidiā gerebāt
contra eum, sed ut didicerūt ex insomnijs futura,
auctū est odiū eorū. O excellentem amentiam: cum
potius deberent hoc cognito maiore erga illū be-
neuolentiā declarare, & e medio tollere odij cau-
sam, et effugare inuidentiæ affectum: obtenebrati
mēte, & nō uidentes q̄ contra semetipsos omnia
faciāt, multo maiore odio in eum exarserūt. Qua-
re ô miseri & calamitosi, tantam concepistis inui-
diam

diam, nō cogitantes neq; fraternū uinculū, neq;
quod insomniorū reuelatio manifestam dei erga
illum declarat beneuolentiā: Num existimatis,
quod quæ à deo præsignata sunt, possint subuer-
ti? Nā sicut somniū interpretati estis, ita erit post
multū temporis, etiam si innumera excogitare uo-
lueritis. Omnipotens enim & sapiēs est omnium
dominus: & suæ uirtutis declarans affluentia, sæ-
pe facit, ut in medijs impedimētis fiant ea quæ si-
bi placēt, & quibus summā uirtutis suæ declarat
eminentiā. Verū ut se habet inuidia, nihil eorum
cogitare potest: sed omnino (ut ita dicā) ubi inui-
dus captus ab hoc morbo fuerit, cōtra suā ipsius
salutē facit omnia. Et illi quidem narratione som-
nij odium auxerit, admirabilis autem Ioseph ubi
aliud insomniū uidit, non ipsis solum, sed & patri
narrat. Quasi sol & luna & undecim stellæ ado-
rabāt me. Et increpauit eū pater suus, & dixit ei:
Quod est insomniū hoc, quod somnias? Nun-
quid eumes ibimus ego & mater tua, & fratres tui,
ut adoremus te super terram? Aemulati aut sunt
eum fratres sui, pater uerō obseruauit uerbum.]
Sciens pater quod fratres inuidebant ei, propter
hoc increpauit puerū: et interpretatus est etiā ipse
somnia, & coniectans à deo reuelationē ei factā,
obseruabat uerbū. Verū non ita faciebant & fra-
tres. Sed quid? Rursum multo magis æmulaban-
tur. Cur insani fuistis? cur stupidorū opera feci-
stis? Non cogitatis, quod secundum insomnium
nō temerē neq; fortuito factum sit? sed ut cū didi-
ceritis q̄ omnino futura sunt quæ præuidit, cessetis
meditari fraticidiū, utpote rē molientes impolsi-
bilem. Igitur oportebat quidē uos, cū cogitaretis
& cōsideraretis fraternā ueſtram coniunctionē,
gloriā fratris pro ueſtra ducere. Quoniam autē ad
hoc non respiciebatis, cōsequens fuit uel illud co-
gitare, quod nō contra eum, sed cōtra omnium do-
minū, qui hoc ei iam reuelauit, pugnetis. Verum
illi, sicut dixi, neq; naturæ uinculum reueriti, neq;
considerantes quanta ille superna gratia munire-
tur, odium indies auxerunt, & nescij intra semet-
ipsos rogam accenderunt, neq; patre neq; filio ta-
le quippiā suspicantibus, neq; cogitantibus quod
in tantam insaniam essent properaturi. Ideo ubi
profecti sunt fratres in pascua: Dixit, inquit, pa-
ter Ioseph, Nōne fratres tui pascunt oves in Sy-
chem? Veni mittā te ad eos dixitq; ei: Ecce ego.]
Vidisti patris erga filios dilectionē, uidisti filij o-
bedientiā? Dixit autem ei: Vade, & uide, num sa-
ni sunt fratres tui, & oves, & annuntia mihi. Hęc
autem omnia facta sunt, ut & Iosephi erga fratres
monstraretur beneuolentiā, & illorum sanguina-
ria mens fieret manifesta. Factum est autem & in
figuram futurorū, ut in umbra multo antea ueri-
tatis res describerentur. Et sicut Ioseph ad fratres
abiit inuisens eos, & illi non sunt reueriti neq; fra-
ternitatem, neq; aduētus causam, sed primū qui-
dem occidere uoluerunt, postea autem uendide-
runt barbaris: Ita & dominus noster seruās
miseri cordiam, aduenit inuisens humanū genus:
& suscepta nostra forma, carne dignatus fieri fra-

ter noster, affuit. Et clamat Paulus, dicens: Non
enim angelos assumpsit, sed semē Abraham: unde
debut per omnia fratribus similis fieri. Sed ingra-
ti Iudæi, animarū corporumq; medicum, innume-
ra miracula quotidie facientem occidere conati
sunt, & opere compleuerūt animis suis propoſi-
tam cædem: & crucifixerūt eum, qui propter no-
stram salutem serui formā suscipere dignatus est:
& apprehenderūt & cruci traditum occiderunt.
Illi autem consultabant quidem, sed opere quod
consulebant, non impleuerunt. Oportet autē fi-
guram minus habere, q̄ ueritatem: quia alioqui
non fuisset figura futurorū: & propterea illic qua-
si in umbra præsignata sunt. Et considera nego-
tium. Non occiderunt, sed uendiderūt, & ueſtem
hædi sanguine inquinantes, dederūt patri, persua-
dere uolentes quod occisus sit filius. Vides quod
omnia hæc facta sunt, ut quasi in umbra imago il-
la rerum fieret, & ueritas præsignaretur? Sed ad
seriē sermonis redeamus. Et misit eum, inquit,
pater, & uenit in Sychem, & inuenit eum homo
errantem in agro. Rogauit autem eum homo, di-
cens: Quid quæris? Ille autē dixit: Fratres meos
quæro. Annuntia mihi ubi pascant oves.] Consi-
dera quomodo magno studio de fratrib. suis in-
quirat, & omnia curiosè perlustrat, & nihil non fa-
cit ut eos uidere possit. Dixit autem ei, inquit,
homo: Audiui eos dicentes, Ibimus in Dothaim.
Et iuit Ioseph, & inuenit eos. Prius autē uiderunt
eum à longe, anteq; ueniret ad se, & malignē co-
gitabant, ut occideret eum.] Considera hic quæ-
so dei omnipotentem sapientiā, quomodo illi qui-
dem concitati erant in cædem eius: ille autem om-
nia faciens & præparans, permittit interim om-
nia impedimenta fieri, ut facto athleta suo clario-
re, postremū somniorum adducat euetum. Prius
autem uiderunt eum, inquit, & malignē cogita-
bant ut occiderent eum. Dicebat autem unus-
quisq; ad fratrem suū: Ecce somniator ille uenit,
nunc igitur uenite occidamus eū, & proijciamus
eum in lacū unū ex his, & dicemus, Mala bestia
deuorauit eum, & uidebimus quæ sint somnia e-
ius.] Vidisti, quod somniorū euentum expectan-
tes, occidere eū conati sunt? Sed ut discant, quod
non sit possibile ea quæ à deo sunt prædicta non
opere cōpleri, consultant quidem & attentāt, &
suam declarant malitiā: at sapiens & omnipotens
deus insidiatores etiā inuitos seruire facit dispen-
sationi futurorū. Quoniam em̄ consptrauerāt in
mortē eius, & proposito iam occiderāt: Ut audi-
uit, inquit, Rubin eripuit eū ex manibus eorū, & di-
xit: Non percutiamus eū in animā: non effundite
sanguinē, abijcite eū in lacū illum in solitudine,
manū autē nō iniicite in eum: ut eum eriperet ex
manibus eorū, & redderet eum patri suo.] Vide
& illum quomodo non audet manifestē eripere
fratrem, sed iam occidendi conatum & impetum
refrenare uolens, dicit: Non effundite sanguinē,
sed abijcite eum in lacū. Docere em̄ nos uolēs di-
uina scriptura scopū & mentē Rubin, dicit: Hęc
autem faciebat, ut eriperet eum, et redderet patri
suo

suo. Et cum illi hæc cōsultarent, nondum Ioseph aduenerat, sed postq̄ colloquiū hoc absoluerunt:

Venit, inquit, Ioseph ad fratres suos.] Debeuerant igitur occurrere fratri, & amplexari, & quomodo se pater haberet inquirere; uerum illi, quasi bestia quædam agnū conspicatæ, assiluit. Et exuerunt, inquit, Ioseph uestem uariam, & acceptum eum proiecerunt in lacum. Lacus autē erat uacuus, aquam non habens. Quemadmodū confulerat Rubin ita fecerunt. Et iniecto illo, sederunt ad comedendum panē.] O crudelitatem, o inhumanitatem. Ille quidem tantū itinēris confecerat, & tanto studio de eis inquiserat, ut uideret & annuntiaret patri quomodo se haberent res illorum; uerū illi quasi alieni & barbari & inhumani, quia consuluerat eis Rubin ne effunderēt sanguinem, fame occidere uolebant. Sed misericors deus statim eū liberauit ab insania fratrum. Cum enim confedisent ad comedendum panē, uiderunt Ismaelitas uiatores uenientes, & Aegyptū uersus euntes. Et dixit Iudas: Quid prodest si occiderimus fratrem nostrū, & occultauerimus sanguinē eius? Venite, tradamus eū Ismaelitis istis. Manus autem nostræ nō sint super eum, quia frater noster & caro nostra est.] Vide quomodo & prius Rubin minore malo maius prohibuit, & nunc quoq̄ Iudas cōsulit ut uendatur frater, quod eum ab interitū eripere queat. Hoc autē totum factum est, ut etiā inuēti dispensationi diuinæ seruirent, & facerent ea quæ a deo sunt prædicta. Et probato, inquit, consilio Iudæ, eduxerūt eum de cisterna, & tradiderūt Ismaelitis uiginti aureis.] O iniquam cōmutationem, o damnosum iuerū, o iniustissimū opus. Eum qui uobis sanguine cōiunctissimus erat, quem pater maxime amabat, qui ad uisendum uos uenerat, qui nunc uos uel in paruo uel in magno offenderat, uendere attentatis: & uēdere hominibus barbaris, & in Aegyptum descēdentibus: Quæ tanta insania? quis liuor? Nam si hoc metu somniorū facitis, ut persuasi quod omnino euentura sint: quare impossibilia attentatis, & factis uestris contra deū bellum assuinitis, qui hæc ei prædixerat? Quod si nihili putatis somnia, sed existimatis esse deliriū: quare hæc perpetrastis, quæ inelūibilem uobis maculam inuenerunt, & luctum indefinentem patri uestro afferant? Sed o grauem morbum, imò mentē sanguinariam. Nam qui peccato exponit se, & nefariū opus aggreditur, is obruit à cogitationibus abfurdis, neq̄ proponit ante oculos oculū illū qui nō quiescit, neq̄ reueretur naturā suam, neq̄ attendit aliquid quod ad cōmiserationem se possit inducere: id quod & illis euenit. Non enim cogitabāt quod frater esset, neq̄ quod adolescēs, neq̄ quod tam amabilis patri, neq̄ quod nunc in terra aliena uixisset, & apud exteros nunc ante cōuersatus, nūc in terra tam semota inter barbaros habitaturus esset: sed omni honesta cogitatione abiecta, unū duntaxat curabant, quod inuidiā suā, ut putabant, opere explerent. Et illi quidem mente fratricidæ erāt: qui autem hæc ab eis passus est,

omnia fortiter tulit. Custodiebat eū eum manus domini, & omnia difficilia faciebat ei facilia & leuia. Quando enim supernā gratiam habemus, etiā inter medios barbaros, et in aliena regiōe melius & cōmodius uersari possumus, q̄ si q̄ domi habitāt, & quibus summa cura ministratur. Contrā quāuis domi uersetur, & omni prosperitate frui uideamur, si destituti sumus superno præsidio, omnibus uidemur miseres. Magnū enim & uirtutis robur, & malitię infirmitas. Et hoc maxime ostendit nobis historia, quā in manibus habemus. Dic eū utros miseros & deplorandos esse putamus, illos ne qui tanta mala fecerunt, an fratrem, qui in potestātē barbarorū uenerat? Manifestum, quod illos. Cogita eū, obsecro, hic admirabilem illum, qui tāta ministrorū cura educatus, & in uulnīs paternis semper habitus fuit, quomodo repente coactus est ferre grauē seruitutem apud uiros barbaros, nihilo meliores ipsis bestiis. Sed omniū dominus & illos humanos reddebat, & isti in omnib. dabat patientiā. Porro illi postquam uendiderunt fratrem gaudebāt quasi re bene gesta, ablato uidelicet e medio cui inuidebant.

Reuersus est autē, inquit, Rubin ad cisternam, & non uidit fratrem, & dirupit uestimēta sua, & rediit ad fratres suos, & dixit: Puer non cōparet, ego quod ibo ultra?] Quoniam supra docuit diuina scriptura, quod propterea consuluerat eum in cisternam cōsiciendum, ut ex sanguinarijs manibus illum eriperet, & redderet patri: nunc, inquit, ubi uidit se opinione sua frustratum, dirupit uestimenta sua, & dixit: Puer non comparet, ego autē quod uadam? Qualem habebimus defensionē, & maxime ego, qui uobis præesse uideo? Putabat enim quod eum occidissent. At postquā factum est quod quærebant, & miserūt in Aegyptum quem odio habebant, & inuidiā suā aliquo modo mitigarunt: postea magna industria excogitarūt quomodo deluderent patrē, ne mala sua cōspiratio illi manifesta fieret. Et occiso hædo caprarum, inquinauerūt uestem sanguine, & attulerunt uestem patri suo, & dixerunt: Cognosce, nū uestis filij tui sit, an non?] Quid decipitis uosmetipsos o insensati? nam licet patrem decipere possitis, non tamen fallētis iudicem illum qui decipi nequit: non ignorabit oculus ille qui nunc dormitat, quem maxime omniū formidare oportebat. Sed ita se habet humana natura: imò ita se habet multorū desidia, ut humanū timorē & præsentis uitæ confusionē maximi faciat: in mēte autem nō uerset terribile illud tribunal, & intolerabilem pœnā: sed hoc unum curat, quomodo effugere possit humanā reprehensionem: id quod & illi egerūt, dum patrem suū decipere moluntur.

Agnouit enim, inquit, uestē pater, & dixit: Vestis filij mei est, fera mala deuorauit eum, fera rapuit Ioseph.] Etenim uerē quasi in malas bestias incidisset, omnia crudelia sustinuit. Dirupit autem uestimenta sua, & posuit saccū super lumbos suos, & luxit filium suū diebus multis.] Quantis fuerint illi digni lachrymis, qui nō solum fratrem

barba-

barbaris uendiderunt, sed & patrē in extrema necessitate in tantum luctum cōiecerunt? Congregati autē sunt filij eius & filia eius, ut consolarentur eum, & noluit, dicens: Descendam ad filiū meū lugens in infernū.] Opinor & hoc illis aliam fuisse pœnam. Videbant enim quod pater tantū tamq̄ feruentem amorem declarabat erga eum qui non aderat, imò & putabat à bestiis discerptus, & maiori tabescebat inuidia. Sed illi quidem & in fratrem & in patrem crudeles fuere, nullaq̄ uenia digni. Madianitæ autē & ipsi diuinæ seruitutis dispensationi, & denuo Iosephum uendunt Petephri archimagiro Pharaonis. Vidisti quō paulatim procedit, & per omnia suā uirtutem & patientiā declarat, ut sic quasi athleta fortiter certās, redimatur corona regni, & euentus somniorū impleat: quod doceant ij qui eum uendiderant, q̄ nihil commodi ex sua malitia referant. Tantam enim fortitudinem habet uirtus, ut clarior fiat dum infestā. Nihil enim ea fortius, nihil ualidius: non quod ipsa tantū habeat robur: sed is qui eam possidet, & supernam gratiam habet, & inde præsidium assequitur, omnibus est fortior & inuidius, & capi nequit: non solum hominum insidijs, sed & demonum machinamentis. Quod cum sciamus, ne fugiamus male affligi, sed male agere: hoc enim est uerē male affligi. Nam qui proximū affligere tentat, illi quidem omnino nihil nocet. nam licet ad paruum tempus noceat, in hoc tantū seculo id facit, sibi autem immortalia tormēta thesaurizat, & pœnas inestimabiles: quas non aliter effugere possit, nisi parauerimus nos ad ferendas afflictiones, & iuxta doctrinā dominī, precemur pro his qui nobis male faciūt. Hoc enim nobis magnam parabit mercedē, & concedet dignos effici regno cœlorum. Quod nobis concedatur gratia & misericordia dominī nostri Iesu Christi, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria, imperiū & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Et uidit Iudas hominē Chananæi filiā, quæ uocabat̄ Saura, & duxit eā: suscepitq̄ ex ea filium, & uocauit nomē eius Her. Hom. LXI

S AT I S pridem ex historia Ioseph didicimus, quantū damni nascatur ex inuidia, & quomodo perniciosus ille morbus animam primum corrumpat, à qua nascitur. Vidistis quomodo propter hanc affectionem fratres Ioseph & cognationis obliti sunt, & bestiarū crudelitatem in eum qui in nullo offenderat exercuerunt. Malitia enim sua non tam fratri suo nocuerunt, quàm seipsos ignominiosos fecerunt. Nam licet barbaris eum uendiderint, & illi rursus archimagiro Pharaonis: nihilominus quia habuit supernam gratiam se in omnibus adiuuauit, omnia leuia & facilia uisa sunt. Et uolebam etiam hodie illam historiam tractare, indeq̄ contere sermone: uerum in medio alia quædam narratio interiacet, quam indignum est preterire. Sed opus est, ut quantum possibile est perscrutemur, & sic iterum ad argumentum Ioseph redeamus. Quænam igitur illa est quæ interseritur nar

Chryf.

A ratio? Illa de Iuda. Hic enim accepta in uxorem Chananæi filiā, Saura nomine, suscepitq̄ ex illa tribus filijs: Duxit, inquit, primogenito suo Her uxorem Thamar. Quia autem ille malus erat coram domino, occidit eum deus. Et præcepit Auran, ut ducta uxore fratris sui, excitet semen fratris sui.] Id enim lex quoq̄ iussit, ut mortuo fratre sine liberis, frater ducta uxore excitet semen fratris sui. Verum & hunc quia malus erat, occidit dominus. Hoc Iudam terrore perculit, uidentem duos filios tam cito interisse: & uolens Thamar consolari, promisit se alium filium ei daturum: sed non implebat promissā, ueritus ne & ipse eandem pœnam ferret quam fratres. Talibus promissionibus pascebat̄ Thamar, inq̄ domo patris sui sedebat, expectans quādo foci promissio impleteretur: & uidens Iudam nolle implere promissā, mansuete tulit, non admittens aliorum coniugia, sed amplexa uiduitatem, & tempus congruum expectans: festinabat enim ut filios procrearet ex focero. Et quia uidit focrum mortuam, & Iudam uenire in Thamna ad tendendas oues, surari uoluit foci concubitum, & ex illo filios procreare, non libidinem explere cōcupiscens (absit hoc) sed ne uideretur esse sine nomine. Alioquin & dispensatio erat quod fiebat, unde & opere completa sunt ea quæ illa deliberauit. Depositis enim uestibus uiduitatis suæ induit theristrū, atq̄ ita ornata sedit apud portā. Deinde quasi excusans eam scriptura, dicit: Vidit enim quod creuerit Selom, ipse autem non daret ei uxorem, & propterea ad deceptionem illam properauit. Iudas enim cum putaret eam esse scortū (uelauerat enim illa faciem ne agnosceretur) diuertit ad eam. Illa autem dixit: Quid mihi dabis? Ille autē pollicitus est hædum ex gregibus se missurum. At hæc dixit: Si dederis arrabonem, donec mittas. Et dedit annulum & armillam & baculum, & intrauit ad eam, & grauida facta est ex eo.] Nullus hæc audiens condemneret Thamar: nam, ut dixi, dispensationi seruiuit, & propterea neq̄ ullam inde reprehensionem meretur, neq̄ Iudas crimini fuit obnoxius. Etenim hac uia procedens, inuenies ex pueris inde natis Christum secundum carnem ducere genus. Præterea duo isti filij per eum nati, duorum populorum figura fuerunt, & prædictio quædam uitæ Iudaicæ & spiritualis. Sed nunc uideamus post recessum Iudæ, quomodo paruo tēpore exacto, & opere in apertum producto, Iudas semetipsum condemnat, illam à culpa liberans. Nam postquam impletit Thamar quod uoluit, iterum mutato habitu inde recessit, & uenit in domum suam. Iudas autem nihil eorum sciens, promissionem impleuit, & hædum misit ut arrabonē suum illi datum reciperet: sed nusquam inuenta muliere, rediit puer, significans Iudæ quod nusquā inuenire mulierem potuerit. Quibus compertis, Iudas dixit: Forte ridemur, ut habiti in grati. Neq̄ enim sciebat factum. Verum præteritis mensibus tribus, & uteri onere partum prædicente, & nullo alio furtiuum sciente concubitum: annuntiatum,

tom. 1

x inquit

inquit, est Iudæ, quod uterum gereret ex stupro. Quod ut didicit, dixit: Educite eam, & cõbura tur.] Magna indignatio, grauis pœna, quia & peccatum grande esse uidebat. Quid igitur Thamar? prolatis his quæ in arrabonem Iudas reliquerat, dixit: Si quis est cuius hæc sunt, ab illo uentris sarcinam accepi.] Attende quomodo silens fide dignos testes affert qui loquantur, & satis eam à culpa alienam demonstrant. Quia enim tribus testibus egebat quæ in tali causa arguebatur, idcirco & hæc quasi claro testimonio dato, tres arrabonum species mittit, annulum, armillam & baculum: & tacens ac domi sedens causam uicit. Iudas enim, cum agnouisset, dixit: Iustificata est ipsa magis, quam ego. Quare non dedi ei filium meum Selom?] Quid est, iustificata est ipsa magis, quam ego? Illa quidē, inquit, innoxia est, ego autē me ipsum condemnno, & nullo arguente prodo: imò sufficiunt quæ arguant, quæ dedi illi in arrabonem. Et deinde iterū Thamar excusans, dicit: Quare non dedi eam Selom filio meo? Fortē autem hoc factum est ob hanc causam, dicitur enim sum propter quam. Nam quia Iudas putabat illius causa mortuos Her & Anan, id quod metuens, eam non dedit Selom, quamuis ei promississet: ut igitur manifeste ac euidenter sciret quod non illa istis causa fuerit mortis, sed propter suam malitiam pœnam dederint. Occidit enim eum, inquit, Deus. Et iterum, Occidit eum, inquit, etiam secundo. Propterea ignarus ipse cum nuntia sua rem habet, & clarē cognoscit quod non ipsa fuerit in causa, sed illorum malitia reos eos pœnæ fecerit: & confessus peccatum suum, etiam illam à peccato liberat. Nec adiecit, inquit, ut cognosceret eam.] quod declarat neque primū cum ea rem habiturum fuisse, si agnouisset eam. Deinde postquam diligenter narrauit nobis diuina scriptura deceptionē quam fecerat Thamar, consequenter docet nos qui filii ei sint nati. Factum est autē, inquit, cum pareret, erant gemelli in uentre eius. Et cum pareret, unus protendit manum: apprehensam autem obstetrix cocino ligauit, dicens: Hic egredietur primus.] Vide hic, obsecro, sacramentum & prædictionem futurorum. Nam postquam ligauit obstetrix manum cocino, ita ut cognosci posset exiturus, retraxit manum, & exiit frater eius. Celsit, inquit, fratri, ut prior egredieretur: & qui posterior putabatur, prior exit. Et dixit, inquit: Quare diuisa est propter te sepēs? & uocauit nomen eius Phares. Diuisionem enim & quasi partitionē hoc nomen signat. Et post hūc egressus est frater eius qui signū in manu dextra acceperat, & uocauit nomen eius Zara, quod interpretatur Oriens.] Et quod nō temere & absque causa hæc facta sint, sed figura futurorū fuerint, res ipsæ declarant. Neque enim iuxta naturæ ordinem hoc factum est. Quomodo enim erat possibile, ut postquam manus ligata fuit cocino, iterum contraheretur, & daret posteriori transitum: nisi diuina quædam uirtus hæc prius dispensasset, & sicut in umbra quadam præfigurasset, quod sta-

tim ab initio Zara, quod est Oriens (sic enim figuratur ecclesia) prospicere cœpit: quo paulisper procedente ac mox retrocedente, legalis obseruatio per Phares significata subintrauit, quæ postquam diu regnum tenuit, eo qui prius celserat, Zara uidelicet, rursus succedente recessit omnis Iudaica consuetudo. Sed forte nunc fuerit necessarium idem breuius dicere: Fuerunt, sicut Zara qui manum prorulit, Noe & Abraham, imò ante illos Abel & Enoch, quibus magnū studium fuit ut placerent deo. Deinde postquam in multos propagati, multa peccatorum onera collegerunt: opus autem erat ut uel paruam aliquam consolationem haberet: data est lex ut umbra aliqua, non peccata tollens, sed ea demonstrans, & manus festas eis faciens, ut tanquam imperfecti filii qui late pascuntur, adulescere possent. Verū quia neque hoc eis profuit, sed lege peccatorum magnitudinem monstrante, ipsi iterum ipsdem infermentati sunt, adueniens cõmunis dominus noster, spiritualem hanc & uirtutibus clarā uitā humano generi largitus est, cuius figuram Zara implebat. Et idcirco Euangelista etiā meminit Thamar, & eorum qui ex illa nati sunt, & dicit: Iudas autē genuit Phares & Zarā de Thamar. Ne igitur temere prætereamus ea quæ in diuinis scripturis sunt prodita, neque ea quæ dicuntur à limine salutem: sed introgressi ad ipsa penetralia, cum diuitias quæ ibi latent didicerimus, glorificemus dominū nostrum, qui cum tanta sapientia dispensat omnia. Nam si neglexerimus mentem & causam omnium quæ facta sunt exquirere, nō solū hanc cõdemnabimus, quod cum socero suo cubauerit, sed & Abraham reprehendemus, ut puericidam animo factum, & Phinees ut gemini homicidij reū. Sin autē unius cuiusque causam diligenter cognouerimus, & illos à crimine liberabimus, & nos multā inde utilitatem percipiemus. Cæterū nos quæ ad historiam hanc attinent, pro uirili nostra pertractauimus charitati uestra. Quod si non fatigamini, & si placeat, etiā sequentia attingamus: & iterum ad narrationē de admirabili Ioseph ueniamus, ut discatis etiam ex his quæ hodie dicta sunt, quæcūque generosus ille athleta, post somnia illa regnū sibi promittentia & principatū fratū, sustinuerit, & quomodo post illa certamina & tentationes aliæ exceperint. Increbrescebant naufragia, nec submergebat gubernator: & cū ualidior insurgeret tempestas, quasi ad gubernacula sedēs, nauim regebat. Dignū autē fuerit & uerba ipsa audire, ut diligenter omnia discere possimus. Ioseph autē deductus est in Aegyptū, & emit eum archimagirus de manu Ismaelitarum.] Deinde postquam barbari illi, qui à fratribus eum emerāt, Aegyptio archimagiro Pharaonis uendiderūt, uariosque dominos fortitutus est ille inter uulnas patris educatus: ut ne admiremur, quō tulerit grauem illam seruitutem adulescens, & omnis duræ uitæ inexpertus, domique magna patris beneuolentia enutritus: subdidit scriptura, dicens: Et erat dñs cum Ioseph, & erat uir assequens.] Quid est, erat dñs cum eo? Comitabatur

Matt. 1.4

Ca. XXXIX

4.4

tur eū, inquit, diuina gratia, & reddebat ei facilia omnia quæ grauiora erant. Hæc dispensauit omnes eius res, hæc mansuetiores ei reddidit negotiatores, & uendere archimagiro coegit, ita ut paulatim hac uia procedens, & per tentationes illas uadens, ad regnū thronū ascendere ualuerit. Verum tu dilecte audiēs quod sustinuit seruitutem apud negotiatores, deinde quod seruiuit apud archimagirum, cogita quō non turbatus est, neque cogitauit, neque hælitaui secū, dicens: Quæ nam est illa somniorū deceptio, quæ tantā gloriam pollicebatur? Ecce enim post somnia illa seruitus, & seruitus grauis, & domini uarij. Ab hoc migro ad illū, ab illo ad aliū, & cogor barbarorū assuescere moribus. Nunquid derelicti sumus: nunquid cõtempniti sumus à superna gratia? Nihil tale uel dixit, uel cogitauit, sed tulit omnia fortiter & mansuete. Erat enim dñs cū Ioseph, & erat uir assequens.] Quid est uir assequens? Omnia ei prospere succedebant, ubique præcedebat eum superna providentia. Et ita manifesta erat gratia, quæ florebat super eum, ut etiā dño suo archimagiro manifestū hoc fieret. Sciebat enim, inquit, dominus eius, quod dominus esset cum eo, & omnia quæcūque faciebat, dñs prospera reddebat in manibus suis. Inuenit autem Ioseph gratiam coram domino suo, & constituit eum super domū suam: & omnia quæcūque habebat, dedit in manus Ioseph.] Vidisti quantum sit superna manu adiuuari? Ecce enim & iuueni, & peregrino, & captiuo, & seruo, à dño tota domus credit. Dicit enim: Et omnia quæ habebat dedit in manus Ioseph. Quare? quia cū superna gratia & suos mores attulit. Gratus enim ei erat: hoc est, cum magna gratia faciebat omnia. Deinde uolens eum deus misericors in maiori securitate constituere, non liberauit à seruitute, neque libertatem ei dedit. Hic enim mos est deo, ut nec à periculis uiros uirtute claros nec à tentationibus liberet: sed in ipsis tentationibus tantam suā declarat uirtutem, ut tentationes ipsæ eis fiant occasio lætitiæ magnæ. Propter hoc & beatus David dicebat: In tribulatione dilatasti mihi. Non tribulationē, inquit, abstulisti, neque ab ea liberatū in relaxatione esse uoluisti: sed id quod est miraculum, & per rarum, in medio tribulationis constitutū absque pauore esse me fecisti. Illud sanē & hic fecit dñs. Bene dixit enim domū Aegyptij propter Ioseph. Et didicit postea barbarus, quod is qui ut seruus habebatur, deo peculiariter gratus esset: & permisit omnia quæ habebat, in manibus Ioseph, & nō sciebat quicquam præter panem quem comedebat.] Quali dominū totius domus cõstituit. En seruus & captiuus sub manu sua habet omnia quæ erant dñi: tanta res est uirtus. Nam ubicūque illa apparuerit, omnibus domina & præualet. Etenim si cū oriēte sole tenebræ discutunt, ita & apparēte uirtute è medio tollit omnis malitia. Sed mala bestia est diabolus, ut primū uiderit iustum gratum esse, & per ea quæ putantur esse aduersa clariorē fieri, fremit dentibus & insanit: neque uidere potest iustum quotidie magis & magis clarescere, sed pro-

Chryl.

fundū barathrū effodit, & præcipitiū parat, quod illum maximo, ut arbitrat, damno afficiat: & tempestatem excitet, & uiolentum naufragiū faciat: sed discit non post longū tempus quod contra stimulum calcitret, & cõtra suū caput operet omnia.

Et erat Ioseph pulcher specie, & formosus aspectu.] Quare nobis corporis pulchritudinem narrat? ut discamus quod non solum anima pulcher erat, sed & corpore. In ipso enim flore ætatis erat: iuuenis erat, & pulcher specie, & formosus facie. Hæc autem prius narrauit de eo scriptura, ut doceat nos quod Aegyptia adolescentis pulchritudine capta, ad illicitum eum concubitus irritaret.

Et factū est post hæc.] Quid est, post hæc? Postquam ei cõcredita potestas totius domus, postquam tantum honorem à domino suo consequutus est.

Iniecit uxor domini oculos suos in Ioseph.] Vide in temperantiā lasciuæ mulieris, nō ei uenit in mentem quod haberetur domina, non quod ille erat seruus, sed à formositate capta, & diabolico incendio suscepto, in iuuenem postea insilire tentat: & malam illam cogitationē in mente seruans, tempus inquirat & solitudinē, quæ possent ei cooperari ad illicitū suum conatū. Verū ille noluit, neque paruit, neque uerba illius suscepit. Sciebat enim hinc sibi magnam perniciem enasci. Et non solum res suas spectabat, sed operā dabat ut & illā, quantum possibile erat, ab infania hac liberaret, & ab illicita ista concupiscentia: & cõsilium ei afferret, quod sufficiebat ei ut pudesceret, & quid sibi prodesse cognosceret. Dixit enim, inquit, uxorī dñi sui:] Domina à seruo cõsilium accipit. Nōne propter me nihil scit in domo sua, & omnia quæcūque habet, dedit in manus meas?] O gratitudinem uiri. Vide quomodo enumerat beneficia domini, ut doceat quantā illa gratitudinē erga coniugem habere debeat. An non ego, inquit, famulus sum? an non peregrinus? an nō captiuus? tanta fructus eius securitate, ut omnia sua sub manum meam tradiderit: & nihil est quod exceptit de manu mea, præter te: & omnibus alijs ego præsum, solū autem tibi subijctor, & es extra meam potestatem. Deinde ut ualidā ei plagā daret, & recordari faceret uiri beneuolentiæ, & persuaderet ei ne tam ingrata esset erga coniugē suū, inquit: Et tu propterea extra potestatem meā es, eo quod tu uxor eius sis. Cum igitur uxor eius sis, quomodo faciā hoc malum uerbū, & peccabo coram deo?] Quoniam enim illa solitudinē obseruabat, & tempus expectabat quo latere poterat uirū, & omnes qui in domo erāt, dicit: Quomodo possum facere malum, & peccabo corā deo? Quid enim putas? etiā si effecerimus ut res clam sit omnibus, oculum tamen illum qui dormire nequit, latere non poterimus: illum solū timere oportet, & tremere ac pauere, ut ne in cõspectu eius malē quippiam faciāmus. Et ut discamus iusti excellentem uirtutem, & quod nō semel neque bis, sed & sapius certamen hoc sustinuerit, & colloquium hoc tulerit, consilereque non cessauerit, subdit scriptura: Cum autem loqueretur de die in diem, & nō obediret ei:

tom. 1

x 2

ubi

ubi obseruauit in domo facientem aliquid, assilijt in iuuenem sicut bestia dentibus frendens. & apprehensis uestimentis tenuit eum.] Non simpliciter hoc prateramus, sed cogitemus, quantum certamen sustinuerit iustus ille. Non enim tam admirabile, ut mihi uidetur, in fornace Babylonis esse tres pueros, & illaefos permanere, & nihil ab igne pati: ut admirabile hoc & rarum, quod admirabilis ille iuuenis retinetur uestimentis ab impura illa & lasciuia, & non detinetur: sed & uestibus relictis in manibus illius, resiliit. Sicut autem tres pueri illi, propter suam uirtutem, superna freti gratia, ignis uictores uisi sunt: ita & ille, quia quod in se erat afferebat, & continentiae certamina cum magna obibat constantia, magno supernoq; praesidio muniebatur. Neq; enim potuisset, dextra dei non cooperante ei, tantum certamen certare, & a retibus illius libidinosa mulieris aufugere. Et licebat postea uidere admirabilem illum, nudum quidem uestibus exire, indutum autem continentiae uestimentis, & quasi ab incendio & fornace illaefum effugere: & non solum non adustum, sed & multo fulgidior & clariorem factum. Sed uide post tantam uictoriam, tantamq; fortitudinem, propter quas oportebat illum coronari, propter quas oportebat illum praedicari, iterum quasi reum innumera sustinentem mala. Nam Aegyptia illa non ferens confusionem & opprobrium, in qua seipsam iniecerat dum impossibilia conaret, primu conuocatis qui in domo erant, accusat adolescentem: & affirmans quod ille dixerit quae ab ipsa per furorem proposita erant, ad hunc modum oes decipere tentat. Sic enim se habet malitia, semper contra uirtutem pugnat, & ei sua peccata affricare & impingere uult: id quod & haec facit, adulescentem quasi intemperantem criminans, & se continentiae larua induit, & dicit, propter hoc & illum uestes reliquisse, & se retinuisse illas. Et misericors deus fieri haec permittit, ut per omnia famulum suum clariorem efficiat. Nam haec omnia uenienti uiro cum magna malitia dixit, & adolescentem accusauit, dicens: Intraui ad me puer Hebraeus, quem adduxisti ad nos, ut illuderet mihi.] Omifera & calamitosa, non ipse introductus est ut illuderet tibi: sed diabolus te induxit, ut non solum adultera fieres, sed ut homicidium procurares. Et ostendit postea ad probationem eorum quae dicta erant, adolescentis uestes. Considera, obsecro, hic communis omnium dñi misericordia: quia sicut a fratribus eripuit, uolentibus eum interficere: & effecit primum quidem ut iuxta consilium Rubin in cisternam immitteretur, & postea iteru iuxta consilium Iuda negotiatoribus uenderetur, ut somniorum euentus complerentur: & fidem facerent iusto, quod non frustra neq; temere haec praesignata essent: Ita & nunc superna manus erat quae barbarum detinuit, & non permisit ad caedem iusti festinare. Quid enim prohibuisset eum hoc facere, cum intelligeret illum attentasse uiolare suum lectum? Verum omnipotens deus tantam fecit illi exhiberi clementiam, ut coniectus in carcerem etiam illic sua de-

clare uirtutem, & sic ad principatum regni ueniat.

Succensit, inquit, dominus eius, & misit eum in custodiam, ubi uincti regis detinebantur.] Nam si quidem non crederet, non oportebat eum in carcerem conijcere: sin crederet uerum esse quod Aegyptia dixerat, tunc non carcere dignus erat, sed plecti capite & extremu suppliciu pati debebat. Verum quando suu auxiliu dextra superna ostendit, omnia leuia & facilia fiunt, & feroces mansuescunt. Tunc autem superna gratia ubertim nobis assilijt, quando multam & nos attulerimus uirtutem. Nam hic, quonia multu certauit, propterea etiam magna praemia cosequitur. Et post tantam fortitudinem abducitur in carcerem, & silenter fert omnia. Scitis enim ij qui non sibi conscij culpa, quando sicut rei condemnantur, quanta utantur saepe fiducia & dicendi libertate, superbientes & inflati, & insurgentes contra eos qui insonibus crimen intentant. Verum ille non sic: sed silet, & omnia mansuere fert, & sustinet cum magna patientia uoluntatem dñi. Vide enim quod & in carcere principatum omnem accipiat a custode carceris. Erat enim dominus cum Ioseph, inquit, & defundebat ei suam misericordiam.] Quid est, defundebat suam misericordiam? Ad miserationem inflectebat praefectum carceris, & mire erga illum beneuolentiam suam declarare procurabat. Dedit enim ei gratiam coram illo.] Verè nihil beatius eo, qui dei gratiam habet. Dedit enim, inquit, praefectus carceris carcerem in manus Ioseph.] Vide quod custos carceris aliquid honoris ei defert, & auctoritatem ei permittit, & omnes qui in carcere erant, esse iubet sub potestate eius. Et nesciebat praefectus carceris aliquid. Omnia enim erant in manu Ioseph, eo quod dñs erat cum eo. Dominus prospere agebat in manibus eius.] Vide quomodo comitabatur eum perpetuo superna gratia, & omnia quae faciebat erant plena gratia. Hoc igitur & nos studeamus, ut nobiscum semper habeamus dominum: ut quae a nobis fiunt, ab illo prosperentur. Nam qui illius gratiam assequitur, & in medijs uinculis existens ridebit, ac nihil aestimabit omnia, domino omnium faciente & disponente cuncta, ut prospere succedant omnia. Quomodo autem poterimus nobiscum habere dominum, ita ut ab ipso secundenur omnia: si sobrijs nosmetipsos attendemus, & uigilantes erimus, & imitabimur iuuenis illius continentiam, aliasq; uirtutes, ac fortem spiritum: uidebimusq; quod sic oporteat omnia diligenter fieri, ne forte a domino condemnemur. Neq; enim possibile est, ut occultetur aliquid ab oculo illo qui dormire nequit. Verum necesse omnino est, ut is qui peccat, supplicij obnoxius fiat. Itaq; ne pluris faciamus timorem hominum, quam indignationem dei, sed memores simus semper uerboru Ioseph dicentis:

Quomodo faciam uerbum hoc malum, & peccabo coram domino?] Igitur quando nos cogitatio perturbat, hoc in mente uersemus uerbum, & statim effugiet omnis illicita concupiscentia. Itaq; siue quis corporum concupiscentia capiatur, siue alia

alia quadam, statim hoc uerbu cogitet: quod ille est qui nos condemnet, a quo non est possibile nos occultare, etiam quae in mente nostra uersent: & omnino effugiemus etiam diabolicas machinationes, magnoq; adiutorio superno iuabimur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria, imperiu & honor, nunc & semper, & in secula seculoru, Amen.

Et nesciebat aliquid praefectus carceris propter Ioseph.

Homilia LXIII
Reliquias eorum quae heri dicta sunt, uolumus hodie reddere charitati uestrae, & iterum attingere historiam Iosephi. Scitis enim quod hesternus sermo prolixior fuit, & non potuimus ulterius progredi: sed sermoni finem imposuimus, quando propter Aegyptiae calumniam ab archimagiro in carcerem est coniectus. Ideo hodie operapretiu fuerit docere uestram charitatem, quae in carcere ei acciderint. Nam postquam in carcerem est coniectus, & traditus praefecto carceris, etiam illic tantam dei gratiam assequutus est, ut totius carceris principatus a praefecto carceris sibi cederet. Et nesciebat aliquid praefectus carceris propter Ioseph.] Vidi sti quomodo in ipsis afflictionibus existens aduersitatem ne senserit quidem, sed omnipotes sapientia dei omnia aspera uertebat in iucunda. Et quem admodum margarita etiam in caeno obruatur nihilominus natium pulchritudinem retinet: sic & uirtus quocunq; eam profeceris, suam uim exerit, siue in seruitute, siue in carcere, siue in afflictione, siue in prosperitate. Quandoquidem igitur & in carcere illi conciliauit praefectus carceris, & super omnes qui ibi erant potestatem concessit, uideamus & hic quomodo uim gratiae sibi concessae manifestarit. Factum est enim, inquit, post uerba haec.] Qualia quae narrauit, post factam calumniam, postquam condemnatus est in carcerem: & non hoc solum, sed & postquam significatum est nobis quod dominus cum eo fuerit, & quod praefectus carceris omnia quae ibi erant commiserit, ut per illum administrarentur. Factu est, inquit, post uerba haec, postquam coniectus est in carcerem, cum peccassent praefectus pincernarum & praefectus panificum, condemnati sunt a rege ut in carcerem mitterentur, quos praefectus carceris Ioseph commendauit.] Neq; enim ut uincto usus est illo, sed ut curaru particeps, imò ut eo qui ibi detentorum curas bene consolari queat. Et adstitit eis, inquit.] Quid est, adstitit eis? hoc est, solatus est eorum mentes, erexit eoru animos, & non permisit absorberi praetristitia. Erant autem diebus multis in carcere, & uiderunt ambo insomnium in nocte una, praefectus pincernarum & praefectus panificu. Sed beatus ille, cui curae erat quod consolarentur illi, ut uidit eos ob uisionem insomniorum turbati, & mente confundi, dicit: Cur facies uestrae hodie ta obnubila & moestae?] Ostendebant enim facies eorum intus latentem turbationem. Propterea & sapiens quida dicebat: Cor de latente exhilaratur facies: in tristitia autem ex-

stente, moeret. Igitur quia uidit eos tristitia affectos propter insomnium uisionem, causam discere uolens rogauit. Vide quod & in carcere existens suam declarauerit uirtutem, & alioru moerore alleuiare studuerit. Quid igitur illi? Insomnium uidi-mus, & non est qui interpretetur illud.] Ignorabant sapientiam eius cum quo loquebantur, & quasi uulgarem aliquem existimabant, propterea somnium ei non dicunt, sed tantum quod uiderint, & dicunt: Nullus est qui interpretetur illud. Verum admirabilis ille uir dicit eis: Nonne a deo manifestatio eius est? Narrate igitur mihi.] Non a me promitto uobis aliquid me dicturu, Deus est qui reuelat. Narrate igitur mihi. Vide intelligentiam & humilitatis excellentiam: non dixit, Ego uobis interpretor, ego uobis dico somnioru euentu. Sed quid? Narrate igitur mihi, Deus enim est solus, qui talia reuelat. Et narrauit praefectus pincernarum.

Ut autem audiuit Ioseph, inquit: Haec est interpretatio eius. Tres propagines, tres sunt dies, & recordabitur Pharaon tuae pincernaru praefecturae: & hinc restituet te, & dabis poculum Pharaoni in manum suam iuxta pristinum officiu tuum, ut solebas unu infundens. Sed recordare mei, quando tibi bene erit, & facies mihi misericordiam, & memor eris mei apud Pharaonem, & educes me ex carcere hoc: quia furtiue abductus sum ex terra Hebraoru, & hic feci nihil, & immiserunt me in hunc lacu.] Quia praedixerat ei bona euentura, & reconciliandum regem, dicit: Memor esto mei per temetipsum, quando felicitatem tuam obtinueris, mentionem faciendo eius qui haec tibi praedixit, & facies mihi misericordiam. Hoc audiens, dilecte, ne condemnes pusillanimitatem iusti: sed hac ratione potissimum obstupesce, quod tam fortiter & aequo animo tulit grauem illam inhabitationem. Nam licet magnam a custode carceris potestatem accepit, attamen grauabat in tanto pedore cum fordidis & squalidis agendo. Nam uide q; benemorata mente fuerit praeditus, & quomodo fortiter tulerit omnia, in omnibus magnam declarans animi humilitatem. Et facies, inquit, in me misericordiam, & recordaberis mei apud Pharaonem, & educes me ex carcere hoc. Attende obsecro hic quomodo nihil dicat contra scelestam illam adulteram, neq; arguat dominu, neq; narret fratrum in se inhumanitatem, sed te ceteris omnibus, dicit: Recordare mei, & fac educi me ex carcere hoc, quia furtim abductus sum de terra Hebraoru, & hic nihil feci, & immiserunt me in lacum hunc. Ne perfunctorie hoc prateramus, sed consideremus q; bonis moribus anima eius fuerit praedita, quod inuenta opportunitate teporis, & sciens quod praefectus pincernarum in felicem statum restitutus, posset omne negotium suum regi significare, non Aegyptiam reprehendit, (iterum enim eadem dicam) non dominum assert in medium, non dicit causam propter quam condemnatus sit in carcerem, neq; scelus in se commissum narrat: sed hoc unum curat, non ut illos condemnet, sed ut pro se solo dicat. Et fratrum quidem causam subindica-

bat, dicens: Furto abductus sum ex terra Hebraeorum. Quae autem Aegyptia illa fecerat, non profert in medium, neque iniustam domini sui erga se indignationem. Sed quid dicit? Hic feci nihil, & immiserunt me in carcerem hunc. Haec audientes, discamus si in talia inciderimus, ut caueamus conuictis illos qui nos iniecerunt incessere, & ad accusationem illorum linguam acuere: sed solum demonstramus in mansuetudine & lenitate nos innoxios: & admiremur illum admirabilem, quia neque in calamitate existens uoluit uerbis petulantiam & libidinem Aegyptiae inuulgare. Scitis enim, quod multi cum de criminibus arguuntur, magna impudentia in alios sua delicta transferre nituntur. Hic autem sole dilucidior existens, & ualens omnia cum ueritate dicere, & illius insaniam manifestam facere, & semetipsum clariorem reddere, nihil illorum in medium affert. Neque enim humanam uenabatur gloriam, sed sufficebat ei gloria superna, & oculum illum qui non dormitat, habere uolebat laudatorem factorum suorum. Ideo silente eo, & omnia obtegere moliente, misericors dominus in tantam eum gloriam perduxit, quando uidit athletam suum egregie decertasse. Iam autem discamus & ex his quae postea sequuntur, uiri tolerantiam, & quod non grauatim fert dilationem: neque a sua alacritate excidit, sed aequo animo omnia fert, & prompte gratias agit domino suo, qui haec fieri permittebat. His auditis, princeps panificum ratus & suum sibi somnium boni aliquid praesignare, narrat ei somnium uisionem. Quod ut audijt Ioseph, accepta etiam ex superna reuelatione eius interpretatione, praedixit illi interitum imminens, & dicit: Adhuc tres dies, & auferet Pharaon caput tuum a te, & suspendet te in ligno, & comedet uolucres coeli carnes tuas a te. Propter hoc prius dicebam, inquit, quod non a meipso uobis praedico, sed quaecumque deus reuelauerit: ut siue bonum aliquid, siue malum praesignet somniorum uisio, non mihi adscribatur. Non enim a me haec loquor, sed illa uobis declaro quaecumque superna gratia mihi manifesta rit. Caeterum cum adessent statuti dies, opere impleta sunt quae Ioseph dixerat: & sicut interpretatus fuerat, ita contigit utriusque. Et ille quidem ad praesentiam redijt securitatem, hic autem poenam luit.

Porro praefectus pincernarum qui tantam consolationem acceperat, non est recordatus Ioseph, sed oblitus est eius. Vide iterum iustum in palaestra quadam certantem, & suae uirtutis exhibentem specimina, non perturbari, neque commoueri, neque aegre ferre. Nam si quis ex uulgaribus, fuisset, dixisset fortassis ita intra se: Quid hoc rei? praefectus pincernarum mox ut interpretatus sum ei somnium uisionem, pristina securitatem accepit: & non est memorem eius qui sibi praedixit: & ille quidem solita felicitate frui, ego autem qui nihil mali operatus sum, hic concludor cum homicidis, cum furibus, cum latronibus, cum his qui innumera mala commiserunt. Nihil horum uel dixit, uel cogitauit: sciebat enim quod longius ei meta promoueretur, ut legitime certando clariori redimere corona. Consi-

dera enim, quomodo post restitutionem illius duorum anni praeterierint. Oportebat enim expectari tempus opportunum, ut maiori cum gloria inde educeretur. Nam si praefectus pincernarum ante somnia Pharaonis recordatus, auctoritate sua eum liberasset, fortassis non tam perspicua fuisset alius eius uirtus. Nunc autem omnipotens & sapiens deus sciens, sicut optimus artifex, quanto tempore in igne debeat aurum teneri, & iterum inde reduci: permittit ad tempus duorum annorum praefectum pincernarum illius obliuisci, ut & tempus somniorum Pharaonis ueniat, & compellente necessitate ipsa, iustus ille in toto regno Pharaonis notus fiat. Nam post duos annos uidit, inquit, somnia Pharaon: & factum est mane, & turbata est anima eius. Et misit, & uocauit omnes coniectores Aegypti, & omnes sapientes suos, & narrauit eis Pharaon somnium, & non erat annuntias Pharaoni. Vide multiplicem dispensationem, prius permittit omnes qui sibi habebant sapientes tentari, ut monstraret eorum ignorantiam: & tandem hic uinctus, captiuus, seruus, Hebraeus in medium adductus est, & nota facit multis ignota, quod omnibus manifestetur superna gratia in illo resurgens. Cum omnes, inquit, sapientes uenissent, & neque dicere aliquid, neque os aperire possent: tunc princeps pincernarum recordatus est Iosephi, & recensuit Pharaoni ea quae sibi in carcere contigerant, & inquit: Peccatum meum reminiscor hodie. Et narrat quomodo in carcerem coniectus sit ipse, & praefectus panificum: & uiderint somnia, & interpretationem eorum a Ioseph acceperrint, & quod iuxta illius praedictionem euenerint omnia. Haec cum audisset rex, misit ad Ioseph, & eduxit eum ex carcere: & totonderunt eum, & mutauerunt uestimentum eius, & intrauit ad regem. Vide statim ab initio quantus nunc honor. Postquam enim purgatus est per patientiam, sicut aurum rutilans exijt de carcere, & ductus est ad regem. Vidisti quantum sit a superna gratia adiuuari? Vide nunc quanta dispensata sunt, ut res Iosephi completerentur. Nam postquam summum illud certamen certasset, & scelestae illius Aegyptiae pedicas effugisset, & in carcerem eius coniectus esset, permisit ut praefectus pincernarum & praefectus panificum Pharaonis per illud tempus in carcerem inijcerent, & per interpretationem somniorum discerent uiri sapientiam, ut eorum alter nunc tempestiue memor eius, in medium proferat. Dixit autem, inquit, Pharaon ad Ioseph: Somnium uidi, & non est qui interpretes illud: ego autem audiui de te dicentes, quod audierint te sua interpretatum somnia. Vide quod confusus Pharaon, non dicit manifeste quod nullus suorum sapientium poterit interpretari somnia. Sed quid? Somnium uidi, & non est qui interpretes illud. Audiui autem de te dicentes, quod audierunt te sua somnia interpretatum. Considera, obsecro, hic magnam prudentiam & pietatem Ioseph, quomodo Pharaoni respondeat.

Ne suspiceris, inquit, me aliquid a me dicturum, uel iuxta humanam sapientiam interpretaturum. Neque enim possibile est sine reuelatione, quae superne uenit, talium notitiam habere. Scias igitur, quod absque deo

deo non indicabitur quod salutare Pharaoni. Ut autem igitur didicit, quod omnium dominus est qui reuelat, non ab hominibus quaerit, quae solius dei est manifestare. Vide quod responso suo docet Pharaonem, quam sint infirmi & inuiles sapientes eius, & quanta sit potentia dei. Igitur quoniam cognouisti ex me, quod neque ex humana sapientia, neque ex proprijs rationibus haec loquor, dic quae a deo tibi manifesta. Pharaon ubi haec audijt narrat somnia, & primum & secundum, & inquit: Dixi coniectoribus, & non erat qui annuntiaret mihi. Non audisti, inquit, a me, quod non est humana sapientia talia enarrare? Ne igitur illis succenseas: nunquam enim poterunt talia comprehendere, quae sunt solius reuelationis quae supernae datur. Et dixit Ioseph: Insomnium Pharaonis unum est: ut autem credas, quod uerum erit quod a deo tibi praesignificatur, repetitum est secundum, ut tu uideres quod facile hoc faciat deus. Repetitio enim, inquit, confirmatio est uisorum, & copiosior probatio, quod omnino haec futura sint. Et postquam interpretatus est numerum septem botum, & septem spicarum, & dixit magnam futuram abundantiam, & quam grauis sequutura fames, consequenter & optimum consilium affert, & dicit: Constitue uirum super Aegyptum, qui possit colligere fertilitatem septem annorum, ac sic dispensare, ut possimus in tempore famis solatiu inuenire, & non fiat omnimoda consumptio. Placuerunt haec Pharaoni, & omnibus seruis suis. Et nunc seruit Pharaon euentui somnium Ioseph, quae uiderat quando apud patrem agebat. Et ipse quidem somnia Pharaonis interpretabatur: Pharaon autem ad finem somniorum euentum ducebat ignorans. Nam ut haec audijt, dixit seruis suis: Non inueniemus hominem talem, qui habet spiritum dei in semetipso. Vidisti quod cognouit & ipse, quod ex superna reuelatione haec ei manifesta fuerint? Quomodo enim, inquit, inuenire poterimus, qui tantam consequutus sit gratiam, ut spiritum dei in se habeat? Et dixit, inquit, ad Ioseph: Quia monstrauit tibi deus omnia haec, non est homo prudentior quam tu. Attende hic, quomodo, quodcumque uoluerit omnipotens deus opere complere quae sibi uisa fuerint, nihil eorum quae in medio obstat uidentur, impedire potest. Ecce enim a fratribus factus erat pene hostia, semel atque iterum uenalis, & accesserat calumnia in extremum periculum adducens & in carcerem diuturnum, & post haec omnia ferme in ipsum regis thronum euectus est. Quoniam ostendit tibi deus haec omnia, & non est homo prudentior & intelligentior te, tu eris super domum meam, & in ore tuo omnis populus obediet: ueruntamen throno ego te antecellam. Vide quomodo captiuus repente constituitur totius rex Aegypti, & qui ab archimagiro in carcerem coniectus est, a rege in summum locum exaltatus est. Et qui fuerat eius dominus, repente uidit quem ut adulterum in carcerem miserat, totius Aegypti suscepisse imperium. Vidisti quantum sit, ferre cum gratiarum actione tentationes? Propterea & Pau-

lus dicebat: Afflictio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spes non profacit. Vide igitur, Afflictiones patienter tulit, patientia probatum eum fecit, probatus factus in magna spe agebat, spes non profecit. Dixit autem ad eum: Ecce constituo te hodie super omnem terram Aegypti. Et Pharaon, ablato annulo de manu sua, posuit eum in manu Ioseph, induitque eum ueste byssina, & circumdedit collum eius torque aureo, & fecit eum ascendere super currum secundum sibi proximum. Et promulgauit coram eo praeco, & constituit eum super totam Aegyptum. Nam deus quem habebat secum, ei omnia prosperauit, & eum in tantam claritudinem euexit. Dixit autem Pharaon: Absque te nullus leuabit manum suam in omnem terram Aegypti. Et uocauit Pharaon nomen Ioseph Pfomthomphanech. appellatione nominis uolens sapientiam eius perpetua memoria testatam: hoc enim significat, occultorum cognitor: eo quod omnibus occulta manifestauit, propterea ex his quae facta sunt appellationem ei imponit. Et ut accumulet honorem, dat ei filiam Petephrae in uxorem. Deinde quia eiusdem nominis erat cum domino suo, dicit sacerdotis Heliopoleos. Et ut discamus, in qua aetate fuerit admirabilis ille, qui tanta assequutus est praemia, & tanta certamina obiuit, inquit: Ioseph autem erat triginta annorum, quando stetit coram Pharaone. Ne temere putemus assignatum esse numerum annorum, sed discamus quod negligentem uirtutem nulla sit excusatio: neque enim licet alicui excusare iuuentutem, ubi uirtus exercenda est. Ecce ille non solum iuuenis erat, sed etiam pulcher specie, & formosus facie. Contingit enim iuuenem esse, & nulla corporis pulchritudine praeditum. Hic autem cum iuuentute & pulcher erat facie, & quasi in ipso iuuentutis flore seruus & captiuus factus est: Decem enim & septem habebat annos, quando deductus est in Aegyptum. Deinde in ipsa fornace iuuentutis calumniata est eum petulans Aegyptia domina eius, & neque sic superat fortitudo iusti: denique in carcere tanto tempore erumnosus fuit, & mansit quasi adamas, non solum non factus infirmior, sed & plus roboris assumens. Habuit enim confirmantem se supernam gratiam, quoniam prius quod suum erat totum attulerat, & propterea e carcere ad principatum totius Aegypti accersitus est. Haec audientes, in afflictionibus animam nunquam despondeamus: neque proprias rationes sequentes morosi simus & difficiles: sed cum magna patientia spe bona foueamur, scientes omnipotentiam domini nostrit. & quod sinens nos experiri aspera, non deserit, sed uult ut certantes clariori corona cingamur. Ita omnes sancti probati sunt. Propterea & Apostoli dicebant, Per multas afflictiones oportet nos in regnum dei intrare. Et ipse Christus dicebat discipulis suis: In mundo afflictionem habebitis. Ne igitur mereamus in afflictionibus, sed audiamus Paulum dicentem, quod uolentes pie uiuere in Christo Iesu, persecutionem patientur.

Et ne admiremur, neque aegre feramus, sed omnia cum fortitudine & patientia toleremus; non ad afflictiones respicientes, sed ad lucrum quod inde congregamus. Spirituales enim quaedam negotiationes sunt. Et sicut qui pecunias colligere uolunt, & huius seculi negotiationem exercent, non aliter possunt augere suas opes, nisi multa pericula terra marisque sustinuerint. Necessesse est enim ut ferant laetitia & piratarum insidias. Attamen omnia magna alacritate suscipiunt, & ob expectationem lucri uix sentiunt amara quae ferunt. Eodem modo & nos cogitantes diuitias & spirituales merces, quas nobis hinc colligere licet, oportet gaudere & exultare, & non contemplari quae uidentur, sed quae non uidentur, sicut & Paulus admonet, dicens: Non considerantibus nobis ea quae uidentur. Fidei enim est, non corporalibus oculis contentos esse, sed oculis mentis imaginari ea quae non uidentur. Nam illa fide digniora credenda sunt, quam ea quae corporalibus oculis uidentur. Sic Patriarcha gratus fuit deo, quia credidit promissioni eius, superior & natura & humanis rationibus, ideoque reputatum est ei in iustitiam. Considera, quod iustitia est credere his quae a deo dicuntur. Quando enim ille aliquid promiserit, non mihi iuxta humanam consequentiam res expende, sed superior rationibus. Illis fias, & confide eius qui promissit uirtuti. Ita unusquisque iustorum probatus fuit: ita & admirabilis ille Ioseph, cum tanta post insomnia fuerint impedimenta, non turbatus est animo, non commotus est, sed robusta mente fortiter tulit omnia, sciens quod non sit possibile ea quae deo uisa sunt non evenire. Ideo & post seruitutem, & post carcerem & tantam calamitatem principatum suscepit Aegypti. Haec igitur omnia cogitantes, fortiter suscipiamus ea quae inferuntur, gratiasque agamus pro omnibus misericordiae deo, & eius expectemus opitulationem. Quod nobis omnibus concedatur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

Exiuit autem Ioseph a facie Pharaonis, & peragravit omnem terram Aegypti: & fecit terra annis septem fertilitatis manipulos, & congregauit frumentum sicut arenam maris.



ULTIS ut & hodie historiam Ioseph tractemus, & uideamus quomodo uir ille, suscepto totius Aegypti principatu, concessa sibi intelligentia omnes consolatus fuerit. Exiuit enim, inquit, a facie Pharaonis, & transiit per omnem terram Aegypti, & fecit terra annis septem fertilitatis manipulos, & congregauit frumentum sicut arenam maris. Suscepta prius a rege potestate omni, collegit, inquit, prouentus, & in ciuitatibus reposuit, prouidens iam multo antea, quo futurae penuriae succurri possit. Vidisti quales retributiones fortitudinis & patientiae, & aliarum uirtutum etiam hic acceperit iustus a uinculis transiens? Nati sunt autem illi duo filii, inquit, priusquam adue-

nirent anni penuriae: & uocauit nomen prioris Manasse: quoniam obliuisci me fecit deus omnium laborum meorum, & omnium patris mei. Attende hic utriusque religionem & pietatem: quomodo uocabulo filii memoriam omnium inferuit, ut perpetuo gratias ageret, & qui ex senatus erat, propter suam appellationem scire posset certamina & patientiam, quae iustus perferens in tantam peruenerit gloriam. Obluisci me fecit omnium laborum meorum & omnium quae tulit pater meus. Quid est, omnium laborum meorum & patris mei? Hic subindicare mihi uidetur primam & secundam seruitutem, & miseriam quam in carcere tulit. Et omnium quae tulit pater meus: segregationem significat, quam sustinuit abreptus ab uicinis paternis, quando in immatura aetate, tam liberaliter educatus, libertatem seruitute commutauit. Et nomen secundi uocauit Ephraim, quia crescere fecit me deus in terra humilitatis meae. Vide & huius nomen gratiarum actione plenum. Non solum enim, inquit, aduersitatis oblitus sum, sed & magnificatus sum in terra in qua tantam sustinui humilitatem, utpote in extremis periculis etiam de uita anxius. Verum nunc dignum est audire quae sequuntur. Nam post fertilitatem septem annorum, uenerunt & septem anni penuriae & famis, iuxta praedictionem Ioseph. Rerum enim euentus omnibus concessam uiro sapientiam detegebat, faciebatque ut omnes eius uidendi desiderio teneretur. Et cum famis ualida facta esset, primum eos penuriam sentire non permisit. In omni enim terra Aegyptiorum erant panes. Sed cum molestia famis incrudesceret, clamauit populus ad Pharaonem, magna pressus indigentia: a fame enim coacti, ad regem cucurrerunt. Porro uide huius beneuolentiam. Dixit autem Aegyptiis: Ire ad Ioseph, & quicquid dixerit uobis, facite. Quasi diceret: Quid me urgetis, non uidetis quod ego tantum regis habitum gesto, ille uobis salutis autor factus sit: ne igitur illo relicto ad me curritis, sed abite ad illum, & quaecumque dixerit uobis, facite. Aperuit autem Ioseph horrea, & uendidit Aegyptiis. Et quoniam omnes despauebatur famis necessitas: Omnes, inquit, prouinciae ueniebant in Aegyptum, ut emerent frumentum: inualuerat enim, inquit, famis super omnem terram. Vide obsecro, qualem euentum accipiant somnia Ioseph. Nam ubi famis inualuit, uenit etiam in terram Chanaan, in qua habitabat Iacob huius pater: qui postquam intellexit ibi frumentum uenundari, dixit, inquit, pueris suis: Quare negligitis? Ecce audiui quod frumentum sit in Aegypto. Descendite, ut comparetis nobis pauca cibaria, ut uiuamus, & non moriamur. Quid, inquit, hic sedetis? Abite in Aegyptum, & alimenta nobis afferte. Haec autem omnia facta sunt, ut uisioni seruirent fratres Ioseph: & interpretationem somnii, quam coniectabant cum audirent Ioseph somnium narratam, impleant. Descenderunt autem decem fratres, & Benjamin non aduenit, qui erat frater Ioseph ex eadem matre. Dicebat enim pater eius, ne forte accidat ei aliquid mali: parcens ei, eo quod

quod aetate immatura erat. Venerunt autem, & Ioseph sicut principem Aegypti adorauerunt super faciem suam in terra. Et nunc ignorantes quidem, omnia faciunt. nam quia multum temporis intercesserat, faciem fratris non agnouerunt. Verisimile enim est, iuuenem olim, nunc immutatam faciem suam effigie. Idque totum opinor diuinae dispensationis fuisse, ita ut non potuerint uel ex sermone, uel ex aspectu fratrem agnoscere. Unde enim unquam in hanc opinionem uenissent? Etenim putabant eum apud Ismaelitas factum seruum, seruireque apud Barbaros, unde non agnouerunt Ioseph. Ipse uero statim ut uidit, agnouit eos: & ut ignorare studuit, eisque quasi alienis locutus est. Quasi alienis, inquit, locutus est dura, & dixit: Unde uenistis? Si mulat omnimodam ignorantiam, ut omnia diligenter ab eis discere queat. Desiderabat enim scire de rebus patris & fratris. Et primum quaerit ex qua regione sint, & dicunt: Ex Chanaan, ut emamus frumenta. Famis, inquit, necessitas in causa est, quare id itineris consecimus, & propterea relicta proprijs huc uenimus. Et recordatus est, inquit, Ioseph somnium, quae ipse uiderat. In mentem uenerunt ei somnia, & quia uidebat euentum, uolens diligenter omnia discere, magna cum austeritate eis responderet, & dicit: Exploratores estis, & ad consideranda uestigia terrae uenistis. Non recta, inquit, mente aduenistis. Videmini arte & malignitate quadam huc profecti. Illi autem anxii dixerunt: non domine. Et id quod discere studebat Ioseph, hoc a semetipsis docent, & dicunt: Serui tui uenimus, ut emamus frumenta. Omnes filii sumus uirum uiri, pacifici sumus, non sunt serui tui exploratores. Adhuc pro seipsis satis faciebant, & timore attoniti mente, nondum quae ad Ioseph pertinebant, dixerant, ideo perseuerans dicebat: Non, sed uenistis ut uestigia terrae exploretis. Superuacue, inquit, haec mihi dicitis: etenim hoc habitus aduentus uestri declarat, quod malitia quadam exciti huc uenistis. Illi autem necessitate coacti, & uolentes eum ad misericordiam flectere, dicunt: Duodecim sumus fratres, serui tui. O uerborum deceptionem, etiam eum quem negotiatoribus uendiderant, in numero suo recensent. Et non dicunt, duodecim fuimus, sed duodecim sumus fratres, & ecce iunior cum patre nostro. Hoc erat quod scire cupiebat, num & fratrem similiter afflixissent. Et ecce iunior cum patre nostro, alter autem non superest. Nec dicunt rem manifeste, sed tantum, non superest. Ex hoc in suspicionem uenit, ne forte & Benjamin simili modo affecissent. Hoc est, inquit, quod dixi uobis, quod exploratores sitis. Nequaquam hinc mihi exiibitis, quousque frater uester iunior uenerit huc, illud uidere uolo. Cupio uidere eum, qui ex eodem utero natus est: suspicor enim ex his quae aduersus me egistis, mentem uestram fraterno odio laborare. Si igitur uultis, mitte unum ex uobis, & adducat eum, uos autem manete in carcere, donec ille uenerit. Ille enim cum aduenerit, docebit num uera sint quae dicitis, & liberabit uos ab omni suspicionem. Nam si hoc non fuerit, manifestum est.

quod exploratores sitis, & propterea huc ueneritis. Posuit autem eos in carcere. Vide quomodo ipsorum probat animum, & per ea quae illis facit, suam erga fratres declarat beneuolentiam. Post tres autem dies uocatis illis, dixit: Hoc facite, & uiuetis, deum enim ego timeo. Si pacifici estis, unus frater ex uobis detineatur hic in carcere, uos autem proficiscimini, & uehite mercimonijs frugum quantis indigeris, & fratrem uestrum iuniorrem ducite ad me, & credibilia erunt uerba uestra: quod si minus, moriemini. Considera sagacitatem. Volens suam erga illos beneuolentiam declarare, & patris penuriam consolari, de quo fratre ueritatem discere, uno retento alios abire iussit. Sed uide nunc, quomodo conscientia eorum, incorruptus ille iudex, aduersus eos insurgit, & nullo arguente, uel in medium quippiam afferente, ipsi sui ipsorum accusatores sunt. Dixit enim, inquit, unusquisque ad fratrem suum, Merito. In peccatis enim sumus propter fratrem nostrum: quia despeximus afflictionem animae eius, quando deprecabatur nos, & non exaudiuimus eum, propter hoc uenit super nos omnis afflictio haec. Ita enim se habet peccatum, quando consummatum est, & opere perfectum, tunc suae absurditatis ostendit excellentiam. Et sicut ebrius, quando multum uini ingurgit, nullum sentit a uino damnus, postea autem sentit quantum sit damnus: ita & peccatum, donec consummetur, obtenebrat mentem, & quasi densa nubes, ita mentem corrumpit: deinde conscientia insurgit, & quouis accusatore mentem grauius arrodit, monstrans absurditatem facti. Enim uero & hic uidere licet, quod illa nunc in mentem ueniunt quae fecerunt. Et cum de summa salutis periculum immineret, tum demum confitentur quae fecerant, & dicunt, Merito: In peccatis enim sumus propter fratrem nostrum, quoniam despeximus afflictionem animae eius. Non fortuito, neque sine causa haec sustinemus, sed iuste & ualde iuste poenas luimus inhumanitatis & crudelitatis, qua erga fratrem nostrum uisum fuimus, quoniam despeximus afflictionem animae eius. Quoniam, inquit, absque compassione fuimus, & multa exercuimus crudelitatem: propterea nunc nobis eadem eveniunt, & propter hoc uenit afflictio haec super nos. Et haec quidem illi inter se differabant, putantes nihil horum audiuisset Ioseph. Nam quasi ignorans & nesciens eorum linguam, per interpretem loquebatur eis, qui ea quae illi loquebantur sibi interpretaretur, & ea quae ille eis: Audiens autem haec Rubin, dixit eis: Nonne locutus sum uobis, dicens: Ne iniuria afficiatis uerum, & non exaudistis me: & ecce sanguis eius exquiritur. Nonne tunc, inquit, consulebam: nonne obsecrabam, ne quod peccatum in eum admittetis: nam quantum ad propositum uestrum, occidistis: licet enim non per gulam gladium adegeritis, barbaris tamen uiris eum uendidistis, & difficiliore ei seruitute excogitastis. Cogita quantum sit a conscientia sua accusari, habereque hunc accusatorem perpetuo urgentem, clamantem & scelus commemorantem. Et haec audiit quidem Ioseph, ipsi autem

autem nesciverunt, eo quod interprete utebatur: sed non ultra ferre potuit, natura fraternali & compassione eum argente. Et auersus, inquit, ab eis fleuit, ut non fieret eis manifestus. Et iterum accessit ad eos, & loquutus est eis. Et accepit Symeonem, & uinxit eum coram eis. Vide quomodo omnia faciat, ut incutiat eis terrorem, uidebitis uincula Symeonis: ut certior redderet, an cum fratre aliquam compassionem haberet. Omnia enim haec facit probans eorum mentem, & scire uolens num & contra Benjamin tales fuerint: propterea & Symeonem coram eis uinciri iubet, ut diligenter eos probet, ut sciret num quam dilectionem erga illum haberent. Nam seueritas in illu faciebat, ut citius Benjamin adducerent, & aliquando aduentu fratris liberaret. Et mandauit, inquit, ut facci eorum implerentur frumento, & reponeret pecunia uniuscuiusque in saccum suum, & daretur eis uaticium in itinere: & ascensis asinis suis, abierunt. Vide quanta liberalitate utatur, dum etiam inuitis benefacit, non frumentum solum dans, sed etiam pecuniam.

Cum autem unus ex eis aperuisset saccum suum, ut daret pabulum asinis, uidit pecuniam, & dixit fratribus suis. Quapropter attonitus est cor eorum, & turbati sunt, mutuam dicentes: Cur hoc fecit nobis deus? Iterum magis anxij facti sunt, suspicantes ne & hoc augmentum eis esset criminum, & a conscientia accusati omnia tribuebant peccato quod in Ioseph commiserant. Cum uenissent autem ad patrem, narrauerunt ei omnia diligenter: & indignationem principis Aegypti, quam experti sunt: & quod posuerit eos in custodia, quasi speculatores.

Diximus autem ei, quod pacifici simus, & quod duodecim simus fratres, & quod unus non superstit, minimus autem sit cum patre nostro. Dixit autem nobis: In hoc declarabitur quod pacifici sitis, si fratre uno hic relicto, adducetis fratrem uestrum minorem: ut sciam quod non sitis exploratores. Haec iterum exasperauerunt iusti conscientiam. Post narrationem autem hanc tristitem, cum euacuassent omnes saccos suos, inuenit unusquisque pecuniam suam, & timuerunt ipse & fratres. Et uide, oro, iterum hic senem plorantem. Et quidnam dicit eis?

Abscque liberis me esse fecistis, Ioseph non superest, Symeon non comparet, & hic Benjamin auferetis. In me reciderunt haec omnia. Non sufficit mihi, inquit, lucus Ioseph, sed adiecit ei & Symeonem: & neque hic dolorum meorum finis est, sed & Benjamin accipere uultis. In me reciderunt haec omnia. Sufficiunt haec uerba, ut appareat quod disrupta fuerint patris uiscera: quemadmodum enim illi omnis spes de Ioseph adempta erat, quem putabat a bestiis deuoratum: ita neque de Symeone quicquam laeti sibi pollicebatur, & insuper nunc idem de Benjamin formidat. Veruntamen reluctabatur adhuc, & non dabat puerum. Dixit autem ei Rubin primogenitus eius: Duos filios meos occide, si non reducam eum ad te. Da eum in manum meam, & ego reducam eum ad te. Mihi inquit, eum crede, mihi trade, ego tibi eum reducam. Hoc autem faciebat Rubin, cogitans quod

alioqui non esset possibile eos descendere, & ad Aegyptum redire, & quae ad alimenta pertinebant emere. Et non cedit pater, sed dicit: nequam descendet filius meus uobiscum. Deinde & causam dicit, quasi rationem reddens pueris.

Quia frater suus mortuus est, & ipse solus remansit. Et continget, quod adolescens forte peribit in itinere, & deducetis senectam meam cum tristitia ad inferos. Timeo, inquit, aetate adulescentis: & suspicor ne etiam hac consolatione priuatus, cum dolore uitam finiam. Quamdiu enim ille mecum est, uideor mihi habere aliquam consolationem, & huius consuetudo minuit mihi dolorem quem ex fratre eius concepi. Et amor quidem erga Benjamin, non sinebat patrem ut illum a se mandaret. Violentior autem fuit fames, & deficiebant eis cibi. Et dicit eis pater: Abite iterum, affer

te nobis pauca edulia. Dixit autem ei Iudas: Iurando attestatus est nobis homo, dicens: Non uidebitis faciem meam, nisi frater uester iunior uobiscum fuerit: Itaque si mittis nobiscum fratrem nostrum iuniorē, descendemus & ememus frumenta: sin minus, non ibimus. Nam homo dixit nobis: Non uidebitis faciem meam, nisi frater uester iunior fuerit uobiscum. Ne putes, inquit, sine fratre nostro posse descendere illuc. Si enim uis nos descendere, & omnino periculis inuolui, uiam nostram abimus: scias autem quod protestatus est ille, quod non uisuri sumus faciem eius, nisi frater iunior nobiscum aduenit. Angustiae undique erant Iacob, ideo plorans dicit ad eos: In mea hoc fecistis miseriam, quod annuntiauitis uiro quod sit uobis frater. Cur me afflixistis? quare mihi horum malorum autores facti estis? Nam si hoc non significassetis, nequam Symeone priuatus essem, nec illum a uobis requisisset. Illi autem dixerunt: Interrogauit nos homo, num adhuc pater noster uiuat, & num sit nobis frater, & annuntiauitis ei. Nesciebamus quod diciturus esset nobis, adducite fratrem uestrum. Ne putes, inquit, sponte nos confessos esse uiro, ut se habeant res nostrae. Quoniam enim quasi exploratores nos uinxit, interrogauit autem diligenter de rebus nostris, ut uere omnia testaremur talia diximus. Dixit autem Iudas ad patrem suum: Mitte puerum mecum, & surgentes ibimus, ut uiuamus & non moriamur. Mea, inquit, fidei illum credito, ut accingamus nos itineri. Consumptis enim cibis, nulla nobis salutis spes erit, neque aliunde consuli nobis poterit: Ego accipio eum a te, nisi reduxero eum & staturero coram te, obnoxius ero omnibus diebus. Nisi enim tam diu morati fuissetis, iam secundo reuertissemus. Compassio quam exhibemus puero, nobis omnibus erit causa interitus, ut uere omnia peribimus, nisi eum nobiscum mittas. Vide nunc hic dilecte, quomodo famis necessitas patris amorem uicerit. Videns autem quod non aliunde famis consolationem habere posset, & fames indies magis & magis increskeret: Si ita est, inquit, & oportet hoc omnino fieri, & non potestis descendere, nisi hunc acceperitis: debetis & dona afferre uiro, & referre pecuniam

pecuniam quam in saccis uestris inuenistis. Accipite autem & pecuniam aliam, ut emere possitis frumenta, & fratrem uestrum accipite. Surgite igitur, & descendite ad hominem. Deus autem meus det uobis gratiam coram homine, & mittat fratrem uestrum unum, & Benjamin. Ego autem quasi absque liberis orbus ero. Vide quomodo eximia suam dilectionem declarat quam erga Ioseph habuit, ut ne quis existimet de Symeone uel de Benjamin hoc esse dictum. Ego enim, inquit, quasi filius orber. Deus autem meus det uobis gratiam, & mittat fratrem uestrum illum unum, & Benjamin. Nam licet illi, inquit, salui fuerint, ego quasi liberis caream, orbus sum. Cogita hic, quomodo totus amor Ioseph deditur sit. Videns enim tantum chorum liberorum se circumstantem, absque filiis se esse putauit, quia illo priuatus erat. Acceperunt autem uiri dona, & pecuniam duplicem, & Benjamin, & descenderunt in Aegyptum, & steterunt coram Ioseph. Vidit autem Ioseph & Benjamin fratrem suum, quem desiderabat. Vidit tam optatum. Vidit satisfactum suo desiderio. Et dixit praefecto domui suae: Introduc homines in domum, & occide uictimas: mecum enim comedent uiri. Ut uiderunt autem quod introducti sunt in domum Ioseph, dixerunt: Propter pecuniam, quae redijt in saccos nostros, introducimur, ut calumniam nobis intenter, & accipiat nos in seruos, & asinos nostros. Ioseph quidem suam erga illos benignitatem declarans, omnia disponebat. Illi autem anxij fuerunt, suspicantes ne pecuniarum gratia poenas luant, quod etiam in hoc male fecerint. Et propterea cum accessissent, causam tristitiae proferunt praefecto domus, & narrant quomodo pecuniam in saccis inuenierint, & dicunt: Propterea duplicem nunc attulimus pecuniam nobiscum, ut & priorem restituamus, & nunc denovo emamus frumenta. Vide quomodo calamitates mansuefecerunt mentem eorum, & fecerunt eos mitiores. Dixit autem eis: Propitius uobis est deus. Non timeo, deus uester, & deus patrum uestrorum, dedit uobis thesauros in saccis uestris, pecuniam uestram bene probatam habeo. Ne timeatis, inquit, neque huius gratia anxij sitis. Nullum uobis inde crimen imputat, pecuniam enim plenè accepimus. A deo putate hoc esse factum, & thesauros uobis in maribus uestris esse monstratos. Et cum haec dixisset, eduxit Symeonem, & attulit aquam, ut lauerentur pedes eorum, & pabula dedit asinis eorum. Vide quomodo preces patris omnia eis prospera fecerunt: & sicut ille eis apprecatus est, cum dixit, Deus patris mei gratiam uobis det, ita omnia facta sunt: & praefectus domus etiam ante aduentum Ioseph omnem eis benignitatem exhibuit.

Parauerunt autem dona Ioseph, & obtulerunt ei cum ingressus esset, & adorauerunt super terram. Et iterum interrogauit eos, num bene habet pater uester senior, quem dixistis uiuere? At illi dixerunt: Sanus est pater noster. Et dixit: Benedictus homo ille deo, & curuati adorauerunt. Vidit autem fratrem suum uterinum, & dixit: Hic est fra-

ter uester iunior, de quo dixeratis mihi ut duceretis ad me: & dixit: Deus misereatur tui filii. Considera quantam fortitudinem praese ferat, & adhuc ignorantiam simulet, ut possit tenere mentem eorum, qualiter se postea sint habituri, & quomodo sint affecti erga Benjamin. Sed quia uincebatur a natura sua, & conturbabant uiscera eius, quarebat ut fleret. Ingressus autem in cubiculum, fleuit illic: & abluta facie exiuit. Deinde sua demonstrat benignitatem, & dicit: Apponite panes. Et apposuerunt ei soli, utpote tanquam regis, & principibus Aegypti, & illis qui cum illo erant, & Aegyptijs qui simul coenabant cum eo seruis sum. Non enim fas est Aegyptijs comedere cum Hebraeis: abominatio enim sunt Aegyptijs. Sed erunt autem coram eo: qui primum, secundum senium suum, & iunior secundum iuuentutem suam. Hoc illos in stuporem adduxit, & ualde dubio animo fuerunt, unde nam ei cognitio tam uariae illorum aetatis. Et cum daret omnibus partes, Benjamin septem plures dat. Et neque sic sentiunt quae fiebant, sed putabant fortuito quodam euentu ab eo fieri, & quod adolescentiori & inferiori rem mensae partem tenenti daret. Absoluto autem conuiuio uocauit Ioseph eum qui domui suae praerat, & mandauit ei, dicens: Imple saccos hominum frumentis quanta ferre poterunt, & pecuniam pone in saccos singulorum, & scyphum argenteum mitte in saccum iunioris. Vide iterum qualem arte excogitet, ut diligentissime mentem fratrum exploret, quam erga fratrem suum Benjamin habeant. Et his factis, dimisit eos. Et cum iam arripuissent iter, dixit praefecto domus suae. Surge, persequere eos, & dices: Quare furati estis scyphum argenteum? Nonne hic est e quo bibit dominus meus: quin & auguratur in eo. Pelsimum facinus fecistis. Postquam igitur inuenit eos, dicit eis: Quare benefactori mala reponditis? quare malitiam uestram eorumque extendistis, ut ad eum quoque pertingeret qui erga uos tantam declarauit benignitatem? Quare non reueriti estis uiri erga uos beneuolentiam? Quae tanta malitia? quae insania? Nescitis quod hoc sit uas, in quo auguratur? Malum est hoc opus uestrum, perniciosum propositum, incondonabilis conatus, magna audacia, & omnem transcendens malitiam.

Illi autem dixerunt: Quare loquitur dominus iuxta uerba haec? Quare, inquit, obijcis nobis hoc crimen, a quo omnino sumus immunes? Absit, ut serui tui uerbum hoc faciant, ut tale quid unquam attemptemus. Nam qui pecuniam duplicem attulimus, quo pacto furaremur argentum uel aurum? Quod si hoc putas, apud quem inuentum fuerit uas quod inquiris, ille quidem moriatur, ut qui tale fecerit opus, nos autem serui erimus. Conscientiae bonae fiducia faciebat eos tam fidenter loqui. Ille autem dixit: Et nunc sicut dixistis erit. Apud quem inuentus fuerit scyphus, hic solus meus seruus erit, uos autem dimittimini. Et cum haec dixissent, permiserunt ei ut scrutaretur: & scrutatus initio a seniore facta, donec ueniat

ueniat ad Beniamin, & illius aperto sacco, inuenit scyphum.] Hoc confudit eorum mentem. Et sciderunt, inquit, uestimenta sua, & imposuerunt iumentis iterum saccos, & reuersi sunt in ciuitatem. Et ingressus Iudas, & fratres sui ad Ioseph, ceciderunt coram eo super terram.] Vides quoties adorationem faciunt. Dixit autem eis Ioseph: Quare hoc fecistis? Nesciebatis quod augurando in hoc auguror? Dixit autem, inquit, Iudas: Quid contradicemus, uel quid loquemur domino, uel iuste obtemperemus? Deus inuenit iniustitiam seruorum tuorum.] Iterum recordantur eorum, quae olim contra illum fecerunt. Ecce simus serui domino nostro & nos, & ille apud quem inuentus est scyphus.] Iam magnam declarant beneuolentiam, & seipsum cum fratre in seruitutem subiiciunt. Dixit autem Ioseph: Absit ut hoc faciam. Homo apud quem inuentus est scyphus, ille erit meus seruus: uos autem ascendite cum salute ad patrem uestrum.] Vide, quod timebat pater, hoc eis contigit: & in tam magna deuenerunt perturbationem, ut quid faciendum nescirent. Accedens autem propius Iudas, dixit: quia ipse erat ille qui a patre eum acceperat, & dixerat: Nisi reduxero eum ad te, ero tibi obnoxius omnibus diebus. Idcirco & prior factus diligenter narrat ei omnia, ut in commiserationem eo adducto, liberari faceret puerum.

Accedens autem propius Iudas, dixit: Oro domine, loquatur seruus tuus.] Attende, quomodo per omnia ut domino seruus loquitur, & in memoria habe somnia manipulorum, propter quae maiorem erga eum inuidiam acuerant, & obstupescere omnipotentem dei sapientiam, quomodo tantis obstaculis in medio positus, omnia opere sunt impleta. Loquatur, inquit, seruus tuus coram te. Domine tu interrogasti seruos tuos, dicens: Habetis ne fratrem uel patrem, & diximus: Est nobis pater senex, puerum senectutis iuuenem habet, & frater eius mortuus est.] Cogita hic quomodo se habuerit Ioseph hac audiens. Ille solus relictus est patri suo, pater autem eum diligit.] Quare autem & hic mentitur, sic dicens: Frater eius mortuus est: quamuis enim negotiatoribus uendiderant: Verum sic patri persuaserant, quasi occisus esset, & a bestiis deuoratus. Aliter etiam: Quia putauerunt eum non potuisse ferre barbarorum seruitutem, & iam esse mortuum, idcirco dicit: Frater eius mortuus est. Dixisti autem seruis tuis: Deducite eum ad me, & diligenter considerabo eum. Et dixisti: Nisi descendat frater uester uobiscum, non apponatis ut uideatis faciem meam. Factum est autem, quando ascendimus ad seruum tuum patrem nostrum, annuntiauimus ei uerba domini. Dixit autem pater noster nobis: Ite iterum, emite nobis pauca cibaria. Nos autem diximus ei: Non poterimus descendere, nisi frater noster descendat nobiscum. Dixit autem seruus tuus pater noster: Vos scitis, quod duos peperit mihi uxor, & egressus est unus a me: & dixistis, quod a bestia sit deuoratus.] Considera, quomodo per excusationem Iudae, Ioseph omnia diligenter didicerit,

quae post suam uenditionem egerint domi, & quae lia patri de se narrauerint. Nunc igitur, inquit, si & huc tuleritis, & acciderit ei aduersitas aliqua in uia, deducetis senectutem meam cum mœrore ad inferos. Ita ergo patre nostro erga filium affecto, quomodo poterimus faciem eius uidere, puerum non existente nobiscum? Pendet enim anima eius ex huius anima, & deducet serui tui senectutem patris nostri serui tui cum mœrore ad infernum. Ego seruus tuus accepi puerum a patre suo, dicens: Nisi ipsum ad te reduxero, obnoxius ero omnibus diebus. Has promissiones feci patri, ut puerum possim adducere, & implere quae tibi uidebantur, monstrareque quam uerè dixerimus, & nullum mendacium a nobis sit prolatum.

Nunc igitur manebit seruus pro puero, famulus domini, puer autem ascendat cum fratribus. Quomodo enim ascendemus ad patrem, cum non sit nobiscum puer? ut ne uideam mala, quae inuenient patrem meum.] Confuderunt haec Iosephum, & satis ei demonstrarunt quod & patrem digne colerent, & fratrem multum amarent. Et non ultra potuit ferre, neque continere, sed repulsis omnibus circumstantibus se, solus inter eos relictus, emissa uoce cum fletu, notum se fecit fratribus. Et hoc innotuit in toto regno, & in domo Pharaonis. Et dicit fratribus suis: Ego sum Ioseph. Uenit ne adhuc pater meus? Admirari hic & beati huius constantiam tantam, & quod sustinuerit hucusque simulationem, & quod conditionem suam non declarauerit: & illos plurimum obstupescere soleamus, quomodo potuerint stare, uel os aperire posse, quomodo non auolarit ab eis anima, quomodo non obstupuerit tota eorum mens, quomodo non ceciderint in terram. Et non potuerunt, inquit, fratres eius respondere ei: turbati enim erant.] Merito, cogitantes quomodo eum affecerant, & qualis ipse erga se fuerat. Et cogitantes gloriam in qua constitutus erat, de sua salute (ut ita dicam) anxij erant: propterea uolens eos animare. Accedite, inquit, ad me: ne elongetis uos.] Ne cogitetis quod proprio consilio haec contra me egeritis. Non est tanta uestra iniquitas contra me, quanta est diuinae sapientiae ineffabilis misericordia: ut huc adueniens, nunc temporis, & uobis & huic regioni possim suppeditare alimenta. Et dixit: Ego sum Ioseph, quem uendidistis in Aegyptum. Nunc igitur, ne sitis tristes.] Ne uos, inquit, hoc conturbet, ne asperum uobis uideatur quod factum est. Dei enim dispensatione contigerunt haec. Deus enim me misit in uiam ante uos. Nam hic secundus annus famis super terram, & adhuc restant quinque anni, in quibus non erit aratio, neque messis. Misit enim me deus ante uos, ut relinqueretur uobis portio super terram. Nunc igitur non uos me misistis huc, sed deus.] Vide quomodo ipsemet & iterum & tertio consolatur illos, iubens ne sibi ipsis asseribant causam sui ingressus in Aegyptum, sed deum hoc fecisse sciant, & ita se in hanc uenisse gloriam. Deus, inquit, misit me, & fecit me quasi patrem Pharaonis, & dominum totius domus illius, & principem

& principem totius Aegypti.] Illa, inquit, seruus principatum mihi conciliauit, illa uenditio in hanc me gloriam euexit, illa afflictio huius mihi honoris occasio fuit, illa inuidia hanc mihi claritudinem peperit. Haec nos non solum audiamus, sed & imitemur: & ita solemur eos qui nos afflixerunt, non imputantes eis quae in nos admitterunt, & omnia magna ferentes beneuolentia: sicut ille admirandus. Igitur, inquit, ut credatis, quod non uobis asseribam, quae contra me a uobis facta, sed quod liberem uos criminibus: deo autem totum tribuam, qui illa ita dispensauit, ut praesentem gloriam sic acquirerem: Ideo festinate, ascendite ad patrem meum, & dicite ei: Haec dicit filius tuus Ioseph: Fecit me deus dominum totius terrae Aegypti, descende ad me, & ne differas, & habitabis in terra Gessen, & eris apud me tu & filij tui, & oues & boues, & quaecumque habes, & aliam te. Adhuc enim quinque annis fames, ut non delearis tu & filij tui. Ecce oculi uestri uidet, & oculi Beniamin fratris uestri, quod ore meo uobis loquor: Annuntiate patri meo omnem gloriam meam, quae est in Aegypto, & quaecumque uidistis, & festinate deducite eum.] His dictis, postquam satis eos consolatus est, & mandatum dedit, ut de rebus & statu suo patrem certiorer redderet, statimque adducerent, recidit in collum Beniamin fratris sui & fleuit, & ille uicissim fleuit super eo: & osculatus est omnes fratres suos, & fleuit super eos. Denique post tantum colloquium & lachrymas, & consolationem, & consilium quod eis dedit, uix potuerunt cum eo loqui. Post haec enim, inquit, loquebantur ei: Haec autem omnia inuulgata sunt, & celebrata in domo Pharaonis, & gaudius est, et omnes qui in domo eius.] Exhilarauit, inquit, omnes agnitio fratrum Ioseph. Et dixit Pharaon Ioseph: Dic fratribus tuis, hoc facite: Implete uehicula uestra frumento, & abite, & assumpto patre uestro redite ad me, & dabo uobis omnia bona Aegypti: tu autem manda, ut accipiant plaustra pueris & uxoribus.] Vide & regem, quomodo iam curam agit de reditu Iacob. Et assumpto, inquit, patre uestro uenite, & ne dimittatis oculis quicquam supellestilis uestrae. Omnia enim bona Aegypti uestra erunt. Fecerunt autem sic filij Israel. Dedit autem Ioseph eis currus, iuxta mandatum regis, & omnibus quidem dedit binas stolas. Beniamin autem dedit trecentos aureos, & quinque stolas eximias: & patri suo misit similiter, & decem asinos ferentes de bonis Aegypti, & decem mulas ferentes panes in uia. Quibus omnibus daret, misit fratres suos, & profecti sunt, dixitque eis: Ne irascamini in uia.] Vide mentem moribus optimis praeditam: non solum ipse dimisit iram, & a criminibus eos liberauit, sed & ipsos admonet, ne irascatur in uia, neque inter se de factis contendant. Nam cum pridem starent apud Ioseph, dicebant inter se, Merito: in peccatis enim sumus propter fratrem nostrum, quia despeximus eius afflictionem: & exurgens Rubin, dicebat: Non dixi uobis, ne iniuria afficiatis puerum, & non exaudistis me? Multo igitur magis uerisimile erat, quod in uia

Chryf.

inter se rixaturi essent: propterea comprimens eorum iram & contentionem mutuam, dicit: Ne irascamini in uia, sed cogitantes quod ego non habuerim pro crimine quae in me admittistis, ipsi etiam uos beneuolentia uicissim prosequamini. Quis pro dignitate admittetur uiri huius uirtutem, qui instituta nouae legis tanta adimpleuit diligentia. & quod Christus admonet discipulos: diligite inimicos uestros, orate pro persequentibus uos: hoc abundantius etiam praestitit. Neque enim solum tantam declarauit charitatem erga eos qui se occiderant, quantum in eis erat: sed omnibus modis persuadere conatur, quod nihil in se peccarint. o inuicem sapientiam, o immensam tam in deum quam in fratres pietatem. Non uos, inquit, haec mihi fecistis, sed dei erga me prouidentia haec preparauit, ut mihi somniorum euentus concederetur. Quia propter & afflictiones & tentationes ad diuinam prouidentiam referenda sunt, si sobrii simus & bene nosmetipsos attendamus. Ne igitur in omnibus prosperitate & affluentiam inquiramus, sed siue in prosperitate simus, siue in aduersitate, similiter gratias offeramus domino, ut uisa gratitudine nostra, largior sit erga nos deus declarat prouidentiam. Quod nobis omnibus concedatur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Et ascenderunt ex Aegypto, & uenerunt in terram Chanaan ad Iacob patrem suum, & nunciauerunt ei dicentes: filius tuus Ioseph uiuit, & dominus toti terrae Aegypti. Et obstupuit Iacob: non enim credidit eis. Homilia

LXV

Idistis ex his quae heri dicta sunt dilectionem Ioseph, & inenarrabilem clementiam, qua erga fratres suos usus est: non solum delendo memoriam eorum quae in se admiserant, sed & redituris ad patrem consulendo ne inter se iurgentur, sed missa omni ira pacifice iter faciat. Operapretium est autem & quae sequuntur recensere, ut uideamus & horum ad patrem reditum, & descensum Iacob in Aegyptum: & quomodo eum reuigescere fecerint ea quae de Ioseph cognouit, & quasi, ut ita loquar, de se ne iuuenem reddiderint. Quis enim sermone complecti posset uoluptatem, in qua tunc fuerit cum disceret Ioseph uiuere, idque in tanta dignitate? Inexpectata enim bona maiorem uoluptatem afferre solent. Quem enim putabat ante tot annos fuisse a bestiis deuoratum, ut intellexit tenere imperium totius Aegypti, quomodo non praemagnitudine gaudiorum mente excelsit? Idem enim facere solet immodicum gaudium, quod excellens tristitia. Et uidere licet multos effundere lachrymas praegaudio immenso, alios etiam saepe obstupescere quando fieri uident quae non expectauerant: & quos mortuos esse putabant, repente uiuos uident. Sed ut manifestior fiat sermo noster, audiamus lecta.

Et ascenderunt, inquit, ex Aegypto, & uenerunt in terram Chanaan ad Iacob patrem suum, &

tom, i

y annun

annuntiauerunt ei, dicentes: Filius tuus Ioseph uiuit, & ipse dominatur toti terrae Aegypti. Et excelsit mente Iacob: non enim credidit eis.] Vides id quod dicebatur, & incredibile ei uisum esse quod de Ioseph annuntiabatur: & merito. Qui enim tunc attulerat uestem sanguine hœdi inquinatam, & patri persuaferat quod à bestiis esset deuoratus: nunc dicit quod uiuat, & dominetur in tota Aegypto. Et turbata mente cogitabat apud se, quomodo rationi esset consentaneum. Nam si uerum illud quod prius dictum, quomodo hoc poterat crediti? Si autem hoc credendum & uerum, illud necessarium fuerit mendacium. Turbauit autem eum maximum, quod illud à filiis antea audiuisset, & alia nunc ab ipsidem disceret. Videntes igitur patris turbationem, & uolentes ei pluribus argumentis persuadere quod uerum dicerent, locuti sunt ei omnia quae à Ioseph dicta erant, & quaecumque mandauerat eis, & postea protulerunt plaustra, & dona quae à Ioseph missa erant. Tandem fecerunt fidem patri, non esse falsa quae illi nuntiabant. Nam uisus plaustris quae missa erant ut descenderent in Aegyptum,

Reaccensus est, inquit, senex decrepitis, incuruus.] Quid est, reaccensus est? Sicut ignis in lucerna, quando deficit olei alimonia & iam extinguitur, si parum quis olei infuderit, repetere qui extingui putabatur, clariorem emittit lucem: ita & senex ille praeter tristitia iam extingui uisus. Noluit enim, inquit, consolationem accipere, dicens: Descendam lugens in infernum. Vbi autem cognouit quod uideret filius, & quod dominaretur in tota Aegypto, & uidit plaustra, reaccensus est, & iuuenis ex senex factus. Deposuit mororis nebulam, dispulit cogitationum tempestatem, tranquillius postea fuit. Haec autem omnia deus dispensabat, ut iustus doloris sui consolationem inueniret, & particeps fieret felicitatis pueri: & praeterea ut somnium imple retur id quod ipse interpretatus erat, dicens: Nunquid uenimus ego & mater tua, & fratres tui, ut adoremus te? Et credidit dictis atque factis, & dixit, inquit: Magna mihi sunt, si adhuc uiuit Ioseph: ibo igitur, & uidebo eum priusquam moriar.] Magna sunt mihi, inquit, & excedunt omnem cogitationem, & obscurant omnem humanam letitiam. Si adhuc filius meus Ioseph uiuit, ibo & uidebo eum. Festinemus igitur, ut eius colloquio potiar priusquam moriar. Nunc, inquit, iuuenis ille erexit mentem meam, & fugauit senectutis infirmitatem, & roborauit rationem. Quod si & colloqui contingat, perfectam letitiam assequutus moriar. Et nihil moratus senex itineri se accinxit, festinas & ugens ut uideret tam desideratum filium: utque ante tot annos mortuum, & (sicut putabat) factum cibum bestiarum, uideret nunc regem Aegypti factum.

CAP. XLVI

Et cum uenisset ad fontem iuramenti, preces quibus gratias agebat obtulit domino, & sacrificauit sacrificium deo patri Isaac.] Haec audientes, discamus quando quid facturi, uel negotium aliquod cepturi, uel peregrinationem suscepturi sumus, ut offeramus domino sacrificium precum, & eius adiutorium inuocemus, & sic institutum aggrediamur,

imitates illorum iustorum pietatem. Sacrificauit sacrificium deo patri Isaac. Hic discamus, quod uestigia patris sui sequutus sit, & hoc in cultu diuino declarauerit, sicut Isaac. Et quia suam gratitudinem prius per gratiarum actionem ostendit, statim subsequuta sunt etiam ea quae supernae gratiae fuerunt. Nam quia uidebat tantum itineris spatium, & cogitabat suam decrepita aetate, ueritus ne morte praecipuus a colloquio & aspectu filii destitueretur, precatur dominum ut tantam sibi uitae mensuram concedat, ut perfecta uoluptate fruatur. Sed uide, quomodo bonus dominus multis argumentis iustum securum reddat. Dixit enim deus Israel in uisione noctis: Iacob Iacob, ego sum deus patrum tuorum, ne timeas descendere in Aegyptum. In magnam enim gentem faciam te illic: ego descendam tecum, & reducam te in finem, & Ioseph imponet manus super oculos tuos.] Vide quomodo quae iustus ille desiderabat, ea illi deus pollicetur: imò & multo maiora. Liberalitate enim sua nostras petitiones transcendit, seruans solitam suam misericordiam. Ne timeas, inquit, descendere in Aegyptum. Quoniam anxius erat ob uitae periclitum, ideo dicit: Ne respicias ad infirmitatem senectutis, in gentem enim magnam faciam te illic: & descendam tecum in Aegyptum. Ego te comitabor, & omnia tua prospera reddam. Aduerte quomodo uerba humilitati nostrae attemperet. Quid beatius, quam deum ipsum habere comitem itineris? Sequitur postea consolatio, qua plurimum indigebat senex. Et Ioseph, inquit, imponet manus super oculos tuos. Ille dilectus tuus, suis manibus operiet oculos tuos. Gaudens itaque, & totus securus iter ingredi coepit. Cogita hic, obsecro, iustum, quod iucundum fecerit iter, acceptis tam certis dei promissionibus. Surrexit autem Iacob, & filij eius, & acceperunt omnem possessionem suam, & uenerunt in Aegyptum. In sexaginta sex annibus descendit Iacob in Aegyptum, & Ioseph ac filij eius qui nati sunt ei in Aegypto nouem erant, & ita cum Ioseph erant omnes animae septuagintaquinque.] Quare scriptura numerum tanta diligentia annotauit? Ut scire possimus, quomodo dei praedictio impleta sit, dicens: In gentem magnam faciam te illic. Nam ex his septuagintaquinque animabus, in sexcenta milia genus Israel propagatum est. Vidisti quomodo non frustra neque temere numerum eorum, qui in Aegyptum descenderunt, nos docuerit: sed ut scire possimus quam multi ex tam paucis facti sint, & diuinis promissionibus. ne minus credamus. Nam quando cogitas, quod post mortem Iacob & Ioseph tanta machinatione usus Aegyptiorum rex, ut numerum eorum minueret & paruum faceret, ne in tantam propagaretur multitudinem: nihil potuerit, sed magis & magis creuerit populus: admirare & obstupescere misericordiam dei, & quod non sit possibile cessare quae ipse decreuerit, etiam si infinita machinentur alij. Ceterum uideamus contextum totum, ut scias quomodo cum filio congressus sit Iacob. Quando autem appropinquauit in terram Aegypti, misit

Iudam

Iudam ante se ad Ioseph, ut significaret illi patris aduentum. Igitur Ioseph ut didicit, iunxit currus, & ascendit in occursum patris. Et mox atque uidit eum, recidit in collum eius, & fleuit fletu multo.] Hoc erat id quod initio dicebam, quod saepe in gens uoluptas profunderet lachrymas facit. Recidit, inquit, in collum eius, & fleuit: non simpliciter, sed fletu magno. Statim enim in mentem sibi uenerunt, quae interim patri propter se acciderat: & cogitans tam prolixum intercessisse tempus, & quod praeter omnem expectationem & ipse patrem, & pater se uideret, fontes emisit lachrymarum: si mul & magnam declarans letitiam, & gratias agens domino pro his beneficiis. Et dixit Iacob ad Ioseph: Moriar nunc, quia uidi faciem tuam. Adhuc enim tu uiuis.] Votorum, inquit, compos factus sum, assequutus sum quod nunquam expectauit: euenerunt mihi quae nunquam speraueram. Reliquum contentus sum me habentis uixisse. Vidi enim quae desiderauit, & sufficit mihi ad letitiam omnem, uidisse quod tu adhuc uiuis, qui pridem mortuus & à bestiis deuoratus es habitus. Paterna uox & plena dilectione, satisque affectione animae eius declarans. Dixit autem Ioseph fratribus suis: Descendam, & annuntiabo Pharaoni quod fratres mei uenerint, & sint pastores. Viri enim sunt armetarij, & secum adduxerunt pecora & boues. Si igitur uocauerit uos Pharaon, & dixerit: Quod est opus uestrum? dicite: Pecorum pastores sumus. Abominatio enim Aegyptiorum est omnis opilio.] Vide prudentiam, & quale consilium eis det, non temere neque fortuito haec consulens, sed uolens eos simul in maiori securitate & abundantia agere, neque commercium habere cum Aegyptijs. Nam quia illi abominabantur & contemnebant pastoriam agentes uitam, utpote ipsi disciplinis Aegyptiorum uicantes, propterea admonet studium suum praetexere, ut sic rationabili & honesta occasione optima terrae portio eis separetur, quod in summa tranquillitate & abundantia uiuere possint. Et acceptis quinque fratribus suis, introduxit eos ad Pharaonem. Et interrogauit eos: Quod est opus uestrum? & dixerunt: Armenarij sumus, nunc igitur habitabimus in terra Gessen. Dixit autem Pharaon: Si scis quos ex eis, qui sint uiri industrij, constitue eos magistros meorum pecorum. Sicut consuluerat Ioseph, ita responsum dederunt fratres Pharaoni: & concessum est eis habitare in terra Gessen.] Ceterum Pharaon declarans suam erga Ioseph beneuolentiam, dicit: Si nosti in eis aliquos industrios, etiam meorum pecorum magistros constitue. Introduxit autem & patrem ad Pharaonem. Et dixit Pharaon ad Iacob, Quot sunt anni dierum uitae tuae?] Quonia uidit senem profundissimae senectutis, quaerit annorum numerum. Et dicit Iacob: Dies annorum uitae meae, quibus peregrinus sum.] Vide quomodo omnes iusti in hac uita haud secus atque in peregrinatione uersantur. Audies enim & Dauid post haec dicentem: Quia peregrinus ego sum & aduena: quemadmodum hic quoque dicit, Dies annorum uitae meae, quibus peregrinus sum. Propterea & Paulus dicebat de iustis

Chryf.

illis, quod confitebantur quasi peregrini & aduena sint super terram. Dies, inquit, annorum uitae meae, centum triginta anni, pauci & mali fuerunt, & non perueniunt ad dies annorum uitae patrum meorum.] Quibus diebus, inquit, peregrinus fui, pauci & mali fuerunt. Significat hic annos seruitutis, quae sustinuit apud Laban dum fratrem fugeret: dein de post reditum luctum, quem tanto tempore habuit propter mortem Ioseph, similesque alias miseriae. Quantum enim timorem eum habuisse putas, quando propter fororem Symeon & Leui omnes ciuitatis uiros occiderunt, & omnes qui in Sycimis erant, captiuos duxerunt? Dicebat enim & tunc, indicans animi angorē in quo erat: Inuidiosum me fecistis, ita ut malus habear inter incolas terrae. Ego autem in paruo numero sum, & congregati super me, perdet me: & delebor ego & domus mea. Propterea dicit: Pauci & mali dies annorum uitae meae. Et Ioseph habitare fecit patrem suum et fratres suos, & dedit possessionem in terra Aegypti in meliori terra, in terra Ramesse, sicut praeeperat Pharaon: & frumentum metiebatur Ioseph & fratribus suis, & omni domui patris sui frumentum secundum corpus.] Hoc erat quod dicebat fratribus, quod misit me deus ante uos, ut relinquere uobis portio super terram, & quod in uita misit me deus ante uos. Frumenta metiebatur eis secundum corpus. Quid est secundum corpus? quantum sufficiebat unicuique. Mos enim est scripturae aliquando ab anima totum hominem nominare, aliquando à corpore. Et sicut superius dicebat, in septuagintaquinque animabus descendit Iacob in Aegyptum ut dicat septuagintaquinque uiros & mulieres: sic & hic pro singulis hominibus. Et tota quidem Aegyptus & Chanaanorum regio fame laborabant, ipsi autem prospere agebant, habentes quasi ex fontibus profluentia frumenta. Frumentum enim, inquit, non erat in omni terra. Inualuit enim fames supra modum. Defecit autem terra Aegypti & terra Chanaan praefame.] Vide ineffabilem dei sollicitudinem & providentiam: quomodo antea quam incrudesceret fames, iustum in Aegyptum deduxerit, ne sentiret angustiam, quae uentura erat in Chanaan. Et omnibus illuc decurrentibus, congregauit, inquit, Ioseph omnem pecuniam, tam eorum qui erant in Aegypto, quam eorum qui erant in Chanaan, & sic frumenta eis dispensauit. Et defecit postea pecunia. Importauit enim omnem in domum Pharaonis. Venerunt autem Aegyptij omnes, & dicebant: Da nobis panes: & cur morimur ante te? Defecit enim pecunia.] Non sunt nobis, inquiunt, plures pecuniae, ut emamus, & ideo fame perimus. Ne igitur despicias nos, qui à fame ita infestamur, sed praebere nobis panes ut uiuamus, & ne moriamur. Dixit autem eis Ioseph: Afferte pecora uestra, & dabo uobis panes.] Si non suppetit uobis pecunia, inquit, accipio & pecora. Defecit pecunia, adducite pecora uestra & accipietis panes. Adduxerunt autem pecora, & dedit eis pro equis, & ouibus, & bobus, & asinis, & aluit eos pro pecoribus suis. Venerunt autem ad eum & anno

tom. 1

y z sequen

sequenti, & dixerunt ei: Ne forte pereamus, neq; pecunia nobis suppetit, neq; pecora: omnia enim apud te dominū nostrū sunt, nihil enim nobis aliud relictum est, q̄ propriū corpus & terra nostratū igitur nō pereamus, posside nos & terram nostram pro panibus, & erimus etiā nos & terra nostra serui Pharaonis: & da semē, ut seminemus & uiuamus, & terra nō redigatur in solitudinē.] Seipos in seruitutē subiecerunt, & terram uendiderunt, tantū ut ali possint: ad eod magna famis necessitas facta est. Et acquisiuit Ioseph terrā Aegyptiorū Pharaoni.] Vendiderūt enim eam fame coacti. Et facta est terra Pharaonis, et populū sibi in seruos subiecit ab extremis finibus Aegypti, usq; ad extremos: excepta terra sacerdotū. Illis enim dedit Pharao certas donationes & comedebunt, & propterea nō uendiderūt terram suam.] Vide quantū intellectus, & quanta sapientia Ioseph fuerit. Illos neq; samē experiri permisit, & omnem terrā acquisiuit Pharaoni. Postq; autē Aegyptij omnes in seruitutē fuerunt subiecti, uide, obsecro, hic iterū eximā diligētiam & prouidentiam, quam erga illos habet. Dixit em̄ Aegyptijs, Accipite igitur uobis semen, & seminate terrā: & si fuerint prouētus, date quintā partē Pharaoni. Quatuor autē partes erunt uestrā in semen terrā, & in cibū uobis, & toti domui uestrā.] Magna liberalitas, ingens prouidentia, ineffabilis sollicitudo. Ideo & illi experti beneficia, dicunt: Saluasti nos, inuenimus enim gratiā coram domino nostro, & erimus serui Pharaonis.] Vidisti liberalitatem: Nam quia uidit eos cōstrictos nimia penuria, cogitans quantū laborē & erumnam sustinere cogant colendo terrā, dicit: Semen uobis ego suppeditabo, uos autē omnē aliam curā exhibete. Et si fuerint uobis prouentus, dabitis partē unā, quatuor autē uestrā erunt, & merces laborū, & alimonix sumptus. Hoc autē mandatū imposuit eis Ioseph, ut ita tributū penderent Pharaoni, excepta sola sacerdotū terra. Audiant qui nunc uiuūt, quantā olim sacerdotū idolorū curam habuerint, & discant ut uel saltē parem habeant honorē his quibus omnīū dei ministeriū creditū, & sacerdotio insigniti sunt. Si enim errantes illi & idololatrā per hoc putabant idola magis colī, si ita eorū ministros colerent: quanta non cōdemnatione digni, qui nunc imminuunt quod ad illorū spectat cultum? An nescitis, quod honor ad deum ipsum pertinet? Ne igitur respicias eum cui honor cōferatur. Non enim propter illum debes quod tuū est facere, sed propter illum cuius sacerdos est, ut & ab illo retributiones ubertim accipias. Propter quod & dicebat: Qui fecerit uni horū, & mihi seminat: & qui accipit prophetā in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet. Num ob dignitatem uel utilitatē ministrorum tibi retribuet dominus? Ob a lacritatē tuā uel coronat, uel condemnat. Et sicut honor qui propter ipsum impeditur, multū parit fidutiā: sibi enim impensa ferri uult deus, quæ in seruos suos collocant; ita & illorum

Matth. 23. d
Matth. 10. d

contemptus multā ē supernis poenā nobis deferet. Igitur sicut suū esse honorē, ita & contemptū dicit: id quod scientes, nunq; negligamus cultum qui sacerdotibus dei debetur. Et hæc dico, nō tantam illorū rationē habens, quantā uestrā charitatis, cupiēs uos in omnibus lucrifacere. Quid enim tantū das, quantū accipis à dominor? Quantū autem cultū affers: Attamē & pro illo uili, & qui in præsentī uita simul dissoluitur, immortales accipies mercedes, & ineffabilia bona. Hæc mēte uersemus, & properemus ad eorū obsequia, non attendentes sumptum, sed lucrum & accessiōnem quæ inde nascuntur. Nam si uidentes uiri alicuius singulari dignitate insignis familiarē, operam damus ut quantū possibile est illi præstemus obsequium, cogitantes quod quæ illi sunt, eius domino accedant; & quod ille familiaris, ubi significat patrono suo, maiorem nobis apud eum fauorem conciliet: multo magis hoc erit apud uniuersorum dominū. Nam si quoties in uulgarē aliquē & abiectum benignitatē & cōpasiōnē aliquam declaramus, dominus quæ sunt sibi propria faciens, promittit se in regnū introducturū eos qui aliquid boni illi fecerint, & dicitur: Venite benedicti patris mei, quæ esuriui, & dedistis mihi quod comederē: multo magis eos, qui propter deū affliguntur, & sacerdotio insigniti sunt, si quis obseruauerit, nō solū partē assequet retributionem, sed multipliciter maiore, misericorde deo ex abundantia misericordix semper ea quæ à nobis fiunt uincente. Ne igitur simus deteriores infidelibus, qui propter idolorū errorem adhuc tantum cultum exhibent illorū famulis: sed quantū distat error & ueritas, quantoq; præstantiores sunt dei sacerdotes q̄ idolorū, tantū discrimen etiā honoris inter utrosq; habere debemus, ut multo plures ē supernis nobis retributiones accrescant. Habitu autē Iacob in Aegypto, & auctus est, & multiplicatus ualde.] Nam et hoc ei deus promiserat dicens, Faciā te illic in gentē magnā. Et super uixit Iacob decē & septē annis. Et facti sunt dies Iacob anni centū quadraginta septē.] Propterea deus dimensus est ei hoc tēpus uitæ, ut cōsolatione magna accepta hinc migraret. Verū si uultis ut non multitudine dīctorū memoriā uestram obruamus, quæ reliqua sunt reseruabimus, & finem sermonis faciemus. Uestrā autē charitatē hoc rogauerimus, ut diligenter his quæ dicuntur intendatis, & ipsa perpetuē memoriæ commendatis, continuo in mēte uestra uersantes, & cogitantes quantā patientiā iusti sustinuerint, quamq; larganimitatē & fidē in promissionibus dei habuerint, non animo fluctuantes propter ea quæ post promissiones eueniebāt, sed fidētes eius qui promiserat uirtuti, & propterea diuina sentētia probati. Ecce em̄ & iustus ille Iosephū, postq; tot annis luxit quasi mortuū, uidit regnū Aegypti tenere. Et admirabilis Ioseph, post seruitutē, post carcerem, post alia omnia quæ sustinuit, principatum totius regiōis suscepit. Et si accedere uolumus ad eas quæ in sacra historia cōtinentur narratiōes, inueniemus

ueniemus omnes uirtute præditos per tētationes ingrediētos, & sic magnā à deo assequutos gratiā: quam si & nos cōciliare nobis uolumus, ne simus tristes in tētationibus, ne grauatim feramus quæ nobis obueniunt: sed magis gaudeamus & lætemur, scientes quod hac ratione potissimū diuina prouidentia fruamur, si cū gratiarū actione omnia terre meditemur. Contingat autē nobis omnib. ut & præsentē uitam in uirtutibus trāsfigamus, & futura cōsequamur bona, per misericordiam & gratiā domini nostri Iesu Christi, cui cū patre & sancto spiritu sit gloria, imperiū, honor, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

Appropinquauerūt autē dies Israel ut moreretur & uocauit filiū suū Ioseph. Hom. LXVI



GE & hodie finem imponamus narrationi de Iacob, & uideamus quæ nā sint illa, quæ iam moriturus disponat & ordinet. Verum nullus ad præsentium rerum statum spectet, ac talia exigat ab his qui tunc fuerunt iusti, qualia nunc in uita sapienter instituta fideles præstare conuenit, sed secundum tēporum & rerū conditionē iudicet. Hæc autē dedita opera prius dixerim, propter ea quæ de Patriarcha Ioseph dicentur. Qualia autem sint audiamus.

Appropinquauerunt autē dies Israel ut moreretur, & uocauit filiū suū Ioseph, & dixit ei: Si inueni gratiā apud te, suppone manū tuā subter femur meū, & facies mecū misericordiam & ueritatem, ut nō sepeliar ego in Aegypto, sed dormiam cum patribus meis: & auferas me ex Aegypto, & sepelias me in sepulchro eorum. Ille autem dixit: Faciam secundum uerbum tuum. Dixit autē Iura mihi, & iurauit ei, & adorauit Israel ad fastigium uirgæ suæ.] Multi abiectioris animi, quando à nobis admonentur ne magnam curam sepulture habeant, neq; rem multo studio dignam arbitrent, ab aliena terra in suam patriam mortuorum reliquias reduci: hanc nobis prætexunt historiam, dicentes, etiā Patriarcham huius rei tantā habuisse curam. Verum primum quidem, sicut dixi, cogitare oportet quod non tanta tunc exigebatur philosophia, quanta ab his qui nunc uiuūt: deinde q̄ & Patriarcha hoc non simpliciter uoluerit fieri, sed spem bonam illam pollicens, quod & sui uel sero aliquando redituri essent in terrā promissionis. Et quod ob hanc causam hoc præceperit, manifestius nos docet illius filius, dicens: Visirando uisitabit uos deus, & simul feretis ossa mea hinc. Quia enim oculis fidei futura præuidebant, audi illum iam uocare mortem suam dormitionem: dicit enim, Dormiā cum patribus meis. Propterea & Paulus dicebat: Iuxta fidem mortui sunt hi omnes, non accepta promissione: sed procul eā uiderunt & salutarunt, quomodo oculis fidei futura uidebant. Nullus igitur putet hoc pusillanimitatis esse testamentū, sed & à tempore, & à præuidendo futurum reditum, omni culpa excuset iustum. Nam his quæ ad sapienterem uitā attinent, post aduentum Christi auctis, merito quis reprehenderit eum cui talia sunt curæ. Neq; ducamus

Chryf.

miserū eum qui in alieno solo uitā finit, aut eum qui in solitudine ex hac uita decedit. Non enim ille dignus ut miser dicat: sed qui in peccatis mortuus est, etiam si super lectum, etiam si presentibus amicis omnibus spiritum exhalet. Et ne mihi frigida illa uerba ridiculaq; & insipientiā plena dicat aliquis, quod ille cane uilius est mortuus, nullo familiarium presente, neq; sepultura & funus ei contigerūt, sed collectitia stipe iusta facta sunt. Non est hoc, o homo, cane ignominiosus mortuum esse. quid enim ille damni sensit: sed si caret uirtutis amictu se tegente. Nam quod hoc nō offendat iustum uirtute præditum, discet: quia pleriq; iustorū, prophetas dico & apostolos, ubi siti sint, paucis exceptis, ignoramus. Et alij quidē capite truncati, alij lapidati, mortui sunt; alij innumeris & uarijs poenis seipos exposuerūt propter pietatem, omnes propter Christum martyres facti: & nullus de illis dicere ausus fuerit, q̄ ignominiosa sit eorum mors: sed sequetur diuinam scripturam, dicentem: Pretiosa in conspectu domini mors sanctorū eius. Et sicut mortem sanctorum pretiosam uocauit, audi quod & mortem peccatorum malam uocet. Mors enim, inquit, peccatorū mala. Atq; etiam si domi suæ quispiam moriatur, & uxore & filijs presentibus, & familiaribus & notis adstantibus, uirtute autē careat, mala huius mors est. Contra & si in aliena terra, et si humiliatens: & quid dico, in aliena? etiā si in latrones incidat, etiam si à bestijs deuoretur, uirtute autē præditus sit, pretiosa eius mors erit. Dic enim, obsecro, Zachariæ filius nōne decollatus est? Stephanus autē primus martyrij corona redimitus, nōne lapidatus uitam finit? Paulus autē & Petrus, nōne ille quidem capite truncatus, hic autem modo contrario quā dominus crucifixus, ita hac uita excessit? Nōne propter hoc magis in toto mundo celebrantur & prædicantur: Hæc omnia cogitantes, neq; eos qui in aliena terra moriuntur, miseros dicamus: neq; domi suæ morientes beatos prædicemus: sed diuinæ scripturæ canonem sequentes, & claros uirtutibus hinc migrantes beatos dicamus, & eos qui in peccatis moriuntur miseros prædicemus. Sicut enim qui uirtute præditus est, dum in meliorem uitam transit, accipit laborum suorum præmia: ita & qui ea caret, iniuria & præambula suppliciorum iam accipiens, & rationem actæ uitæ postulatus, malis nunquam finiendis inuoluitur. Ideo oportet hæc cogitantes uirtutū habere curam, & in presentī uita quasi in palefra certare, ut cum solutū fuerit theatrū, splendida redimiri corona queamus, nec frustra poenitentes inueniamur. Quandiu enim durat certamen, possibile est si uoluerimus & desidiā excutere & uirtutem exercere, metā & propositam assequi coronam. Caterum, si uidetur, redeamus ad sermonis seriem. Nam postquā mandauit filio de sepultura, & dixit Ioseph: Ego faciam iuxta uerbū tuum.] Atq; ille addidit, Iura mihi: & iurauit ei. Et adorauit, inquit, Israel ad fastigium uirgæ illius.] Vide senē, decrepitū, patriarcham,

tom. 1

y 3

cham

cham, adoratione honorē Ioseph declarare, & re ipsa implere uisionis euentū. Quando em̄ narrauit Ioseph uisionē: dixit, Nunquid ego & mater tua ueniemus, & adorabimus te super terrā? Sed forte dixerit aliquis: Et quomodo impletū est somnū in matre, quæ iam ante defuncta erat, & filium nō adorauit? Perperuus scripturæ mos est, à magis principali totū significare. Quoniā igit caput mulieris uir(erunt em̄, inquit, duo in carnem unam) cum adorauit caput, manifestū quod corpus totū capiti cohærebat. Si em̄ pater hoc fecit, multo magis illa, nisi ex hac uita prærepta fuisset, hoc fecisset. Et adorauit, inquit, ad fastigiū uirgæ eius. Propterea & Paulus dicebat: Fide Iacob moriēs singulos filios Ioseph benedixit, & adorauit fastigiū uirgæ illius. Vides quod istucipsum fides faciebat, præuidens futurū quod regij generis futurus esset is qui ex semine illius natus. Itaque cū mandasset quæcūque uolebat filio, nō multo post ut didicit Ioseph quod ægrotaret pater suus, & iam in forib. esset mors: quia appropinquauerat dies mortis illius, acceptis duobus filiis suis, uenit ad Iacob. Annūtiatū est autē hoc Iacob, & corroboratus Israel sedit super lectū.] Vides quō amor erga filiū senē firmabat, & alacritas uincebat infirmitatē? Audita em̄ illius præsentia, sedit super lectū. Et ut uidit illū, paternā ei dilectionem exhibet. Et quia moriturus erat, benedictione sua firmat pueros, maximas has facultates relinquens, & diuitias quæ nunquā absumi poterāt. Et uide quomodo incipit. Primū narrat dei erga se beneuolentiā, tum benedictiōes in filios facit, & dicit:

Deus meus apparuit mihi in Luza, in terra Chanaā: & benedixit mihi & dixit mihi: Ego crescere te faciā, & multiplicabo te, & faciā te in congregationem gentiū, & dabo tibi terrā hanc, & semini tuo post te in possessionē æternā. Promisit mihi, inquit, deus, quādo in Luza à me uisus est, in tantum se multiplicaturum semē meum, ut congregationes gentium fiant ex eo: & terram mihi, & semini meo, se daturum pollicitus est. Nunc igit duo illi filij, qui nati sunt tibi in Aegypto, mei sunt, Ephraim & Manasses, sicut Rubin & Symeon erunt mei.] Hos, inquit, quos habuisti ante aduentum meum, ego in meorū filiorū numerum allegam, & cum his qui ex me nati sunt pariter à me benedictionē accipient. Quoscumque autem postea genueris, ij tui erunt: in nomine fratrum suorum uocabuntur in illorū fortibus. Scias autē, quod & mater tua Rachel in Bethlehem mortua est, & defodi eam in uia Hippodromi. Et uidit duos filios Ioseph, & dixit: Qui sunt hi? Ille autē: Filij mei, quos dedit mihi deus. Et dixit Iacob: Adduc mihi eos, ut benedicā eos. Et appropinquare eos illi fecit. Et osculatus est eos, & amplexatus est eos. Vide, obsecro, senē quomodo festinat & urget ut benedicat filios Ioseph. Et appropinquare eos fecit illi, & dixit ad Ioseph: Ecce facie tua nō sum priuatus, & ecce monstrauit mihi deus semē tuum.] Magna mihi, inquit, præstitit dei misericordia, & plura quæ expectaui. Nam

non solū non sum priuatus facie tua, sed ecce etiā uidi eos, qui ex te nati sunt. Et eduxit eos Ioseph à genibus, & adorauerunt eum super facie, super terrā.] Vide quomodo & pueros statim ab initio debitū seni honorē reddere docuit. Et Ioseph, inquit, secundum dignitatē primogenituræ adduxit Manassen, & tūc Ephraim. Vide, obsecro, hic iustum corporis oculos præ senectute nūc infirmos habere. Grauatū enim erant oculi eius præ senio, & non poterant uidere: ualebat autē oculis mentis, & fide præuidebat futura. Neque enim tulit Iosephum, sed commutatis manibus benedicens, dignitatem iuniori contulit, præferens Manassi Ephraim, & dixit: Deus cui bene placuerunt patres mei.] Attēde modestiā Iacob, uide animam piā & religiosam: non audebat dicere, Deus cui bene placuit, sed quid? Cui bene placuerūt patres mei. Vidisti animā gratā: At qui paulo antea narrans dicebat: In Luza apparuit mihi, & promisit daturū se mihi, & semini meo omnē terram, & in congregationes gentiū facturum semen meū: at tamen tā euidētia habēs indicia diuine erga se beneuolentiæ, adhuc humiliatā habebat mentē. Et dicit, Deus cui bene placuerūt patres mei coram ipso, Abraham & Isaac. Deinde iterum: Qui pascit me à iuuentute mea.] Accipe & ex hoc excellentem eius gratitudinē. Non dicit propriā uirtutem, sed ea quæ sibi à deo fuerūt facta. Qui pascit me de uero matris meæ à iuuentute mea usque in diem hanc.] Ipse enim, inquit, est, qui ab initio usque ad præsens res meas dispensauit, & moderatus est. Ita & prius dicebat: In uirga mea hac transtui Iordanē, & ecce factus sum in duo castra. Et nunc iterum alijs uerbis dicit: Qui pascit me à iuuentute mea usque in diem hunc, angelus qui liberauit me de omnibus malis.] Gratiæ animæ ac piæ & bene memoris beneficiorū dei uerba: Ille, inquit, cui patres mei bene placuerunt, qui me à iuuentute mea usque in præsentē diē educauit, qui me ab initio ab omnibus malis liberauit, qui tantā erga me declarauit prouidentia, Ipse benedicat hos pueros: & inuocet in eis nomē meū, & nomē patrum meorū, Abraham & Isaac, & multiplicentur in multitudinem magnā super terrā.] Vidisti simul & intelligentiam, & modestiam? Intelligentiam quidē, quia fidei oculis præuidēs, Ephraim prætulit Manassi: Modestiā uero, quia nusquam suæ uirtutis meminit: sed ex probata patrū uita, & ex beneficijs in se collatis filios benedicit. Verum Iacob quidem præuidens futura, ita illos benedixit. Ioseph uero uidēs iuniorem prælatum seniori, graue & indignum esse putans, dicit: Hic est primogenitus, pone dexterā super caput eius: & noluit, sed dixit: Scio fili, scio: & hic erit in populū, & hic exaltabitur: sed frater eius iunior maior eo erit, & semē eius erit in multitudinem gentium.] Ne putes me, inquit, fortuito quodā euentu hoc fecisse, uel per ignorantiam. Scio enim, & præuidens futura ita ei benedictionem feci. Nam licet natura primatum habeat Manasses, iuuenis tamen ille maior eo erit, & semen eius in multitudinem

dinē gentiū. Hoc autē totū factū est, quia ex hoc regnum exoriturum erat, propterea prædicens futura, sic eum benedixit. Et benedixit eos dicens: In uobis benedicetur Israel per dicentes: Faciat te deus sicut Ephraim & Manasse. Et posuit Ephraim ante Manassen.] Ita, inquit, ambo erunt gloriosi, ut omnes qui præcātur, iuxta illorum precetur gloriam: attamen prior erit Ephraim Manasse. Vide quomodo gratia dei præmonstrabat ei futura, & prophetico afflatus spiritu filijs Ioseph benedixit: & quod tantis temporibus aberat, tanquam præsens & ante oculos sitū uidit. Hoc enim modo se habet prophetia. Nam sicut oculi corporales nihil amplius præterquam uisibilia spectare possunt: ita & oculi fidei nō quæ uident spectant, sed illa uident quæ multo post futura sunt. Et hoc manifestius sciētis ex benedictionibus quas suis filijs dat. Cæterū ne longū sermonem faciamus, multo quæ uos oneremus labore, contenti dictis, in sequentem sermonem referuabimus filiorum eius benedictionem. Illud tamen obsecrauerim uestrā charitatem, ut imitemini iustum hunc, & tales hereditates filijs uestris relinquatis, quæ à nullo unquam damnū accipere possint. Diuitiæ em̄ saepe etiam accipientibus pernitiē pepererunt, & inuidias, & multa pericula: hic autem nihil taliū suscipere poteris iniquā. Thesaurus enim est qui nunquam ualet consumi: Thesaurus non hominum dolis, nec latronum insidijs, non famulorum malitia, non alio quopiā imminui ualens, sed perpetuò manens: spiritualis enim est, humanis non cedens insidijs: sed cum his qui illū accipiunt, & sobrijs esse uolunt ac prudentes, in futurā uitam migrans, & eis æterna preparans tabernacula. Ne igitur operā nostram in colligendas opes collocaueris, quæ relinquamus filijs: sed doceamus eos uirtutē, & benedictionē dei illis imprecur. Istæ em̄, istæ maximæ sunt facultates. Istæ sunt ineffabiles diuitiæ, quæ nō absumentur, quæ quotidie substantiā nostrā augment. Nihil em̄ uirtuti par, nihil uirtute potētius: etiā si mihi dicas eū qui regnū habet, ac diadema gerit: nisi hāc habeat, quouis pāniculofo paupere inferior erit. Quid enim illi prodesse poterit purpura, qui uirtutē sua desidia perdit? Nunquid dominus externas dignitates spectat: nunquid personarū gloria permouet? Vnū est illuc quod queris. Nam ut is qui operatur uirtutem apertas inuenire potest ianuas fidutiæ in Christi: ita qui nihil fidutiæ hinc deserit, inter ignominiosos & desperantes locū habebit. Hoc igitur omnes cōsideremus, & nostros filios doceamus, ut uirtutem rebus omnibus præferant, nihilquæ faciānt pecuniarū abundantiam. Hæc enim, hæc est quæ uirtuti plurimū obstat: quandoquidē nesciūt pecunijs uti iuuenes, ut oportet. Et sicut pueri saepe quando cultellos & gladios arripiūt, eo quod nesciunt bene illis uti, periclitantur, unde matres non permittūt illis eos impune attingere: ita profecto & iuuenes, qui pecuniarum abundantiam susceperint, cum nolūt eis bene uti, in periculum certū se præcipiāt, sarcinam peccatorū sibi inde

colligentes. Nascuntur enim inde delicia, absurda uoluptates, & infinita mala: non dico ex pecunijs, sed ex illorum imperitiā qui eis nesciunt recte uti. Propterea & sapiens quidam dicebat: Bonæ diuitiæ quibus nō est coniunctum peccatum. Quia & Abraham diues erat, & Iob diues erat, & non solū nihil damni eis accidit à diuitijs, sed etiā multum laudis. Quare: quia non in usum suū tantum has possidebant, sed ut eis iuuaret etiā alios, quorum succurrerent inopiæ, ut esset domus sua aperta omnibus. Audi enim unū eorū dicentem. Nū egressus est aliquis de domo mea sinu uacuo: Ceterū & impotētes uiribus, si quādo indigebāt, subsidio nō priuabant. Et non solū ministerium indigentibus exhibebat ex suis opibus, sed & sollicitudinē eorū gerebat. Et erā, inquit, pes claudis, oculus cæcis; & e medio dentium eripui rapinā. Vides illum & curā agere eorū qui iniuria afficiuntur, & debilibus membrorū uicē per omnia representare: Hunc omnes oportet imitari: hūc, inquit, qui ante legē fuit, & ante gratiā tam bene moratam uitā gessit: id quod cum nec præceptorē habuerit, neque progenitores uirtute præditos, sed per innatā sibi rectā uoluntatē bonā hāc uitā aggressus fuerit. Nā unusquisque nostrū in natura sua habet insitā scientiā uirtutis: et nisi quis uoluerit per ignauiā suam perdere generositatē, nunquā ea priuabit. Vtinā autē eam omnes nos eligamus, & cum diligentia exerceamus, ita ut bona quæ diligentibus deum promissa sunt consequamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria, imperium, honor nūc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Dixit autē Israel ad Ioseph: Ecce ego morior, & erit deus uobiscum, Homilia LXVII



Ridem polliciti finem nos impolituros historia Iacob, sermone prolixius se extendente, ad finem quod promittebamus perducere non ualimus. Ideo uolo quæ pridē relicta fuerūt in mediū proponere, ut sic nūc, si deus dederit, finē imponamus. Operæ pretiū autē fuerit primū uestrā cōmonescere charitatē, & ostēdere ubi sermonem nuper missum fecerimus. Scitis utique, & memores estis, quod cū Iacob benedicturus esset filios Ioseph, Ephraim Manassi præposuerit, id quod etiā patre eius nō probāte: cui et dixit: Scio fili, ueruntamen & hic erit in populū, & hic exaltabitur: sed frater eius iunior maior eo erit in multitudinē gentiū: & benedixit eos in die illa, dicens: In uobis benedicetur Israel per dicentes: Faciat te deus sicut Ephraim & Manassen. Et hucusque processimus, & ne sermonū nimietate uestrā obrueremus memoriā, cessauimus à doctrina: sed si uidetur, hodie sequētia uideamus. Dixit autem Israel ad Ioseph: Ecce ego morior, & erit deus uobiscum. & reducet uos deus ex terra hac in terram patrum uestrorum. Ego autem do tibi Sycama electa præ fratribus tuis, quæ cepi in gladio meo & arcu.] Postquā filios benedixit, & futura præuidens, iuniorem præposuit seniori: uolens

persuadere Iosepho, quod non fortuito neque temere hoc fecisset, sed praevidens futura: praedicit ei & suam mortem, & quod redituri sint ex aliena terra in Chanaan, in terram patrum suorum: & bonam eis spem auget, ita ut expectatione alleuietur. Nam spes bona, huius vitae labores semper imminuit. Et monstrans etiam tempore mortis, quam dilectionem erga Ioseph habebat, dicit ei: Ego autem do tibi Sycima electa praefratribus tuis: quasi diceret, Hoc omnino erit, & iuxta meam praedictionem redibitis, & in hereditatem possidebitis terram patrum uestrorum. Quia & Sycimorum ciuitatem tibi do hereditatem electam praefratribus tuis, quam cepi de manu Amorrhaeorum in gladio meo & arcu. Quidnam hoc est? Quae a Symeone & Leui facta sunt, in personam propriam transfert: & propter hoc dicit, Quae cepi in gladio meo & arcu. Sed hic opportune quasi iuravit quispiam: Et quare hoc facinus suum facit, cum postea testaturus accusatione clare scripta eos arguat: num secum pugnat iustus? monstrans mansuetudinem mentis suae, & quod praeter suae mentis sententiam hoc factum sit. Non solum enim non probat factum, sed & arguit: propterea uolens monstrare suam erga Ioseph dilectionem, ei concedit Sycima, & dicit: Quae cepi in gladio meo & arcu. Nam licet illorum fuerit opus, in sua tamen potestate positum erat. Si enim filiorum dominus pater, multo magis eorum quae a filiis possidentur: si autem dominus, & cui uolebat dare poterat. Itaque declarare uolens suam erga Ioseph beneuolentiam, non solum Ephraim & Manassen benedixit, sed & Sycimam electam hereditate reliquit filio. Et uocauit, inquit, filios suos, & dixit: Congregemini, ut annuntiem uobis quid euenturum sit uobis in nouissimis diebus. Congregemini, & audite Israel patrem uestrum. Vide iustitiam, quia praesciebat mortis tempus, uocauit filios suos ad se, & dicit: Congregemini, ut uobis iam predicam quid uobis euenturum sit in ultimis diebus. Congregemini, & audite Israel patrem uestrum. Venite, inquit, & discite a me, non praeterita, non quae paulo post euentura, sed quod accidet in ultimis diebus. Et haec nobis non a memetipso annuntio, sed afflatus a spiritu: & idcirco quae multis postea generationibus contingent, praedico. Etenim est uita hac migraturus, uolo unicuique uestrum, quasi in titulo & columna aenea, memoriam insculpere. Considera autem iustum, quomodo congregatis filiis, natiuitatis seruato ordine, unicuique congruam det uel maledictionem uel benedictionem, & in hoc monstrans suae uirtutis eminentiam, incipiat a primo. Rubim, inquit, primogenitus, fortitudo mea, & principium filiorum meorum. Durus adferendum, durus & pernicax. Vide quanta sapientia iusti. Volens enim accusationem magis intendi, prius dixit priuilegia ei a natura concessa, & dignitatem quam tenebat, quod principium filiorum, & primogeniturae honore clarus sit: & postea uoluntatis peccata illius quasi in aenea columna inscribit: monstrans quod

nihil proderint nobis ea quae a natura insunt, nisi & uoluntatis bona opera sequantur: haec enim sunt quae & laudem habent & uitium. Durus, inquit, ad ferendum: durus & pernicax. Nature, inquit, dignitate tibi data amissisti propria tua temeritate. Deinde & speciem peccati bene scriptam relinquit, ita ut illud ita esse redargutum, & posteris magna sit eruditio ne similia attentent. Cōtumelia affecisti, sicut aqua non effervesces. Ascendisti enim, inquit, super lectum patris tui: tunc polluisti fratrem quod ascendisti. Significat concubitum eius cum Balla. Vide quomodo per sapientiam a spiritu sancto sibi data, prius dixit id quod postea Moses inter leges recensiturus erat, non licere cum eadem muliere patrem & filium rem habere. Et nunc ob hoc ipsum filium corripit, & sic prohibet. Polluisti, inquit, fratrem, & ascendisti super lectum patris tui. Rem peruersam fecisti. Propter hoc quod ita contumelia me affecisti: sicut aqua non effervesces. Inutilis erit, inquit, ille conatus tuus, quod neque patrem reueritus, polluere eius lectum ausus fuisti. Ut igitur nunc in sequentibus generationibus talia nemo imitetur, reprehensione spiritus ordinauit, ut literis commendetur haec accusatio, & omnes qui audiunt erudiant, sciantque manifeste, quod nihil proficit dignitas naturae concessa, nisi & uoluntatis accedant ornamenta. Deinde quia satis traduxerat nefarium hoc opus, uenit ad Symeonem & Leui. Compleuerunt, inquit, iniustitiam ex uoluntate sua. Contemptio sua, quam propter fororem suam exercuerunt, eos impulit. Deinde declarans quod se ignaro rem fecerint, dicit: In consilio eorum non ueniat anima mea, & in coetu eorum non firmenit iecora mea. Absit, inquit, ut communem eorum sententiam, & obsequar eis in his quae iniuste egerunt. Irrationabilis, inquit, fuit eorum indignatio. Nam licet peccarat Sychem, attamen non oportebat tantam fragorem facere, & omnes perdere. Et in concupiscentia sua subneruauerunt taurum. Filium Emmor hic significat. Nam quia in florenti aetate erat, taurum eum nominauit. Deinde ut dixit quare fecerant, etiam maledictionem apponit, & dicit: Maledictus furor & impostura eorum, quia pernicax: & ira eorum, quia obdurata est. Dolus significat, quod illos circumuenerunt. Pernicax, inquit, furor eorum, temerarius, impetuosis ratione carens. Et ira eorum, quia obdurata est. Quando enim Sycimam putauerunt eos sibi ualde amicos, tunc graui ira & bello eos oppresserunt. Et dicit eorum peccato, dicit & supplicium quod luituri erant. Partiar eos in Iacob, & disseminabo eos in Israel. Vbi, inquit, disperserunt, ut istucipsum manifestum fiat quod propter facinus commissum hoc illi passus fuerint. Iuda te laudarunt fratres tui. Benedictio Iudae data, mystica est praesignans omnia quae ad Christum attinent. Iuda, inquit, te laudarunt fratres tui. Quia enim ex hac tribu exoriturus erat Christus, iuxta dispensationis rationem, propterea spiritu sancto afflatus Iacob, praedicit per ea quae in Iuda dicuntur, non solum descensum domini ad homines, sed & sacramentum, & crucem, & sepulturam, & resurrectionem: & ut semel dicam, omnia

omnia. Iuda enim, inquit, te laudauerunt fratres tui: manus tuae in terga inimicorum tuorum, & adorabunt te filii patris tui. Quibus declarat, quod subijciendi illi essent. Catulus leonis Iuda. De germine, filii mei, ascendisti. Regnum eius praedicit. Semper enim scriptura mos est, per figuram huius animalis, regiam auctoritatem insinuare. Recubisti & dormiuisti ut leo, & sicut catulus. Quis excitabit eum? Crucem & sepulturam hic significat. Quis excitabit, inquit, eum? Sicut enim leonem uel catulum nullus audent excitare, ita dormiuisti ut leo, & ut catulus. Quis excitabit eum? Ipse enim est qui dicit: Potestate habeo ponere animam meam, & potestate habeo iterum recipere eam. Postea & tempus quoque manifeste declarat, quo aduenturus sit Christus.

Non deficiet, inquit, princeps de Iuda, neque dux de femore eius, donec ueniant reposita ei: & ipse erit expectatio gentium. Tandiu, inquit, durabit res Iudaica, & principes Iudaeorum, quoad ille uenerit. et bene dixit, quoad ille ueniat, cui repositum est: quasi dicat, ille cui praeparatum est regnum: propterea ipse est expectatio gentium. Vide quomodo iam dicit etiam gentes saluandas. Et ipse erit, inquit, expectatio gentium. Huius aduentum gentes expectant. Ligans ad uitam asinam suam, & ad palmitem filium asinae suae. Per pullum iterum gentium significat adductionem. Nam quia asinus immundum erat animal, propterea dicit: Illae immundae gentes cum tanta facilitate adducunt, quasi quis ad palmitem uitis asinum alligeret: simul insinuans & potestatis excellentiam, & gentium obedientiam. Magnae enim mansuetudinis est, quod asinus sustinet se ad palmitem uitis ligari. Viti autem suam doctrinam coparat. Ego enim sum, inquit, uitis uera, & pater meus agricola est. Palmites autem uocauit teneritudinem praceptorum, & facilitatem legis ferendae, iam tum praesignans gentes magis credulas fore quam Iudaeos. Laerabit in uino stolam suam, & in sanguine uuae amictum suum. Vide quomodo nobis totum sacramentum obscure subindicauit. Sciunt qui initiati sunt, quod dictum est. Lauabit in uino stolam suam. Stola puto corpus dici, quod propter dispensationem ferre dignatus est. Deinde ut diligenter discas uinum quid appellauerit, subdit: Et in sanguine uuae amictum suum. Vide quomodo sanguinis nomine crucem nobis & occisionem significet, & omnem sacramentorum dispensationem.

Iucundiores oculi eius uino, & candidiores dentes eius quam lac. Hic gloriam nobis demonstrare uult, per metaphoram uini & oculorum. Et candidiores dentes eius, quam lac. Hic iustitiam & claritatem iudicis. Nam per dentes & lac, nihil aliud significare uult, quam fore candidum & manifestum iudicium, ut est laetitia & dentium qualitas. Zabulon, inquit, in maritimo habitabit, et ipse apud stationem nauium, & extendet usque ad Sidonem. Vide quomodo & huic praedicit ubi domicilium habiturus sit, & quod usque ad Sidonem extendetur.


Isachar bonum desiderauit, recumbens inter duos: & uidit requiem quod bona, & terram quod pinguis: supposuit humerum suum ad laborandum,

& factus est uir agricola. Laudat hunc quod agriculturam elegerit, & hanc omnibus alijs praetulerit. Dan iudicabit populum suum, sicut & uirna tribus in Israel. Et fiat Dan serpens in uia, insidens in semita, mordens ungulam equi, & cadet equus retrorsum, salutem expectans domini. Digne quis admiretur & obstupescat, quomodo oculis spiritus omnia prauidens, filijs suis praenuntiauerit quid unicuique euenturum sit, etiam post multum temporis. Gad, tentator tentabit eum, ipse autem tentabit illum ad pedes. Aser pinguis eius panis, & ipse dabit cibum principibus. Nephthaim, stirps emissitius, multiplicans in germine pulchritudinem. Et quia paucis transit illos, uenit consequenter ad Ioseph. Ioseph filius auctus & amabilis. Ioseph filius auctus, filius meus iunior, inuidiosus factus ab ipsis inijs quem consilio communicato conuictus inceserunt. Fratrum significat conspirationem contra eum. Et id quod supra dicebat scriptura, quod crimine malo detulerant Ioseph apud patrem suum: hoc iste dicit: Quem communicato consilio conuictus inceserunt. Et insidiati sunt ei uiri sagittationum. Sanguinarium illorum significat animum. Et contrita sunt cum fortitudine tela eorum. Vide quomodo, postquam dixit ea quae contra Ioseph attentarunt, dicit & quae eis contigerunt. Contriti sunt, inquit, arcus eorum, & dissoluti sunt nerui brachiorum manuum eorum: Quasi diceret, Ipsi enim occidere tentati sunt, & quantum ex ipsis pendeat, complessent: sed & arcus eorum contriuiti, & dissoluti sunt eorum nerui. Sic enim eis accidit, quando audierunt Ioseph dicentem: Ego sum frater uester Ioseph, quem uendidistis in Aegyptum. Tunc enim, tunc maxime soluti sunt nerui eorum per manum potentis Ioseph. Illic, inquit, corroborasti Israel a deo patre suo, & audiuit te deus meus. Vide geramanam iusti erga dominum dilectionem, quomodo orbis dominum suum solius deum esse dicat: non concludens eius dominum, neque priuans eum potestate uniuersali, sed firmum declarans amorem. Et benedixit tibi benedictione caeli a supernis. Non solum, inquit, adiuuit te, sed & benedixit te benedictione terrae omnia continentis, benedictione uberum & uuluae, benedictione patris tui & matris tuae. Confortatus es benedictionibus montium firmorum, & desiderabilibus cumulo rerum aeternorum. Per cumulos aeternos, gloriam & maiestatem, & regnum Aegypti: per montes firmos, sublimitatem & fortitudinem designat, & in summum fastigium principatus euentum esse hic insinuat. Haec enim, inquit, benedictiones erunt super caput Ioseph, & in uertice fratrum, quorum dux est. Haec scilicet, inquit, benedictiones erunt super caput tuum. Beniamin lupus rapax, mane comedet, & ad uesperam distribuet praedam. Et hic praesignat quod longo post tempore futurum erat, & quod grassaturus esset, sicut lupus rapiens, occidens & innumera mala faciens. Quonia autem omnibus filiis congruas benedictiones praesignauit: Et benedixit, inquit, singulis benedictionem suam

suam, qua benedixerat eis: hoc est, unicuique prae-
gnauit quae decebat, & quae in unaquaque tribu e-
uentura essent praedixit. Postquam autem ordinauit ea
quae a spiritu didicerat, dicit eis: Ego apponor
ad populū meū, & sepelietis me cū patrib. meis.]
Vide quomodo per mandatum hoc, maximā eis
consolationē afferat. Considerabant enim quod iu-
stus hoc non mandasset, nisi omnino sciuisset redi-
tum futū futurū, & liberandos se a seruitute Aegy-
pti. Postea locū quoque dicit: In spelunca, inquit,
quae est in agro Ephraim Cheterei. Et ut haec dixit,
cessauit mandare filiis suis, & subleuauit Iacob pe-
des suos super lectum, & defecit, & appositus est
ad populū suū.] Vide mortem iusti etiam ma-
gno miraculo plenā. Nam postquam mandauit filiis
suis, inquit, subleuauit pedes in lectū suum, quasi
cum uoluptate rem aggredere. Ita impletis omni-
bus, pedes sustulit: hoc est, rectos fecit & extēdit.
Defecit, hoc est finiuit uitā. Et appositus est ad po-
pulum suū. Et recidit Ioseph super faciē patris
sui, & fleuit super eum, & osculatus est eum.] Vi-
disti filij dilectionē? uidisti ignitā charitatem? Et
post animae recessum recidit Ioseph super faciē
eius, & osculatus est, et fleuit super eo. His factis,
Ioseph quae a patre mandata erant, exequi cura-
uit. Et mox mandauit pollinctoribus, ut aromati-
bus ad sepulturā condirent patrē. Et ipse quidem
quadraginta diebus, Aegyptus autē septuaginta
diebus eum luxit. Et postquam iusta omnia peroluta
sunt, significauit Pharaoni, & his qui cū eo erāt,
quae illi pater adhuc uiuus demandarat, & dixit:
Adiurauit me pater meus, dicens: In sepulchro
quod fodi mihi in terra Chanaā, illic me sepelietis.
Nunc igitur ascendam, & sepeliā patrem meū, &
reuertar.] Aequū est, inquit, ut eius mandata fa-
ciā. Vbi igitur ea fecero, redibo. Haec ut audiit,
permisit Pharaon. Et ascendit, inquit, Ioseph, ut se-
peliret patrē suū, & simul ascēderunt cū eo omnes
serui Pharaonis. Et cognationē, et boues, & oues
reliquerūt, & simul ascēderūt cum eo currus &
equites. Et facta est turba magna ualde.] Vide
quantū officium Aegyptiorū in honorem Ioseph.
Et uenerūt cum Ioseph, ita ut fieret turba ma-
gna. Et ut uenerunt ad locū quendā, planxerunt
eum planctu magno, & ualde uehementi. Et fecit
planctū patri suo septē dies. Et uiderunt habitato-
res Chanaan, & dixerunt: Planctus magnus est
Aegyptijs. Propter hoc uocauit nomē loci, Plan-
ctus Aegypti, qui est trans Iordanem.] Verū tu
haec audiens dilecte, ne simpliciter praetercurrere,
sed tēpus cogita, quo facta sunt, et ab omni culpa
libera Ioseph. Nondum enim fuerūt portae inferni
confractae, neque mortis uincula dissoluta, neque
mors dicebatur dormitio. Et idcirco quia timue-
runt mortē, haec faciebant: nunc autē propter gra-
tiā Christi, quia mors facta est somnus, & consum-
matio quietis, & certa multa sunt resurrectionis
indicia, quasi de uita in uitā transferēdi, sic exul-
temus & laetemur. Et quid dico de uita in uitam?
de deteriori ad meliōrē, de tēporali ad aeternā, de
terrena ad coelestē. Et peractis omnibus, inquit,

reuersus est Ioseph in Aegyptum, ipse & fratres
sui, & omnes qui cum eo erant.] Vide cōsequen-
ter fratrum Ioseph timorē hic, & terrorem eorum
mentem cōcutientem. Ut uiderunt autem fra-
tres Ioseph, quod mortuus esset pater suus, dixe-
runt: Ne forte memor sit iniuriā nostrā Ioseph,
& retribuatur retributionem nobis, & omnia mala
quae in eum cōmissimus.] Terror ualidus eorum
mentem perculerat, & a conscientia stimulat, ne
scuerunt quid facerent: propterea dicit, Cum ui-
dissent patris mortē, ne dignam de se poenā sume-
ret Ioseph ob ea quae in illū peccauerūt, aduenien-
tes ad eum dixerunt: Pater tuus adiurauit nos
priusquam moreretur, dicens: Dixit Ioseph, remit-
te eis iniustitiā hanc, & peccatum eorū.] Vide ite-
rum quomodo ipsi accusatores sui ipsorum sint. Vi-
de quanta est cōscientie reprehensio. Et omnino
scitis, quod iniustitiā & peccatum operati estis,
quod maximas molestias ei exhibuistis. Et nūc
remitte iniustitiā seruorū dei patris tui.] Vide
quomodo nullo cogente sui peccati sunt testes, &
dicit: Dixit pater tuus, remitte eis, quia molestias
tibi exhibuerūt, et obliuiscere iniustitiā seruorum
dei patris tui. At ille beatus & totus uirtutibus cla-
rus, in tantū modestus fuit, ut ne admitteret qui-
dem ullā mētionē eorū quae in se peccauerant, quae
& ad uerba eorū confusus est. Et fleuit, inquit,
Ioseph, loquētib. illis secū: & uenerunt & dixe-
runt, Ecce nos serui tui.] Vide quantū ualeat uir-
tus, quae ualida & inexpugnabilis, & quāta malitiae
infirmitas. Ecce enim ille quidē, qui haec passus est,
regnat. Qui autē ita afflixerunt fratres, famuli eius
esse orant, quē in seruitutē exposuerant. Verum
tu uide clementiā Ioseph in fratres, obliuiscen-
tiam, & quomodo omnibus modis eos consolari
uelit, & eis persuadere, quasi nihil in se peccauer-
int, dicit enim: Ne timeatis, dei enim sum ego.
Vos cogitastis contra me mala, deus autē cogita-
uit pro me bona, quomodo factū, sicut hodie ui-
detis, ut pascat populū multus.] Ne timeatis,
inquit, neque anxij sitis: dei enim sum ego, & domi-
num meum imitor, & beneficia repēdere studeo
his qui non ferenda cōtra me fecerūt: dei enim sum
ego. Deinde cū monstrasset quanta eum deus be-
neuolētia prosequutus esset, dicit: Vos mala men-
te haec contra me fecistis, deus autē in bonū mihi
omnia uertit. Idcirco & Paulus dicebat: Diligen-
tibus deum omnia cooperant in bonū. Omnia,
inquit, quid est omnia? Et quae contristant, & quae
aduersari uident, in bonū mutant. Hoc utique & in
hoc iusto factū est. Nam quae a fratrib. facta sunt, ea
maximē regnū ei cōciliarunt, omnipotentē dei sa-
pientia, omnia mala in bonū cōmutante. Ut pas-
cat, inquit, populū multus.] Non solum uestra cau-
sa haec in bonū uertit, sed & ut omnis ille populū
pasci possit. Et dixit eis: Ne timeatis: ego pasca-
uos, & domus uestras. Et cōsolatus est eos, & lo-
cutus est in cor eorū.] Quid igitur, inquit, timetis?
ego suppeditabo alimēta uobis, & omnibus qui uo-
bis cū sunt. Et cōsolatus est eos, & loquutus est in
cor eorum. Non simpliciter eos rogauit, sed tāto
uisus

DE IEIUNIIS ET GENESES
lectione, sermo.



VCYNDVM quidē nau-
tis est uer, iucundū quoque
& agricolis: sed neque
nautis, neque agricolis
ita iucundū est ueris tē-
pus, ut his qui philoso-
phari uolūt iucundū sunt
ieiuniorum dies, spirita-
le animarum uer, & si-
dissima trāquillitas ani-

morum. Nam agricolis uer idcirco iucundū est,
quia delectat aspiceret tunc depictam floribus ter-
ram, & uarijs frondibus uirgulta comantia: nau-
tis uero acceptum est uer, quod dorsum maris de-
ductis nauibus tutō licebit ascendere, nec unda-
rum pericula formidare. Nobis autem iucundū
est ieiuniorum uer, quod tunc non undarum, sed
cogitationum, & cōcupiscentiarū carnis fluctus
ac turbines mitigantur, & coronā nobis non flo-
rum, sed spiritualiū gratiarum parantur. Sic enim
scriptum est: Coronam, inquit, gratiarū accipēs
tuo capiti. Non ita ergo apparatus uis hirundo uer
naculis fugatam hyemem nuntiat, ut ieiuniorum
dies fugari ex uisceribus nostris uitia carnis & cu-
piditatis ostendūt. Cessat pugna carnis aduersus
animam, & animae aduersus carnē, nec ultra in-
surgit ancilla in dominam, nec serua superbit in li-
beram: sed uniuersa haec praelia ieiuniorū presen-
tia cōquiescunt. Quia igitur nobis quiescūt & tran-
quillitatis tempus aduenit, etiā nos deducamus
in mare, doctrinā nauigium, & dicēdi uela solua-
mus: si tamen tranquillū & tutus est aurium ues-
strarū portus, in quo uerbi dei nauis absque metu
naufragij collocetur. Altum enim nobis pelagus
incedendū est, uolentibus de cœli ac terrae & ma-
ris corporibus philosophari. Haec enim nobis ho-
die lectio recitata est. Sed quid ad nos, inquit,
creaturarū pertinet ratio? Et ualde quidem, cha-
rissime: sic enim ex magnitudine & decore crea-
turarum competenter earū conditor agnoscitur:
quanto autē ad earum intelligentiā fuerimus in-
tenti, tanto magis uia nobis patefcit ad intuitum
cōditoris. Magnū, crede mihi, bonū scire est quid
sit creatura, & quid creator, & quae sunt opera,
quis uero opifex. Si enim hoc diligēter sciret discer-
nere haeretici, nunquā utique omnia cōfunderent, &
quae sursum sunt, facerēt deorsum. Non dico quod
cœlum, & stellas deorsum, terram autē sursum du-
cerēt: sed quod regē ab excelsis sedibus deducen-
tes, cum creaturis & operibus collocauerint: crea-
turā uero diuinis honorib. affecerint. Si de creatu-
ris scissent philosophari Manichaei, nunquā mate-
riam corruptibilem & mutabilem, quae cum non es-
set effecta, esse ingenitam, deoque dicerent cogere-
nam. Si de creaturis scissent recte philosophari
gentiles, nunquā coluissent, & seruissent creaturā
potius quam creatori. Bonum uides cœlum, sed
propterea, ut illud aspiciens adores conditorem
eius: pulchrū solem, sed ut illū intuens, factorem
ipsius

Rom. 8.

ipsum venereris. Si enim creaturarum pulchritudine detentus inhæreas, nec ex earum specie magnitudinem consideres creatoris, conuersum est tibi lumen in tenebras. Vides quantum boni sit scire creaturarum rationem? Non igitur negligamus hæc lucra, sed attentius intēdamus his quæ lecta sunt, quia non solum cœli, & terræ, ac maris, sed & nostræ, id est hominum originis ratio nobis ex his quæ leguntur, exponitur: & unde mors, unde & labor mortalium uitæ, unde curæ, unde tristitiæ subierint, declaratur. Pro his em̄ omnibus uelut satisfactionem quandam scriptā, librum hunc deus misit ad homines. Neque enim satisfacere dignatur hominibus, qui per Prophetā dicit: Venite & disputemus, dicit dominus. Et non solum disputare cū hominib. & satisfacere nobis uult, sed quomodo culpam fugiamus ostendit. Antē enim quæ diceret, uenite & disputemus: docuit quod loqui uel agere oporteat, & ita uenire ad iudiciū. Audi denique quæ in superioribus Prophetæ præmiserit: Lauamini, inquit, mundi estote, auferite nequitias ab animis uestris: discite bonū facere, iudicate pupillo, & iustificare uiduā: & tunc addit, Venite disputemus, dicit dominus: nō enim nos ad disputandum, hoc est ad iudicium, ubi de causa nostra tractandum & disputandū est, uult nudos & inanes uenire, sed habere aliqua documenta iustitiæ. Si enim faciamus ea quæ superius præcepit, tunc ad disputandum de causa nostra, & de actibus nostris, audacter & fiducialiter ueniamus. Denique & aliās dicit: Dic tu prior iniquitates tuas, ut iustificeris. Habes em̄ accusatorem acerbissimū & immitem, præueni eum, & obturatos eius impudentissimū, propria sponte confitendo delicta. Sed intueri paululum magnificētiam dei: ex initio per semetipsum loquebatur hominibus deus, secundū quod audire eis possibile erat. Sic denique cum Adam locutus refertur, sic increpasse eum, sic cum Noe sermocinatus, sic apud Abraham hospitio susceptus, & conuiuij cōsabulatione usus. Verum ubi humanum genus procliuus in malitiā declinauit, & a parente, & a conditore suo, quasi longa quadam peregrinatione discessit: cōsabulatione cessante, literis ad eos tanquam longē a se positos, & epistolis utitur, quibus eos ueteris cuiusdā amicitie, et familiaritatis admonet. Primā quidē epistolā ad homines per Moysen direxit deus. Quid ergo hæc epistola contineat: uideamus. In principio, inquit, fecit deus cœlum & terram. Requirit forsitan, cur non prius de angelis nobis, uel archangelis indicat. Si em̄ ex frequentia, & magnitudine creaturarū conditor intelligatur, multo magis ex uirtutū cœlestium conditorne potest agnosci. Magnū est cœlum, sed non ita ut angelus. Decorus est sol, sed excellior archangelus. Et ideo excelsam illam, & arduā uiam relinquens, per hanc planiorem & humiliorē nos ad rerum scientiā ducit. Considera enim qui erant, quibus hæc recitabat epistola: nōne ex illis qui educebantur ex Aegypto, ubi dei cultū in crocodillis haberi, & canibus ac simijs uiderant? Non est

Esai. 43. d
Esai. 43. d

ago consequens uidebatur, eōs tunc per excelsiorem uiam ad agnitionem cōditoris adducere: & ideo ista planiore & faciliore utitur, cœlū eis terramque offendit, & mare, atque omnē uisibilem creaturam. Denique ubi paululum iam ex ea institutio ne profecerant, audi quomodo eis aliā epistolam per Prophetam mittit, in qua de supernis uirtutibus docet, & dicit: Laudate dominū de cœlis, laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes angeli eius, laudate eum omnes uirtutes eius: quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Nam de illis epistolis, quas per Paulū apostolum mittit deus, quid opus est dicere, ubi iam secretiora multa & excelsiora referunt? & scribit nobis tanquam iam altioribus, qui philosophiæ possumus instituta suscipere: quia per Iesum Christum facta sunt omnia uisibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates: & quia omnia per ipsum, & in ipso creata sunt, et ipse sit ante omnes, & omnia in illo cōsistent. Refertur tamen etiā in his quæ per Paulum referuntur eadem ipsa, quæ Moyses scribit. Nam cū apud Athenienses concionaretur Paulus: nō eis de angelis loquitur, & archangelis: sed de cœlo, & terra, & mari, ita dicens: Deus cum fecisset mundū, & omnia quæ in eo sunt, cœli ac terræ dominus, non in manufactis templis habitat, & cætera. Sed & Ioannes tanquam & ipse scripta perfectioribus defrens, non solū cœli, & terræ creaturā adscribit uirigenito filio dei, sed dicit, quia omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, id est tam ea quæ uidentur, quam illa quæ non uidentur. Sicut ergo apud magistros literarū fieri uideamus, quorum alius puerulum de gremio matris acceptū, & ignarum omnium, atque incapacem maiorū, primis tantūmodo imbuat elementis: quem rursus alius magister accipiens, perfectioribus instituit disciplinis: ita & Moyses ignaram omnium, & rudem hominū naturam, & (ut ita dicā) nuper a lacte depulsam, prima diuine cognitionis edocet elementa. Ioannes uero & Paulus uelut a Mose iam quæ prima sunt imbutos homines, ad excelsiora & perfectiora deducunt, nō ut quæque prima sunt destruentes, sed tanquam fundamento cōpetenter posito superponentes totius ædificij cella fastigia. Vidisti denique utriusque testamenti structurā unius lineæ modulatione directam. Vidisti totius ædificij consonā quadraturā, audisti a Mose, quomodo facta sit uisibilis creatura, audisti & a David, quomodo & intellectualis illa cœlestis atque inuisibilis creatura sit, dicente: Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit & creata sunt. Simili modo & in nouo testamento uerbu dei audis exponi uisibilem & inuisibilem conditorē. In principio fecit deus cœlum & terrā. Sermo hic quidem breuis est, & simplex, sed omnium aduersariorum subruere machinas potest. Denique considera quomodo Manichæo asserenti quod infecta sit materia, & deo cōæterna, occurrit & dicit: In principio fecit deus cœlum & terram: & omnem structurā factæ eius doctrinæ subuertit. Sed non credit Manichæus scriptu-

Psal. 148
Colos. 1.6
Acto. 17. f
Ioh. 1.

scripturæ nostræ: ergo & propter hoc ipsum uitandus nobis est, & alienus penitus habendus. Qui enim non credit deo, & ueritatem mendaciū ponit, nō tam errare, quam insanire iudicandus est. Sed quomodo, inquit, ex nihilo fieri aliquid potuit? Dic mihi & tu quomodo ex materia aliquid fieri potuit? Certum est enim quod de terra factū hominem uterque nostrum credit, licet tu ipsam terram neges a deo factā. Dic ergo mihi, quomodo de terra facta est caro? De terra enim lutū fieri uideamus, aut laterem, aut tegulam, uel aliquod tale figmentum, carnem uero de terra nullus unquam fieri uidit. Quomodo ergo facta est natura carnis, quomodo ossa formata sunt, quomodo nerui & uenæ, quomodo cutis, & membra uiscerum secretorum, quomodo ungues, & capilli, & singulorū uarietas distinctioque membrorum, quomodo ista diuersitas ex una terræ natura formata est? Sed certum est quod dare non poteris rationem: quomodo ergo cum ista quæ apertiora sunt & facillora explicare non possis, de difficultatibus & ineffabilibus pronuntiare ausus es? Vis adhuc & facillora tibi proponam, atque ea quæ per momenta habemus in manibus? Panē quotidie sumimus, & exinde corporalis uitæ substantiam cōseruamus. Dic ergo mihi, quomodo natura panis intra nos mutat in sanguinē? Quomodo ex ipso phlegma, ex ipso etiam fellis substantia fiat, & diuersi humores generentur? cum utique natura panis densa quædam sit & compacta, hæc uero in quæ mutatur, remissa sint, & fluida: tum deinde color panis uel candidus est, uel ad frumentū speciem redactus: color uero sanguinis rubens, & fellis nigri uel flauī, cæterorumque humorum longe diuersus, & uariū. Quomodo ergo fuit hæc, dic mihi, & horum redderationem. Sed certum est, quod non solū hæsitabis, sed & tacebis: rectum ne tibi uideatur, ut cum rationem eorum quæ quotidie in nobis sunt inuestigare non uales, diuini operis, & cōditionis dei audeas secreta discutere, & contradictionē impossibilitatis ostēdere? Si nostri similibus est deus, bene operis eius secundum cōtinentem sensum expetis rationem. Quinimō nec sic quidem. Multa enim sunt quæ arte quidem hominum fiunt, quomodo tamen, uel qua ratione fiāt, explicare non possumus. Verbi gratia, quomodo de uenis terræ aurum fiat: hoc fieri quidem uideamus, rationem uero immutatā glebæ reddere nō ualemus: sed & ex arena arte hominum fit uirum lucidissimū, & multa alia his similia humana quidem experientia fiunt, qua tamen ratione fiāt, mortalis sermo nō explicat: dei uero opus, quem utique humanas artes innumerabiliter præcellere etiam tu fateris, cuius uirtutem & potentiā absque ulla cōparatione; non solum inter homines esse, sed inter cœlestes uirtutes nemo unquam dubitauit, quomodo in singulis quibusque figmentis suis discutendum credis; & humanæ artis infirmitate pensandum? quin potius derelinqentes hæc quæ abiectæ & fragiles cogitant mentes, redeamus ad illam stabilem robustamque sententiā quæ Chryf.

A dicit: In principio fecit deus cœlum & terrā. Stans super illud fundamentum, ne commouearis, nec in cogitationum fluctus, atque animorum turbines corruas. Cogitationes enim mortalium timida, & incertæ adinventiones earum. Noli ergo derelinquere quæ firma sunt, & cōuertī ad infirma & incerta, atque his salutē animæ tuę credere: sed permane in his quæ didicisti, & credita sunt tibi, & dic: Quia in principio fecit deus cœlum & terrā: etiā si tibi Manichæus occurrat, etiam si Valentinus discipulus, tu semper utere hoc sermone: etiam si illi irrideant, tu eos ut insanientes despecto. Sint licet pallentes in uultu, & tristes ac seueri uideantur, atque obductis supercilij: sint licet sermonum uarietate subtiles: sed tu noli aspiciere ad istam quæ extrinsecus est ouium pellem, sed considera & intueri lupū qui intrinsecus latet: & propterea maxime eum execrari debes, quia ad conferuū suum mitem se simulat, & humilem: ad dominū autem omnium nostrum canis est rabidus, in cœlum latrans, & ipsi quodammodo diuinitati inferēs bellum. Negat enim creatorem deum, sed alium neficio quem contrariū prædicat. Fuge ergo ab his talibus, & uita tendiculas: uita huiusmodi uerbū, tanquam uenena. Custodi hæreditatē quam a patribus suscepisti per fidem, & doctrinā scripturæ diuinæ, quæ dicit: In principio fecit deus cœlum & terram. Cur autem primū cœlum fecit, deinde terram, antē te cœlum, quæ solum? Vides in hoc nihil esse simile humanis artibus, nec hominū regulis uoluntatem seruari diuinam. Apud nos administrantis & fulcimentis opus est, ibi uero uoluntas opus efficit, & præbet sermo uirtutē. Terra autem erat inuisibilis & incomposita. Quam ob causam cœlum perfectum condidit, terrā uero paulatim compositam esse refert Moyses: ut audiens tu quia melioribus elementis perfectum extitit opus eius, certus sis, quia & terram perfectam poterat producere, sicut & cœlum: sed propter te, & propter salutem tuam non fecit. Si requiris, quomodo? aut sculta. Patriā tibi & nutricem, & matrem, & mensam, & domum posuit terram: sed & sepulchrum tibi hanc eandē dedit. Nam & corpora nostra ex ipsa sunt, & ex ipsa etiā corporum nutrimenta, & ex ipsa quoque, & ipsa nostra habitatio est, & post mortē in ipsam rursum redimus: ne forte ergo ex his omnibus quæ ex ea uideris consequi beneficij, fragili & lubrica cogitatione in impietatem delapsus, ipsam esse uitam putares, & uituperes autorem: propterea imperfectam eam atque incompositam producit, ut tu intelligens quod indiguit etiam ipsa opere & beneficio conditoris, cultum uenerationemque diuinam creatori omnium referas deo, & glorifices eum qui ad usum ministerij humani generis tanta parauit ac talia. Verū dei cultus non solum in fide recta, sed in optima conuersatione cōsistit. Ait enim dominus: Luceat lux uestra inter homines: ut uidentes opera uestra bona, glorificent patrem uestrū qui in cœlis est. Et ideo uelim ad ea quæ dicta sunt, addere aliqua de opere misericordiæ, nisi superfluum uideretur uos do-

Matt. 6. b
tom. 1 z cere

vere, qui alios operum uestrorum docetis exem-
 plis: maxime cum medius omnium nostru[m] sedeat
 pater communis & magister noster, cuius domus
 (tanquam ad haec relicta etiam maioribus suis) pere-
 grinis & aduenis patet: omnes qui undique uel ad
 tribulationes abiiciendas, uel ueritatis discendae
 causa conueniunt, hanc sibi hospitam domu[m] inue-
 niunt, hanc ministrant, & ita in omnibus famulan-
 tem, ut nesciam utrum huius an peregrinoru[m] ma-
 gis dicenda sit domus. Imo uero propterea magis
 huius est, quia peregrinoru[m] est: nam & omne quod
 nostru[m] est, tunc magis nostru[m] erit, si sit nobis com-
 mune cum fratribus. Melius enim seruatur pecu-
 nia quae in dextera pauperis colloca[n]t. Hanc mihi
 non calumniator extorquebit, non inuidus crimi-
 nabitur, non latro auferet, non fur nocturnus diri-
 piet, non seruus fugam meditans uastabit, sed sem-
 per est tuta, semper integra, semper salua. Nullus
 alius locus ita munitus est ad conseruandam pecu-
 niam, sicut pauperum uenter. Denique frequenter
 etiam si extrinsecus quis potest damna uitare, aut
 effugare calumnias, effugere tamen in pecuniam
 domesticas insidias non ualebit: quamuis claustra
 postis ualida, quamuis signacula exquisita cir-
 cumdent, seruire tamen ingenium non euadet, &
 ideo certissimum est illam nobis magis seruari pe-
 cuniam, quam pauperibus commendamus. Non
 solum enim salua nobis manebit reposita in tali-
 bus claustris, sed & foenore multiplicato reddet.
 Ingentes enim redditus conferet pecunia largita pau-
 peribus. Nam si hominibus in foenus dederis eam,
 centesimam tibi reddent: si uero dei pauperibus fo-
 neretur, centuplum restitret, insuper & aeternam
 conferet uitam. Quid ergo mauis agere de pecu-
 nia tua, centesimam ab hominibus, an centuplum
 recipere a deo, imo quod est super omnem pecu-
 niam, uitam aeternam pro misericordia, & immor-
 talem beatitudinem consequi? Vide ergo ubi ma-
 gis uelis congregare fructus tuos. Si in terra semi-
 nes, quando feliciter, decuplum colliges, & hoc cum
 multo labore, cum multis molestiis: in caelo autem
 seminanti, qua neque bobus, neque aratro, neque colo-
 nis, aut alijs huiusmodi laboribus opus est: ibi non
 grandando metuitur, non solis adustio, non rubigo
 consumens, non locustarum exercitus formidan-
 dus est, non uicini prauitas, non potentis deprae-
 datio, non exactoris iniuria: sed seminum tuorum
 seges tuta & illaesa consurget, afferens fructum im-
 mortalitatis, & laetitiae sempiternae fructum, quem
 oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor ho-
 minis ascendit. Quomodo ergo non extremae igna-
 uiae est, certa relinquere, & incertis adherere: ma-
 iora deferere, & minora sectari: tuta & tranquilla
 non exequi, periculosas & fragilibus asidere? Et
 quae erit uentia haec agentibus? Quae excusatio tam
 iniquo iudicio uiuentibus? Quod si quis forte pau-
 perem se dicat, certus sum quod quamuis ille sit
 pauper, non erit pauperior uidua illa, quae duo mi-
 nuta sola habebat, & ipsa obtulit deo. Imitemur
 ergo & nos diuitias eius, diuitias dico, non census,
 sed mentis: non pecuniam, sed fidei: & magnanimit

1. Cor. 2. c
 Mat. 12. d
 Luc. 2. 1. d

QVOMODO PRIMVS HOMO OMNI
 praelatus sit creaturae, Sermo.

Ignitas humanae originis facile agno-
 scitur, considerata sublimitate autoris:
 neque enim facile poterat esse uel leue,
 quod manus sacra cofinxit, & coelestis
 flatus in uitalem substantiam animauit: maxime
 cum idem artifex deus potestatem suam in omnem
 fabricam eidem homini tradidurus: ut quem
 secundum praesidem post se facere disponebat, eun-
 dem faceret plenum atque perfectum, habentem in
 sese & dignitatem qua praecelleret, & potestatem
 qua cunctis animantibus imperaret: soli seruiens
 illi, a quo ei cuncta fuerant subiugata, ut impera-
 ret mundo, seruiret deo, creatori suspiceret, crea-
 turam sibi parere compelleret: tantumque ditionis
 sese domino debere perspiceret, quantum ipse a
 creatura exigeret, habens in propria potestate &
 obedientiam, & contemptum: obedientiam, qua
 uiueret; contemptum, quo digne pro meritis in-
 teriret. Vnde effectum est, ut contemnendo mor-
 tem incideret, qui obediendo uiuere posset: unde
 potestatem concessam dum in contemptum pro-
 tulit, & uitae priuilegium perdidit, & mortis sibi
 sententiam acquisiuit. Et tamen adhuc creatura
 eius seruat imperium, licet ipse creatori suo dene-
 garit obsequium. Vnde apparet quid suae felicitati
 detraxerit, quum peccatorum merita eius statum
 adhuc mutare non possint. Grauaris homo, iuste
 grauaris, & inexcusabili poena astringeris: contem-
 nis creatorem, & eius imperas creaturae: despicias
 dominum, & de eius creatura exigis obsequium:
 beneficijs dei perfrueris, & eius potentiam non ex-
 timescis. Et cum tibi per eum cuncta deseruiant,
 solus ipse illi non seruis. Bis delinquis, & geminum
 ac duplex crimen incurris, dum nec pro conditio-
 ne, ut seruus obsequeris, nec pro potestate data
 domino famularis. Tibi caelum in die lucis splen-
 dore uestitur, & solis fulgoribus decoratur: in no-
 cte clarissimo lunae speculo, & astrorum fulgore
 uario polus ipse illustratur, ut diei noctisque uicissi-
 tudine & numerositas temporum dignoscatur, &
 post diurnum laborem requies miseris mortali-
 bus praebatur. Tempora alternis uicibus immu-
 tantur, frondescent syluae, amoenantur campi,
 prata uirescunt, animantia cuncta diuersis usibus
 procreata adunt foetus, parit imperio, obsequia
 seruant, scatent fontes, amnes fluunt, institutis
 terminis maria coercetur. Gaudet post hyemem
 uerna temperies, aestatis flagrantia decoquit mes-
 ses, autumnitas temulenta suas exhibet uberta-
 tes, hyeme maturantur hymbribus terrae, suis in-
 stitutis cuncta deseruiunt, solus homo deo non ser-
 uuit. Quid si tibi uniuersa natura constanter edice-
 ret: ego circa te iussa implere, instituta seruare, nascentia
 cuncta tribuere genitoris imperio iussa sum:
 denique

Vide tomo
 timo, Homi-
 VII. ad pos-
 lum Antioch-
 ni, super il-
 in principio
 cit deus eod-
 & terram

115. d

denique pareo, obtempero, seruiro, & cum muta-
 to non mutor. Pareo inquam, rebelli, obtempe-
 ro procaci, deseruiro contemptori. Caeterum si
 mihi instituta mutare, iussa peruertere, necessaria
 denegare, rerum dominus praecipisset: creatura
 cuncta uiduata homine remaneret, nec qui con-
 temneret ulterius esset, quia contemptor homo di-
 gne de merito interiret: denique quis talis es, qui in
 hoc contemptu consistis: qui creaturae imperas,
 & creatori non seruis: qui dominatum exerces, &
 dominum non agnoscis? Time dominum patien-
 tem, ne feuerum sentias iudicem. Corrige te dila-
 tio differentis, ne censura puniat iudicantis: Fa-
 cile enim obsequio tuo facies deum propitium, si
 conuersus iam mutaueris uitium. Vsurpatum enim
 redditur, quicquid dilatione temporis foenera-
 tur: necesse iam praeterit impunitum, cui mora tem-
 poris non potuit dare remedium. Quid retribuam
 domino? si humana conditio genitori quid debe-
 at, noscat, atque eius beneficiorum innumeramul-
 titudinem momentis omnibus retrahendo intelli-
 gat, inueniet suae seruitutis obsequia continuis lau-
 dibus, iugi gratulatione aequare non posse. Neque
 enim beneficia ab eo praestita atque collata, uel mo-
 dum poterunt habere uel numerum, certe nec ter-
 minum: quippe cum nec sensus ad inuestigandum
 sufficiat, nec scientia suppetat ad laudandum: im-
 mensitas enim beneficiorum superat cogitationes
 sensuum, & innumera multitudo donorum uincit
 uolubilitatem uerborum. Nec si totum uitae tempus
 oris obsequia occupent, laudes teneant, gratiarum
 actiones insistant, poteris pensare quod debes.
 Qua in re danda nobis est opera, ut totis uiribus
 deuotio mentis in diuina obsequia exerceatur, &
 laudum glorias os nostrum per omne tempus fre-
 quentare cogatur, non quod in istis debitum compen-
 setur, sed ut nostrae deuotionis uoluntas his cona-
 tibus dignoscatur: ut quicquid fragilitas detrahit
 ad complendum, hoc deuotio conferat ad prome-
 rendum, ut iam quia uis, non quia perficis, expung-
 garis: nec quia debita compensas, sed quia parere
 desideras. Velle enim expungit, quia per immen-
 sitatem rerum id ipsum quod cupimus explicare
 non datur. Quid retribuam, inquit, domino pro o-
 mnibus quae mihi retribuit? Quae rit Propheta san-
 ctissimus, quibus meritis beneficia diuina com-
 penset, quo famulatus genere munera percepta
 coaerquet, quibus obsequijs tantis possit muneribus
 respondere, quo seruitutis genere innumera
 debeat dona, & infinita beneficiorum genera com-
 parare. Sit licet excellens hominum meritum, sit
 naturae iura conseruans, sit legum iussis obtempe-
 rans, impleat fidem, iustitiam teneat, uirtutes ex-
 erceat, damnet uitia, peccata repellat, semet exem-
 plum imitantibus praebat: si quid gesserit, parum
 est: quicquid fecerit, minus: omne enim meritum
 breue est comparatione donorum. Numerata bene-
 ficia, si potes, & tunc considera quid mereris. Cum
 beneficijs coelestibus tua facta perpende, cum di-
 uinis muneribus actus proprios meditare: nec di-
 gnum te iudicabis eo quod fueris, si intelligas quid
 Chryf.

A mereris. Igitur de beneficijs innumeris diuina in
 te pietate collatis, elige quod libuerit unum, hinc
 tuum compensari totum non poterit meritum. Caeterum ob-
 tundis sensus, confundis animus, spiritus perturba-
 tur, ut ab homine deus noscat, nec humana pote-
 runt pensari obsequia, si diuina beneficia compa-
 res: & tamen de illo loquimur, qui semet peccare
 non patitur, qui iudicium suae mentis examinans
 contendit, ut placeat: ut promereatur, instat: ut
 seruiat, elaborat. Caeterum quem peccare dele-
 ctat, aut propria mentis segnitia, aut inconfide-
 ratum actus, aut uanitas uitae sic mancipat uitijs, ut
 sit materia delictorum, minister culparum, semi-
 narium peccatorum: is in se duplex scelus, & ge-
 minum crimen admittit, & quod debita domi-
 no seruitutis non reddit obsequia, & quod innume-
 mera beneficia peccando eius pensare nititur con-
 tumelia. Quare nitatur iustus merita propria be-
 neficijs coelestibus coaerquare, nitatur & peccator
 uitia quae exercebat, horrere. Ille incrementis san-
 ctiae uitae increfcat, hic peccata damnando, iusti-
 tiam quam non amabat, exerceat. Ille bonis tri-
 buat salutare exemplum, hic malis ostendat cor-
 rectionis remedium. Ille praemia meriti sancti ex-
 pectet, hic supplicia semet corrigendo declinet.
 Sic fit ut & iustus gloriam bene uiuendo acqui-
 rat, & peccator correctus indulgentiam diuina pie-
 tate percipiat.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI
 de Adam & Heua, Homilia.

DEVS institutor mundi, omnia ex nihilo
 faciens: qui dixit, & facta sunt: manda-
 uit, & creata sunt: fecit caelum & ter-
 ram, & omnia quae in eis sunt. Perfectis
 omnibus atque ordinatis, fecit hominem ex limo
 terrae, sufflauit in animam uiuentem, & factus est
 homo. Et ne solus habitaret in terra, fecit illi adiu-
 torium: euulsa costa e latere, impleuit carnem: ap-
 plicauit ad Adam, ut ei nomen imponeret. Tanta
 fulgebat in ruditate primi hominis gratia, ut no-
 men illi imponeret, & futura prophetaret, dicens:
 Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne
 mea: propter hoc uocabitur Heua, id est, mater
 uiuorum. Erantque ij homines, scilicet masculus &
 foemina, nudi in paradiso, & non confundeban-
 tur. Vbi simplicitas regnabat, malitia ibi locum
 non habebat. Deus praescius futurorum, dedit praec-
 ceptum, ut ex omni ligno paradisi manducarent,
 ex arbore dignoscendae boni & mali ne tange-
 rent, & in qua die tetigissent, morte morerentur.
 Serpens ille diabolus uenenosa astutia sua, per-
 suasione callida, sexum fragilem foemineum, fal-
 sa suggerens, decepit dicens: Quod uobis dixit
 deus, de arbore hac non tangatis, ideo praecipit,
 ne aperirentur oculi uestri, & essetis sicut dii. Illa
 audies & uidens speciosum esse oculis ad uiden-
 dum, & dulcem fructum ligni ad escam, & esse uolens
 sicut deus. Licet ipse inde deceptus est, quia ipse
 uoluit esse ut deus dicens: Ponam sedem meam ab
 Aquilone, & ero similis altissimo. Ex ipso ergo
 ueneno male persuades propinauit mulieri. Ergo
 tom. 1 z 2 tollens

Psal. 3. 2. b
 Gen. 2. 4
 Gen. 3. b
 Esa. 14. d

tollens de fructu arboris dedit Hevæ, Heva Adæ viro suo. Aperti sunt oculi eorum, & ceperunt confundi, quia nudi erant. Consuperunt folia ficus, feceruntque sibi succinctoria. Ideo ergo confusio facta est, quia cupiditas, quæ est radix omnium malorum, in cor eorum venerat. Et ipsa transgressio peccati totum labefecit mundum, factum aluminum peccati: quia omnis qui facit peccatum, servus est peccati. Omnis quoque homo de eo natus, natus est illi obnoxius, quia servus servorum generat. Et nisi per illum liberatorem acciperet genus humanum libertatem, omnes in servitute hucusque detinerentur, sicut ait Apostolus: Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors: & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt. Nam unde est illud, quod clamat Propheta, dicens: Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis mater mea in utero me habuit: De isto peccato venit, de quo dixit verus dei cultor, homo sine querela, abstinens se ab omni malo, cui nemo similis super terram: Non esse sine peccato, nec infantem unius diei natum super terram. Dicit item: Graue iugum super filios Adæ, a die exitus de ventre matris eorum, usque in diem sepulture, quæ est mater omnium. Insuper ipse alibi dixit. Quomodo potest mundus esse de immundo conceptus semine? Quid agimus? ipse ecc. Apostolus assumpsit personam ipsius primi hominis, ut totum obligatum in peccatis demonstraret mundum, dicens: Concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: Non concupisces. Lex ergo erat quando audivit primus homo: Ex omni ligno paradisi edes, ex arbore autem dignoscantur boni & mali ne tetigeris. Hoc est dicere, non concupisces, Occasione autem accepta, peccatum per mandatum sefellit me, & per illud occidit. Itaque lex quidem sancta, quam præcepit Deus Adæ, & mandatum sanctum & bonum & iustum. Hoc Apostolus dicit in persona primi hominis. Quod ergo bonum est mihi, mors factum est: Absit: sed peccatum ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem. Id est, ut diceret: Aperientur oculi vestri, & eritis sicut dii. Per hoc bonum operatum est ei mortem, ut fiat supra modum peccator, ut ipse diabolus esset supra modum peccator, ut in eo caderet peccatum per mandatum. Et forte dicitur est aliquis: Ergo Deus non est præsciens futurorum? Nesciebat posse per mandatum cadere rudem hominem: Vnde oportuerat, ut eum permitteret non cum præcepto, sed simpliciter vivere in paradiso, ut non peccatum committeret per mandatum. Et nos contra calumnias eorum hæc dicimus: quia deus sciuit posse tangere primum hominem de arbore prohibita. Sed quia undique confitetur uniuersa lingua deum prælagum esse futurorum antequam essent uniuersa quæ in mundo sunt, præsciuit præuaricaturum primum angelum, & primum hominem. Angelos ergo fecit in spiritu sine carne, præceptum dedit eis nullum. Vnus angelus primus, qui Sathahel dicitur

est, malignam & nephariam præsumptionem assumens dixit: Pono sedem meam in Aquilonem, & ero similis altissimo. Et ita pro tali præsumptione cecidit irreparabiliter, ut angelus primus præcipitatus de culmine angelico, diabolus nominatur. Ecce sine præcepto ita cecidit irreparabiliter, ut consequentes sibi hodie, hodieque occidat. Sed æque dicitur est aduersarius fidei catholice, Et in ipso angelo præsciens non erat, qui hanc præsumptionem assumere habebat: Nos nunc respondemus ei: Omni ratione sciuit futurum irreparabilem casum eius, sicut sciuit quanta bona facturum esset de malo eius. Nam tolle persecutores, & non erunt martyres: tolle ebriosos, & non laudamus sobrios: tolle tenaces, & non præferimus in elemosynis largos. Ex cõparatione ergo peioris oboritur laus melioris. Deus noster faciens hominem ad imaginem & similitudinem suam, dedit præceptum in creatura: id est, in arbore, eligens ut per transgressionem in creaturam peccaret, quam sine mandato in creatorem offenderet. Et sicut angelus qui sine præcepto elatus cecidit, ita & homo si præceptum non acciperet, æque & ipse diceret: Pono sedem meam in Aquilonem, & ero similis altissimo: & caderet irreparabiliter. Præuidit per omnia deus, quanta habuit facere bona de transgressione primi hominis. De ipso ergo peccato transgressionis pullulat omnia peccata. Cum ergo dicitur homo tradi desiderijs suis, ex ipsa propagine fit reus: quia desertus a deo, cedit cupiditatibus, atque cõsentit, vincitur, capitur, trahitur, possidetur. A quo enim quis deuictus est, huic & seruus addictus est: & fit ei peccatum consequens præcedentis poena peccati. An non est peccatum & poena peccati, ubi legitur: Dominus enim immisit eis spiritum erroris, ut faciant quæ non conueniunt, sicut seducitur ebrius: An non est peccatum, poena peccati, ubi deo dicit propheta: Quid errare fecistis nos de uia tua, obdurasti corda nostra, ut non timeremus te? An non est peccatum & poena peccati, ubi dicitur deo: Ecce tu iratus es, & nos peccauimus: propterea errauimus, & facti sumus sicut immundi omnes: An non est peccatum & poena peccati, ubi legitur de gentibus, quas debellauit Iesus Naue, quia per dominum factum est confirmari cor eorum, ut obuiam irent ad bellum Israel, ut exterminaretur? An non est peccatum & poena peccati, quod non audiuit Roboam rex plebem bene monentem? quia sicut scriptura loquitur, erat conuersio a domino, ut statueret uerbum suum quod ei locutus est in manu prophete. An non est peccatum & poena peccati, in quo scriptum est: Amasiam regem Iuda noluisse audire regem Israel bene monentem, ne procederet ad bellum? Sic enim legitur: Et non audiuit Amasias, quia a deo erat ut traderetur in manus eius, quoniam quæsierat deum Edom. Et multa alia commemorare possumus, in quibus si quido apparet, occulto dei iudicio fieri peruersitate cordis, ut non audiant quod uerum dicitur, & inde peccetur, & sit ipsum peccatum præcedentis

Rom. 5. b

Psal. 50. b

Iob 25. b

Iob 14. a

Rom. 7. b

Exod. 20

Deut. 5. c

Gen. 2. c

Rom. 7. b

Gen. 3. b

Esai. 14. d

Gen. 1. b

Rom. 1. a

Rom. 1. d

Esai. 93. d

Iosue 10. d

3. Reg. 12. a

2. Paral. 33. d

1. Cor. 1. b

dentis etiã poena peccati. Nã credere mendacio, & non credere ueritati, utiq; peccatũ est. Venit tamen ab ea cecitate cordis, quia occulto iudicio dei (sed tamen iusto) etiã poena peccati monstratur, quale est illud, quod ad Theissalonicenses scribit Apostolus: Pro eo quod dilectionem ueritatis non receperunt, ut salui fierent: & ideo mittit illis deus operationem erroris, ut credant mendacio. Ecce peccati poena peccatum est, utrunq; claret, breuiter dictum est, aperte dictum est. Ab eo dictum est, cuius alia uerba in ueritatis sententiã frustra heretici retorquere conant. Ergo ideo prædicat ecclesia catholica ubiq; diffusa, debere paruulos baptizari propter originale peccatũ, quia filios procreare ex præcepto dei uenit: cupiditas uero quæ facit filios procreare, ex poena peccati uenit. Ideoq; ille clamabat sanctissimus, & bene clamabat: In iniquitatibus conceptus sum: quia sine cupiditate nullus hominum concipitur. Bona sunt ergo coniugia & sancta, & a deo ordinata, ut crescant homines & multiplicentur, & impleant terram. Sed quia ipsa conceptio sine carnis cupiditate non fit, ideo dixi de transgressione peccati: uenio in originale cupiditatis, ut baptizamus paruulorum abluat omne originale peccatũ. Accepta ergo gratia, crescit cum hominibus cõpunctus: demonstrante gratia, ex lumine sapientie efficitur homo castus. Pugnat contra cupiditates carnis, pugnat contra transgressionem Adæ: quia spiritus concupiscit aduersus carnem, caro aduersus spiritum. Hæc enim inuicem aduersantur. Et ne in ipsa uita bona extollatur genus humanum, & proprijs uiribus uictoria sibi uindictet, in eo quod superat affectus carnis, æque redarguit Apostolus, dicens: Gratia salui estis per fidem, & hoc non ex uobis, sed donũ dei est. Non ex operibus, ne forte quis extollatur. Æque alio loco dicit: Quid habes, quod non accepisti? Itaq; & si accepisti, quid gloriaris, quasi bene uiuens acceperis? Nam quis castum se gloriatur habere cor, aut mundum se esse a peccatis? Et si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & ueritas in nobis non est. Quia quod ipse dominus dicit: Sine me nihil potestis facere. Æque dixit: nemo uenit ad me, nisi pater traxerit eum. Item dixit: Non omnes capiunt uerbum, sed quibus donatũ est: æque dixit: Confiteor tibi domine pater cœli & terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater quia sic fuit placitum ante te. Item dixit: Vobis datum est non esse mysterium regni dei, illis aut non est datum. Sed ne aliquis dicat, quod non accepi, quid a me exigit deus? non habet excusationem, quia omnis accipiens gratiam; iam in eadem gratia accipit & lumen. Quod si malè fecerit, assignet sibi: si autem benefecerit, assignet deo, a quo uenit omne donum optimum, & lumen perfectum. Cum enim sanctæ plebis sacerdotes per mandata sibi met data legatione funguntur apud diuinam clementiam, humani generis

causam, totamq; secum ecclesiam aggregantes, atq; congemiscentes postulant & precantur, ut infidelibus donetur fides, ut ab idololatria & impijs erroribus liberentur, ut iudæis ablato cordis uelamine, lux ueritatis appareat, ut hæretici catholice fidei perceptione resipiscant, ut schismatici spiritum rediuuæ charitatis accipiant, ut lapsis poenitentia remedia conferantur: catechumenis ad regenerationis sacramenta perductis, cœlestis misericordie aula reseret. Hæc non inaniter a domino peti, rerum ipsarum monstrat effectus: quando quidem ex omni errorũ genere plurimos dignatur deus attrahere, quos erutos de potestate tenebrarum, transfert in regnum filij charitatis suæ: & ex uasis iræ facit uasa misericordie: quod adeo totũ diuini operis esse sentitur, ut hæc efficienti deo gratiarũ semper actio, laudisq; confessio pro taliũ correctione referatur. Illud etiam quod circa baptizandos in uniuerso mundo sancta ecclesia, siue sint paruuli, siue iuuenes uniuersim agitur, nõ otioso contemplerunt intuitu. Quod cum ad regenerationis ueniunt sacramentũ, non prius fontẽ uitæ ingrediuntur, quam exorcismis & exufflationibus clericorum spiritus ab eis immundus abigatur, & deinceps uasa eius eripiantur, in possessionem translata illius uictoris, qui captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. His ergo ecclesiasticis regulis & diuina sumptis autoritate documentis, ita adiuuante domino, confirmati sumus, ut omnium bonorum effectuum atq; operum, & omnium studiorum, omniumq; uirtutum, quibus ab initio fidei ad deum tenditur, deum profiteamur autorem, & non dubitemus ad ipsius gratia omnia hominis merita prouenire: per quem item fit, ut aliquid boni & uelle inueniamur, & facere. Quo utiq; auxilio & munere dei non aufertur liberum arbitrium: sed liberatur, ut de tenebroso lucidum, de prauo reatum, de languido sanum, de imprudente sit prouidum. Tanta enim est erga omnes bonitas dei, ut nostra uelit esse merita, quæ sunt ipsius bonat: & pro his quæ largitus est, aterna premia sit daturus. Agitur quippe in nobis, ut quod uult & uelimus & agamus. Nec otiosa in nobis esse patitur, quæ exercenda, non negligenda donauit: ut & nos cooperatores gratie dei simus, & in his quæ in nobis ex nostra uiderimus remissione languere, ad illum solite recurramus, qui sanat omnes languores nostros, & redimet de interitu uitam nostrã, cui quotidie dicimus: Ne inducas nos in tentationem, sed libera nos a malo. Profundiores uero difficilioreseq; partes incurrentiũ questionũ, quas latius pertractarunt, qui hæreticis resistebant, non necesse habemus aliter: quia ad conueniendam gratiam dei, cuius operis digni, nihil penitus subtrahendum est, satis sufficere credimus quicquid secundum prædictas regulas apostolica scripta nos docuerunt, ut prorsus non opinemur esse contrarium.

Coloss. 1. b

Rom. 9. d

Psal. 67. d

Matth. 6. b

Chryf.

tom. 1 2 3 DIVI

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI de Genesi, & interdictione arboris ad Adam, Sermo.

Gen. 2. 3

VEBETUR Adam de interdicto arboris fructu non tangere, iubetur ab unius li gni nascētibz abstinerē; una arbor excipitur, sed uniuersa diuinitus tribuuntur. Pars subtrahitur, sed totū quod deus fecerat, famulatur. Idem prohibet, qui cuncta constituit: idem imperat, qui uniuersa donauit. Qui dedit, adimit: qui plantauit, subtrahit: qui cōdidit, interdicit. Sed dicit aliquis: Vt quid plantauit, qui interdixit? Non enim debuit interdicerē qui planta uit: cū possēt nō plantare, qui interdiciturus fuisset, ne frustra interdiceret, quod plantaret. Quasi bonum enim plantauit, & quasi non bonū interdixit: cum possēt nec plantare, nec interdicerē, ne plantatio & interdicitio quāstionem aliquam haberet. Sed qui mouetur, quærat: & qui quærit, oret ut inueniat. Et qui inuenit, cum dei metu qd inuenit, exerceat: ne arrogantia turbet, quod dei pietas reuelauit. Igitur propter hoc & plantauit, & interdixit: ut possēt esse, per quod uoluntas hominis monstretur. Dat mandatum, ut probet obsequium: imponit legem, ut exploret hominis uoluntatem: insinuat præceptum, ut eius noscat arbitrium. Stabat ergo arbor in medio, hominis uoluntatem explorans. Explorabat enim, an homo dominum cōmunicentem, q̄ diabolū persuadentem audiret. Non enim in arboris fructu, sed in hominis contemptu mors ipsa pendeat. Stabat & homo inter dominū & hostem, inter uitam & mortem, inter interitū & salutem. Nunc deus cōminatur, ut saluet: nunc serpens persuadet, ut uexet. Nunc per deum, seueritas uitam: nūc per diabolū, blanditia mortē intēntat. Et utiq; (propheta) minatur deus, & cōtemnitur: persuadet diabolus, & auditur. Apud deū est seueritas, sed benigna: apud diabolū autem blanditia, sed nocua. Deniq; diabolus aut blandimēto persuadet, ut noceat: aut crudelitate deterret, ut perdat. Sic enim deus Adam cum diabolū certare uoluit, sic eum uictoriā perpetrare optauit: ut maiora præmia uictor acciperet, q̄ acceperat à deo formatus: ut qui sine certamine mundū possederat, post certamen regna cœlestia possideret. Fuerat enim condignū, ut talis circa creatorem homo fuisset, qualem se eius creaturam agnosceret: ut pareret deo, qui illi cūcta parere præceperat: seruiret dño, qui illum dominū mundo effecerat: certaret cum hoste, ut inimicū deuinceret: deniq; præmia deo reddente perciperet. Torpescit enim uirtus, ubi certamen desierit: & facile hostis malitia coalescit, si pigrescat animus repugnantis. Sine labore autem uincitur inimicus, si sit, qui dimicat, uigilans & intentus. Adeo roborantur uires exercitatione frequenti. Cæterū laboris desidia, insolescit hostis fraus. Inimicus enim citò deuincit, si qui dimicaturus est, prælia meditatur. Nemo enim unquam non sollicitus hostem deuincit: nemo sine certamine uictoriā perpetravit. Adam enim pro-

toplastus nec studuit seruire iussa, nec uigilauit, ut serpentis malitiā præcaueret. Simplex tantū modo fuit, astutus contra diabolū non fuit. Dum em̄ diabolū persuadenti, q̄ domino cōminanti consensit: sic & uitā quam habuit, perdidit: & mortē quam ignorabat, accepit. Digne quidē homo delapsus in mortem est: qui & dñm providentē contempsit, & diabolū nocenti cōsensit. Nemo itaq; nemo protoplasti culpā in deum cōuertat: nemo contemptū hominis deo genitori adscribat. Diabolus enim persuadere homini potuit: assentiēdi uoluntatem dare nō potuit. Nam manifestum est deum Adam noluisse peccare, si uoluit eum ante delictū præstruere: quia & Adam potuit serpentem contemnere, qui deo noluit obedire. Poruit Adam & deo parere, quod noluit qui consentire diabolū maluit. Vtrūq; enim in sua habuit potestate, & deo parere quod noluit: & diabolū non consentire, quod uoluit: unde & uitā gloriā perdidit, & mortis periculum acquisiuit. Sed deceptum Adam & diaboli fraudibus circumuentum clementissimus liberat deus: ut per Christum credendo acciperet, quod per diabolū cōtemnendo amiserat: & quibus modis mors in seculum uenerat, iisdem modis uita seculo proueniret. Lignum enim per Adam operatū est mortem: lignū per Christum operatum est uitam. Et quem diabolus persuadēdo deiecit, eum dominus liberando saluauit. Sed diuersis temporibus ista omnia gesta sunt, principio & fine, initio & ultimo, primo & nouissimo, & in exordio & supremo. Seruitus initio, libertas in ultimo: luctus principio, gaudium in postremo: in primo mors, in nouissimo uita: in exordio interitus, gloria in supremo. Per Adam & Christum, per Heuam & Mariam, per serpentem & angelum. Mors per Adam, uita per Christum: Heuā serpens seduxit, Maria Gabrieli consensit: sed seductio Heuæ attulit mortē, consensus Mariæ peperit à seculo saluatorem. Restauratur per Mariā, quod per Heuam perierat: per Christum redimitur, quod per Adā fuerat captiuatum: per Gabrielem promittitur, quod per diabolū fuerat desperatum. Deniq; peccatū aboletur per Christum, quod per Adam fuerat ante contractum. Redditur per Mariam uita, quæ per Heuam fuerat interempta. Adeo nūc effectus est homo ex reo iudex, ex abiecto filius, ex hoste amicus, ex alieno proximus, ex mortuo suscitatus: ut iam angelos iudicet, qui ab angelo fuerat iudicatus. Vnde cœlestia iam & terrena lætantur: quia redemit Christus, quem captiuauerat diabolus: uiuificauit deus, quem occiderat inimicus: reducitur ad paradysum uictor, quem uictum de paradiso serpens eiecerat: ascendit in cœlum, unde hostis nocendo deiectus est: perimitur sententia diabolus, qua hominem iam dudum peremerat: recepit gloriam Adam, quam per hostem amiserat: gaudent sancti oēs, quia redempti triumphāt, quod & hostis perierit diabolus: & quod Adam, qui perierat, diuina sit indulgentia restitutus.

DE LAPSV

DE LAPSV PRIMI HOMINIS HOMILIA PRIMA

illud Ge ca. 3. b ubi es. homo ul. homilia ad popu. antioch. Homi. nempe super il. ambula. in me. par. diso.

DEVS sine initio sempiternus, sine fine perpetuus, præsciū omnium futurorum, nō ab initio aliquid facere inchoauit, quod antea non disposuerit: sed ita omnis creatura in eius fuit dispositione, ut initium ea quæ facta sunt in deo non habeant: quia semper fuit in dei dispositione, quod postea factum est in operatione. Fecit ergo deus angelos miro & ineffabili modo, dicēte Propheta, Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem urentē. Factis ergo angelis, præceptum eis nullum dedit. In quibus angelis Satana hel angelus principatum tenebat. Hic ex defectu boni fecit initium mali, quia malum deus non fecit. Ergo quando ei obortum est, ut diceret, Pono sedem meā in Aquilone, & similis ero altissimo: recessit à bono, ut faceret, ut dixi, initium mali. Pro tali errore & tyrannica præsumptione præcipitatus, cecidit irreparabiliter. Deus æquē præsciū futurorum, fecit hominem ad imaginem & similitudinem suam, dans ei præceptū, præuidens de eius transgressione quāta bona facturus esset. Nam tolle persecutores, & non erunt martyres: tolle congeriem malorum, & non erit plenitudo uirtutum: tolle adulterij amatores, & nō erit perfectio castorum. Ergo ex cōparatione malorum fit laus bonorum. Quod si ei præceptum non daret, sine dubio & ipse diceret, Pono sedem meam in Aquilone, & ero similis altissimo. Ergo dedit ei præceptum in arboris creatura, præsciū quia etiā exinde tangere habuit. Elegit dato præcepto, ut peccans in creaturam esset unde sanaretur, q̄ non dato præcepto superbia elatus ita caderet, ut non esset per quod repararetur. Præterea ille callidus serpentina cogitatioe diabolus in specie serpentis assumens mendacium, Quia semper & ab initio mendax fuit ad fragilem sexū, rudem & incautum, dicens ei: Quod uobis dixit deus, nolite tãgere ex ista arbore: ideo uobis hoc dixit, ne aperiretur oculi uestri, & essetis sicut dii. Et decerpit de fructu arboris, & dedit mulieri. Et uidit mulier, quia fraue est lignum ad escam, & speciosum oculis ad uidendū, & comedit, & dedit uiro suo. Et utriq; manducauerunt, & aperti sunt oculi eorum. Quasi ante clausi erant, antequā de arbore prohibita tangerent. Patebāt, sed in bono, clausi erant ad concupiscendum malū: quando tetigit, aperti sunt oculi ad cupiditatē, & facta est ex ea cupiditate confusio, ita ut folia ficus consuerent, & cooperiret uerenda sua. Et in isto transgressio nis peccato in lumbis eius totus est uitatus mundus, & in illo peccato primi hominis facta est de una cupiditate trina cupiditas: ita ut omne quod est in mundo, ut ait Apostolus, cōcupiscentia sit uentris, quod est lignū fraue ad escā: cōcupiscentia oculorū, quod est speciosum oculis ad uidendū: & ambitio seculi, qd est, esse ut deus. Ergo quia per unū hominē peccatū in hunc mundum intrauit, & per peccatū mors, & ita in omnes ho-

mines pertransiit, in quo oēs peccauerunt. Quia sicut in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes uiuificabuntur. Adueniens ergo dñs nos ter Iesus Christus, uoluit sanare labem primi hominis, in quo principale peccatū ceciderat. Nam cum ieiunaret quadraginta diebus & quadraginta noctibus, cū esuriret, diabolus accessit tentare eum, astimans q̄ sicuti primi hominis rudimenta deceperat, ita Christū deiceret. Nam qui tenrat, ad perfectum nescit quid sit uerum. Credo, apud se dicebat inueteratus: Iste quis est, qui uenit non per regionem meā? ego cupiditatem in amplexu maris & sceminae mīli, istum uideo nasci quomodo nullus hominū natus est. Ne forte ipse est Christus, de quo ora prophetarum in toto mundo clamitarunt: Accedo, tento eum. Aut iste est ut primus homo, & decipio eū: aut si ipse est Christus, confusus recedo. In tantū dubius erat quis esset, ut diceret, Si filius dei es, dic ut lapides isti panes fiant. Et ille ut deiceret tentationes eius, & sanaret primi hominis peccata, quæ est concupiscentia uentris, repulit eum, dicens: Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod procedit ex ore dei. Secunda itidem tentatio oboritur, ita ut leuaret eum in montem excelsum ualde, ostendens ei omnia regna mundi, & ait ei: Hæc omnia tibi dabo, si prostratus adoraueris me. Hæc tentatio dicitur concupiscentia oculorū. Et ille repellens etiam istam tentationem, ait, Vade retro satana, scriptum est: Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruius. Tertia in elatione, quod est esse ut deus, est ambitio seculi: leuauit eum similiter in pinnā templi, & ait ei: Mitte te deorsum, quia angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus uijs tuis: in manibus tollent te, ne quando offendas ad lapidem pedem tuum. Et respondit ei dominus. Nō tentabis dominum deum tuum. Ecce trinam tentationē istam uicit saluator mundi, ubi primus homo peruersa frusione male deceptus erat. Nam quomodo ille deceptus est, qui fraue lignū ad escam ostendit: sic Christus uicit, dicens: Non in pane solo uiuit homo, sed in omni uerbo quod procedit ex ore dei. Ille speciosum putauit oculis ad uidendū, Christus regna mundi & diuitias cōtemnens, uicit in quo ille uictus est: Quod illi persuasit esse, ut deus, hoc isti dicitū est: Angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus uijs tuis: in manibus tollēt te, ne quando offendas ad lapidem pedem tuum. Ista omnia facta sunt in primo homine decepto, ut impleretur quod ait Apostolus: Vbi abundauit peccatū, superabundauit & gratia.

DE LAPSV PRIMI HOMINIS. Homilia II

NEMO qui nesciat principio hominē sic à deo plasmātū, ut instrueretur prudentia, consilio formaretur, rationis capax diuina prouidentia redderetur. Instruetur, inquam, prudentia, qua hostis calliditatem uitaret: consilio, quo salutaria ac recta perquireret: ratione, qua deo genitori parendum esse cognosceret

4

gnosceret. Etenim dominus deus uidens hominē quem fecerat innocentē, instruxit, monuit, & armavit: quippe qui cum diabolo fuerat pugnaturus, uelut quibusdā armis, hoc est, prudentia, consilio, ratione fuerat instruendus. Addidit præterea legem, qua dei uoluntatē agnosceret, & quid contemnētū euenire posset, addidit. Qui quidē homo incautus, dum diabolo persuadenti, quē deo iuuenti cōsensit: sic & uitam quam habuit perdidit, & mortem quā ignorabat accepit. Stabat Adam inter uxorem & diabolum, inter Heuam & hostiē, inter mulierem & serpentem: diabolus persuadet ut noceat, Heua cōsenserat ut pareat: diabolus mulierem astutia fallendi circūuenit, mulier incauta serpentinū uirus accepit. Diabolus quod per se non potuit per uxorem Adam Protoplastum circumuenit: Adam uero per uxorem inuenit interitum, quam à deo acceperat in auxiliū. Proh dolor prospera in contraria cedunt, utilia perniciem operantur. Denique plus Adā domesticis, quē inimici oculis lædit, plus proprio quē hostili ense perimitur, plus mulieris quē externo gladio uulnerat. Accessit enim serpens subtilis ut falleret, & accessit non ut uiro, sed ut mulieri serpentinū uirus infligeret. Accessit, inquā, ut uirius consensu utriusque nocere posset. Soli persuadet, quod ambobus obesset: utriusque obfuit, quod unius animū malitia serpentis infecit. Denique cōsentiens mulier, talis circa uirū extitit qualem circa se malitiā serpentis inuenit, adeo persuasa est, & persuasit infecta est, & infecit: decepta est, & decepit. Quæ quidem mulier fertur sententiā duplici, altera propria, altera cōmuni: propria, qua filios parere in dolore præcepta est: cōmuni, qua cum uiro mortū addicta est. Altera quia serpenti assensit, altera quia marito persuasit. De consensu enim mortis sententiā incidit: de persuasione, in dolore filios parere meruit. Hanc igitur sententiā, & qui non nouit, dum patitur discit: & qui nescit, dum expungitur sentit: & qui ignorat, dum experitur agnoscit. Proh nefas, præceptū domini contemnitur, & persuasio serpentis auditur: despicitur deus prouidens, & serpens auditur decipiens. Spernunt salutaria monita, & recipiunt uenena colloquia. Vnde addicitur homo ex contemptu mortis, qui maluit obedire serpenti. Spoliant gloriā, dignitate priuantur, facti sunt quod non erant, dum amittunt quod fuerat. Adeo gaudet serpens perpetrasse quod uoluit, lata hominem amisisse quod optauit: exultat malitiæ effectus hominis deceptionē implese, & nescit infelix uulneratum semet, dum uulnerat: trucidatū, dum trucidat: dum hominē perimit, seipsum esse peremptū. Contristatus est deus hominē sententiā mortis meruisse quē uitā, meruisse interitū quā salutē, gloriā contempsisse quē mortē: sed tamen plus malitiā serpentis, quē hominis contemptu cōmorus est: plus fallaciam diaboli, quā hominis perfidiā denotauit: adeo dominus deus & scuitiam execratus est hostis, & casum miseratus est hominis. Crudelitatem hostis exhorruit, & deceptū hominē paterna pietate condoluit: inimici atrocitate permotus est, & ho-

minem clemēter doluit, qui deceptus est. Denique dominus deus, Vbi es, inquit, Adam? Ad confessionem prouocat, dum interrogat. Vult eum fateri peccatum, dum ab eo inquirat admissum. Quærit misereri, dum cum reo de culpa colloquit. Veniam cogitat, qui causam contemptæ legis incurat. Obiurgat culpam, ut possit retribuere ueniā, ut quos formare instruendo non potuit, eos possit confitendo purgare. Accipiunt indumenta pellicea, ut qui cōfessi iam delictum fuerant, ueniam cultus humilitate perciperent. Ostendit dominus quibus possint officijs delicta purgari, confessione, & deformitate cultus ueniā posse facillime impetrari. Ut enim contumacia est celare, quod deo teste cōmiseris: sic periculosum si splendore cultus, animi innocentiam mentiaris. Nemo itaque, nemo peccator uitia desperata lætitia contegat, nemo infectus delictis, animo dissimulationis uirus infundat. Animi uitia corporis mœreore mōstrentur. Si uexatus est animus, luceat corpus: quoniam quoties corpus in causa est, animus mœstitia condolens. Certe corporis uitia sine animi scim? cōpensione esse non posse, animi uitia sine corporis cōpensione non priuari: pariter contristentur, ut ueniam pariter consequantur: quoniam utroque simul aut beneficio foueri, aut iniuria uexari necesse est. Nec enim aliud homo est, quā corporis animique concretio. Hæc enim duo quantum definitionibus differunt: tantū hominem dum iunguntur, efficiunt. Ut enim in uita separari non possunt, ita nunquam boni malique merito separantur. Ut enim non potest à corporis bonis animus separari, ita ab animi malis corpus non potest dissociari. Si enim in dei iudicio utroque substantiæ aut supplicio, aut præmio cōpungentur: cur non & in isto seculo pariter aut mœstitia, aut lætitia perfruantur? Vnde tibi Christiane excusatio nulla est, qui post seruitutē liberatus es, post captiuitatem redemptus, post uexationem curatus, post interitum restitutus: habes in monitis quod exerceas, habes exempla quæ timeas. Adam enim nec fallaciam diaboli norat, nec decepti cuiusquam causam desleuerat. Qui quidē forsitan posset euadere, nisi prior cum hoste dum colligit, occubere. Te iam instituit dñs, tibi gestorum exempla proposuit. Ecce, inquit, sanus factus es, noli iam amplius peccare, ne quid tibi deterius fiat. Noli, inquit, peccare post ueniā, noli uulnerari post curam, noli sordidari post gratiam. Cogita, inquit, homo grauiorem culpam esse post ueniā, renouatum uulnus peius dolere post curā, molestius hominem sordidari post gratiam. Quare indulgentiæ ingratus est, qui post ueniā peccat: sanitatis indignus est, qui semetipsum postquam curatus est, uulnerat: nec mundari meretur, qui seipsum post gratiam sordidat: Porro qui post absolutionem non peccat, meretur & præmium: qui post curam cautus est, sanitatis possidet donum: qui gratiā illæsam tenuerit, æternitatis accipiet regnū. Graue est enim hominē instructū delinquere, grauius absolutū peccare. Seruo peior est qui patronum

patronum post datam libertatem offendit. Beneficijs ingratus est, qui datorem tumoris arrogantia despicit. Quare aut salutem de exemplo acquirere, aut de consortio similem sententiam metue, ne seuerum sentias iudicem qui benignum contempteris peruersorem.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI,
de Adam, Sodomitis, Achab, & poenitentia, Sermo.

Quotiens mecum temporis cursum, uitæque huius quotidianum defluxum recogito, uitæ lobii tragœdia mentem meam subit, quam ipse de semetipso in suis calamitatibus clamabat. Vita mea, inquit, cursore leuior. Nam cursor interdum diuertit, sed cursus uitæ cursor est non requiescens. Quis non miseretur eorum, qui per huius uitæ spatium de angustia uitæ, & quod dicitur in morte sint, disputant: & non cogitant, quod in usuram uitæ acceperint, ut sorte præsentis temporis futuras diuitias lucrifaciant, & nec saltē uel hac doctrina utuntur? Fœnerator longanimitis quidem est, ingratiudinem aut nostram expertus, durus. Itaque manifesta quidem est eius lenitas, & uel ex his saltem inijs, quæ humano generi demonstrata sunt, cum deus legem dedit primo homini, & legislator ab illo contemptus est, non fulmine illum ultus est, non induxit quā minatus est sententiam: sed finxit quasi indignabundus strepitum, ita ut Adam celeris fugæ tempus haberet, interrogatio nisque actus institueretur. Itaque cum in media fuga esset, adstans deus clamabat: Adam ubi es? Simulat se non uidere quæ fugarat. Vbi es? ubi imago mea primū formata? ubi paradisi pretiosissimus ornatus? ubi manu mearum artificium? ubi imago regni mei nuper depicta? ubi nunc familiaris meus amicus? Cōparere non audent animas, mortuū ad uerba adhortat. Cogitur uocans, ut respondeat. Palpat uoce quasi febre laborantē, ut dicto morbo, ualetudinario se committat. Nomine uocat occultatū, ut uocationis mansuetudine animetur, & timore mortuus cogitationes refocillabundas assumat. Adhuc mihi sermone comunicat: adhuc uoce me dignatur: adhuc me, ut pater aduocat, & ut præuaricatorem non perdit in iudicium. Non dum implet sententiā, quam antea minatus est, sed dat responsis locum: Quid igitur manifestatus non respondebo? Quid non dicā quod contigit ut mirabilis? Propter hoc figura huius interrogationis, qua simulat se nescire quod factum est, deus utitur: ut cum seipsum redarguat ille, discat domini suauitatem, à seipso quidem amictus nuditate, à domino autem tecta eius turpitudine. Et quid diuinam bonitatem, quæ se in omnia secula & populos effundit, in unum tempus concludo? Mansuetus enim est, & etiam inimicis misericors. Et aliquid prior etiam occurrit, ut conciliet inimicos: & ut ament hi, qui impegerant, studet artibus quibusdam efficere. Ex multis autem unam hanc narabo. Israelitas electos uarijs miraculorum operationibus fouebat, & præclaros præ omnibus monstrabat: omnem (ut ita dicam) creaturam propter

illos alterans, & elementorum mysteria mutans, transiri faciens nauigabilia, defluā ostendens petram, præparans terram in absorptionem, retrocedere faciens Solem ad occasum festinantem, regulas naturæ nouas præscribens: eaque omnia in gloriam ingrati Israelis. Cum uero idolis seruire cœperunt, pessime retribuentes deo, habuit quidem ad ultionem fulmina, sed natura ad mititudinem uergebat. Abstinebat quidem ab ultione omnium, sed curabat ut amaretur ab his qui offenderant. Hieremiam mediatorum facit. Vade, inquit, & lege sermones illos, & dices eis: Convertere ad me peregrinatio Israel, & non irascar uobis in æternum. Promittit per mediatorum & donum, si obtemperant, ut secum pacem habeant. Tantum apud illum est misericordiae pelagus, sed longanimitis quidem, ut exordiens dicebam: ingratitudinem autē expertus, durus: sicut bonus gratis, ita ab ingratis rationem duram exigit, & dona sua aufert. Dederat uitam ad usuram Sodomitis, terram in illorum usum, creaturas in agriculturam conduxerat: illi autem neque mercedis, neque uitæ concessæ curam habentes, disperferunt in luxum tempus, insumpserunt in delicias dies, prodegerunt uitam in uoluptates, luxuriæ impenderunt uiuendi statuta tempora. Bonus autem fœnerator adhuc ferebat ingratiudinē, & mittit ad eos, ut memores faciat debitorum. Lot enim erat pietatis memor, operibus suis docens, quantum debebant deo. Ut autem ulcus luxuriæ mansit in medicabile pharmaco longanimitatis candenti ferro, quasi putredo eguit, & omnem ignem statim & flammam suscepit. Fumigabat cœlum igniferum, fluebant ex aere scintillæ, incendebant fulgura quicquid tangebant: strepebat fundamentum tactum, in carbones redigebantur tecta, scrutatio fiebat fundamentorum, fugientibus occurrebat ignis, latentium uestigia inuestigabat. Oblabebat undique agros, pecora tota incendebat, deuorabat pueros, incinerabat adulescentes, omnium erat incendium quasi lignorum, spectaculum horribile & admirabile. Ignis eructans hymbre, humber caminum, manans flamma in flumen soluebatur, & pluuia flamma reaccendebat. Retributionem enim erroris sui in seipso recipiebant. Erat autem iusta quædam retributio his, qui naturæ subuerterant leges, sceminas in masculis quærentes, ut inueratur & in eis naturæ ordo, & fiat eis naufragium ex igni quasi ex aqua. Idque futurum erat, igne quasi succendente Sodomitas, cum non solum hi qui tunc erant perderent, sed & locus in perpetuum corrumperetur. Deuorat enim omne quod uidebatur. Terræ uteros perdit, tantum sibi usurpans profunditatis, quantum quis fodiendo capit. Non solidat fundamentum ædificijs, ita ut ubique est Sodomitarum terra non possit agricultura esse, utpote in cinerosa terra: neque domus utpote fundamentum ad ædificium non habente. Quia enim incultas animas ad pietatē præbuere, quia ad uirtutē uili sunt in ædificabiles, ea ipsa passim sunt, quæ fecerunt, & ob sua mala cōdemnati sunt. Vnicuique

Gen. 3. c

Gen. 3. d

Ioh. 5. c

Hier. 3. d

Gen. 19

3. Reg. 21

Vnicuique enim deus quam feminavit messem red-
dit. Rapuit Achab vineam, & alienos vindemia-
uit labores; vidit iniustitiam deus, tulit misericor-
diter. Nam qui correptus deploraverat, & ut la-
chrymauit, veniam obtinuit. Contentus enim est
iudex misericors & lacrymis, sed Achab conuer-
sus est ad coenum pristinum. Quid igitur, qui cum
innocente innocens, cum peruerso peruersus, cum
conuersus est ipse in vindictam? Et uide quomo-
do retributio peccato par. Filij, inquit, Achab er-
rant septuaginta uiri, & occiderunt septuaginta,
& posuerunt capita eorum in corbes, & miserunt
eos in Israel. Profecto iustus es domine, & rectum
iudicium tuum. In Israel Nabutha occisus est, in
eundem locum occidentis genus occisum missum
est in sportis. Achab Nabuthę peccauit botris ali-
quibus in corbes coniectis. Tale est enim pecca-
torum debitum, ut si solliciti simus, ad soluendum
leue sit; si negligentes, erit grauissimum. Totam
enim simul mergit debentium substantiam. Non
curabant Sodomitę debita, neglexerunt quoti-
die: neglectu crescente, creuit debitum. Repetitio-
nis chirographum actum est, foenora peccati au-
cta sunt, factum est tempus repetitionis. Non ha-
buerunt aliquid in promptu quod redderent, non
erant solvendo. Imperauit dominus debiti, ut ipsi
traderentur igni, & mulieres eorum, & filij eorum,
& omnia quę habuerunt in satisfactiōnem cede-
rent. Nō enim mendax Paulus qui testimonium
præbet: Benignitas dei ad poenitentiam te ducat.
Secundum duritiam, & cor poenitere nesciū, the-
saurizas iram in die iudicij. Vitam laudatam aga-
mus, cohibeamus animę negligentiam, germanam
reneamus pietatem: spe detineamur iudicij, pro-
ba ornemur uoluntate, uitę opera operemur, the-
saurizemus uirtutis fidutiam, materiam gehennę
ne demus, bonitatis aternę operarij constitu-
mur: repellamus peccatum adulationis, memores
simus domini iudicantis peccatum, quiq; reddet
unicuique secundum opera sua: cui gloria in secula
seculorum, Amen.

SERMO DIUI IOANNIS CHRYSO-
STOMI SUPER ILLUD GENESIOS, INIMICITIAS
PONAM INTER TE & MULIEREM.

Gen. 3. c



Christiano cum hoste certamen in origi-
ne ipsa monstratur, & in ipsius mundi
exordio inuenit, dum diabolus serpens
deceptor hominis, præuaricator mun-
di, origo mortis, delicti materia, seminarium scele-
ris, culparum genus, inuentor poenę, uitę abla-
tor cœlesti sententiã addidit, & inter ipsum & mu-
lierem, & inter utriusq; semen inimicitia diuina
autoritate firmantur, ut exinde homo sociare co-
gnoscat cum hoste amicitias non debere, nec fœ-
dera cum serpente coniungere, nec amoris cum
inimico cōsordia copulare. Nunquam enim cum
hoste concordia iungit, nisi Imperator proprius
offendatur: nec imperatoris aliter iussa seruatur,
nisi hostis decreta soluantur. Vnde qui amicitias
cum hoste coniungit, & Imperatoris uoluntatem
offendit, & inimico sese ipse addicit: renuntiat em̄

amicitijs Christi, qui se amicitijs coniunxerit dia-
boli: & diabolus habebit perditionis autorē, qui
Christū circumscripsit saluatorem. Inimicitias,
inquit, ponā inter te & mulierē, & inter semen tuū
& semen illius. Male cū hoste coniungit, qui sepa-
rari sententiã diuina præcipitur: nec sine utilitate
ab inimico separatur, qui perniciose hosti coniun-
gitur. Duplex enim malum in ipso cōtemptu con-
sistit: quod separari iussus se hosti coniungit, & quod
adiuctus hosti sine periculo esse nō poterit. Certę
quale est, ut diuersa ista hominū peruersitati con-
ueniant, ut & charitas cum dño fœderata rumpatur,
& amicitia hostiles diuinitus interdicitę per-
niciosa concordia copulentur: Nam & si nunquā
nobis hostilis malitię nocuisset audacia, domini
tamen fuerant obseruanda præcepta, aut si paren-
tibus, id est Protoplastis, serpens tantummodo no-
cuisset, & nobis nocere nō posset: pro affectu, pro
charitate, pro ipsa deniq; causa nature, inimicitijs
& similitate, parentum fuerant iniurię uindican-
dę. At cum nos cū parentibus nostris occidit, nec
ulli nostrum aliquando pepercit, cur inimicū, cur
hostem diligimus, cur cum serpente antiquo fœ-
dera illicita cōmiscemus? Nam si separamur ab
ipso, & nocet: qualis erga nos esse poterit, si ei con-
tra interdicitū domini copulemur? Nullus inimi-
cum suum homo hominem diligit: nullus odien-
tem se pia benignitate assumit. Nam & si diligere
inimicos præcipimur: tamē eos, ut caueamus, ad-
monemur. Tunc enim inimicus diligitur, cū eius
blandimenta seruantur, & iussa cœlestia contem-
nuntur. Nunquam enim contraria impune iun-
gunt, nec diuersa sine pernicię copulant. Vt enim
neq; lupus agnū, aut hæc dum pardus patitur: ita
nec peccator fert iustum, neq; pauperē diues. Si-
quidem hæc aut separata durant, aut fortiora in-
firma dilaniant. Cogita homo principia ipsa. Inde
quid declines, inuenies. Nōne cū mulierem in-
terrogat serpens, & mulier serpenti respondet, fa-
militate sermonis mulier afflata decipit, & col-
loquendi consortio iugulatur? Cuius si colloquia
mulier deuitasset, & serpens fallendi astutiã perdi-
disset, & mulier mortis sententiã declinasset. Col-
loquium serpentis, uenenū fuit mulieris. Vt enim
conceptum uirus in fœminam colloquendo ser-
pens effudit: sic mulier uirum persuadendo con-
traria, decepit. Neq; enim in uirum aliud mulier
posset effundere, nisi quod eam constat serpentis
colloquio cōcepisse. Vnde iam cum hoste inimici-
tiã constituta, ut amor dei præceptorū obseruan-
tia teneatur. Si me amatis, inquit dñs, mea præce-
pta seruate. Nemo se fallat, nemo se decipiat, dñs
& diabolus ab uno pariter amari nō possunt: aut
enim diabolus oditur, ut dñs diligatur: aut si dili-
gitur diabolus, dominus necesse est contemnat. Non
potestis duobus dominis seruire. Quid actus
rus es homo, si instructus contēpseris, qđ in ori-
gine mulierem instructam decepit: aut deceptus,
quō te uindicabis, qui ne decipiaris, instrueris?
Pendet edictū, inimicitias cum hoste, & similita-
tes cum serpente firmari. Cur iungis, quod dñs
separauit

10th. 14. b

Lnc. 16. c

Gen. 3. c

separauit: aut cur nō separas, quod dominus iun-
gi ueluit: aut cui tutum est iungere, quod constat
dominum in origine separasse? A deo inimicitia-
rum istarum pugna dominus incontinenti prose-
quitur: & certamen atrox inter mulierem & ser-
pentem sua autoritate præfatur. Nam postq; dixit
ad serpentem, Inimicitias ponam inter te & mu-
lierem, & semen tuum, & semen illius: addidit, di-
cens: Illa tuū obseruabit caput, & tu obseruabis
eius calcaneum. Magnum inter mulierem & ser-
pentem certamen attendo, magnum bellum dis-
positum esse considero, magnam sollicitudinem
habendā esse cognosco. Directa est inter utrunq;
acies, paratū bellum, certamen compositū. Statur
comminus, propius consistitur, ab utrisq; inten-
tio prouocatur, ut cautela adsit, sollicitudo inten-
dat, securitas conuiescat. Stat em̄ mulier in pro-
cinctu, serpentis caput & obseruās & uitans: ob-
seruans ut calcet: uitās, ut serpentis morsus decli-
net. Adest paratus & serpens, callidus & subtilis.
Callidus, ne mulieris pede calcet: subtilis, ut eius
morsu incauta mulier prosternatur. Hanc pugna
latus aspicit deus, libenter attendit dñs Christus:
si tamen illa mulier serpentem calcando deuin-
cat. Sed hoc præliū ad te iam Christiane cōuerte,
quod mater ecclesia in filijs quotidie gerit, in con-
fessoribus uincit, in martyribus triumphatrix exi-
stit. Hac intentione etiam ipsi momentis omnibus
dimicamus, assidue congruimur, continuatim
ac iugiter præliamur, ut cum uictoribus in Chri-
sto, in aeterna secula triumphemus.

DE FIDE ABRAHAM, ET DE
IMOLATIONE ISAAC, SERMO.

15. b



IDES est religionis sanctissimę funda-
mentum, charitatis uinculum, amoris
subsidiū. Hęc sanctitatem firmat, ca-
stitatem roborat, dignitatem exornat.
In pueris splendet, in iuuenib; floret, in perfectis
apparet: gubernat sexus, gradus prouehit, officia
cuncta custodit: in paupere grata est, in mediocri
læta, in locuplete honesta. Fides amicitias seruat,
collegia copulat, artes commendat: nullum despi-
cit, nullum contemnit, nulli deest, nisi qui ei forte
desuerit. Fides mandata tenet, præcepta seruat,
promissa cōsummat. Fides familiares efficit deo,
amicos constituit Christo. Neq; enim quisquam
fidei promissa percipiet, nisi professionē actibus
seruet: aut præmiorū potest compos existere, qui
promissam fidem conseruare noluerit, ut iam aut
impletę fidei merces homini recompensetur, aut
uiolatę poenę competens tribuatur. Huius fidei
Abraham ducamus exordium, qui cum in occi-
dua constitutus ætate, filium a deo promissum se-
crederet accepturum, & fidei pretium in filio con-
spexit, & in stellarum suarum sobolem numerum re-
dundantem, fide comparauit eadem: deniq; unus
filius Abrahę exoptatur, & immensa ei multitu-
do promittitur: solatium unius hæredis conqui-
ritur, & innumerabilis soboles destinat. Nescis,
inquit dominus, nescis Abraham quid destinatū
sit tibi: sed idcirco nescis, quia quid merearis non

respicias. Tantū enim de me tua meruit fides, tan-
tum tua obsequia ualuerunt, ut & quid desideres
norim, & facere quod mereris decreuerim. Nāq;
tibi nascetur filius, cuius semen diffunditur in mi-
lia, ut & similitudini syderum coæquetur, & are-
næ immensitatibus comparetur. Credo, inquit
Abraham, domine, credo quia potes, facturum te
confido quod spondes. Nec enim consecram se-
nectutem marcescentis meę ætatis cōsidero, aut
Sara coniugis sterilem effoetamq; conditionem
attendo, sed tuę maiestatis potentiam tracto: nec
cui talia promittatur, sed a quo promittant, agno-
sco. Generare enim filios senilis ætas nō patitur,
sed tua domine iussione completur. Steriles filios
habere nō possunt, sed hoc posse tuę uirtutes effi-
ciunt. Natura quidem negat, sed potentia impē-
rat: ætas prohibet, sed tua potestas ostendit. Im-
possibile quidem istud uidetur nobis, non tibi: ho-
mini, non tuę domine maiestati: naturæ, nō deo:
seruis, non domino. Vnde credo pater, credo do-
mine istud te facturum quod dicis, quia his uir-
tutibus cunctis gentibus innotescis. Tunc Sara
concepit in utero, & peperit filium, patrem mul-
tarum gentium destinatum. Nascitur Isaac orna-
mentum generis, parentum gloria, propinquo-
rum lætitia, familię decus, hæreditatis spes, fidei
pretium, promissa sobolis testimonium. In cuius
natiuitate & dominus promissum reddidit, & A-
braham uotum quod optauit accepit: gaudent om-
nes, cuncti lætantur. Fit enim Isaac dulcis cum
nascitur, dulcior cum nutritur: nec enim poterat
esse non dulcis, quē & patris fides, & propria in-
nocentia commendabat. Fit & Sara ex sterili ma-
ter, fœcunda in filio, fœcudior futura ex ipso. Re-
dit iuuentus in senem, marcescens ætas reparatur in
iuuenem, & manente senectutis ætate, iuuenilia
geruntur a matre: deniq; blanditur, nutrit & læ-
ctat, & consequentia cōplet officia, quę iam for-
sitā obliuisceretur, si suo tempore Sara parere
concederet. Tunc locutus est dominus ad Abra-
ham, dicēs: Accipe filium tuū quem diligis Isaac,
& uade in unum montium, & offer mihi illum in
sacrificium. Mox Abraham tam celeriter decer-
nit iussis cœlestibus esse parendum, quā fuerat
diuinitus imperatum. Verebatur ne uotum mora
offenderet, aut iussione tarditas impediret. De-
niq; properat quod iussum est perficere, festinat
quod præceptum est adimplere. Fuit enim latus
cum eum acciperet, lætior cum eum immolan-
dum dominus postularet. Ostendit Abrahā cha-
rissimum quidem sibi esse filium, sed multo cha-
riorem filio existere dominum: nec dulcedinem,
aut affectus pignoris respiciebat, qui iussione
ut perficeret cogitabat. Totum affectus conuer-
tit in deum, cui iam se nouerat mancipatum. De-
niq; illā fidem seruabat in sese, cum filiū iuberetur
offerre, qua deum promeruerat, cum eum merere
tur accipere. Adest Isaac patri quidē ætati dissimi-
lis, sed fide ac deuotione æqualis. Adest, inquam,
Isaac, qui si quid pater disponderet, ipse fieri libere
optaret. Ita em̄ filius paruit patri, ut pater diuinę
obtem-

Gen. 22. n

obtemperaret iussioni, ut de consensu filij pater securus existeret, uoluntati patris sese filius manciparet. Erat enim utriusque unus animus, par sensus, & similis circa deum affectus, ut generositatem patris in filium transfusam cōspiceret, & innocentiam filij patri non deesse uideret: ut & paternæ fidei particeps filius extitisset, & simplicitati filij patris sublimitas redundaret. Qua securitate Abraham fretus, sternit sibi alinam, ad sacrificium ligna cōcidit, pueros secū adducit. Cumque ad ciuitatem uenissent: estote isthic, inquit, ego & puer iste ibimus soli: & cum adorauerimus dominum, reuertemur ad uos. Statim pater cum filio proficiscitur solus. ad quem idem filius: Pater, inquit, ligna uideo, cultū & ignem uideo, hostiam quā immolaturus es quæro. Desine, inquit, istud quærere fili, quod sibi dominus ad horam procurabit: desine quærere, quod sibi dñs iam prouidit. Magnum prælagium promittentis, magna innocentia inquitentis. Isaac hostia, de hostia patrem interrogat, sacrificij effectus desiderat. Ouis ab eo quæ deerat quæritur, ne ipse qui loquitur, immoletur. At ubi ad locum uentū est, uterque montem ascendit. Aram pater extruxit, ligna composuit, filium colligauit: Patere mi, inquit, fili, patere uotum perficere: patere, inquit, per te iussio nem domini explere. Deus enim qui te condidit, expetit: quæ dedit, quærit: qui te creauit, te sibi desiderat immolari: non est enim hoc patricidij, non est crudelitatis admissum, quia uotum est, nec tibi fili à genitore mors miseranda infertur, sed utriusque nobis salubriter prouidet. Tanto eris acceptabilis hostia, quanto libenter gloriosæ mortis exceperis beneficia. Quod iussus pater es, perfice inquit: quod disponis, constanter adimple. Ego enim nec renuo, nec recuso: quod uolueris, uolo: quod optas, exopto: quod desideras & ipse desidero. Denique eo uoto istā mortem excipio, quo te eam mihi inferre uelle cognosco. Hæc & si uterque non dixit, tamen cuncta ista in actu ostēdit. Mox pater extensa manu gladium sumit, dexteram erigit, iugulare filium, sacrificium perficere, iussa domini uoluit deuotus implere, & pendente iā atque imminente mucrone, parce, inquit dñs, parce, si dem tuam quæsiui, non filiū ut iugulares optauit: nec amabile pignus tibi subtrahere, sed deuotionem tuam uolui pertentare. Nunc cognoui, quia amas dominum magis, quæ filium: imò magis amas filium, quia diligis dominū: quia dum non pepercisti filio propter deum, eundem tecū constituisti domino gloriosum: quare te benedictionibus cum mulem, & infinitam filiorū multitudinem ex eo tibi provenire confirmē. Statim procurat aries, qui pro Isaac sanctissimo mereretur occidi. Nec enim fas erat ut Isaac, qui typū Christi portabat, à patre hoc in tempore mactaretur: quia perfecti sacrificij hostia Christo domino seruabatur. Procurabatur, inquit, aries, qui pro Isaac mereret occidi, ut & promissum patris de hostia cōpleret, & perfectio sacrificio patri Isaac incolumis redderet. Tunc uterque lætus de monte descendit: pater, &

fascificij uotum saluo filio perfecit: filius, quod iussa patris libenter optasset. Gaudet de patre facta lætatur: gaudent, inquam, quod & opus tantum perfectum sit, & quod patrem cum filio incolumes illis dominus reuocavit.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI de habēda cura salutis proximi, & quare Abram uocatus sit Abraham. Homilia.



MAVD difficile foret ex consequētia nuper dictorum, præsentis sermonis sumere procemium: siquidem uobis possibile esset scire, quid nuper à nobis dictū, & quō finitus fuerit sermo. Verū quia plerique ex his, qui nuper affuere, hodie non affunt, & ex his qui nunc affunt, nuper non affuerunt, cogit auditorū uarietas, ut repetenda sint, quæ nuper dicta. Vnde & hi, qui prius sermonem audierunt, melius dictorum memoriā firmēt: & his qui abfuerunt, non tam damnosum sit abfuisse, si & ipsis innotescat doctrina pridē habita. Et forsatis dicēt, qui semper sunt præsentis, quod propter illos nuper dicta nō sint resumenda, ut hi qui cum alijs conuenire contempserunt, hoc damno emendentur, & fiant posthac diligentiores. Equidem laudo, quod fratrum doletis ignauitā, & admiror zelum. Vellem autē nos zelum temperare misericordia. Zelus enim ueniam negans, potius furor est quæ zelus: & admonitio misericordia carens, tortura quæ dā est: Quapropter magis uos obsecro, ne amarē uicinorū iudicetis peccata. Nā sicut is qui absque compassione uulnera fratrum spectat, nullū inueniet qui se digne ueniam, si quando & ipse peccauerit: ita qui cū misericordia lapsum proximum iustificat, si quando & ipse supplantatur, multos uidebit manū porrecturos. Et hæc dico, non quod uelim eorum qui raro huc conueniunt negligentiam augeri, sed quod maiorem honestioremque curam nostram erga illos cupiam, ita ut cum ratione & amoris affectu geratur. Alioquin & nos superioribus diebus multos & longos sermones aduersum illos pronūtiuimus, & neque hominum nomine dignos diximus: sicut meministi nos in hoc produxisse Prophetas duos præcipuos contra illos, quorum unus dicit: Veni, & non erat homo: uocauit, & non erat qui audiret. Alius autē declamat & dicit: Cui loquar & testificabor: incircumcisæ aures eorum, & nō possunt audire. Quibus uerbis mentem eorū satis acriter perstrinximus, nūc uero iterum obsecramus. Sic enim & Paulus iussit: Argue, inquit, increpa, obsecra. Neque enim hoc semper solum agere oportet, neque semper illud solum: sed utrunque alternis uicibus, quod maior inde sequatur utilitas. Nam si semper argueremus, impudentiores illi fierent: si semper obsecraremus, ignauiores redderentur. Quapropter & medici non solum secant, sed & uulnera obligant: neque semper amara, sed nonnunquam & lenia pharmaca infundunt: ut per priora purificentur sanies & putredo, per posteriora autem mitigetur dolor. Et idcirco & alibi inquit Paulus: Fratres si præoccupatus

præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui spirituales estis corripite illum: cōsiderans temetipsum ne & tu tenteris. Optima admonitio, perfectū consiliū, quod paterna uiscera declarat, & eius qui magnā nostrā curā gerit. Verē linguæ Paulinæ uerba, Fratres. Satis eximio nomine bene uolum reddidit auditor: quasi diciturus: Eiusdem uteri partu & doloribus prognatus es, eundem habuisti patrem, isdem alimentis educatus es, cōmunicasti ei in natiuitate spiritali, cognationem & fraternitatem hanc etiam in corrigendis proximi erratis declara. Si præoccupatus. Nō dixit, si peccet, sed ad genus peccati confugit, quod maiorem meretur ueniam. Si præoccupatus fuerit, si grauius tentatus succubuerit, si errauerit: neque eum qui dedit opera peccauit dicit, sed eum qui studuit bene agere, supplantatus tamē est à potestate diabolica & uictus. Nam talis nō tam accusationem quæ ueniam meretur. Si præoccupatus fuerit homo. Iterum ad aliam ueniā speciem confugit, nempe naturæ infirmitatē, quam nomine hominis insinuat. Sicut & magnus Iob ueniā à deo impetrare uolens, dicebat: Quid est homo quod reputas eum & uilitationē peccatorū eius fecisti? Sic & nos faciamus, quando cū peccatore aliquo expostulatur, cōtinuò dicamus, Homo est: & naturæ recordatione ad misericordiā stomachantes prouocemus. Et ea de causa Paulus ad naturā & eius infirmitatē confugit, cum dixit: Si & præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto. Non simpliciter magna peccata dicit, quæ maiora quæ ut cōpassionem & misericordiā mereri uideantur, sed parua & deordinata. Vos qui spirituales. Is qui peccat, homo: qui uero bene operatur, spirituales dicuntur. Hic uirtutis uocabulum posuit, illic naturæ nomen dixit. Multum autem differt homo, & spiritalis. Vos qui spirituales. Si spiritalis es, ostende mihi uirtutē tuam: non à tua, sed mea salute, sed à subsidio quod lapso fers. Hoc enim spiritalis est, non despiciere sua mēbra periclitantia. Instituite talem. Facite, ait, ne capi possit, ne cerando defatigetur, ne præliando aduersus diabolum succūbat. Considerans temetipsum, ne & tu tenteris. Hoc summū consiliū est, & admonitio maximē cogens. Etiam si saxeus fueris, & audias, uerbū hoc, sufficet ad terrendū, & prouocandum, quod feras auxiliū lapso. Non uis, ait, ut frater misereri, nō uis ut hominibus concedere ueniā, nō uis ut spiritalis manū porrigere, considera cōditionē tuā: neque indigebis cōsiliario, sed per temetipsum iacentē iuuabis, & à temetipso admoneberis. Quo pacto & quo modo? Considera temetipsum ait, ne & tu tenteris. Non dixit: Nam omnino & tu peccabis, ne molestior esset: sed quomodo dixit: Ne quādo & tu tenteris. Fieri enim potest, ut pecces: fieri etiā potest, ut non pecces. Et quia incertum est futurū, para tibi misericordiæ sportulas, quas illi dones, ut per illa quæ proximo impendis, si & tu aliquando lapsus fueris, inuenias promptuariā cōpassione & miseratione referta. Non dixit, ne quādo & tu pecces, ne quādo & tu

Chryf.

cadat. Attendite diligenter ad uim uerborū suorum. Sed ne quando & tu tenteris. Quo simul indicatur, quod habemus inimicum tētatorem. Et tentator nō statim insidiandi tempus habet. Plerumque enim nobis dormientibus, & negligētibus imponit: & idcirco præoccupatus ille magis dignus est ut ei cōdonetur, quoniam à tentatore captus est. Non enim erat ei manifesta pugna, neque cōdictus dies belli, sed per ignorantia deceptus & superatus est. Sic nauitæ quoque faciūt cum per magnum & spatiosum mare nauigant: licet nauis secundo uento seratur, licet omni fruuantur securitate, cum tamē uiderint alios uel à longe naufragium facere: non ad propriam spectantes utilitatem, illorum contemnunt calamitatem: sed sistunt nauem, & eijciunt ancoram, detrahunt uela, eijciunt funes, proijciunt tabulas, ut ille qui à fluctibus mergitur, forte aliquo illorum arrepto, emergat. Imitare & tu nauitas homo: nā & tu mare nauigas magnū & spatiosum, nēpe uitæ præsentis mare, quod multas habet beluas, piratas, petras, & latētes scopulos, crebrisque turbat fluctibus, & in eo naufragatur plurimi. Cum igitur uideris nauigantū aliquē diaboli insidijs circūualari, & amittere diuitias salutis, natate in fluctibus, & iam submergi, relictijs negotijs tuis, statim illius prouide salutē. Neque enim morā sustinet, neque dilationē, qui submergi incipit. Igitur statim accurre, & quātocyus est fluctibus eū eripe. Agē & moue, quicquid ei prodesse credis, atque ita ipsum ex profundo interitus extrahas, etiā si te plurima negetia aliorum uocent, & trahant, nihil ducas magis necessariū salute sic laborātis. Nam si parumper differre uolueris, perdetur tēpestare rapida. Vnde in tantis periculis magna acceleratione opus est & studio. Audi quomodo Paulus, uiso homine quodā, qui in profundi rapiebat, sollicitus & anxius erat, & alios excitabat. Valeat in illū charitas, inquit, ne forte tristitia abundantiore absorbeat ille. Et propter hoc iubet statim præbere manū, ut ne interim dum differimus, præuentus ille absorbeat. Curam igitur geramus fratrum nostrorū. Hæc summa uita nostræ est. Hoc signo internoscimur an Christiani simus, cū non solū quæ nostra sunt spectamus, sed & membra nostra peruersa corrigimus & instruimus. Hoc maximū indicium fidei. In hoc cognoscēt omnes, inquit, quod discipuli mei estis, si diligitis mutuū. Charitatē autem sinceram declarat nō cōmunio mensæ, non breue colloquiū, non uerborum adulatio, sed studium & sedulitas in cōsiderando, quid proximo conducatur, ut erigatur qui cecidit, & porrigatur lapsus manus, ut ante bona propria, inquiratur quæ proximi sunt. Hæc est germana charitas. Nā charitas non spectat quæ sua sunt, sed prius uidet ea quæ proximi, quæ sua. Et ego nunc non propter memetipsum tam prolaxis sermonibus utor, sed propter uos. Igitur & uos audite, nō propter uosmetipsos, sed propter alios à uobis erudandos. Quippe ecclesiæ corpus per membrorū coherentiam, & mutua subsidia nutritur & serua-

tom. i

A tur: &

tur: & sicut membrum quod apud seipsum cibos omneis referuat, uicinoq; non communicat, & se ipsum offendit, & reliquū corpus corrūpit: ut de stomacho uidemus. is enim si cibum solus continerit, & reliquum corpus fame corrūpit, & se ipsum sua inexplēbili improbitate perdit: si autē acceperit quantum pro sua portione satis, & reliquum alijs mēbris transmiserit: & seipsum & reliquum corpus in bona ualitudine cōseruat. Ita & tu nūc, si ea, quæ à nobis audis, detinueris, alijsq; non cōmunicaueris, & illum incommodabis, & teipsum iam corrupisti: quia ignauia & inuidia grauissimos morbos foues. Satis em̄ ad perditionem tuam fuerit, uel ob malitiā, uel ob inuidiam, uel etiam ob ignauiam nō cōmunicare alijs. Contra, si citra inuidiam, & ad alios transmiseris alimoniam, & tibijpsi & alijs profuturus es. Et de his dictum est satis. Nunc operæpretium fuerit, uenire ad contextum eorū quæ nuper dicta fuerunt. Quæ erāt ergo illa? De Saulo & Paulo tunc exquirebamus, quare aliquādo Saulus, & aliquādo Paulus uocatus sit. Et inde digressi sumus in multorum nominū historiam. Verum quia semel hinc soluimus nō uidetur dignū esse, ut cum utilis adhuc occurrat negotiatio, temerē eam pretereuntes, negligamus. Nam licet per Paulū in hoc argumentū deuenierimus, nihilominus & aliorū nominū rationes hac negotiatio inuenire possumus: Sicut & mercatores, qui mare nauigant, & propter minuta quadam in longinquas terras proficiscuntur: cum uenerint in petitam ciuitatē, & uiderint copiā aliarum rerum sibi conducibilem, præter eas propter quas à patria exierunt, multa plura q̄ decreuerant mercantur, sic dicentes: Longa uia uenimus, multas tempestates multaq; pericula pertulimus. Quid igitur uetat negotiationem nostrā fieri ampliores? Talia utq; & nobis dicere licet. Nā inquirentes de nominibus Pauli, inuenimus cōsequenter & nūdinationem aliorum nominū. Nempe Petrū antea Simonem dictum: & filios Zebedæi Ioannem & Iacobum, filios tonitru nuncupatos. Inuenimus & in uetere Gen. 22. fr̄i, Abraham, qui antea Abram uocatus fuit: & Iacob Israelē nominatum: & Sarai Saram. Inuenimus autem quod & alij non fuerint agnominati, sed à principio sibi indita nomina retinuerint, sicut Ioānes Baptista, Isaac & Adam. Absurdum igitur fuerit, & extremæ desidia tantum ē manibus thesaurū abijcere. Nam propterea lōgiorem fecimus sermonē, & quia nuper diximus de his, qui suum primū nomen retinuerūt, hodie de dionymis dicere mēs est. Quorū unus est Abraham. Adam eodē semper nomine uocatus est. Et Isaac quoq; aliam appellationē non accepit, sed ab initio usq; ad finem semper Isaac dictus est. Pater autem Isaac Abram & Abraham dictus fuit. Dixit enim ad eum deus: Non erit ultra nomē tuū Abram, sed Abraham uocabitur nomē tuū. Etenim Abram uocabatur prius: sed hoc nomen non est Græcū, neq; nostra, sed Hebræorū lingua sic uocatur. Quid igitur sonat nomē hoc cum interpre-

Mat. 4. c

Mat. 3. b

Gen. 22. fr̄i

tatur: Transitor. Nam Abram Syrorū uoce idem est quod trans, uel ultra. Et sciunt qui linguæ eius periti sunt. Magna quoq; Syrorum cum Hebræa lingua cognatio est. Sed dicis, quare transitor uocabatur? Iudæa regio, hoc est, Palæstina omnis quæ ab Aegypto usq; ad Euphratē ē regione iacet Babylonis, unde erat Abraham: et fluuius cōmunis terminus utriusq; terræ, medius utramq; secas. Et quia Abraham non Palæstinus erat, sed ab ulteriores ripa fluminis uenerat, nempe à Babylonia: ideo à loco & facto nomen accepit, & dictus est Transitor: quia à loco ulteriori fluminis uenit. Quare autē fluuiū transiit? quia deus iusserat. Et quare deus iussit? ut ostenderetur obedientia iusti. Et quomodo ostensa fuit obedientia iusti? quia propter præceptū dei domū suam quam reliquit, pro aliena cōmutauit. Vides quāta catena rerum in appellatiōe iusti necatur? Vides q̄ ingens historiarum pelagus nomen hoc nobis aperiat? Disce igitur eius nomen primū, ut cum uideris eum Palæstinā incolentē, appellatiōe nominis in memoriam patriæ eius, & causæ propter quā eam reliquit, manducaris, & ita ad imitādum eum admoneare. Ecce enim uir ille ante legem, & sub lege uitam agens, philosophiam quoq; quæ nobis tempore gratiæ tradita, suscepit implendā, & antequam gratiæ fecit, quod postea discipulis Christus dixit: Amen dico uobis, quod nullus est qui relinquit aut domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrē, qui non centuplum accipiet, & uitam æternā possidebit. Non solum autē hinc apparet, q̄ sapienter uixerit iustus, sed etiam dei promissio hoc declarat. Veni enim, inquit, in terram, quam monstrauero tibi. Nam tamen si utraq; illæ regiones, Chaldæa & Palæstina, erāt corporales, illa tamen sua erat, hæc aliena: illa certa, hæc incerta: illa in manibus, hæc in spe: ipse autem relicti certis, manifestis, & his quæ in manu erant, festinauit & transiit ad incerta, incognita, et ad ea in quibus nō licebat sibi dominari, ut persuadeat, erudiatq; neq; contradicendū, neq; cūctandū, quādo deus certa relinquere iubet. Non em̄ tam certa quæ in manibus, atque ea quæ in spe. Non sic manifesta est præsens hæc uita, ut futura illa. Hæc enim uidemus nostris oculis, illam uidemus oculis fidei: hanc uidemus in manibus nostris positam, illam uidemus in manibus dei custoditam. Promissiones autē dei multo certiores sunt, q̄ quæ in nostris sunt manibus. Vis discere quomodo hæc quidem uita incerta sit semper, futura autem illa, quæ uidetur incerta esse, hæc præfenti certior sit & solidior. Inquiramus, si placet, quæ sunt illa presentis uitæ præclara. Diuitiæ gloria? potentia? magnū existimari ab hominibus: sed uidebis nihil illis esse incertius. Quid enim in fidelibus diuitijs, quæ sæpe nec usq; ad uesperā nobis permanēt, sed sicut ingratus trāsfiga, ab hoc ad illum, & ab illo ad aliū subinde transeunt? Quid & gloria minus est fideles? sepenuero qui clarus erat & nobilis, repertē contemptibilis sit, & ignobilis: & ē diuerso quoq; sæpe obscuri subito clar-

Mat. 19. c

Gen. 12. d

Mat. 12. d

Mat. 11. c

rescunt. Et sicut uideri nequit in rota, quæ continuo uersatur, aliqua pars eius, eo quod crebra circumferentia semper summa sunt ima, & ima summa: ita & nostrarū rerum impetus, dum continuo uertitur, summa facit infima: ut uidere licet in diuitijs, potentijs ac alijs. Nunq̄ enim in eodem statu manent, sed semper instabiles, fluminū fluxus imitantur. Quid igitur his incertius, quæ tam crebro transferuntur, & priusquam recte appareāt, auolant: priusquam adueniāt, resiliunt? Vnde & propheta de delictijs & diuitijs talibus differēs, & spectans uacātes talibus quasi permanēat, dicit: Reputarunt quasi stantia, & non quasi fugientia. Non dixit, quasi præteritū, sed quod multo minus, quasi fugientia. Non em̄ paulatim recedunt, sed mira celeritate. At Patriarcha ille nō sic egit, sed relicti illis omnibus, tantum ad promissiones dei spectauit, uiam nobis parans ad futurorum fidem: ut cum promiserit tibi deus futura, & quæ non uidentur, ne dicas quod hæc incerta sint, & obscura. Incerta enim illa, certiora sunt his quæ uidentur, modo oculos fidei habeamus. Quid autem, quod ipsa non uidemus? Deus ea promisit, & pollicitus est. Quando deus promittit, nulla uariatio promissionibus adiungit, atq; adeo illa maxime manent, quæ in manu dei sunt. Ex manu enim dei, inquit, nullus rapere potest. Igitur quia nullus rapere potest ex manu dei, certus ille thesaurus semper manet. Præsentia autem omnigenis uariationibus & uicissitudinibus sunt obnoxia, & propterea pro eis sepe laborē ferimus, & si ne eorum frustramur. In his autē quæ speramus nō ita est, sed is qui laborauit, necessario coronas & præmia consequitur. Nam spes nō pudesacit, quia dei est promissio: & dona promissa sequuntur eius naturā qui promisit. Relictis igitur incertis, apprehēde ea quæ cōspicua sunt: Conspicua autē sunt non præsentia sed futura. Iam quod aliqui ad præsentia spectant, & futura respuunt: non ideo respuunt, quod obscura & incerta, sed quod sublimia sunt & supra suam imbecillitatē. Considera igitur quāta sit uirtus iusti. Promiserat ei deus corporalia, & ipse spiritualia quarebat. Vbi dices, promisit ei deus corporalia, & ipse spiritualia quæsiuit? Egredere, inquit, de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & ueni in terrā, quā monstrauero tibi. Corporalis erat terra prior, sed & futura, quæ illi danda erat. Quid ergo ille? imò non illum, sed Paulū audiamus de illo dicentem: Nam licet hanc promiserat deus, relicti tamen presentibus, festinabat ad futura. Quid igitur Paulus dicit: Iuxta fidē mortui sunt hi omnes, cum nō accepissent promissiones, sed procul eas uidissent. Quid dicis? Non obtinuit Abraham promissiones: non uenit in Palæstinā? Falsa ergo ea quæ dicta sunt. Venit quidem in Palæstinā, non hanc autem spectauit, sed aliā quæ in cœlis, desiderauit. Cuius rei & Paulus testis, cū adiicit: Et cōfessi sunt se hospites & peregrinos in terra. Hospesne est, qui tantā accepit patriam & tantam regionem? dic obsecro. Nō enim hanc, sed cœlum

Mat. 10. f

Mat. 11. c

spectauit. Nam qui hæc dicūt, inquit, declarant, quod aliam inquirāt patriam, cuius artifex & opifex est deus, illam, inquit, Hierusalem cœlestem, & quæ supra est. Vidisti quomodo promiserit illi deus corporalem, & ipse quæsiuerit supernā Hierusalem? Itaq; corporalis est promissio, spirituale autē iusti desiderium. At nos planē diuersa facimus. Deus illi promiserat Palæstinā, sed ille spectabat cœlum. Nobis promissum est cœlū, & ad terram tendimus. Hæc lucra ex Abraham nobis contigerunt, quia nomen eius didicimus, & quare Transitor dictus sit, & quod relicta terra sua in alienā concessit, præteritisq; certis ad incertā se conuertit, & abiectis his quæ in manibus & corporalibus, aspirauit ad ea, quæ spe concipiebat: idq; ante gratiam, & ante legem, atq; ante prophetarum doctrinā. Vnde manifestum, quod præceptore cauerit, suffeceritq; ei natura mouēs cogitationes conscientia eius, ut sic inueniret opificem uniuersi, & propter hoc dicebatur Abram, quod nomē ei & parentes ea de causa indiderūt. Sed forte statim dixerit aliquis: Mendacium hoc est, & confictum. Parentes enim Abraham iniusti fuerunt, & neq; placuerunt deo, neq; sciuerunt futura, neq; pollicitationē à domino dandā præcognouerūt. Certē impij erant & idololatæ, & Barbaris magis Barbari. Scio & ego, & propterea laudo iustum, quod tales parētes habens, talis ipse factus sit. Etenim ualde rarū & admirabile est, ex agresti radice dulcē fructum produci. At non accūsandi sunt ob parentū malitiam filij pie uiuentes, sed & ut admirabiles habēdi, eo quod cum pietatē à parentibus nō acceperunt, nec habuerunt qui manducerēt, quasi in eremo & inuiso euntes, uiam quæ in cœlum fert, inuenire potuerint. Non igitur crimen est, habere patrē impiū, sed imitari patris impietatē. Et crimen est maximum, nō quod habemus improbos parentes, sed quod illorum non agimus curā, & nō afferimus omnia, quæ ab eis habemus, ut ab impietate sua eos eruamus. Hæc autē dixi, ut ne turberis dilecte, cum audis quod Abraham impium patrem habuerit. Nam & Timotheus impiū patrē sortitus fuit: filius enim Iudææ mulieris erat fidelis matris, patris autem Gentilis. Et q̄ pater eius manserit in impietate, & non fuerit cōuersus, manifestū est ex hoc. Laudans enim Timothei fidem Paulus sic dicit: Quæ 2. Tim. 1. habitauit in uia tua Loide, & matre tua Eunice, confido autē quod & in te. Nusquā hic patris nomen legitur. Et quare? quia in impietate perseuerans, non erat dignus qui cum filio numeraretur. Et Apostolos malos habuisse patres manifestauit Christus, cum dixit: Si ego in Beelzebub eijcio dæmonia, filij uestri in quo eijciunt? propter hoc ipsi erūt iudices uestri. Sed ne turbet hoc neq; offendat. Nam ex hoc discimus, quod non naturæ, sed uoluntatis est uitū & uirtus. Enimvero si naturæ esset, omnino mali malos parerent, & boni bonos: Sed quia electionis & uoluntatis est probum uel improbū esse, idcirco sæpe malis patribus boni filij, et ignauis filijs studiosi patres, sunt.

Mat. 12. c

ut non naturæ, sed uoluntati semper illa imputemus. Verū cum parentes Abraham, ut dixi, fuerint impij, quomodo ei hoc nomen indiderunt? Fuit hoc opus diuinæ sapientiæ per incredulā linguā dispensantis, ut puero nomē imponeretur, habēs in se futurorū historiam. Sicut eandem uirtutem & in Balaam declarauit, cogens eum futura prædicare: quo manifestat, quod nō solum in suis, sed & in alienis dominari potest. Et ut discas, quod parentes etiā nō ualde pij, sapius nescij imponūt nomina filijs, quæ multā futurorū dispensationem declarent, docebimus etiā alio exemplo. Lamech qui fuit pater Noe, nō erat gratus deo. Nā si fuisset probatus apud deū, nō dicitur esset. Noe solum perfectū inuentū in generatiōe sua. Neq; nos transiuissemus iusti patrem in cōmemorandis nominibus, si iustus fuisset. Quid igitur ille? Imposuit nomen puero, quod præcipuam futurarū rerum haberet historiā, eratq; appellatio iusti prophetia. Significabat enim nomen eius futurum diluuiū. **Gen. 6. b.** Nomē eius Hebraica lingua uocauit Noe, quod interpretatum est, quies. Niah enim, Syrorū uoce quies est. Sicut igitur Abraham ab abar quod est trās uel ultra dicitur: & Adā ab Aedem, quod est terra, dicitur eo quod sit terrenus: ita & hic à Niah uocatus est Noe, hoc est autor quietis: declarat autem hoc & adiecta particula. Vocauit em̄ eum Noe, dicens: Hic nos quiescere faciet. Quietem diluuiū uocans, eo quod sub illo futurū diluuiū. Diluuiū autem mors fuit: Mors uero quies uiro est. Et idcirco hominem, sub quo diluuiū factum, quietis autorem uocauit. Et quod non torqueam scripturas, ex scriptura ipsa audiamus hoc. **Gen. 5. d.** Vixit Lamech annos centū octoginta, & genuit filium, & uocauit nomen eius Noe, dicens: Hic nos quiescere faciet. Et quare nō dixit, Hic occidet nos, hic faciet diluuiū fieri: sed dicit, Hic faciet nos quiescere? Creatura omnis resoluitur, abyssi desubtus erumpunt, cataractæ superius aperitur, omne pelagus erat mirū & admirabile & horribile, & in luto quasi in cōmuni sepulchro promiscua hominū, & equorū ac ferarum corpora occultabantur: & tantā calamitatē, tātaq; mala quietem uocas: Profecto dicit: Nam homines in magna malitia uiuebant. Diluuiū autem quia malitiam rescuit, ideo liberati illi à malitia, quiescere dicuntur. Generationem enim illorum quasi corpus incurabiliter languescens, & malis multis nullam consolationē admittentibus obnoxii, superueniens diluuiū eripuit, & quiescere fecit. Nam si mors uiro quies, multo magis his, q̄ in em̄dabiles in malitia uiuunt, mors quies est, liberās eos à laboribus, nec sinens ulterius iniquitatis consuetudinem progredi. Non est enim grauius ingestabilis uē pondus, q̄ peccati natura: nihilq; ita labores & erumnas nobis affert, ut malitiæ species & delicta. Et propterea Christus **Matt. 11. d.** his qui in peccatis uiuunt, dicebat: Venite qui laboratis & onerati estis, & ego uos quiescere faciā. Et idcirco Lamech diluuiū quietem appellauit, eo quod superueniens malitiæ finem imposu-

rum erat. Volebam sermonem hunc prolixiorem facere: multa enim omitto, quæ ad nomen Noe pertinent: sed hæc nunc memoria retinete, & fratribus uestris qui absunt, dicite: ut ne cogamur iterum productioribus uti proœmijs, & dīctorū repetere consequentiā. Sermonē in precibus finiamus, gratias agentes deo, qui hæc ut dicerem, dedit, Cui sit gloria in secula seculorū, Amen.

SERMO DIUI IOANNIS CHRYSOSTOMI DE IACOB & ESAU.

Portabat Rebecca geminos in utero **Gen. 25.** fratres, ante ortus principia bellatorum: certantes filios mater ante sentit, q̄ nouit: ante patitur, quam uidet: ante sustinet, q̄ agnoscit. Licuit filiorum bella sentire: quos nondum licuit generare. Certamen inter fratres in utero geritur: bellum inter natos cōmittitur. Materna uiscera quatiuntur, nec ad ortus principia properatur: sed ante principia, noua certamina celebrantur. Velim causas tanti certaminis nosse, uelim istius pugnæ negotia tractare. Quid intercesserat, qd factum fuerat, quæ pugnandi ratio, quæ causa uincendi, quo spectatore id geritur, quo iudice celebratur, quid uictori promittitur, qd uictō e contrario denegat? Quis certare docuerat: quis pugnare monstrat? Sed notum est cūctis, istorum certamine fratrum, causas duorū exprimi populorum. Vult enim deus ante ostendere futura q̄ ueniāt: ante, uentura monstrare, quam fiant, Etenim præiudicare nō potest pugna, si pugna non cōsentiant merita. Sed futurorum præcius deus qui monstruofum certamen uoluit exerceri: dat certandi affectus, uincendi uota ostendit, & spectatore se constituit, se iudicem demonstrat. Adeo certamen geritur præ sente domino, qui genuit: & matre teste, quæ sensit. sed mater certamen sentire potuit, uidere non potuit. Deniq; interrogat dominum: Quid est, inquit, domine quod geritur? quid est, quod in utero meo te teste tractatur? Quid facturi sunt nati, qui sic luctantur innati, aut quæ naturæ uota suscipiam, cū sic in luctamine nondum natorū concutiatur? Duo sunt, inquit dominus, populi in utero tuo: & duæ gentes de uentre tu diuidentur. Et populus populum superabit, & maior seruiet minori. O ueneranda præsciētia dei. Designantur in utrisq; fratribus gentes: in singulis populi declarantur, immo ipsi gētes & populi nuncupantur. Futurarum sobolum nomina in natos conferuntur: & adhuc innatorū nomina ignorantur. Dicuntur enim parētes, qui necdum filij nomen acceperāt: appellantur patres, qui nati non fuerant: ut fierent genitores, antequā filij fierent: patres, anteq; nati. Ostenduntur amborum merita: & operationis nōdum est causa. Quid quisq; mereatur, educitur: & merita causæ silentur. Sententia à deo profertur: & adhuc qui meretur, non nascitur. Iudicium diuinitus celebratur: & adhuc in utero, qui iudicatus est, detinetur. Precedit mores iudicium, sententiā actibus prior est. Non expectatur rēpus, ut merita dispungatur: quia dispun-

ctoris.

ctoris potentia ante nouit omnia, quam nascantur. Interea certamen nec nascētibz desinit: dum maioris plantæ innixus, aut prior nasci desiderat, aut se uictorem tali gestu demonstrat. Maior tamen properat in lucem, & adhuc tenetur in uentre: querit prior nasci, ne & in hoc possit à fratre deuinci. Cupit pudorem properantia te gere, desiderat ignominia festinatione mutare, timet uideri uictus, anteq; natus: sed iam matri prouentus certaminis iudicauerat deus. Iudicat & nascentiū ortus: unde dignè Iacob supplantator uocatus est. Sed diuidit in amorē utriq; parens utriq; nascentem: sic pater maiorē, sic mater minorē assumit. Pater in utero uictum amore solatur: mater uero uictorem diligit, quem pugnantem non uidit. Optat pater uictori uictū æquari: si uicti mores possent à malitia immutari. Sed iam seruator sententia, quia sententiā prouocauerāt causæ, nec in aliquo potuit bonitas in innocente corrūpi: ut malitia in reo nō potuit immutari. Igitur properant impleri prædicta: festinant geri, quæ fuerant diuinitus nuntiata. Deniq; coquit Iacob pulmentum cōstitutus in domo, desiderio rapitur ueniēs Esau de cāpo. Sed malè desideratur, quod in damnū salutis assumit: quia contrariè elurritur, quādo salus māducando deperdit, aut in uitæ interitum ordinat. Molesta em̄ est fames, quæ ad hoc saginatur, ut perdat: perniciofa esuries, quæ idcirco excluditur, ut peior in homine nutriatur. Quomā damnosa meratio est: si salus pro cibo impenditur, aut magnis uiliā comparantur. Adeo Esau primatus desiderio lētis addixit, eosdemq; Iacob intemperantia desiderantis accepit: quandiu Esau possidere nō potuit, quod in utero cōstitutus amiserat. Denique reddidit Esau aliena, Iacob recepit sua. Fit Iacob benedictione iam primus, qui fuerat natura postremus. Primatus reddidit causa, quos negauerat aliquando natura. Nec diu eius gratiā indignus potuit usurpare, quam Iacob meruit, anteq; nasceretur, accipere. Interea hereditaria benedictio à patre in Esau disponit, & ab eo ciborū delectatio postulat. Facito, inquit, mihi filii cibos, quos amo: ut manducās benedicā te anteq; uita ista decedo: sed ignorat Esau illum placitum in cibo, qui iam placuerat merito: nescit eum benedictioni aptissimū, cui tradiderat ipse primum. Deniq; pergit uenatū, ut imperata perficeret: remorat, & tardat. Fit difficile, quod querit: ut in Iacob paterna benedictio cōpleretur. Querit Esau inuenire, quod pater fastidiat: desiderat capere qd genitor iam saginatus exhorreat. Horrat & mater Iacob amantissimū filium, narrat uerba patris ad fratrem, refert imperata ciborū, benedictionis promissæ cōpotem dicit: si quæ fieri iussa sunt, implere festinet. Cogitur Iacob profiteri, quod nō erat: mētiri, quod fuerat. Cogitur, inquit, simulare se fratrem, mentiri maiorē. Adeo pergit ad gregē, duos hœdos adducit: quorū pellibz brachia nudamq; ceruicē absconderet, & hirsuti fratris præsentia simularet. Itaq; parat cibos de stabiles mater, infert filius patri: pater mirat ad Chryf.

uentū tam celerē filij. Quid est hoc, inquit, quod tam cito uenisti fili? Quod dominus dedit, ait, attuli tibi. Surge, māduca quod desiderasti, ut benedictionē cōteras quā promissisti. Accede, inquit, ad me fili, ut palpē te, & uideā si tu es Esau filius meus. Accede, inquit ad me, ut sentiā tactu, quod oculis uidere non possum: palpando intelligam, quod uisurū cerno. Duo sensus, id est auditus & tactus, in patre sancto cōtendunt, quisnam eorū qd latebat ostenderet: sed auditus indicat, quod tactus ignorat. Fallit enim habitus patris, sed uox indicat ueritatē. Refert uox, quod habitus refellebat: nudat lingua, quod tegmina simulabant. In dimento quidem fratrem mentis: sed uerborum sonitu, qui fuerat, indicatur. Vnde & Iacob sanctissimus diuiditur apud patrem in duo, dum mentitur aliū habitus, sed uox indicat uerū. Vestitus maiorē simulat, sed sermo minorem nō celat. Ita enim alienum est, quod simulatur: & propriū est, quod per uocem dignoscitur: ut benedictione sit dignum, quod est propriū: exheredari enim meruerat, quod fuerat alienum.

SERMO DIUI IOANNIS CHRYSOSTOMI CONSTANTINOPOLITANI, DE IOSEPH, UBI À FRATRIBUS UENDITUR.

Ilij autem Iacob pascebant oues patris **Gen. 37. c.** sui in Sichem: & dixit Iacob ad Ioseph filium suum minorem: Vade fili, & uide, quomodo se habeāt fratres & oues: & renuntia mihi. Ioseph autem abiit. Illi autē cum uiderent eum uenientē dixerūt: Ecce somniator ille uenit. Venite, occidamus eum: & uideamus, quid significant somnia eius. Mittitur à Iacob patre sanctissimo Ioseph sanctus ad fratres, qui salutem patris ad illos, et ipsorum ad patrem afferret: ut inter absentes medius utriusq; salutis nuntius existeret: ut quod per semetipsos absentes scire non poterant, Ioseph referente, cognoscerent: & disiunctos huius relatio iungeret, quos locorū diuersitas separauerat. Quē cum uenientē de longē conspicerēt: ecce, inquit, ecce somniator ille: uenite itaq; & occidamus illum: & uideamus, quid portēdant somnia eius. O nefanda rabies iniquorum. Non licet, Ioseph, non licet, inquit, impunitum esse quod bonus est? Non licet meliorem tum esse cū malis, et quasi inuidi aliquid perdant, aut dispēdium alicuius rei incurrāt: sic bonorum uita detrimentū est pessimorum. Zelant mansuetum inuidi, modestū superbi, probū improbi, mitrem tumidi, inimica æmulatione lacerant. Patitur Ioseph sanctus innocentis uitæ inuidiam, & emulos in se fratres sancta excitat uita. Bonū mali uidere non possunt: deniq; uenientē ad se, lacerant, sæuiunt, necare festināt. Nolunt meliorem uiuere, ne degeneres ipsi possent impropria sustinere. Cur innocentē zelus inimica fraternitas? Cur inuides bono? Cur pati simplicem non potes? Cur modestum persequeris? Cur probum nō diligis? Cur rea innocentis sanguinis inteneris? Saltē distractus aliquatenus uiuat, ne in te accusator innocens sanguis, ut in Cain, aliquādo existat. Ser-

tom, 1 A 3 ua tibi

ua tibi, serua inimica fraternitas uiuū, quem sentias aliquando placatum. Serua incolumē, quem necessitatis tēpore inuenias prouisorē. Forsitan enim adueniat tempus, quo cum seruū fecisse poſniteat quidem, parricidū perpetrasse minus collibeat. Leuius crimen est sanctum seruituti addici, grauius nihil est innocentē animā iugulari. In seruo quod curetur, inuenies; in parricidio non reperies, quod excuses. Multis prouides, si istū distraxeris: tibi nocueris, si innocentē animam iugularis. Distractus igitur Ioseph sanctus in Aegyptum, accepturus totius prouinciā dominatum, uenundatur in seruū, in famulum addicitur, in innocentem fraterna crudelitas operatur. Suscipit seruitutis notā, quam dominus pręparabat ad gloriā. Humiliatur ad tempus, imminente necessitate regnaturus. Ministrat ut seruus, ut famulus paret, domestica cōplet officia: nec obsequēdo deest in aliquo: ut humilitate perciperet, quicquid illi ingenuæ necessitatis pręstitisset. Adeo tantū sublimatur in domo, tantū famulis cunctis pręfertur, tantū a seruis omnibus honoratur: ut quantū ei domini, tantū ipse familiæ imperaret. Fit rector & prępositus domus, fit cunctis imperans; solus fit domesticæ curæ aptissimus. Sed his bonis cęlesti dono cōcessis, tentatio inimica non defuit. Pudicū iuuenem matrona appetit impudica; ut diabolus, qui in eius necē fratres armauerat, contra eum armaret & foeminā. Sed tam hæc dei iudicio concidit, q̄ fratres deus ab eius parricidio separauit. Deinde solū sola aggreditur: & cū casto puero incesta mulier fabulatur. Tandem, inquit, quærens optatū tempus inuenit: & ad cupiditatē uoluptatis implendę aptissimū silentiū reperi. Nullus inter nos arbiter testis existit, nec maritus domū repetit, nec familia recognoscit, nec aliquis de externis interuenit. Inter nos solummodo causa est. Nullus potest existere, qui possit, quod gerimus, indicare. Fac, quæso, quod peto. Exple animū cupientē tui, ut posco. Desiderātis preces, ne asperneris, exoro. Ego te muneribus honorē, marito cōmendem, ego te libertate condonem; nec quicquā mihi te charior poterit inueniri, si mihi, quod desidero, cōtigerit adipisci. Frustra, inquit Ioseph, frustra mentis inimica tentatio: frustra me innocentē appetis: frustra mihi castissimo lasciuia uerba immittis. Ego em, quod loqueris, fugio: quod queris, nolo: quod desideras, perhorresco. Solum me tuo in cęlestibus deū, cuius disciplinā seruo, integritatē diligo, castitatē custodio. Si enim domus totam potestātē accepi, si nihil mihi pręter te, meus dominus denegauit: quomodo faciam istud, quod dicis, ut dominatorem dominū & patronum tam liberalem offendam? Nam si in me per mendacium crimen conuerteris, & quod nolo, me uoluisse cōtenderis; dei erit liberare, quem in pręsentī desidero non offendere. Igitur postq̄ Ioseph & mulieris blandientis illecebras & serpenini oris colloquia aspernatus, respuit: detentus ab eadem, relictis uestibus fugit. Quæ cum se publicatā conspiceret, uociferata clamauit: & fa-

cinus, quod uitiosa mente cōceperat, in innocentem ipsa cōuertit: & eum uoluisse, quod ipsa non potuit, accusauit. Fugit igitur Ioseph, in quā nudus, pudicitia & castitate uestitus: fugit relictis uestibus, innocētia, qua uicerat, relictus. Et cui impudica mulier indumenta detraxerat, eum sanctitas ipsa tegebat. Habe tu mulier detestanda, uestimenta quæ tenes; habe exuuias, quas in argumentū defensionis false tulisti. Habe apud te testimonium pudici uictoris. Conſinge falsa, calumnias nocte, marito persuade. Conſcientiā tuam nō fallis, qua superatā te ab innocente cognoscis. Læta bat interea Ioseph pudicitia perſecisse bella, perſegisse castitatis præliū, pugna innocētia superasse: in qua pugna lasciuia uincitur, calcæ petulantia, omnis impudicitia detrunctatur, triumphat castitas, integritas gaudet, uictrix innocentia collatur. Sed postq̄ maritus aduenit: detestanda mulier, quam libido nuper in pernitiē innocentis accenderat, in eius mox accusationē exurgit. Gestabat namq̄ in facie terribissima mulier dubios & accipites uultus, & alterna coloris intentio, rubor pallori immixtus, diuersos mētis æstus uerbis timentibus præferbat, ut uideres & conscientiam uicti facinoris aperiri: & innocenti acufationem rabido furore aptari. En, inquit, quem nobis seruū intuleras, en cui uniuersam domū & omnia tua gubernanda credideras. Hic mei pudoris latro, hic pudicitia hostis, hic castitatis prædo extitit: quem uix luctando expulsi, uociferando caui, pugnando deuici. Putauit me quoq̄ sibi denegandam non esse: cui totum, quicquid possides, tradidisti. Tunc maritus furias in se incestæ transfert mulieris, tunc inflammatur insania, tunc sauitia excitatur. Vix ab iniuria abstinet manus, uix sese regit, uix cohibet. Cogitat digna causæ tormenta: meditat̄ conueniētia sceleri tanto supplicia. Obſtinet apud eū falsitas, ueritas exulat. In custodia innocens, quia reus esse noluit, religatur. Cur in innocentē grassaris importuna tentatio? Cur appetis iustum? Cur sanctū persequeris? Ioseph em innocentia reus est, nō culpa: castitate, nō aduſterio offendit. Custoditi pudoris, nō uiolati hostis est. Vim passus est ipse, non fecit: iniuriā accepit, nō irrogauit. Peccauit, quia peccare noluit, non quia peccauit: qui uim poenā meruit, quia peccare pertimuit. Eat licet in carcerē, iustus cōſciatur in uincula, in custodia religet̄: iniuria iniuriōsi est, nō innocentis: poena lædētis est, non læsi. Suppliciū si merui, patior: si nō merui, ille patitur qui irrogauit. Reus quem peccatū non poena castigat, spectat suū suppliciū. Qui quod patitur nō meret̄, sine poena torquet̄: quia tormentū non meretur, quod patit̄. Adeo tormentū quod irrogas, pateris: quod tribuis, sentis: quod inſers, ipse torqueris. Nec ulla tibi solatia poterūt subuenire, nisi iustū a poena uolueris reuocare. Interea Ioseph in carcerē tradit̄, in custodia religatur, exultat & gaudet. Exultat, in quā, uictor & liber. Exultat domesticā calcaſſe calumniā: exultat pudicitia obtinuisse uictoriā. Licet in carcere morari illæsum, quem

quem lasciuia mulier fecerat reum. Licet hic sine A periculo diuersari, quoniā apud suos nō licuit domi. Fit Ioseph in custodia tutus, in carceris loco securus. Domi enim nōnunq̄ calumnia aptatur, in custodia innocenti securitas inuenitur. In carcere enim nullus appetitur, nullus alieno crimine onerā: innocens isthic tempus expectat, reus iudicium. Nec aliena quenquam opprimunt crimina: quia nec bona malis, nec mala bonis deputatur aliena. Intrat Ioseph sanctissimus custodia, uisitor magis quā reus, prouisor non socius, medicus non agrotus, Adeo fit cum ætorum prępositus, sit prouidens omnibus solus, fit in reorum solatium procurator. Gaude innocētia & exulta. Gaude, inquam, quia ubiq̄ illæsa es, ubiq̄ securus. Si tentaris, proficis: si humiliaris, erigeris: si pugnas, uincis: si occideris, coronaris. Tu in seruitute, libera es: in periculo, tuta: in custodia, læta. Tibi omnis reatus addicē: tibi uniuersa militiā subiugetur. Te potentes honorāt, suscipiūt principes, magnates exquirunt. Etiam illi te inquam, desiderant, qui impugnant. Tibi boni parent, mali inuidēt: zelant amulsi, inimici succumbunt. Nec unquam poteris uictrix non esse, etiam si tibi inter homines iudex iustus defuerit.

SERMO DIUI IOANNIS CHRYSOSTOMI IN IOSEPH, DE CONTINENTIA.

Ihi quidem semper utilissimus uidetur, & Christi seruis dignus sermo de continentia, maximē autem tempore hoc, quādo Christum induti pueri ecclesiæ præ alijs bonis continentia possidere maximē debent. Nemo iniuste uel in tempestiue, de fortitudine & certamine factum dixerit sermonē, cum athletæ iuxta olympicas leges exercētur. Itaq̄ & nos nunc, athletas Christi quos uidimus accepisse uirtutē a spiritu propter diuina sacramenta, ad agonem spiritualem missuri, merito de continentia differimus. In mundanis enim certaminibus post uictoriam coronæ, in Christi autē stadijs ante uictoriam coronæ. Quare autem coronatos in agonem mittit nos Christus? ut metū incutiat ad uersarijs: sensusq̄ nostros erigit, ut ad honorem a deo nobis datū spectantes, nihil indignū domino, uel loquamur, uel faciamus. Nā si rex alijs purpura amictus, coronaq̄ caput ornatus, & uictus nature affectionib. indignū quiddā regia maiestate fecerit, mox ut in regia stolam aspexerit, emendat se, operamq̄ dat ne posthac a sædis uincatur cupiditatibus. Et tu quoq̄ indutus Christum, uisa turpis animæ concupiscentia, ad diuinā statim stolam respice, meliorq̄ statim eris, neq̄ maligni artibus offenderis. Igitur pulchrū quidem continentia cōmendare laudibus, pulchrius autē possidere. Et sanē nō parū ad continentia incitantur, qui multū de ea loquunt̄ & audiunt. Atq̄ eam ob rem uirtutes sanctorū celebrare sacris scripturis uoluit deus, ut omnes homines in illorū trahantur imitationē, uestigiaq̄ illorū diligenter sequendo, persuasi continentia parēt. Etem si in gymniciis certaminibus pleriq̄ uilis athletis coronatis,

accens, etiā ipsi se exuerunt, & multos sudores laboresq̄ pertulerunt, ut ramis, uel oleæ, uel lauri coronarentur: quanta ergo nos conuenit alacritate pro continentia sudores ferre, quando alios a deo coronatos uidemus, ut cęlestibus redimiamur coronis; propter bona salutariaq̄ facinoræ. Quomodo nō graue & multa ira dignū, si athletas alleget foliū lauri uel oliuæ, & gloria transitoria huius uitæ: nos autē nihil moueant Christi muñera, ut omnē uoluptatē amoueamus, & timorē dei præferamus cōcupiscentijs? Porro nō in solis hominibus uidemus similiū imitationē, sed & in brutis. Nā & colūba sæpe uisa una auolante, statim sequunt̄ omnes. Et pullus generosus in equorum armēto exiliens, secū rapit omne armentū. Et inter uos, ut in armēto Christi, bonus est pullus, Ioseph cōtinentissimus cęlestibus exultationib. ad sui imitationē nos cōseruos uocans. Saltemus igitur cum bono adoleſcente spirituālē choream, laudantes ipsius continentia, nō uerbis solū, sed & operū imitatione. Ille igitur, ille erat diligēs & perpetuus cōtinentiē cultos, cū posset reginē ipsi imperare, & in delitijs atq̄ luxu diuitē & uoluptarium a gere. Veruntamē quāuis taliū & tatorum dominus futurus, cū cogitasset quod diuitiæ quidem et potētia ac gloria cū pręsentī uita trāſeanti & temporalū lucrū duntaxat habeant, solius autem uirtutis nullus sit finis, ideo uoluptatibus timorē Christi, ut frenum quoddam iniecit. Diuitias autē & delitias, ac promissiones dominæ derisit, miserā in carcere dulciorem censens præclaris domicilijs, tamen his qui excellenter formosi sunt, difficile est imperare uoluptati. Hic autē tantam speciem exhibuit continentia, ut pulchritudine animæ pulchritudinē corporis occultaret, stellæ cuidā pulchræ formositate corporis, angelis autē uenustate animæ cōferendus. Nos autem decet admirari, non solū adolescentis continentia, sed & pericula, quæ pro illa sustinuit, qui morte grauius ac terribilius iudicauit seruire uoluptatibus. Admirabitur autē, qui uirtutem ipsius diligēter cognouerit, & tēpora expēderit, in quibus animā puram seruaui. Nam priusquā in terra & dominus & opifex uniuersi apparuit, libertatem custodiuit mentis. In domo impiorū educabatur, multos habebat ad deteriora adhortantes, carebat continentia magistro. Omnes uoluptati seruirebant, uentri indulgebant, nihil piū, nihil sanctum faciebāt: attamen in tantorū taliūq̄ impiorū corona, uidens dominā intemperantē iacere, cęlestium thesaurorū proditor nō est factus, sed spiritus templum inſepredabile custodiuit, malens mori q̄ seruire uoluptatibus. Non audierat Paulum dicentē, corpora nostra membra Christi esse: & priusquam audiret uocem diuinā nō minor apparuit his, qui cęlestibus promissionibus honorati sunt, docens nos in ecclesijs quā oporteat nos certare, & incorruptā seruire animam. Nam si ego, dicere potest Ioseph, qui ante natum Christū fui, nec audiui excellum apostolum Paulum clamātem, corpora nostra membra esse

Christi, putavi dei seruos decere ut imperent uoluptati; nec inuentus sum continentia decoctor, quantum uos conuenit cum timore & tremore uiuere in continentia, ut ne appareatis indigni honore, & ne membra Christi fiant membra scortis. Hoc uerbum potest omnem animam continentia munire, hoc uerbū ardentes concupiscentias facile restinguit. Neque humber in igne cadens, ita facile flammam deprimat, ut malas concupiscentias marcescere faciat sermo ille in animam admittit. Eisdem sermones nobis loqui & magnus Iob potest, qui non solum diligens continentia fuit exercitator, sed & legem oculis suis posuit, ne in uirginis uiderent faciem, ne forte mentem illius irradians raperet pulchritudo: quantum quis non admiraretur & obstupesceret, uidens uirum hunc cum diabolo quidem uiriliter certare, & omnes maligni machinas uincere, uirginis autem faciem fugere, & a formosae puellae aspectu oculos subducere. Diabolum quidem uidens, accedente non fugit, sed mansit sicut leo uiribus fidens: uirgine autem uisa non stetit, neque moratus in contuenda pulchritudine, sed statim secessit. Censebat nimium in praelio contra demones uirili & audaci animo opus. In continentia autem praeparatione uictoria concedi: non ex uirginum consuetudine, sed secessu. Quisquis igitur promittit uirginitatem, accipiat consilia continentissimi omnium hominum, qui et ipse ante Christum incarnatum diligens continentia fuit custos. Neque enim negligenter audiendum, quod ante Christum incarnatum apparuerint iusti tantum continentiae specimen exhibentes. Non enim erat quod tanta uirtutem illam urgeret, neque uirginibus crimen erat, neglecta continentia possessio. Quomodo autem hoc quia huius causae gratia deus excelsus uniuersorum opifex nostram accepit formam, ut angelorum sanctimoniam ex caelo deduceret. Quando igitur homines post tantum honorem uoluptatibus se mancipant, dici neque temeritatis magnitudo, quam membra Christi membra meretricis facientes, dominum misericordiam afficiunt, & quantum in eis est uanam reddunt. Audiunt demones & timent, quia deus non conuictus ut coniungantur sibi, nos autem sibi adiungat. Et audent fidelium quidam abscindere se a Christo, & se iungere meretricibus. Non tantum est malum e caelo in lutum cadere, quantum malum fuerit membrum Christi factum a diuino honore excidere, & membrum fieri scortis. Quando igitur concupiscentia mala inflammat animam, statim recordare Christi, cogita ad stare tibi Paulum adhortantem, ac dicentem: Nescitis quod corpora uestra membra sunt Christi? Gerens membra Christi, faciesne membra scortis? Si illorum uerborum fueris recordatus, statim fugientem uidebis uoluptatem. Nam si ancillas domina casta & pudica turpitudini deditas statim solo aspectu pudicas facit, quid mirum si titillantem uoluptatem Christi memoria statim sopit? Semper crucem habe ante oculos tuos radiantem, & purus a peccatis per id temporis abibis. Nam sicut columna nubis figuram

Iob 2.4

1. Cor. 6. d

nostrae crucis, Hebraeorum multitudinem protegabat, ne quid mali ab Aegyptiis pateretur: ita crux ante oculos uisa, omnem statim abigit malam uoluptatem. Haec enim salus est animae, laedatque concupiscentiarum salubre antidotum. Etenim infirmitates corporis medicorum artes sanant, animam autem egrotam curat statim eloqua Christi. Eapropter & eos qui peccarunt, & adhuc carnis seruunt uoluptatibus, oramus & precamur, ut excitentur ac respiciant, ne omnino ab affectionibus uincant, neue impetu ferantur, neue in amarum seruitutem sponte se subijciant, sed se in acie proponant, & timore Christi mentem corroborent, ac eijciant ex arce grauium dominam: ut abiecta omni macula, & peccantium turba, cum sancta & incorrupta anima possimus accedere ad diuina, & reuerenda sacramenta magni dei & saluatoris Iesu Christi, cui gloria & imperium, in secula seculorum, Amen.

SERMO DVI IOANNIS CHRYSOSTOMI Constantinopolitani, de Moyse.

Tabat Moyse in monte non armis, sed precibus pugnaturus: stabat extensis manibus ad caelum, deuoto orans affectu, non de terra, sed de caelo auxilium postulabat. Pugnabat cum hostibus absens, cum externis sine bello decertat: ut quem loci diuersitas ab inimicis seiunxerat, orationis effectus, bellatorem presentem hostibus exhiberet. Fit Moyse orante occulta pugna, sed manifesta uictoria; latenter dimicat, ut euidenter deuincat. Solus orat, ut multi saluentur. Stabat Moyse in monte proximus iam caelo, iam uicinus syderibus. Et quanto eum sublimitas montis extulerat: tanto oratio deo proximum exhibebat. Fit Moyse orante uictoria, cessante molestia: potentior hostis efficitur, iusti corpore defatigato. De finit Israel uincere, Moyse desistente in prece: ut dum diuersa populis exhiberentur, orationis potentia nobis monstraretur. Denique tandiu ista diuersitas ualuit, quodiu oratio desuit: perseverante prece, perseverans uictoria roboratur. Iam geritur pugna cum hoste, iam Amalech precibus debellatur. Commendatur Hebraeorum populus deo, quem hostis immanitas prouocarat ad bellum. Oratio in ultionem inimici dirigitur, cuius scelera iam interitum prouocabant: ne dum Moyse oratio circa uictoriae effectus minus ualeret, inimici uirtus in populum dei potentior esset: & non iam coeleste, sed humanum certamen ab omnibus putaretur. Quis enim iustorum non orando, pugnauit? Quis hostem non orando deuicit? Orationibus, Danielis uisa panduntur, sopiuntur flammam, serax hebetescunt, cadunt hostes, inimici uincuntur. Quanto enim purior frequentiorque fuerit celebrata oratio, tanto celerior ueniet inimico uindicta. Licet colloqui cum deo orado, licet cum eo fabulari cum uelis: licet precibus mercari quod optas. Et quantum uocem eius audire non possis: tamen dum id, quod petis, accipis: colloqui tecum, etsi non uerbis, tamen beneficiis dignatur. Et factum est, inquit, cum leuaret manus Moyse, praeualebat Israel: ubi autem submiserat manus

Exod. 17. c. d

Luc. 18. d

Luc. 11. b

Orationis efficacis

manus, inualecebat Amalech. Bellum Christianis indicium, hoc exemplo monstratur: belli effectus, orationis instantia aperitur. Orat enim Moyse, & uincit: cessat, & uincit. Didicit Christianus quid gerat, inuenit quid fugiat. Didicit, inquam, unde aut uincatur, aut uincat: quantum instantius. Christiano orandum sit: & quia periculosior hostis est, & pro se ipso, non pro altero pugnat. Moyse enim & contra hominem, & pro alijs orando pugnat: Christianus uero & pro se ipso, & contra diabolum pugnat. Nec quisquam poterit excusari, qui hostem uincere noluit, dum orando cessauit. Et tamen in Moyse corpus deficiebat: non uoluntas aliquando cessabat. Si ergo fragilitatis causa in Moyse excusari non potuit: quemadmodum in nobis uoluntas poterit excusari? Unde apparet uires hosti illum dare qui cessat: & sese illi subijcere, qui non orat, quod totum esse odisse sua, & diligere aliena: sibi ipsi hostem existere, dum contra hostem noluit iugiter exorare. Hostis enim, dum oras, premittitur: dum cessas, erigitur. Iniuriam nobis ab homine nonnunquam illatam impatienter, quod non licet serimus: & maiorem contumeliam in illum, qui intulit, reuocamus. Tu contumeliam tuam a te tibi illatam, quomodo in te ipsum poteris uindicare, qui ab alio illatam non potes sustinere? Aut tu in te ultionem cui mandabis: cum contra te ipsum hostem erigis, dum eum in te non orando admittis? Oratio iugis, infirmitas hostis. Caeterum ipse contra se tela ministrat, qui hostem precum instantia non fatigat. Quare orationis instantia, hostis seuitia debellatur: non refrenat uires, dum parcimus: non erigat, dum aliquando cessamus. Oportet, inquit, semper orare, & non deficere. Dum oportet dicit, necessitate inducit. Necessitas autem tanta ui astringitur, ut quod necesse est, & si nolis, praeterire non possis. Denique manducandi, bibendi, uestiendi, necessitas a natura illata praeteriri non potest: sine quibus uera uita ista non poterit. Aut praetermittit ista, & uiue: sine quibus uiuere non potes, si praetermittis. Igitur si praetermitti ista non possunt, sine quibus uita ista non potest celebrari: quemadmodum tutus ab hoste esse poterit qui, quod oportet semper, orare contempserit? Petite, inquit, & dabit uobis. Oportet dare, qui praecipit petere: beneficia ingerit, qui poscendi hortamenta exprimit: cupit largiri, qui desiderat postulari: ille suadet, qui praestat: ille hortatur, qui donat: occasiones ille dandi exquirat, qui beneficia tribuere consueuit. Petite, inquit, quod uultis, & faciam: postulate, quod desideratis, ut contempsea. Tale me sentietis in dando, qualem nunc in promittendo conspiciatis. Magna felicitas hominis, si beneficiis responderit creatoris. Habe fiduciam Christiane, ut petas: pete quod desideras, ut accipias: si tamen te actus indignum non faciant: si facta, quod uocaris, ostendant. Deus enim tibi & petenti fiduciam tribuit, & uoluntatem dandi se habere ostendit. Caeterum cessant beneficia, ubi mala non cessauerunt facta. Tunc enim tribuit, quod optatur, si bonos actus morum probitas comite. Ipse se amabilem facit, qui causas, quibus obsequat, inquirat.

Etenim odio dignus est, qui aliud, quam quod profiteretur, exercet. Sed si peccator se quisquam nouit: daret uicia, delicta horreat, peccare desistat. Plus enim deus unius poenitentia commouetur, quam iustorum merito delectatur. Sic erit gaudium in caelo, inquit, super uno peccatore poenitentiam agente: quam super nonaginta nouem iustis, quibus non est opus poenitentia. Nemo ad eum aliquando flens accessit: qui non, quod postulauit, accepit. Nullus ab eo beneficia dolenter optauit, qui non impetrauit, quod uoluit. Ipse est enim, qui consolatur flentes, dolentes curat, poenitentes informat. Detestare peccata, si officia poenitentis inuadis. Aut si peccare delectat: quare sic poenitentiam, quam profiteris, infamas? Contumaciae crimen est: quod oderis, face-re: quod damnaueris, uelle: quod horrueris, exercere. Amare probatur, qui quod odit, exercet: & odisse uicissim, qui quod se amare metitur. Neque enim poterit excusari, cuius uerba aliud sonant, & aliud facta demonstrant. Doleat peccator aliud se esse, quod fuerat: lauret lachrymis, quod delictis infecit: curet fletibus, quod peccato uexauit: gemitibus purget, quod contempnendo commisit. Si poenitet, corrige: si dolet, quiesce. Curet poenitendo, quod fecit: ut possit recipere, quod amisit.

Lu. 15. b

De eo quod scriptum est in lectione Iudicum capite undecimo: Iepthe perrexit ad pugnam, & uerbum uouit domino dicens: Si reuerfus fuero in pace, &c. Homilia. **E**us qui uoluit nihil abscondi a populo suo, quod erat uelatum in lege, in Euangelio reuelauit. Omnia enim patribus quae contingebant, in figura contingebant. Scripta sunt autem ad eruditionem nostram, in quos finis seculi obuenerit. Nunc aggrediamur lectionem ex libro Iudicum, quae nobis a lectione appositae est, & ex ferculo oris sui aures nostrae pulsatae sunt. Haec lectio de Iepthe lecta est, ubi iudex populi factus perrexit ad praesidium pro uictoria populi, proponens propositum, ut regressus gloriosus uictor, si quid ei occurreret primum, offerret deo. Hic unicam filiam habens, occurrit ei praenimio gaudio exultans, qui patrem suscepit hospitem, uictoremque populi. Iste cum uidisset pignus unicum uiscerum suorum, scidit uestimenta sua, dicens: Heu filia mea decepisti me, & ipsa decepta es. Aperui enim os meum ante dominum, ut si quid mihi occurrisset de praelio reuerterenti, immolarem domino. Et illa obtemperans patri, postposita dulcedine praesentis uitae, ait: si aperuisti os tuum, fac & imple quod promissisti. Sed tantum obsecro te, ut dimittas me duobus mensibus plangere uirginitatem meam. Transactis ergo istis diebus oblata est domino. Ista secunda historia lectionis facta. Sed in sinu secreti habebant difficultatem interpretationis, quod dominus aperiet mihi & uobis, orationibus uobis pro nobis. Ergo uoluntatem nostram debemus esse Iepthe, qui deuitis inimicis cupiditatem nostram, & uoluptatem carnis nostrae, offeramus unicam animam nostram, de qua dicebat Propheta: Erue a framea animam meam

1. Cor. 10. c

Iudic. 11. f

Psal. 21. d

meam, & de manu canis unicum meam. Occisus in nobis omnibus delectationibus carnis, uictor res redimus ad deum, offerentes (ut dixi) animam nostram, quae est singularis & unica. Sed scisis uestimētis malarum cogitationū temporalium quae uelant animā, offeramus illam occidendam in malis, uiuificandā in bonis. Vnde dicebat dominus *in Euangelio*: Qui perdidit animā suam, inueniet eam. Nam sexaginta dies plangere uirginitatem: quid significabat, nisi congeminationis trigenarius numerus demonstrat nobis baptismum. Christi, qui triginta annorum baptizatus est, & alius trigenerarius numerus pertinet ad ecclesiam in trinitate baptizans, decalogum implens. Nam ipse sexagenarius numerus coquadratus & bis trigeni sexages facit, & ter uiginti sexages facit, & quater quindenari sexages facit, et sexages deni sexages. Ergo iste coquadratus numerus demonstrat nobis planctum presentis uitae, dicente domino: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Desertum ergo plangimus huius mundi. Desertum enim dicitur ubi non manet. Quia ergo hic non permanet, desertum dicitur. Sed tales sunt conserui nostri cultores dei, filij sapientie, germen bonitatis, qui nobiscum unum & unicum amant, quos una uulua fontis ex semine uerbi in fide baptismi produxit. Ideo ergo quia sexagenarius iste sacratu semper inuenitur, eo quod per sex dies deus constituit omnia quae in mundo sunt: & sex aetates esse uoluit, id est, infantiam, pueritiam, adolescentiam, iuuentutem, grauitatem, & senectutem. Quae infantia agnoscitur ab Adam usque ad Noe: pueritia a Noe usque ad Abrahamam: adolescentia ab Abrahamam usque ad Dauid: iuuentus a Dauid usque ad transmigrationem Babylonis: grauitas a transmigratione Babylonis usque ad Ioannem Baptistam, & incarnationem domini: senectus usque ad finem mundi. Nam & generis humani sex aetates agnoscuntur, hoc est ut dixi superius, infantia, pueritia, adolescentia, iuuentus, grauitas, & senectus. Decalogum ergo omnes aetates implentes omnibus diebus nostris, quia sexages deni sexages facit: & quia uidentur duo menses impleri, & bis trigeni sexages: ideo duplex iste numerus pertinet ad duo testamenta, uel dilectionem dei & proximi. Plangendum est ergo in uita ista caduca ruina plena, calibus oboluta: ut cum plangimus, suscipiat deus immolationem animae nostrae, & unicum offeramus uictores, dicentes cum Apostolo: Bonum certauimus, cursum consummauimus, fidem seruauimus: de caetero superest mihi corona iustitiae, quam reddet mihi dominus iustus iudex in illa die: non tantum autem mihi, sed & omnibus qui diligunt manifestationem eius. Adhuc istum Iephen existimo esse dominum nostrum Iesum Christum, uictorem mundi, qui obtulit filiam suam unicum, ipsam ecclesiam tempore persecutionis malis pontificibus, non agnoscit, sed luporum, dicente ipso: Ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporum. Obtulit ergo ecclesiam per immolationem martyrum tempore persecutionis, et uictima unica oblata est deo, ut sacrificium acceptabile esset patri ex lucris unigeniti. *Offert*

Matth. 16. d

1. Tim. 4. b

Matth. 10. b

unicum unicum, sponsus sponsam, pater filiam. Quid enim potest inueniri fortius integritate & uirginitate ecclesiae, quae concipit in corruptione, creat in integritate. Virgo est ista, quae uirum non nouit. Plangit autem sexaginta diebus uirginitatem suam, id est, omnibus diebus suis. Nec enim mittit ad dominum, qui in ipsa proficiunt, nisi ex magna tribulatione, nisi ex magno planctu & fletu & lachrymis. Haec ecclesia cultoribus suis laetitiam non promittit, neque in presenti seculo securitatem: quia reuera omnis laetitia periculosa est, omnis securitas casibus plena, omnis iocunditas laqueis impeditur. Gaudete ergo, quia dominus noster reuelauit nobis, quod absconditum Iudaeis inimicis suis esse uoluit. Si enim uellet manifestare secreta eis, in parabolis non loqueretur: sed ideo locutus est Iudaeis in parabolis, quia praesciuit eos futuros crucifixores suos. Et nec alius ordo erat, quo transferretur ad nos, nisi ut animam nostram offeramus contribulatam: quia prope est dominus, qui contritos corde, & humiles spiritu saluabit. Nullus aspera habeat praesentis uitae tristitia, quia sola est quae in futuro repraesentat perpetuam laetitiam. Vos qui fortes estis, infirmitatem infirmorum tolerate, & proinuenite ut saluemini orate. Charitatem diligite, pacem possidete, iram temperate, oculum pudicicius agite: humanam gloriam appetere nolite, innocentes & recti in deo permanete: ut ibi de uobis gaudeat mater ecclesia, quae deo quotidie mittit proficentium lucra, ut ueniens in sanctum locum illum secretum tribunalis Christi, dicat de uobis filiis: Ecce ego & pueri quos dedisti mihi.

Matth. 13. c. Luc. 8. b

Psal. 33. d

Iaco. 5. d

De Iepthe, uel de, in tom. ad ad populum ad thiochem. 7. milia XIII.

Quinq; homilias de Anna Chrysostomus habuit: harum prima in Graeco exemplari perijt exceptis paucis uersibus finalibus: secundam & tertiam uertit Erasmus: quartam & quintam nunc primum ex Graecis adiecitimus.

DE FIDE ANNAE, DE QVE PHILOSOPHIA, hoc est, animi moderatione, de humanitate, de honore deferendo sacerdotibus, & quod tum in initio tum in fine prandij sit orandum, Homilia II. Def. Erasmo interprete.



NULLA profectio res est charissimae, quae possit aequari deprecationi, nec quicquam est fide potentius. Vtriusque uobis heri declarauit Anna: cum his enim muneribus accedens ad deum, omnia quae uoluit effecit. Si quidem & naturam matrem ac sterilem correxit, & uulua quae erat conclusa aperuit, & probrum sustulit, & conuicia aemulae dissoluit. Sed ipsam ad magnam restituit fiduciam, dum e peccata infrugifera spicam messuit comantem. Omnes autem distis, quomodo fleuerit, quomodo precata sit, quomodo orarit & exorarit. Concepit, peperit, educauit, & consecrauit templo Samuelem. Itaque nequaquam aberrarit, qui hanc mulierem pueri simul & matrem & patrem appellarit. Quamquam enim & uir addiderat semen, huius tamen deprecatio uim

uim efficaciamque semini praebuit, effecitque ut Samuel auspicatoribus exordijs nasceretur. Neque enim quemadmodum in ceteris hominibus somnus & congressus tantum parerent, uerumetiam preces, lachrymae fidesque fuerunt huius generationis principia. Eoque ceteris illustrior habuit ortum, Propheta propter matris fidem factus. De hac muliere forsitan aliquis non absurde dixerit: Qui seminant in lachrymis in exultatione metunt. Hanc aemulemur uiri, hanc imitemur foeminae: nam utriusque sexus magistra est mulier. Quae steriles sunt ne desperent: quae matres sunt, sic educent natos liberos. Sed omnes simul imitemur mulieris philosophiam, quae habuit ante partum, fidem quam habuit in partu, curam studiumque quod habuit post partum. Quid enim esse possit illa muliere magis philosophicum animique moderatioris, quae calamitatem adeo intolerabilem, placide fortiterque tulit, nec prius destitit, donec eam molestiam discussit, malisque sine repperit, tum admirandum, tum incredibilem, nullo est terrenis accito adiutore & opitulatore. Nouerat enim humanitatem domini, eo quod sola illum adiit, & quicquid uoluit impetrauit. Neque enim humanum auxilium, sed diuinam gratiam requirebat, illius desperatiois correctio: quod ea non nascebatur ex iactura pecuniarum, ut aliquis allato auro, diluere possit angorem: neque ex aduersa corporis ualitudine, ut accitis medicorum filijs morbum posset abigere. Natura erat maledicto obnoxia, caelestem manum desiderans. Eoque sane praetermissis omnibus terrenis ad naturam dominum conuertit, nec prius destitit, quam flesteret exoraretque ut orbitatem tolleretur ac uulua aperiret, eoque sterili faceret matrem. Itaque beata est & ob hoc, non quod mater facta sit, sed quod quum non esset, facta sit. Siquidem illud est naturae commune, hoc autem erat eximium foeminae meritum. Beata quidem igitur & propter nixus illos, nihilominus tam beata, propter omnia illa quae partum praecesserunt. Scitis enim profecto omnes, siue mulieres, siue uiri, nihil grauius aut intolerabilius accidere posse foeminae, quam ut liberis careat, adeo ut si mille prosperitatibus alioqui fruatur, dolor ex hoc uulnere natum haud unquam ex animo ualeat depellere. Quod si id nunc post Euangelij lucem adeo est intolerandum, quum ad maiorem philosophiam uocati sumus, quumque ad caelum tendentibus nullus est rerum praesentium respectus, sed ad alteram uitam adornamur, quumque multis laudibus effertur uirginitas: cogita quanta infelicitatis ea res uisa tum fuerit, quum futurorum nulla esset spes, ac ne cogitatio quidem, ueteris illius legis alumnis, sed omnia fierent rerum praesentium gratia: quum id temporis sterilem & orbam esse foeminam, execrabile quiddam erat ac damnabile. Nemo possit eloqui, nec ullo sermone consequi, doloris magnitudinem ex hoc uulnere uenientis. Testes uero sunt foeminae, quae quum in ceteris omnem praestiterint philosophiam, hanc infelicitatem non pertulerunt aequo animo, sed quaedam maritis indignatae sunt, aliae sibi uita iudicauerunt esse iniucundam. Hanc uer-

ro foeminam, non anxietas modo a sterilitate proteniens, uerum & aliud quoddam obsidebat malum, ira uidelicet, propter aemulae opprobria. Et quemadmodum uentus ex aduerso inter sese concurrentibus, mediaque scapha dum inter se depugnat, corripientibus, ac multis fluctibus partim a prora, partim a puppi insurgentibus, gubernator clauo assidens seruat nauim, undarum incurfus gubernandi prudentia depellens: sic & mulier tum illa, quum ira & angor in animum ipsius faceret impetum, rationem illius perturbantes, multosque fluctus excitarent, non iam biduum aut triduum, aut dies uiginti, sed ad totos annos (nam hoc, ut ait scriptura, ex multo tempore factum est) fortiter pertulit tempestatem, nec passa est rationem demergi. Siquidem dei timor tanquam nauclerus gubernaculis assidens, persuasit eam tempestatem magno animo perferendam esse, nec prius desistit mentem illius gubernare, donec in tranquillum adduceret portum, onere plenam, hoc est, uterum pretioso thesauro onustum. Neque enim aurum argentumue portabat, sed prophetam, sed sacerdotem. Eratque gemina eius uteri sanctificatio, & quod tali puero praegnans esset, & quod conceptionis initium, per deprecationem ac caelestem gratiam accepisset. Onus autem illud non solum erat inopinatum & admirabile, uerum & importationis modus fuit admirabilior: neque enim illud hominibus ullis uendidit, aut negotiatoribus, sed protinus ut exposuerat est scapha, deo uendidit. Tantum autem hac negotiatione lucrum fecit, quantum facere par est eam quae cum deo habuerit commercium. Etenim posteaque eum foetum acceperrat deus, reddidit illi alterum filium: Imo potius, non unum, neque duos, neque tres, neque quatuor tantum, sed his multo plures ut iam usura sorte excederet. Talis enim est negotiatio commerciumque quod cum deo geritur. Non ille quantulumcumque fortis partem, sed multis partibus conduplicatam reddidit. Neque solum dedit illi proles foemineas, sed ex utroque sexu lucrum illius cumulauit, ut illi iam plenum ac perfectum contingerit gaudium. Haec enim commemoro, non ut laudemus tantum, sed & aemulemur huius mulieris fidem ac tolerantiam, quam ex parte quidem audistis hesternum die. Verum ut reliquias persoluamus, concedite mihi pauca commemorare de sermonibus post primam deprecationem cum sacerdote eiusque ministro habitis, ut perspiciatis mentem ac placidum huius mulieris animum. Et factum est, inquit, quum multiplicaret deprecationem in conspectu domini, Heli sacerdos obseruauit os illius. Geminam scriptor hic uirtutem in foemina suo testimonio comprobauit: in precibus assiduitatem instantiamque, & animi uigilantiam: illam quidem quum ait, multiplicauit: haec, quum addidit, in conspectu domini. Nam omnes quidem oramus, sed non omnes in conspectu domini. Etenim quum corpore in terra prostrato, et ore frustra delirante, mens ubique per domum ac foris circuagat: quo ore talis posset dicere, quod orauerit in conspectu domini. Nam in conspectu dei orat, qui orat undiqueque colligens suam mentem, nihil habens cum terra

1. Reg. 1. d

com-

commercij, sed ad ipsum deum totus cōmigrans, A omni cogitatione humana ab animo depulsa. Quē admodū id temporis fecit hęc mulier: totā enim sese collegerat ac mentē intenderat, atq; ita deum invocauit, animo dolente. Sed quomodo dicit q̄ multiplicauerit precationē, quando exiguus est modus precationis quam fudit mulier? Neq; enim in longum produxit sermonē, neq; in multū temporis extendit supplicationem, sed pauca nudaq; uerba proloquuta est. Adonai domine, eloi Sabaoth, si respiciēs respexeris ad humilitatem ancillæ tuæ, mei q; memor fueris, nec oblitus ancillæ tuæ, dederisq; ancillæ tuæ prolem masculam, offeram illam dono in conspectu tuo, usq; ad diē mortis ipsius. Vinum & quicquid inebriat, nō bibit, & ferrum nō ascendet super caput eius. Quæ est hic uerborū multitudo? Quid igitur innuit, quū ait, Multiplicauit: assidue sonabat eadem, nec destitit ipsidem uerbis iterandis multum temporis absumere. Ad hunc modum & Christus in Euangelio docuit orare. Quū enim iussisset discipulis ne more gentium orarent, utentes multiloquio, etiam modum precationis docuit: ostendēs ut exaudiamur, nō esse situm in uerborum multitudine, sed in uigilantia mentis. Quomodo igitur dixerit aliquis, si paucis orandum est, parabolam eis proposuit, admonentē semper esse orandum: Vidua quædam erat, quæ assidue appellando crudelem & inhumanum iudicē, neq; deum timētem, neq; homines reuerentē, frequēter adiens flexit. Quin nos & Paulus hortatur dicens: precationi instantes. Ac rursus, indefinenter orate. Vtrunq; faciendum est, ut nec in longum uerba proferamus, & tamen assidue deprecemur. Hoc, inquit, cum illo pugnat, sed nō inter se pugnant ista. Absit hoc: sed magnopere inter se congruunt. Siquidem & Christus & Paulus iussit breues, sed crebras fieri precationes ex paucis intervallis. Nam si in longum extenderis uerba, quum frequenter parum sis attentus, multam audaciā diabolo suppeditasti, ut accedat supplētēq; ac mentē ab his quæ dicuntur auocet. Quod si frequēter ac subinde oraueris, tēpus omne crebris dirimens intervallis, facile poteris esse sobrius ac uigilans ut precationē multa cum attētionē perficias. Quod sanē hęc fecit, dum non sermone prolixo, sed crebris ac frequentibus precibus adiit deum. Deinde postea q̄ sacerdos illi Paulus ait os: nam hoc est quod ait, obferuabat os eius, & labia eius mouebātur, uox autem illius non audiebatur: coacta est obedire sacerdoti, & ab orando desistere. Et uox quidem illi interclusa est, at non exclusa fiducia, sed uehementius etiam cor clamabat intus. Nam illa potissimū est deprecatio, quum ab intimis uocis sursum feruntur: hoc præcipue mētis est exercitata, non intentione uocis, sed animi seruiore precationem absolueret. Sic orauit & Moses: cui quum nihil uoce resonaret, deus tamen quid, inquit, clamasset ad me? Homines quidem externā hanc uocem tantum audiunt, at deus & ante hanc intus inclamantes audit: Itaq; fieri potest, ut etiam qui

1. Reg. 12. b

Matth. 6. a

Luc. 18. d

Rom. 12. c

1. Thes. 5. c

Exod. 14. d

non clamant audiantur, ut per forum ambulans quis oret accuratissimē, ut in consensu amicorum aliorūq; quiduis aliud agens uehementi clamore inuocet deum, clamore, in quā, interno, etiam si nihil faciat, quod a quoquā præsentium sentiat. Quod sanē tum hęc fecit mulier: uox, inquit, illius non audiebatur & exaudiuit illam deus. Tantis erat illius clamor internus. Et dixit illi puer Heli, quousq; eris ebria? Discute uinū tuum abs te, & recede a cōspectu domini. Hic potissimum licet huius mulieris philosophiā perspicere: Domini exprobrabat æmula, uenit in templū, & sacerdotis puer affigit illā contumelia, & increpat ipse sacerdos. Effugerat domesticā tempestatē, uenit in portū, & rursus inuenit undas, uenit acceptura medicamen, & uulnus exasperatum est. Scitis quomodo animi in moerore constituti, aduersus contumelias & conuicia sint affecti. Quemadmodum acerba uulnera ne leuē quidem manus contactum ferunt: sic & animus perturbatus difficilis est ac morosus, & ad omnia indignatur, quousq; uerbo mouetur & offenditur. Verū hoc nō accidit huic mulieri, ne tum quidem quum a puero conuictus peteretur. Nam si sacerdos fuisse cōuictus, nō erat perinde miranda tolerantia, propterea quod dignitatis magnitudo, ac magistratus autoritas uel inuitam illam cōpulsisset ad modestiam. Nunc uero nec aduersus sacerdotis puerum indignata est: quo magis etiā sibi conciliauit deum: Sic em̄ res habet, quoties opprobrijs milleq; malis affecti, conuictiātes excello ferimus animo, maiorem nobis a deo beneuolentiam conciliamus. Et unde hoc liquet? ex his quæ euenēre Dauidi. Quid autē illi euenit? Exulabat aliquādo ē patria, simul & de libertate & uita sua periclitans, & exercitu aduersus intemperantē illum inuenem tyrannū ac patricidam instructo, errabat in desertis. Nec tamen indignatus est, nec despōdit animū apud deum, neq; dixit: quid tandē hoc rei est? permisit, ut filius insurgeret aduersus illū, a quo progenitus est: qui etiā si quid haberet, de quo iuste queri posset, non oportuit tamē id facere. Nunc uero nec in paruo nec in magno læsus a nobis, obambulat cupiens dextram paterno sanguine polluere, & deus hęc uidēs patitur. Sed nihil horū dixit. Quin quod profectō maius est & admirabilius, errantē & undiq; expulsū Semei quidam uir improbus ac scelestus infectatus est, homicidio pollutū & impiū appellans, alijsq; innumeris conuictijs impetens. At ne sic quidē fuit exasperatus. Quod si quis dixerit: Quid miri? si non ultus est, quū propter imbecillitatē ulciscendi potestatem non haberet? Primū illud dixerim: Non perinde mirarer eum, si diadema gestans & regno potens, inq; throno sedens conuictantem pertulisset, ut nunc illum laudo & admiror tēpore calamitatis philosophantē animoq; moderantem. Nam illic & imperij magnitudo, & cōuictiantis uilitas, sæpenumero persuasit, ut cōtumeliam negligerent. Multi reges frequenter similem animi moderationē præstiterunt, qui insignem conuictiant

2. Reg. 16. b

uitiantium insaniam acceperūt pro excusatione. Neq; enim æquē nos in rerū prosperitate atq; in aduersis opprobria mordere solent. Sed ubi concidimus, tunc magis pungunt nos, acriusq; mordent conuictia. De hoc porro, & aliud quiddam licet cōmemorare, uidelicet quod illi fuerit in manu uindictam sumere. Atq; uti perspicias eam animi moderationem non fuisse impotentia, sed patientiæ, quum id princeps exercitus cuperet sibi committi, ut ad conuictantem transiret, eiusq; caput amputaret, non solum non permisit David, uerum etiā indignatus est, dicens: Quid mihi tecum fili Seruia, sinitē illum maledicere, ut uideat dominus humilitatem meam, & reddat mihi bona pro maledictis huius in die hoc. Quod quidē & euenit. Vides q̄ iustus intellexit, magno animo perpeti conuictia, occasionē esse maioris probationis. Hanc ob causam & Saulem aliquando nactus inter geminum parietem, quum esset occidendi facultas, pepercit, idq; quū comites hortarent ut fringeret gladiū. Sed neq; tā prompta occidendi facultas eū permouit, neq; comitū qui aderāt puocatio, neq; multarū iniuriarū, quas perpeffus fuerat memoria. Neq; enim illum perinde miror, priusquam esset ab uxore instigatus, ut post illud perniciosum consilium. Verum ne cui uideat incredibile quod narro, frequenter quos ipsa rerum natura non subuertit, uerbum corruptaq; exhortatio deuicit. Quod quum non ignoraret diabolus, post insitum uulnus ipsa malorum experientia, etiam per sermones fecit insultum. Nimirum hoc est quod fecit in Dauidē. Posteaquam enim uidit illum infra cō animo tulisse filij rebellionem, & impiam illius tyrannidem, uolens supplantare Dauidis mentē, atq; ad iracundiam percellere, aggressus est illum amarulentis Semei uerbis, hoc agens ut morderet & exasperaret animum illius. Hoc ipsum & in beatū Iob astu molitus est. Ut enim perspexit & illū sua deridere iacula, neq; fecus atq; turrim quandam adamantinā aduersus omnia fortiter consistere, obarmauit in eum uxorem, quō uidelicet, non esset suspectum consilium, & uenenum uerbis foeminae texit, calamitatem exaggerans. Quid igitur beatus ille ac magnanimus? Quis loquuta es, inquit, sicut una de stultis mulieribus: Si bona accepimus de manu domini, mala non excipiemus? Nam si non esset, inquit, dominus, neq; tanto nobis excellentior, sed amicus aliquis pari loco & conditione: quam haberemus excusationē, si tot tantisq; affecti beneficijs, diuersa nolimus perferre? Vides ut uir deum diligens, excello est pectore, nec effertur animo, nec gloriatur, quod plagas illas humanam naturam excedentes fortiter toleret, neq; suæ sapientiæ tribuit, non insolescit tam insigni tolerantia, sed perinde quasi debitū exoluisset, nihilq; præter æquum accidisset, ita ex superfluo mulieri os occlusit. Idem factū est in hac muliere. Nam simul ut Satanas perspexit eam magno animo ferre sterilitatem, adiit sacerdotis

Chryf.

puerum, qui magis illam exacerbaret. At nihil horum accidit mulieri. Sed domi præparata ad perferenda maledicta, æmulæq; cōuictijs exercitata, intrepide iam aduersus eiusmodi assaultus colluctabatur. Quapropter & in templo multam præstitit humanitatē, admodū uiriliter magno animo scōmata perferēs, dū audit temulenta ac uinolenta. Nihil autem uetat & ipsa mulieris audire uerba. Quum enim puer dixisset, digere uinū tuum abs te, & recede a conspectu domini: respondit Anna & dixit, nequaquam domine. Qui contumeliose loquutus fuerat, eum appellat dominum. Non dixit quod pleriq; solent homines, Istāne sacerdos? Ista qui alios docet temulentiam ac mihi exprobrat? Sed illud spectabat, quomodo suspicionem depelleret, licet falsam. Nos contra, si quando conuictijs appetimur, quum oporteret excusare & in gratiam referre, frequenter excitamus incendium, ac ferarum in morem insillimus in conuictatores, præfocantes, obstricto collo trahentes, pro dictis supplicium reposcentes. Atqui his ipsis factis suspicionem de nobis confirmamus. Nam si cupis exprobrantibus ostendere, te non esse temulentum, ostende per mansuetudinem, ostende per humanitatem, non per contumelias & conuictia. Nam si percusseris eum qui te affectit conuictijs, temulentiam tuam condemnatur: sunt omnes: Sin magno pertuleris animo, factis ipsis depuleris malum de te suspicionem: id quod tum hęc fecit mulier. Quum enim diceret, nequaquam domine: re nimirum ipsa declarauit, falsam esse illius suspicionem. Vnde autem uel suspicari potuit sacerdos? Neq; enim ridentem uidit, neq; saltantē, neq; uertigine cōcidentem, non audiuit ullum uerbum obscœnum, aut illiberale sonantem. Vnde igitur concepit hanc suspicionem? Haud ille quidem temere nullaq; de causa conceperat eam: sed ex diei tempore, erat enim meridies quum precaretur illa. Vnde hoc liquet? Ex his quæ locum hunc præcedunt. Surrexit, inquit, Anna, postquam illi comederant & biberant in Silo, & cōstitit in cōspectu domini. Quod omnes faciunt tempus relaxationis, illa fecit tempus deprecationis: post conuiuium accurrens ad supplicationem, fontes lachrymarum emisit, mentemq; præ se tulit sobriam ac uigilantem: ac post epulas adeo intente orauit, ut donum acciperet supra naturam, solueretq; sterilitatem, ac naturæ imbecillitatē corrigeret. Hoc igitur a foemina luro consequuti sumus, ut sciamus & post conuictium orare. Quisquis enim ad hoc præparatus fuerit, nunquam in ebrietatem aut uinolentiam incidet, nunquam edacitate distendetur: sed quoniam expectationem precationis habet pro freno impositam animo, conueniente mensura attinget ex omnibus quæ fuerint apposita, multaq; benedictione tum animam tum corpus implebit. Siquidem conuiuium quod a precatione cooptum, in precationem desinit, nunquam deficiet, sed quouis fonte uberius nobis omnia adferet bonum. B na. Ne

na. Ne igitur tantum negligamus lucrum. Absurdum enim fuerit, si quum famuli nostri, si quando partem aliquam eorum quæ nobis apposita sunt acceperint, nobis gratias agant, beneque nobis precantes abeant; nos quum tot tantisque fruamur bonis, ne hoc quidem honoris deo persequamur, præsertim quum hinc multam simus assequuturi securitatem. Vbi enim precatio & gratiarum actio, eò sancti spiritus aduenit gratia, abiguntur demones, & omnis aduersaria potestas diffugit ac discedit. Qui se conuerfus est ad orandum, non audet quicquam absurde loqui, ne in medio quidem conuiuium: aut si loquutus fuerit, mox resipiscit. Proinde oportet, tum in initio tum in fine conuiuii gratias agere deo, ob hæc præcipue causam, quod quemadmodum dicere cœperam, haud facile prolabemur in ebrietatem, si nos ipsos in hæc consuetudinem constituerimus. Quin si quando surrexeris crapula potuque grauatus, ne sic quidem abijctis consuetudinibus: sed quamuis habeamus grauatum caput, quamuis uertigine circumferamur, & concidamus, nihilo secius tamen orabimur, nec abolēbimus consuetudinem. Etenim si præcedenti die ad hunc oraueris modum, post tri die corriges dedecus pridie commissum. Quoties igitur prandebimus, meminimus huius mulieris, & illius lachrymarum, necnon præclaræ eius ebrietatis. Nam ebria erat mulier, non è uino, sed ex abundantia pietatis. Etenim si post prandium talis fuit, qualis erat sub auroram? Si tam instanter orauit post cibum & potum, qualis erat ieiunans? Redeamus igitur denuo ad uerba illius, uerba multa plena philosophiæ, multaque referta mansuetudine. Quum enim dixisset, nequaquam domine, subtextit: Mulier in duro die sum ego, uinum & quod inebriat non bibi. Obserua quomodo nec hic commemorat æmulæ conuicia, neque tradit illius malitiam, nec domesticam calamitatem exaggerat euulgans, sed hæc aperit suam anxietatem, ut tantum se apud sacerdotem purgaret. Mulier in duro die ego sum: Vinum & quicquid inebriat, non bibi, sed effundo animam meam coram domino. Non ait deprecor dominum, suplico domino, sed effundo animam meam coram domino: hoc est, me ipsam totam conuertit ad dominum, mentem meam exinanit apud illum, roto animo totaque uirtute precatione meâ peregi. Deo narraui calamitatem meam, ostendi uulnus, ille potest dare remedium. Ne des ancillam tuam in faciem, in filiam pestilentem. Rursus ancillam appellat se ipsam, multam adhibens curam, ne à sacerdote malam referat opinionem: nec apud se dixit: Quid mihi curæ est istius calumnia? ignoranter ac temere accusat, suspicatur ubi nihil erat opus. Mea conscientia pura esto, & omnes me traducant: sed apostolicam illam impleuit legem, quæ iubet ut provideamus bona, non tantum coram domino, sed etiam coram hominibus. Atque omnimodo suspicionem depulit, quum ait, ne des ancillam tuam in faciem, in filiam pestilentem. Quid

1. Reg. 1. c.

2. Cor. 8. d.

autem est, in faciem? Ne me existimes effrontem & impudentem esse. Angoris non uinolentia est hæc audacia, moeroris non ebrietatis. Quid igitur sacerdos? Considera & illius prudentiam. Non inquisit curiose de genere calamitatis, non exactius scrutatus est angoris causam. Sed quid ait: Vade in pace, dabit tibi dominus deus Israel omnem petitionem, quæ ab eo petisti. Mulier ex accusatore fecit patronum. Tanta res est humanitas ac mansuetudo. Pro contumelia, copioso accepto uatico discessit, eumque nacta est propugnatorem & intercessorem, quem habuerat obiurgatorem. At ne sic quidem desistit, sed rursus ait: Inueniat ancilla tua gratiam in oculis tuis: hoc est, utinam è fine rerumque exitu discas, quod hanc deprecationem obsecrationemque fecerim non ex uolentia, sed ex angore. Et quum abisset, inquit, non amplius concidit. Vides mulieris fidem: priusquam acciperet quod postularet, perinde confisa est quasi iam accepisset. In causa erat, quod oraret multo cum seruire, multoque studio citra omnem hæsitacionem aut dijudicationem. Hanc ob rem abiit animo pacato, quasi totum impetrasset. Quin insuper deus iam totam anxietatem illi excusit ex animo, largiturus donum quod petebat. Hanc foeminam imitemur & nos, & in omnibus afflictionibus ad deum confugiamus. Et si nobis non fuerint liberi, ab illo postulemus: quos si acceperimus, multa cura educamus: adolescentes quum ab omni uitio seuo cemus, tum præcipue à lasciuia, quod hoc difficile sit bellum, nec alia res molestior est illi ætati, quam hic morbus. Vndique igitur circumuallemus illos consilijs, adhortationibus, terroribus, minis. Si hanc deuicerint concupiscentiâ, nec ab alijs facile expugnabuntur, sed & pecunijs erunt superiores, & temulentia uinolentiamque superabunt, & improbos conuictus omnino studio discutient, & amabiliore erunt parentibus, & omnibus hominibus magis reuerendi. Quis enim non reueretur iuuenem castè sobrièque uiuentem? Quis non amplectatur, exosculeturque eum qui cupiditatibus frenum imposuit? Quis non uel è numero prædiuitum multa cum gratia uolet illi locare filiam suam, etiam si fuerit omnium pauperrimus? Sicut è diuerso, luxuriose uiuentem, etiam si fuerit omnium opulentissimus, nemo tam miser est, nemo tam abiectæ fortunæ, ut sibi generum uelit asciscere. Contra, nullus adeo stultus est, ut sobrium ac pudicum reijciat, & hoc honore iudicet indignum. Ut igitur filij nascantur & hominibus reuerendi, & deo amabiles, exornemus illorum animos, cumque pudicitia ad coniugium perducamus. Hoc enim modo tum illis uelut è fonte prouenient omnia, & deum habituri sunt propitium, denique tum huius presentis tum futuræ uitæ gloria perfruentur. Quam assequi contingat nobis omnibus gratia & bonitate dñi nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria simul cum sancto spiritu, in secula seculorum, Amen.

E I V S.

EIVSDEM DE ANNA, DE QUÆ A Samuelis educatione & quod utilis sit in pariendo tarditas, & quod periculosum sit liberos negligenter habere, Hom. III Desiderio Erasmo interprete.



ISI uideor aliquibus fastidio esse fatietatem adferens, uolo idem argumentum rursus attingere, quo de uobis heri differui: uosque ad Annam introducere, atque in pratum uirtutum illius inducere sermonem, pratum inquam, non quod rosaria profert aut alios flores qui marcescunt, sed quod deprecationem, ac fidam magnamque tolerantiam. Siquidem hæc sunt longè uernis floribus redolentiora, ut quæ non aquarum fontibus, sed lachrymarum hymbre rigantur. Neque enim perinde amnium fontes, floridos reddunt hortos, ut plantam deprecationis fontes lachrymarum irrigantes faciunt in summam altitudinem excurrere. Quod huic contigit mulieri. Simul enim ut loquuta est; subuolauit in celum eius deprecatio, ac fructum ipsi produxit tempestiuum, sanctum uidelicet Samuelem. Nolite igitur molestè ferre, si rursus idem argumentum tractare incipimus. Neque enim uetera dicemus, sed noua quædam ac recentia. Nam in conuiuium corporali, ex eodem obsonio multa eduliorum genera potest aliquis conficere. Quin & aurifices uidemus ex eadem auri massa, & armillas, & in aures, aliasque multas res aureas fingere: quanquam enim eiusdem generis est materia, ars tamen est uaria, nec coarctatur similitudine materiæ subiectæ, quod ipsa sit copiosa, uariisque artificij: multo uero magis spiritus gratia. Nã quod gratiæ mensa sit uaria, multiformis, & opipara, audi Paulum dicentem: Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, alij uero sermo cognitionis, alij rursus fides, alij uero dona sanationum, subuentiones, gubernationes, genera linguarum. Hæc autem operatur unus & idem spiritus, diuidens seorsum cuique ut uult. Multa, inquit, flumina, sed unus est fons. Varia sunt edulia, sed unus est conuiuator. Ergo quum tam magna tamque multiplex sit spiritus gratia, ne defatigemur. Scimus eam fuisse sterilem, scimus eam factam matrem, scimus lachrymasse, scimus gauisam esse. Ac tum simul cum illa indoluimus, simul cum illa gaudio afficiamur & hodie. Sic & Paulus iubet gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. Id uero faciendum est, non solum super his qui nostris uiuunt temporibus, uerum etiam super his qui olim nati fuerunt. Ac ne quis mihi dicat, quid fructus capiam ab Anna, & ab illius commemoratione? Siquidem & orbæ hinc poterunt discere, quomodo ualeant fieri matres: rursus matres scient, quæ sit optima ratio liberos educandi. Nec foeminae tantum, sed & uiri plurimum ab hac historia fructus auferent, si hinc didicerint placidomitiq; erga uxores esse animo, etiam si sterilitatis uitio laborent, quemadmodum Helcana erga Annam fuit affectus. Nec

Chryf.

A uero hoc solum, sed & aliud quiddam boni lucrifacient, & quum didicerint patres omnes oportere liberos qui nati fuerint educare deo. Ne igitur, quoniam pecunias & argentum accipere ex hac narratione non licet, existimemus sermonem nobis infrugiferum esse: sed ob id ipsum arbitremur lucrosum & utilem, quod non aurum argentumue sed quod his longe maius est, animi pietatem, cœlestesque thesauros nobis ostendit, docens quo pacto periculum omne depellamus. Siquidem præbere nummos & hominibus in procliu est: ceterum corrigere naturam, ac talem moerorem excutere, talem animi cruciatum tollere, animum iamiam collapsurum erigere, nulli quidem hominum, sed soli naturæ domino in manu est. Tu uero si quum morbo laborares insanabili, percursa tota ciuitate, pecunias impendisses, pluribus utens medicis, nec ullum mali solatium reperisses: incideres in mulierem quæ cum eodem morbo teneretur, liberata sit, haudquaquam desineres obsecrare, rogare, exhortari, ut eum tibi commonstraret cuius opera fuisset sanata. Nunc uero quum uideas Annam in medio stantem, suumque morbum enarrantem, & eiusdem remedium commemorantem, ac medicum ultrò commonstrantem, nullis obsecrationibus, nullis precibus adductam, non accedes acceptura remedium? Nec audies tota cum attentione historiam? Hoc si piger, quid unquam boni poteris consequi? At alij frequenter magna etiam emensi sunt maria, longinquas peregrinationes susceperunt, pecunias impenderunt, labores perpessi sunt, ut medicum commonstratum in peregrina regione conspicerent, idque quum non admodum certa esset fiducia, ut prorsus à morbo liberarentur. At tu o mulier, quum non sis initura profectionem transmarinam, nec ultra patriæ fines demigratura, nec ullum laborem similem perpessura: & quid dixi, ultra patriæ fines, quum nec ipsum domus limen transire cogaris, sed uel in ipso thalamo possis conuenire medicum, citraque internuntium ullum cum illo colloqui de quibuscumque uolueris; (deus omnium, inquit, appropinquans ego sum, & non deus procul) differs & cunctaris? Et quam habitura es excusationem, quam consequeris ueniam, si quum procliuem & undiquaque facilem uiam inuenire possis, qua ab urgentibus malis libereris, per socordiam tuam ipsius salutem prodideris? Hic enim medicus non sterilitatem, sed & omne morborum genus, tum corporis, tum animi sanare potis est, si uelit tantum. Neque id solum mirandum est, quod citra laborem sine peregrinatione, sine impendijs, absque intercessoribus curationem adhibet, uerum etiam quod citra dolorem. Neque enim ferro ignique nouit tollere malum, quem admodum ceteri medici faciunt: sufficit uel simplex nutus, ac protinus omnis angor, omnis dolor, omne malum fugit, atque exulatum abit. Ne cunctemur igitur ac procrastinemus, licet pauperes simus, & ad extremam redacti egestatem. Neque

tom. 1

B 2

enim

enim hic numeranda est pecunia, ut inopia possi-
mus obtendere. Hic nimirum medicus non ar-
gentum pro mercede petit, sed lachrymas, pre-
ces, ac fidem. Hæc si portans ad illum accesseris,
quicquid omnino postularis accipies, multoque
cum gaudio discedes. Atque id sane quum multis
ex rebus cognoscas licet, tum uero præcipue ex
hac muliere, quæ non aurum non argentum ex-
hibuit, sed preces, fidem & lachrymas obtulit,
atque ita quicquid petijt consequuta discessit. Pro-
inde ne putemus hanc narrationem nobis infru-
giferam esse, quandoquidem scriptura hæc com-
memorat ad correptionem nostram, in quos fi-
nes seculorum deuenerunt. Sed ad eam eam,
discamus quomodo liberata sit à malo, & quid
egerit morbo leuata, & quo pacto fuerit ufa mu-
nere à deo dato. Sedit, inquit, & lactauit Samue-
lem. Ergo conspiciebat deinceps infantem illum,
non tantum ut infantem, uerum etiam ut rem deo
consecratam: eoque matri geminus amoris stimu-
lus inest, alter à natura, alter à gratia. Ac mea
quidem sententia, etiam reuerbatur puerum su-
um. Etenim si qui phialas poculæ aurea deo di-
catur sunt, posteaquam ea iam consecrata acceper-
int, domique reposuerint, nequaquam ea quasi pro-
phana uasa intuentur, sed tanquam deo sacra, nec
admodum caetera: multo magis hæc mulier simi-
li animo attendebat ad puerum etiam priusquam
illum in templum induceret: & diligebat impen-
sius, tanquam filium, & curabat tanquam deo di-
catum, existimans se per illum sanctificatum iri,
quando domus ipsius iam erat facta templum, ut
quæ prophetam ac sacerdotem intra se contine-
ret. Non solum autem eo quod illum deo spon-
dit, uerum etiam ex hoc quod non ausa sit ascen-
dere in templum, priusquam ablactasset infan-
tem, foemina pietatem licet perspiciere. Ait enim
uiro suo, non ascendam donec ascendat puer me-
cum: Quum autem ablacta uero illum, offeretur
in conspectu domini, & sedebit illic in æuum. Non
existimabat esse tutum relicta domo ascendere in
templum, quod quum accepisset donum, non su-
stineret absque dono comparere. Rursus adducto
illo ac mox recepto, descendere uerebatur. Eoque
tanto tempore remansit, ut cum dono compare-
ret. Adduxit, ac reliquit, nec puer à mamma di-
uulsus molestè tulit, quum sciat quàm soleant
indignari pueri quoties à lacte depelluntur. Ve-
rum nec ipse puer ægre tulit à matre diuulsus, sed
ad dominum respexit, qui matrem creauerat: nec
ipsa mater doluit à puero se iuncta: propterea
quod naturalem affectum uicit interueniens gratia,
& uterque se alteri conuiuere existimabat: quem-
admodum eodem in loco fixa uitis, in longum
producit palmitem, & uua multo intervallo pen-
dens, cum radice habet commercium: Itidem &
in hac accidit foemina, quæ in urbe manens usque
ad templum extendit suum palmitem, atque illic
uua suspendit maturam; nec interuallum illud

ullum attulit impedimentum, quum charitas que
secundum deum est, puerum matri copularet. Quan-
quam enim puero ætas erat immatura, uirtus ta-
men aderat matura; nam ascenditibus in tem-
plum omnibus multæ religionis ac pietatis magi-
ster factus est. Siquidem illi dum inquirunt di-
scuntque modum natiuitatis illius, abundè magnū
solatium accipiebant spei quæ est erga deum. Neque
quisquam uiso puero tacitus descendebat, sed om-
nes glorificabant illum à quo præter spem datus
erat. Hanc ob causam Deus distulit partum,
ut hanc augeter uoluptatem, ut mulierem red-
deret illustriorem. Nam quicumque calamitatem
eius nouerant, ij testes facti gratiæ dei: & quod
longo tempore mansit in orbitate, effecit, ut &
ipsa multis esset notior, & ab omnibus beata præ-
dicaretur, essetque apud omnes in admiratione.
Postremo in causa fuit, ut per illam deo gratias
agerent quamplurimi. Hæc ideo loquor, ut etiam
si nos foeminas sanctas nouerimus in orbitate de-
gentes, ne molestè feramus, neque indignemur,
neque ita loquamur apud nos ipsos. Quare tandem
deus despexit mulierem, tanta pietate præditam,
nec dedit prolem? Neque enim ista sunt negligenti-
s, sed hoc nobis expedire, melius scientes quàm
nos ipsi scimus. Ascendit igitur in templum, &
agnellum induxit in ouile, ac uitulum perduxit
ad armentum, & in pratium deduxit rosam à spi-
nis liberam, rosam, inquam, quæ nunquam mar-
cescit, sed floret perpetuo, quæque possit ad ipsum
usque cœlum exillire, cuius fragrantia in hodie-
num usque diem iuuantur, ac reficiuntur omnes
qui terrarum incolunt orbem: tantus annorum
numerus præterijt, & tamē uirtutis illius fragran-
tia semper augetur, nec tanta temporis magnitu-
dine facta est languidior. Talis enim est rerum spi-
ritualium natura. Ascendit igitur præclarum illud
germen transplantans: & quemadmodum indu-
strij agricolæ, primum semen in terram deponunt,
cupressi, aut aliarum arborum similium: deinde
ubi conspexerunt è semine factam arborem, non
relinquunt in eadem terra, sed inde reuulsam plan-
tulam in aliud transferunt solum, ut terra in re-
cens gremio suo exceptam illius radicem, puram
& integram uim suam proferat, ad nouam educa-
tionem: Itidem & hæc fecit mulier, quæ puerum
præter spem profeminatum in illo utero, à domo
transiit, & in templum transplantauit, ubi per-
petuæ sunt fontium scatebræ & irrigationes spiri-
tuales, ut uiderè licuerit illud propheticum in illis
impleri, quod Dauid dixit ita canens: Beatus uir
qui non ambulauit in consilio impiorum, & in uia
peccatorum non stetit, & super cathedram pesti-
lentiae non sedit: sed in lege domini uoluntas eius,
& in lege eius meditabitur die ac nocte: & erit tan-
quam lignum quod plantatum est secus decursus
aquarum, quod fructum suum dabit in tempore
suo. Neque enim post malitiæ experientiam uenit
ad malitiæ remissionem, sed ab ipsis cum abulis
ad uirtutem transiit, non habuit consortium cum
confessibus

confessibus iniquitati obnoxijis, neque communio
nem habuit cum conuenticulis impietate plenis:
sed prima statim pueritia, à mamma matris uenit
ad mammam spirituales: Et quemadmodum ar-
bor perpetua irrigatione in magnam excrescit al-
titudinem: sic & hic diuinorum eloquiorum do-
ctrina assidue irrigatus, ad uirtutis fastigium per-
uenit. Age uideamus quomodo illum plantarit,
affectemur mulierem, simul cum illa templum in-
grediamur. Ascendit, inquit, cum illo in Silom,
in uitulo triennante. Iam geminum sit sacrificium:
& erat uitulus hic irrationalis, ille rationalis: & il-
lum quidem sacerdos immolauit, hunc uero dedi-
cauit mulier. Eratque mulieris uictima melior que ho-
stia, quam obtulit sacerdos, propterea quod hæc
sutorum uiscerum facta est immolatrix. Imitata
est Patriarcham Abraham, cumque illo certamen
suscepit: Sed ille quidem filium receptum reduxit de
monte, hæc uero reliquit in templo, ut illic perpe-
tuo maneret. Quin potius ille quoque totum dedi-
cauit, caue iam illud spectes quod non occidit, sed
quod animo totum peregerit. Vidisti foeminam
cum uiro decertantem: Vidisti nihil à sexu ueti-
tam quod minus æmularetur Patriarcham. Sed ui-
deamus quomodo illum consecrauit: Adijt, in-
quit scriptura, sacerdotem, ac dixit illi: In me do-
mine. Quid tandem est istud, in me? Ausculta, in-
quit, diligenter quæ loquar. Quoniam multum
temporis iam intercesserat, studet illa quæ prius
dicta fuerant in memoriam reuocare. Eoque dicit:
In me domine. Viuit anima tua. Ego sum mulier
quæ constiti in conspectu tuo, deprecans domi-
num pro puero hoc. Effudi preces ad dominum,
& ille dedit mihi petitionem quæ petebam ab eo.
Et ego commodo illum domino, ut feruiat domi-
no omnibus diebus uitæ suæ. Non dixit, ego sum
illa mulier cui tu exprobrasti, quæ maledictis im-
petuisti, quam uelut temulentam & ebriam deri-
sisti, eoque deus tibi declarauit me non esse uiolen-
tam, te uero crimen hoc temere mihi impigisse: ni-
hil huiusmodi uerborum asperorum dixit, sed multa
cum mansuetudine loquitur: quanquam quum
haberet rerum euentum sibi patrocinantem, iure
potuisset exprobrare sacerdoti, quod id tempo-
ris ipsam temere ac citra causam incusasset: nihil
horum facit, sed tantum commemorat dei erga se
beneficentiam. Considera uero gratiam ac prudentem
ancillæ animum. Quum affligeretur, nemini
suam aperuit calamitatem, ne sacerdoti quidem
dixit: æmulam habeo mulierem, quæ mihi expro-
brans conuiciansque chorum habet liberorum, ego
uero quæ modestiam mansuetudinemque colo, ad
hunc usque diem nondum potui fieri mater: sed
deus conclusit uuluum meum, quumque uideret af-
flictionem meam, non est miseratus. Nihil horum
dixit, sed suppresso calamitatis genere, tantum indi-
cauit se animo angere. Dicens, mulier in duro die
ego sum, ne illud quidem dictura nisi sacerdos huc
compulisset, suspiciens eam esse temulentam. At
posteaque id uulnus sustulit, deo dante quod postu-
Chryf.

arat, tum demum dei beneficentiam aperit sacer-
doti, cupiens illum in agendis gratijs habere con-
sortem, quemadmodum prius habuerat in pre-
cando, Aitque pro puero hoc precabar, deditque mihi
dominus petitionem meam quam petebam ab eo.
Et nunc commodo eum domino: Vide quam sit
modesta. Ne putes, inquit, me magnam rem aut
admirandam facere, quod infantem dedico, non
ego huius benefacti sum autor, sed persoluo de-
bitum. Deposuit accepit, & hoc ei restituo qui
dedit. Atque hæc dum loquitur, seipsam quoque de-
dicauit cum puero, quasi solido quodam naturæ
affectu seipsam templo alligans. Etenim si ubi est
thesaurus hominis, illic est & cor eius: multo magis
ubi puer mulieris, ibi & mens illius erat, atque
uterus illius rursus implebat benedictione. Nam
simul atque hæc dixerat, oraueratque. Audi quid lo-
quatur sacerdos Elcanæ: Reddat tibi dominus se-
men alterum ex muliere ista pro scenore quod do-
mino scenerasti. Initio non dixerat, reddat tibi: Sed
quid? Det tibi dominus quicquid postularis. Ve-
rum posteaquam illa deum fecerat debitorem, ait:
reddat tibi, bonam de futuris spem præbens. Ete-
nim si dedit, quum nihil deberet, multo magis red-
diturus est postquam accepit: & hic primus ex præ-
dicatione, & post hunc caeteri è benedictione di-
xerunt originem, totus autem mulieris fructus
sanctificatus est. Atque hic primogenitus foeminae
uirtuti debebatur, alter uero mulieris ac sacerdoti-
s erat communis, nec secus quàm terra pinguis
ac fertilis, postquam accepit felicia femina, osten-
dit nobis legetes: sic & mulier hæc quoniam cum
fide excepit uerba sacerdotis, alias nobis lætas arti-
stas produxit, ueteremque maledictionem Heuæ mu-
tauit, pariens ex deprecatione ac benedictione.
Et tu igitur o mulier hanc æmulare, & si sterilis
fueris, talem preceationem exhibe, sacerdotem ac-
cerse, ut tecum suscipiat apud deum legationem.
Omnino si cum fide uerba exceperis, patrum be-
nedictio in fructum exhibet præclarum ac matu-
rum. Quod si mater fueris, ad huius exemplum
consecra filium tuum deo, & in templum adducito:
Quin ipsum potius templum deo regale para. Mem-
bra, inquit, uestra corpus Christi sunt, ac templum
sancti spiritus qui est in uobis. Ac rursus, inhabi-
tabo, inquit, in uobis & inambulabo. An non ab-
surdum est nos domum ueterem, ruinam minan-
tem fulcire, pecunias impendentes, fabros accer-
sentes, denique nihil non facientes: domum autem dei,
nam dei domus esse debet adolescentis anima, ne
uulgari quidem dignari cura. Vide ne idem audias
quod olim audiere Iudæi. Nam illi posteaque è ca-
ptiuitate templum materiale conspicientes negle-
ctum, priuatas aedes suas exornarunt, adeo deum
exasperarunt, ut mitteret eis Prophetam, qui fa-
mem minitaretur, magnamque rerum necessarium
penuriam, atque hanc cominationis causam eloque-
retur. Vos quidem in domibus undique habetis man-
siones, domus autem mea deserta est. Quod si illius
templi neglectus tantam excitauit iram numinis,
tom. 1 B 3 multo

1. Cor. 10. c

1. Reg. 1. d

Matt. 6. c

1. Reg. 2. b

1. Cor. 6. d

2. Cor. 6. d

Luce 19. g

multo magis huius templi neglectus ad iracundi-
am prouocabit dominū. Siquidem hoc templum
tanto est illo honoratius, quò plura habet sancti-
monia symbola: caue igitur committas, ut tem-
plum dei fiat spelunca latronum, ne & alteram au-
dias obiurgationem, qua Christus obiurgauit Iu-
dæos, dicens: Domus patris mei, domus depre-
cationis est, uos autem fecistis eam speluncam la-
tronum. Sed quomodo fit spelunca latronum?
Quum patimur illiberales ac ferules concupiscentias
intrare, sedemq; figere in adolescentulorum
animis. Tales em cogitationes grauiore ac per-
niciofiores sunt latronibus, quæ puerorum inge-
nuitatem uertunt in feruitatem, ipsosq; brutis
cupiditatibus dedunt in feruitatem, undiq; con-
fodientes illos, ac mentem illorum multis imple-
tes uulneribus. quapropter super his quotidie di-
spiciamus, & uerbis pro scutica utentes, omnes id
genus affectus ab illorū animis depellamus, quò
uidelicet filij nobiscum cœlestis ciuitatis ualeant
esse participes, & uniuersum cultum qui celebra-
tur illic ritè peragere. An non uidetis frequenter
quòd qui in urbibus uersantur, pueros nuper à la-
cte depulso faciunt, Thalophoros, aut Agono-
thetas, aut certaminū præfectos, aut chorearum
magistros faciunt? Idem & nos faciamus, à pri-
mis statim annis inducamus eos ad disciplinam
Reipub. cœlestis. Siquidem hæc terrena, quum
impendium adferat, fructum tamen nullum ha-
bet. Nam, quæso te, quis fructus esse possit è po-
pulari applausu? Simul ut uespera nos occupa-
rit, ilico plausus ille totusq; tumultus emarcescit:
ac festo peracto, perinde quasi in somnis fuerit
delitiati, ita omni uoluptate destituti consistunt,
dum nec à corona, nec à magnifica ueste, nec à re-
liquo fastu uniuerso conceptam uoluptatem, si
quærant inuenire ualeant, quod omnia illa quo-
uis uento celerius prætercurrat. Cæterum in cœ-
lesti politia omnia secus habent, citra impendium
lucrum adferunt & copiosum & stabile. Nam il-
lic non homines ebrii, sed angelorum populus iu-
giter applaudit rem gerenti. Sed quid dixi, ange-
lorum populus? ipse angelorum dominus lauda-
bit & comprobabit illum. Nec uno alteroue die
aut tertio, sed in æternum triumphat illic, gestans
coronam, nec unquam caput illud uidebis ea nu-
datum gloria: neq; enim illius celebritatis tēpus
certis diebus circūscriptum est. Huic cultui nun-
quam paupertas esse possit impedimēto, sed usq;
ad futuri seculi immortalitatem extenditur. Ve-
rum & pauperi licet hoc celebrare festū, imò pau-
peri maximè, quippe qui ab omni mūdī fastu stre-
pituq; sit liber: neq; enim opus est pecuniarū im-
pendijs & opulentia, sed animo puro ac mente so-
bria. Hæc enim est quæ illius politia uestes textit
animæ, hæc quæ coronas concinnat: quæ nisi uir-
tutis officijs fuerit exornata, nulli usui fuerit auri
magna copia: sicut è diuerso nec damno erit pau-
pertas, si diuitias intus habebat repositas. Hanc
celebritatem non modò masculi liberi, sed & filia

nobis celebrēt: neq; enim quemadmodum in ex-
terna administratione uiris tantū imperatum est
hoc festum peragere, uerum & scēminas illud re-
cipit theatrum, & senes & iuuenes, & seruos &
ingenuos. Vbi enim animi spectaculum est, ibi
non sexus, non ætas, non dignitas huius seculi,
non aliud quicquam impedire potest. Eoq; uos
omnes exhortor, ut à teneris statim annis, & fi-
lios, & filias, huiusmodi functionibus dedatis: &
huic admirationi congruentes diuitias eis adda-
tis, non aurum defodientes, non argentum con-
gregantes, sed modestiam, sobrietatem ac pudici-
tiam, reliquasq; uirtutes omnes in animis eo-
rum reponentes. Hos enim sumptus exigit illa
functio. Si hanc igitur opulentiam tum nobis, tum
filijs collegerimus, & in præfenti uita multū splen-
doris consequamur, & in futura uita beatam il-
lam uocem audiamus, per quam Christus omnes
qui ipsum professi fuerint, suo ornat præconio.
Professio autem non tantum fit per fidem, ue-
rum etiam per operatadeo ut si hæc absint, uenia-
mus in periculum ne cum abnegantibus pœnas
luamus. Neq; enim unus est abnegandi modus,
sed multi ac multiplices, quos Paulus nobis de-
scribens ita loquitur: profitentur se nosse deum,
sed factis negant: & rursus: Si quis suorum & ma-
ximè domesticorum curam non habet, fidem ab-
negauit, & est infideli deterior. Et iterum: Fuge
auaritiam, quæ est idolorum cultus. Quum igitur
tot sint abnegandi modi, manifestum est totidem
esse profitendi, ac multo etiam plures, quibus o-
mnibus profiteri studeamus, ut & ipsi in cœlesti ho-
norem consequamur, munificentia & bonitate
domini nostri Iesu Christi, per quem & cum quo
patri gloria, simul cum sancto spiritu, in secula se-
culorum, Amen.

HEIUSDEM AD EOS QUI COMMV-
nitione relicta ad theatra concurrunt: & quòd
non solū utilius sit in ecclesia uersari quàm in
theatro, sed etiā iucundius: & de secūda parte
precautionis Annæ: quodq; indefinenter & in
omni loco precari oporteat, uel in foro, uel in
uia, uel in tecto, Homilia IIII Sigismundo
Gelenio interprete.

HAVD scio quibus uerbis debeam uti
hodie, cum enim uideam cōmunio-
nes parum frequentari, Prophetas
affici contumelia, apostolos despici,
patres contemni, eamq; contumeliā
qua serui appetūtur ad ipsum eorum dominū per-
tinere, libet quidē inculcare, sed qui accusationem
hanc audire deberent, nusquam hic apparēt: uos
solī adestis quibus hac admonitione nihil opus
est. Veruntamen ne sic quidem silendum est no-
bis. nam & indignationē quā nobis mouerūt re-
leuabimus, unaq; cum uerbis ejiciemus: & illos
iplos ad uerecundiam ac ruborem cōpellemus, tot
in eos accusatoribus immisissis, quot nunc in hoc
auditorio adestis. Si em huc uenissent, nostras so-
lum obiurgationes audirent: nunc fugitantes no-
stram

stram increpationē, eadem hæc à uobis audituri
sunt omnia. Sic & amici faciunt: postq; non inue-
nerunt quibus cum expostulare uolebāt, illorum
amicos compellant, ut illos cōueniant, & eis quæ
audiuerunt dicant. Idem hoc etiā deus fecit: omi-
sissis qui in se peccauerunt, in fontem Hieremiā ap-
pellat dicens: Viden' quid mihi fecerit insipiens
filia Iudæ? Hac sane de causa nos quoq; illos accu-
sando uos oratione conuenimus, ut hinc profes-
si eos corrigatis. quis enim tantum neglectum
ferat? Semel in hebdomada hic colligimur, & ne
hæc quidem die seculares curas posthabere susti-
nēnt. & si quis id obijciat, ilico paupertatem præ-
texūt, ac uictus parandi necessitatem urgentesq;
occupationes, defensionem adferētes quauis ac-
cusatione turpiore, quid enim hoc ipso crimine
peius esse potest, quòd aliquid aliud quàm diuina
negocia magis urgens nobis uidetur, magisq; ne-
cessarium? Ergo etiam si maxime uerū hoc esset,
hæc ipsa defensio esset accusatio, ut dixi: ut autem
sciatis quòd ista causatio sint ac prætextus ad ob-
tendendū segnitiam, uel me tacente tertius ab hinc
dies omnes tales causationes redarguet, cum ciui-
tas uniuersa migrauerit ad circū, & domus ac
fora nefarij illius spectaculi gratia euacuata fue-
rint. Et hic ne sua quidem ecclesie loca compleri
uidemus: at illic & cœnacula & domus, & recta,
& abrupta pleraq; occupantur: ac neq; paupertas,
neq; occupatio, neq; debilitas corporis, non pe-
dum infirmitas, non aliud quicquā tale remora-
tur infania nulla retinacula non abruptemur:
sed homines senio confecti iuuenibus ac uigentibus
audiuis illuc concurrunt, canicem suā dede-
corantes, grandeuitatemq; traducētes, & senectu-
rem ipsam præbentes deridendam. Et huc qui-
dem uenientes, cum fastidio ac perturbatione su-
pini sermones diuinos audiunt, angustiis & æ-
stium similiaq; agre ferentes: at illic dum & solem
nudo capite excipiunt, & proculcātur, & protru-
duntur, & magna uī cōprimuntur, & infinita alia
patiuntur incōmoda, non sic ut in amoenissi-
mo prato deliciarum sibi uidentur, hæc est nimirum
illa ciuitatū publica corruptela, quòd tam nequā
sint qui iuuentuti præire deberent, quo enim pa-
cto poteris adolescentem lasciuie ac præter deco-
rum se gerentem ad modestiā redigere, cum ipse
in canticie tam iuueniliter te gerat? cum ipse post
tot temporū curricula satietate insatiabilis illius
spectaculi nondū capiatis? quomodo poteris filij
mores componere, quomodo in seruum peccan-
tem animaduertere, quò amico in officio cessanti
consulere, cum ipse sic in extrema senectute ine-
ptias? Et si quidem à iuvene senex contumeliā
patiatur, ilico atatem ei obijciat, & reperit qui unā
stomachenē. at quando opus est iuuenem ad pro-
bitatē reducere, seq; illi uirtutis ceu regulā quan-
dam exhibere, tū uero cessat ætatis grauitas, sed
maiore q; hi ipsi infania ad illicita illa spectacula
feruntur. Hæc autē dico, senesq; taxo, non quòd
iuniores à noxa absoluā & crimine, sed ut hos per-

illos cōmonitos habeam. nam si senes hoc facere
non debent, multo magis ne iuuenes quidem. illic
enim maior derisio ac turpitudine, hic autem tanto
grauior pernicies profundiusq; præcipitiū, quan-
to concupiscentia maior uis in iuuenibus, quan-
toq; flamma inest eis uehementior: quæ incendijs
miscet omnia, si uel minimum alicunde sit nacta
fomitē, procliuor enim ad concupiscentias est
iuuentus, eisq; longe facilius capitur: quapropter
etiam maiore opus habet custodia, ac riore freno,
tutiore munitione ac obstaculo. Nec mihi illud
obijcias ó bone, quòd uoluptatē habeat hoc spe-
ctaculum: sed hoc potius doce, an nullum hæc uo-
luptas damnum afferat. quòd enim ne cum uo-
luptate quidem hæc res cōiuncta sit, hinc tibi per-
spicuum esse potest, cum à circensibus reuerteris,
occurre eis qui ab ecclesia redeunt, & considera
diligēter, uter tandem maiore uoluptate perfrua-
tur: is ne qui prophetis auditis, & benedictione
ac doctrinæ fructu percepto, simulq; deum pro
suis peccatis deprecatus & conscientia per con-
fessionem reuelata, ab hoc insuper de quo loqui-
mur crimine alienus est: an tu qui matrem cōmu-
nem deseruisti, prophetas contempsisti, deum af-
fecisti contumelia, cum diabolo choreas duxisti,
maledicentibus inter se ac conuiciantibus aures
præbuisisti, temporis deniq; iacturā grauissimam
fecisti, ut qui nec spirituale, nec seculare ullum lu-
crum inde domum reportare ualeas. Ita q; uel uo-
luptatis gratia hic adesse oportet, illic enim con-
tinuo te sequitur animi deiectio, conscientia ac-
cusatrix, dedecus & opprobrium, ut uix oculos
attollere audeas. hic uice uersa omnia contrario
modo se habent, fiducia & oris libertas, & cum o-
mnibus colloquendi facultas de omnibus quæ-
cunq; hic audita sunt. Quando igitur in forum te
contuleris, & uideris omnes ad spectandum con-
currere, tu ad ecclesiam te confestim recipito, &
in ea paulisper commoratus, perpetua diuini uer-
bi uoluptate frue. si enim turbæ impetu abstra-
ctus illuc peruenieris, breui uoluptatula delini-
tus, male habebis per totam sequētem diem, atq;
etiam plures deinceps, tuum ipsius factum con-
demnans. quòd si paulisper te cohibueris, inte-
gram & securam in reliquum diei uoluptatem ha-
bebis. id enim non hic tantum, sed etiā in alijs re-
bus usu uenire solet. Vitiū enim momentaneam
habet uoluptatem, dolorem uero perpetuum. uir-
tus contrā laborem breuem, fructum uero cum
hilaritate indefinentem. Verbi gratia: depreca-
tus est aliquis deum, lachrymas fudit: is modico
tantū tempore se afflictat. Alius tota die se ob-
lectauit, deinde elemosinā dedit, ieiunauit, aliud
aliquid boni fecit: aut cōtumeliā passus nō reges-
sit conuicia: is postq; unico tēporis momēto per-
durauit ac iram cōpressit, in posterū memoria re-
cte factorū gaudet ac lætatur. at in uitijs contra-
rium accidit. Intulit quispiā iniuriam, aut etiā re-
tulit. deinde domū reuersus arrodit cor suū curis
dum uerba sua reputat, propter quæ toties graui-
ter mulctatus

ter multatus est. Quapropter si uoluptatem se-
ctaris, fugito ineptas ac iuueniles concupiscen-
tias, & temperantiam exerceto, auscultationique
uerbi dei attentus esto. Hæc ideo uobis dicimus,
ut uos eadem illis dicendo, & talibus uerbis ob-
tundendo, abstrahatis eos ab omni mala consue-
tudine, utq; omnia rationis potius ductu agant,
persuadeatis. alioqui ne diligentia quidem uestra
probanda est, si temere & nullo delectu adhibea-
tur: id quod uel ex hac quæ in stat communi-
onis apparet, dum sanctam pentecostes celebra-
tatem agimus, tanta concurrat multitudo, ut ma-
gna hic locorum angustia laboretur. nec tamen
hunc conuentum magni facio, quandoquidem ma-
gis ex more sit quam religionis ergo. Quid igitur
illis miserius, quorum & negligentia tot re-
ferta est criminibus, & diligentia nullam lau-
dem promeretur? quisquis enim zelo pietatis ad
hunc cœtum sobrie cupideq; accedit, sine inter-
missione hoc facere debet: & non quam primum
publica celebritas uenerit ad illam pecudis in mo-
rem cum cæteris abduci. Equidem poteram ser-
monem hunc diutius extendere, uerum quoniam
scio uos ultro, ita ut uobis dignum est, plura etiam
dicturos, ne molestus sim illorum obiurgationi-
bus immorando, reliqua uobis committens, ad
solitam doctrinam reuorto. Neq; miremini quod
adhuc in eodem argumento hæremus. nec enim
possum mulierem hanc ex animo meo eximere:
usq; adeo formam animæ eius ac pulchritudinem
admiror. adamo enim oculos nunquam non in-
ter precandum lachrymantes, & os labiaque non
acceritis fucis rubricata, sed gratijs deo agendis
ornata, qualia erant huiusce mulieris cuius philo-
sophiam tantopere admiror, admiror autem eo
magis, quod mulier cum esset, ad hunc modum
philosophata est. mulier inquam, quæ multum &
a multis male audit. A muliere, inquit, inuitum
peccati, & per eam omnes morti obnoxij sumus.
Et iterum: Parua est qualibet malicia, si ad mulie-
ris maliciam conferatur. Et Paulus dicit: Adam
enim non est deceptus: mulier autem decepta,
constituta est in preuaricatione. Hoc est cur illam
maxime admirer, quod hanc criminationem di-
luit, quod hanc accusationem reiecit, quod cum
esset ex infami & criminoso genere, opprobria
ista omnia discussit, reque ipsa docuit quod & illæ
non natura tales fuerunt, sed uoluntate propriaq;
segnicie, & quod huic quoque sexui ad uirtutis fa-
stigiū licet pertingere. contentiosum enim est
hoc animal, auidumq; uictoriae: & siue ad mali-
tiam declinet, magna mala patrat: siue ad uirtu-
tem se applicet, anima citius eam destituat, quam
propositum mutet. Sic igitur hæc quoque natu-
ram suam superauit, necessitatem peruicit, & as-
siduitate precandi uulua sterili prolificam uim ob-
tinuit. Quapropter rursus ad preces confugit,
etiam post impetratam gratiam ad hunc modum
loquens: Confirmatum est cor meum in domino,
exaltatum est cornu meum in deo meo. Quid signi-

ficient hæc uerba, Confirmatum est cor meum in
domino, nuper me apud charitatem uestram dis-
seruisse scitis: superest nunc ut ea quæ deinceps
sequuntur interpretemur. Cum enim dixisset: con-
firmatum est cor meum in domino, mox subiun-
xit: exaltatum est cornu meum in deo meo. Quid
est cornu meum? etenim scriptura hac dictione sæ-
pe uti solet: sicut quando dicit, exaltatum est cornu
eius, & exaltatum est cornu Christi eius, quid igitur
tandem cornu nominat? Potentiam, gloriam,
claritatem, nimirum a brutis animantibus hanc
translationem mutuatus. namq; deus ornamentum
ac teli uice cornua illis addidit, quibus abiectis
præcipuam uirium partem amittunt: & quemad-
modum inermis miles, ita & taurus absq; corni-
bus per facile capitur. Nihil igitur aliud dicit hæc
mulier, quam exaltata est gloria mea. & quomo-
do exaltata? In deo meo, inquit. Hinc etiã in tuto
est hæc cellitudo, ut quæ firmam atq; immobilem
radicem habeat. gloria enim quæ est ab homini-
bus, glorificantium uilitatem imitatur: unde fit ut
non magno negotio subuertatur. at non sic Dei
gloria, sed immobilis manet in perpetuum, atq;
hæc utraq; propheta declarans, tam illius labilita-
tem, quam huius durabilitatem, in hunc modum
loquitur: Omnis caro fœnum, & omnis gloria ho-
minis tanquam flos fœni, exaruit fœnum, & flos
eius decidit. De dei autem gloria non sic. at quo-
modo? Verbum autem dei in æternum manet, id
quod uel in hac muliere patet. Reges enim & im-
peratores & reguli qui nihil non tentarunt ut im-
mortalem post se relinquere memoriam, & mo-
numenta sibi splendida exædificauerunt, & sta-
tuas atq; effigies multas multis in locis posuerunt,
& rerum gestarum cōmentarios non paucos reli-
querunt, nunc tacentur & nō nomine quidem no-
ti sunt. hæc autem mulier ubiq; gentium nunc ce-
lebratur: & siue in Scythiam proficiscaris, siue in
Aegyptum, siue in Indiam, siue ad ipsos orbis ter-
minos, omnes audies bene facta eius decantan-
tes: deniq; quantum terrarum a sole illustratur, to-
tum hoc Anna sua gloria occupat. Nec hoc solum
admiratione dignum, quod ubiq; terrarum hæc
mulier canitur, quin hoc quoque mirabilis, quod
sapientiam eius & longanimitatem & tolerantiam
omnes norunt, in oppidis, in agris, in domi-
bus, in castris, in nauibus, in officinis, deniq; nul-
quam non laudes eius audies, quoties enim clarum
aliquem reddere deo uisum fuerit, etiam si mors
interueniat, aut longitudo temporum, aut quid-
uis aliud, manet tamen gloria illius perpetuo flo-
rens, & claritatem eius obscurare poterit nemo.
hanc ob rem & ipsa erudiens totum hoc audito-
rium, quod non sit confugiendum ad ista tempo-
raria, sed ad eum a quo certissima bona speramus,
autorem huius suæ gloriæ indicat. Cum enim di-
xisset: Confirmatum est cor meum in domino,
subiunxit, exaltatum est cornu meum in Deo
meo: duplicia nobis his uerbis subindicans bona
quæ non temere simul uni contingunt. nam & a
iactatione

iactatione, inquit, liberata sum atq; ignominia, &
securitatem atq; honorem consecuta sum. hæc au-
tem utraq; non facile inuenias in unum conueni-
re. multi enim a periculis liberantur, gloriosam
tamen uitam non habent, alij contra gloria qui-
dem & claritate fruunt, periculis tamen ob hanc
gloriam non carent. Verbi gratia, multi sæpe in
cæcerem coniecti sunt, adulteri, uenefici, sepul-
chrorum perfossores, alijsq; similibus criminibus
obnoxij, deinde iubente regia clementia dimissi
sunt inde: hi a pœna quidem liberati sunt, cæte-
rum probra sua non aboleuerunt, & dedecus eos
nusquam non consequitur. alij uiri militares ac
generosi, conspicuam ac gloriosam uitendam ratio-
nem amplexi, bellicis periculis sese obiectantes
multa sæpe uulnera accipiunt, & postremo im-
matura morte absumuntur: atque hi præ gloriæ
amore securitate seipsi priuauerunt. Huic uero
mulieri utraq; hæc abunde contigerunt, ut quæ
& gloria simul & securitate potita est. Idem & tri-
bus illis pueris accidit. nam & periculum euase-
runt è rogo liberati, & hoc ipso illustres sunt fa-
cti: quod supernaturali modo huius elementi po-
tentiam superauissent. ad hunc sanè modum dei
beneficia se habent. simul enim & tutam & illu-
strem largitur uitam, quod quidem utrumq; hæc
ipsa inuens dicebat: Confirmatum est cor meum in
dño, exaltatum est cornu meum in deo meo. nec sim-
pliciter dixit in deo, sed in deo meo, sibi ipsi usur-
pans eum qui toti orbi communis est, hoc autem
fecit non illius dominium diminutura, sed suum
desiderium indicatura ac consolatura. Sic enim
amatores solent, non ferunt unã cum multis ama-
re, sed eximium quendam ac peculiarem amo-
rem præ se ferre uolunt. Sic & propheta dicebat,
Deus deus meus, ad te mane uigilo. nominata
enim cōmuni eius dominatione, addidit & eam
qua peculiari sanctorum dominus est. Et rur-
sum, deus meus intende in me, quare dereliquisti
me. Et rursus, Dicam deo, protector meus es.
animæ enim feruentis accensaq; desiderio sunt
hæc uerba. idem & hæc mulier fecit. Cæterum ho-
mines ita facere nihil mirum: Cum uero deum
hoc ipsum facere uideris, tum uero merito ob-
stupefias. quemadmodum enim hi non in com-
mune illum inuocant, sed proprium faciendo su-
um eum esse deum uolunt: ita & ipse non solum
communiter unã cum alijs eorum etiam deum
se profiteretur, sed priuatim ipsorum. qua propter
dicebat, Ego sum Deus Abraham & Isaac & Ia-
cob: non contrahens suum imperium, sed ex-
tendens potius: quod non tam multitudine sub-
ditorum quam eorum uirtute cœnseri uult. neque
enim tantum Deus cœli & terræ & maris, & eo-
rum quæ in eis sunt appellari gaudet, quantum
si Deus Abraham & Isaac & Iacob uocetur: &
quod in hominibus non solemus, id in deo uide-
re licet. apud homines enim a dominis serui ap-
pellationem sumunt, & ita omnes ex more loqui-
mur: ille uel ille procurator aut dispensator illius

uel illius Ducis aut præfecti. Nemo autem sic lo-
quitur, ille uel ille Dux aut præfectus illius uel il-
lius procuratoris aut dispensatoris: sed minores a
maioribus semper denominare consueuimus. de
deo autem contra fit. non solum enim Abraham
dei dicitur, sed deus etiam Abrahami, atq; ita do-
minus a seruo denominatur. hoc idem igitur &
Paulus subindicans dicebat, Quamobrem non
erubescit Deus uocari Deus ipsorum. non erube-
scit, inquit, dominus a seruis appellationem su-
mere. Quare non erubescit: dic rationem. Nimi-
rum ut & nos eum imitemur. Quia hospites sunt,
inquit, & aduenæ. Atqui uel ob hoc ipsum eru-
bescere oportebat. Hospes enim uilis & contem-
nendus esse uidetur. At illi sancti non eo modo
hospites erant, quo nos putamus, sed alio quo-
dam minime uulgari. nos enim hospites eos ap-
pellare solemus, qui relicta sua patria in alienam
regionem perueniunt. illi uero non ita erant ho-
spites, sed quod orbem uniuersum despicerent,
& parui facientes terram ad cœlestem illam ciui-
tatem respiciebant, non arrogantia, sed magna
nimitate, non insolentia, sed propter sapientiæ
studium. postquã enim contemplati sunt terrena
uniuersa, & animaduertent fluxa esse & mor-
talia, nec quicquam hic firmum ac stabile, non di-
uitias, non potentiam, non gloriam, non uitam
ipsam, sed singula finem habere & ad suum quodq;
properare terminum: cœlestia uero non talia, sed
in finita immortaliaq;, maluerunt hospites esse in
rebus fluxis & præter labentibus, ut permanen-
tes illas tandem assequi possent. hospites igitur
erant, non quod patriam non haberent, sed quod
sempiternam illam patriam desiderarent. quod
quidem & ipse significando dicebat: Qui autem
taliam loquuntur, patriam se requirere ostendunt.
Quam patriam obsecro. num priorem illam quam
reliquerunt? Minime, inquit. Si enim illius recor-
dabantur, integrum eis erat illò redire. nunc aut
meliorẽ desiderant, hoc est cœlestẽ cuius opifex
& fabricator deus est. ideo non erubescit deus uo-
cari deus ipsorum. Hos igitur nos quoque imitemur,
despiciamus præsentia, concupiscamus futura.
utamur hac muliere magistra, & ad deum semper
confugiamus, ab illoq; omnia deposcamus. ni-
hil enim æque pollet ac deprecatio. hæc enim est
quæ ex impossibilibus possibilia facit, ex difficili-
bus facilia, & ea quæ minus recte habent corrigi-
t. Ideo beatus quoque Dauid dicebat: Septies in die
laudauit te, propter iudicia iustitiæ tuæ. Quod si
homo rex, infinitis curis immerfus, & in tam ua-
ria distractus, toties in die deprecabatur deum,
quam defensionem aut ueniam habere poterimus
nos, qui in tanto ocio degimus, & tamen illi non
assidue supplicamus? idq; cū inde tantus fructus
sit nobis propositus. Impossibile em impossibile
est inquam, hominẽ qua decet alacritate precantẽ,
& assidue deum orantẽ, unquam in peccatũ incidẽ-
re. Id qua ratione fiat, iam dicturus sum. Qui men-
tem suam accendit, & animam erexit tanquam ad
cœlestia

coelestia migraturam, atque ita dominum suum inuocauit, peccatisque in memoriam reuocatis de eorum remissione cum illo collocutus est, obsecrans ut placatus ac propitius sibi esse dignetur: is post tales orationes omnem presentis uitae curam abijcit, aliasque sibi comparat, quibus supra omnes humanas affectiones extollitur: & siue inimicum post precationem uiderit, iam non tanquam inimicum aspiciet, siue mulierem formosam, inuolatus ab eius aspectu permanebit, durante adhuc igniculo per precationem intus accenso, & omnem absurdam cogitationem a se propellente. Sed quoniam homines cum simus facile ad segnicem relabimur, exacta una alteraue aut tertia post precationem hora, ubi senseris pristinum illum feruorem paulatim frigescere, recurre quantocius ad preces, frigescentemque mentem rursus accende. id si per totam diem feceris, per interualla crebris precationibus te ipsum accendens, non dabis occasionem diabolo, aut ullum ad tuas cogitationes aditum. Et quemadmodum in apparando prandio, quoties calidae potu opus est, si aqua parum caleat, ad focum admotam recalfacimus: ita & hic faciendum est, & os nostrum ad precationes quasi ad prunas admouendum, ut hoc pacto mens ad pietatem rursus accendatur. Imitemur etiam fabros caementarios, hi enim quoties laterium paries aedificandus est, in recenti etiam tum structura eum longuissimis interfusciunt, idque non per longa interstitia, sed per modica, ut compages laterum tutior sit ob lignorum frequentiam. idem ipse quoque facito, & quemadmodum illi adstringendo aedificio ligna inferunt, ita tu secularibus negotiis precationes crebras interponens, uitam tuam hoc pacto sepito. quod si feceris, etiam si plurimae procellae ingruant, siue tentationes, siue molestiae, siue cogitationes molestae, siue quiduis aliud, nihil deicere poterit domum tam crebris precationibus suffultam atque munitam. Dices: qui fieri potest ut homo secularis forensibus negotiis affixus tertia quaque diei hora precetur, & ad ecclesiam currat? Potest, & facile est. Licet enim ad ecclesiam currere non sit commodum, potes inibi in foro curiaeque uestibulo haerens nihilominus precari. ad hoc enim mente opus est magis quam uoce, animi contentione magis quam manu extensione: nec tam refert quo corporis habitu id facias, quam quo animae affectu: quandoquidem & ipsa Anna non ob intensam uociferationem, sed ob internum cordis clamorem exaudita est. Dicit enim scriptura: Vox eius non audiebatur, & dominus exaudiuit eam. Hoc & alij multi saepe fecerunt: & intonante intus magistratu, minante, exasperato, furente, ipsi pro foribus curiae stantes postquam se sacro signo munissent, & pauca in animo precati, introgressi ad eum mutauerunt hominem, ac mitigauerunt, & mansuetum ex aspero reddiderunt: neque illis aut locus aut tempus aut ipsorum silentium ad precandum fuit impedimento. Hoc etiam tu facito.

ingemisce amare, in memoriam reuoca tua peccata. suscipe in coelum. dic in mente. Miserere mei Deus. & absoluisti precationem. qui enim dicit Miserere, confessionem offert, & peccatum suum agnoscit. lapsorum enim est misericordiam requirere. Qui dicit Miserere mei, remissionem delictorum accepit. qui enim misericordiam consecutus est, non punitur. Qui dicit Miserere mei, regnum coelorum obtinuit. quem enim deus miseratur, non a poena solum liberat, sed futurorum etiam bonorum possessione dignatur. Ne igitur excusationes queramus dicendo non esse propinquam precationis aedem. nos enim ipsos, si sobrii fuerimus, templa faciet diuini gratia spiritus: ut magna undique nobis precandi facultas affluat. neque enim talis est apud nos diuinus cultus, qualis quondam apud iudaeos erat, multum habens sensibilibus ceremoniarum, multaque operatione indigens. illic precaturum oportebat ad templum ascendere, turturem emere, ligna & ignem ad manus habere, arrepto cultro altari assistere, aliaque multa praecipua perficere. hic nihil tale: sed ubicunque fueris praesto tibi est & altare & culter & uictima. tu ipse & sacerdos & altare & uictima es. ubicunque enim fueris potes erigere altare, si sobriam modo uoluntatem afferas, nec te aut locus aut tempus impedit. sed etiam si nec genua flectas, nec pectus pulses, nec manus ad coelum tendas, si mentem solum afferas seruidam, nihil tibi ad absolutam precationem deerit. Licet etiam mulieri colum tenenti aut telam textenti suspicere in coelum, ac ardenti pectore deum inuocare. licet etiam uiro in foro uersanti aut iter facienti attente precari: alteri itidem in officina sedenti ac corria suenti animam ad dominum erigere. licet seruo obsonanti ac sursum deorsum cursitanti, uel in culina, si non uacet adire ecclesiam, precationem intentam ex imo pectore eiere, non pudet loci deum. Vnum postulat, mentem seruentem animamque modestam. Et ut scias quod non habitu corporis aut locorum temporum ue oportunitate sit opus, sed animo probo ac excitato, Paulus supinus in carcere iacens, non erectus stans, (neque enim compes lignea permittebat) quoniam magna alacritate precabatur, iacens carcerem concussit, eiusque fundamenta uacillare fecit, & optionem terruit, ac mox initiatum ad mysteria nostra perduxit. Rursum Ezechias ille, non erectus stans, neque genibus flexis, sed supinus in lecto cubans per infirmitatem, uersa ad parietem facie, quoniam ardentem & humiliter deum inuocauit, sententiam aduersus se latam reuocauit, magnamque sibi gratiam conciliauit, & insuper in pristinam restitutus est sanitatem. nec solum magnis & sanctis uiris hoc contigisse uideas, sed malis etiam. nam & latro ille non stans in oratorio aut genua flectens, sed in cruce distensus, paucis uerbis coelorum regnum impetrauit. Alius in lacum coenosum coniectus, alius in fouea bestiarum obiectus, alius ceti aluo conclusus, inuocato deo mala instantia discusserunt, diuinamque

diuinamque sibi conciliant beneuolentiam. Hoc a sermone hortor ut continue frequentetis ecclesias, & domi cum magna quiete precemini, per otium genera flectentes manusque attollentes. Quod si tempus aut locus nos in multitudine hominum deprehendat, non est ob hoc a consuetis orationibus cessandum, sed ita ut uestram charitatem monui, precamini & inuocate deum, certi nihilo minus tali precatione optate uos impetraturos. Non haec ideo dicta sunt ut applaudatis & admiremini, sed ut opere ea praestetis, & ut tam nocturnum quam diurnum tempus operandi tempus faciatis, uotis ac deprecationibus illud occupantes, ut & praesentem uitam tuto transigamus, & coeleste regnum assequamur, quod nobis omnibus peruenire de tur gratia, &c.

EIVSDEM ADVERSUS EOS QUI tantum in festis conueniunt, & quidnam sit festum, item aduersus eos qui inculcant diuinam prouidentiam, eo quod in hac uita quidam sint diuites, quidam pauperes: & quod paupertas plus uoluptatis ac securitatis habeat quam diuitiae, itemque de Anna Hom. v. Sig. Gelenio interprete.



RURSUM AD UIDERETUR, eos qui neper adfuerunt comunioni nobiscum horati sumus, ut in paterna domo permanerent, & non una cum festis diebus accederent ad nos ac rursus de cederent. imo uero non frustrati sumus, ex eis persuasum esset oratione nostra, nobis tamen merces integra manet, paratamque habemus apud dominum defensionem. Quamobrem oportet concionatorem, etiam si nemo attendat, semina iactare, & pecuniam deponere, ut postea dominus non ab illo, sed a misericordis ratione reposcat. quod sane etiam nos fecimus, arguendo, increpando, obsecrando, admonendo. In hoc enim uobis commemorauimus filium illum paternarum facultatum absumptorem tandem ad paternam domum postliminio reuersum, uniuersamque eius miseriam, famem, dedecus, opprobria, & quicquid apud externos pertulit adduximus in medium, ut hoc exemplo ad sobrietatem uos redigeremus. neque hic sermonem finiuimus, uerum etiam pater nam erga eos pietatem exhibuimus, non negligentiae poenas exigendo, sed obtiis manibus eos excipiendo, & ueniam delictorum concedendo, & aperta domo mensam apponendo, & doctrinae stola eos amictiendo, caeteramque omnem curam ipsis adhibendo. Illi autem filium illum non sunt imitati, nec eos relictis patris poenituit, neque in paterna domo manserunt, sed denuo se abalienauerunt. Vestrum igitur erat, uestrum inquam qui semper nobiscum estis, reducere ipsos, persuadereque ut nobiscum per singulas comuniones uelint festi esse participes. quamuis enim pentecoste praeterijt, festum tamen non praeterijt. omnis enim conuentus festum est. Vnde hoc patet? Ex ipsis Christi uerbis dicentis: Ubicumque fuerint duo uel tres con-

gregati in meo nomine, ibi sum in medio eorum, quoties autem Christus interest in medio coetus, quod amplius quaeris festi argumentum? Vbi sacra doctrina & preces, ubi patrum benedictiones & diuitis legis auditorium, ubi conuentus fratrum & germanae charitatis uinculum, ubi cum deo colloquium & cum hominibus sermo, qui fieri potest ut ibi non sit festa celebritas? Festa enim non multitudo conuenientium facere solet, sed uirtus, non sumptuosus uestitus, sed pietatis ornatus, non mensae dapnitas, sed cura animae. Maximam enim festum est conscientia bona. Et quemadmodum in externis celebritatibus is qui nec uertem habet qua induatur splendidam, neque mensam qua fruatur lautam, sed uiuit in paupertate, fame, extremaque miseria, non afficitur festo die, etiam si uniuersam urbem choreas agitare uideat, sed hac ipsa de causa magis angitur ac dolet: diues uero delicatus, mutatoris uestibus abundans, & in summa prosperitate uiuens, etiam extra festa tempora festum agere sibi uidetur: ita & in spiritualibus rebus usu uenit. qui uiuit in iustitia & operibus bonis, uel absque festo festum agit, sinceram uoluptatem ex bona conscientia percipiens. qui uero in peccato & malitia degit, multorum malorum sibi met conscius, etiam cum maxime festum est festo caret quam qui maxime. quapropter licet nobis, si uelimus, per singulos dies festum habere, si uirtutem exerceamus & conscientiam purificemus. qua enim re praeterita comunio praesenti hac est potior? tumultu tantum & strepitu, & nulla re alia. quando enim & sacramentorum perceptio, & aliarum spiritualium rerum comunio, puta precationum, auscultationum, benedictionum, charitatis, caeterorumque omnium eadem est etiam hodie, nulla in re haec dies superatur ab illa, quantum uel ad uos, uel ad me concionantem attinet. nam qui tunc nos audiebant, hi nunc quoque audituri sunt: & qui nunc absunt, ne tunc quidem aderant, etiam si corpore adesse uidebantur. non audiunt nunc: imo tunc minus audiebant: nec solum non audiebant, sed etiam audientibus obstrependo molesti erant. quapropter & tunc & nunc aequale mihi praesto est theatrum, idemque auditorum conuentus, nec ulla in re altero illo inferior. imo si mirum aliquid dicere permittitis, hic illo est praestantior: quod & sine strepitu sit sermo, & sine tumultu doctrina, & cum maiore intellectu auscultatio, nullo tumultu auditum nostrum interrumpente. Haec autem dico non quod contemnā multitudinem illius conuentus, sed ut uobis persuadeam ne doleatis ne ue con- tristemini ob paucitatem eorum qui nunc huc conuenerunt. non enim personarum sed auditorum multitudinem in ecclesia requirimus. Quandoquidem igitur ijdem conuictae qui tunc etiam nunc nobis adsunt, pari alacritate hodie quoque conuictae uobis exhibebo, ad argumentum reuersus, quod nobis festum pro tempore interrupit. quemadmodum enim in pentecoste intempestiuum erat omnia beneficia- rum per

rum per id tempus in nos collatorum cōmemora-
 tione inceptum antea contextum continuare: ita
 nunc exacta pentecoste oportune historiā in ma-
 nus resumptā prosequemur, pristinū de Anna ar-
 gumentum tractaturi. non enim refert quā mul-
 ta iam dicta sint, sed quantū superstit ad hoc argu-
 mentum absoluendum. nam & qui thesaurū inue-
 nerunt, licet plurimas inde capiant diuitias, non
 prius abstinent quā totum exhaurerint: ut quos nō
 tam iuuat multa accepisse, quā nihil reliquum
 fecisse, quod si hi qui in pecunias insanunt, tanto
 rerum periturarum nec mansurarū tenentur stu-
 dio, multo magis hoc nos in diuinis facere thesauris
 oportet, nec prius abstinere quā totum hoc
 quod ibi uidemus exhaurerimus. Dixi autē, quod
 ibi uidemus, quia uniuersum exhaurire non da-
 tur. Fons enim est perenniter manās diuinarum
 uis sententiarum, nunquam deficiens, nunquam
 interquiescens. Itaq; ne defatigemur: nō enim de
 uulgaribus rebus nobis est oratio, sed de preca-
 tione spe nostra: precatione per quam sterilis ma-
 ter est facta, & numerosa prolis parens quæ filiis
 carebat, & ex moerente lata: per quam uitiosa re-
 parabatur natura, & clausa reuerabatur matrix,
 & impossibilia quæq; fiebant possibilia. quapro-
 pter omnia paulatim perscrutemur, per singulas
 explicantes dictiones, ut ne minimū quidem nos
 quantum fieri potest, effugiat: siquidem propte-
 rea duas integras disertationes in duo sola eius di-
 cta insumpsimus, primum confirmatum est cor-
 meum in domino: & quod mox sequitur, Exal-
 tatum est cornu meum in deo meo. Consequens
 igitur est hodie ad tertium uenire. quod uero hoc
 est: Dilatum est os meum super inimicos meos.
 Animaduertite accuratā orationem. non dixit,
 Exacutum est os meum super inimicos meos: non
 enim ad conuicia & dicitia præparatū erat, non
 ad accusationem & opprobria, sed ad consilium
 & admonitionem, ad correctionem & instructio-
 nem: propterea nō dixit, Exacuta est lingua mea
 super inimicos meos: sed, dilatatum est os. Re-
 laxatione, inquit, fruor, libere loqui possum: iam
 pudore discusso ad libertatē redij. ac ne nūc qui-
 dem mulierem æmulam nominauit, sed simplici-
 ter indefinita nuncupatione, quasi quadam per-
 sona tantæ tristitiæ autorem abscondit. Non dixit
 ut multæ dicunt mulieres, Confudit eā deus, dissi-
 pauit & deiecit scelestam, & arrogantem & ma-
 gniloquam: sed simpliciter, Dilatatum est os meum
 super inimicos meos, lætata sum in salutari tuo.
 Vide quomodo eandem legem per totam preca-
 tionē seruat. sicut enim in principio dicebat, Con-
 firmatum est cor meum in domino, exaltatum est
 cornu meum in deo meo, dilatatum est os meum
 super inimicos meos: ita & hic Lætata sum in sa-
 lutari tuo. Non simpliciter in salutari, sed in sa-
 lutari tuo. Non enim quoniam seruata sum, sed
 quoniam per te seruata sum, propterea lætor &
 exulto. Tales sunt sanctorum animæ. Deo magis
 lætantur autore munerū quā ipsi muneribus.

non enim eum propter dona ipsius, sed dona pro-
 pter illum diligunt. Hoc seruos gratos decet, hoc
 famulos agnoscentes beneficij magnitudinem, ui-
 delicet rebus suis omnibus præponere dominū.
 Sic etiam nos affecti simus. cum peccauerimus
 non doleamus quia punimur, sed quia dominum
 offendimus: & si quod bene factum nostrum est,
 non gaudeamus propter regna cœlorū, sed quia
 rem cœlorum regi gratam fecimus, qui enim sa-
 næ mentis est offensam dei magis timet quā ul-
 lam gehennam, & beneuolentiā eius pluris æsti-
 mat quā ullum regnū. Nec mireris si erga deū
 esse sic affectum oportet, cum erga homines mul-
 ti sic affecti sint. siquidem non raro qui germanos
 liberos habent, si uel inuiti eos læserint, à seipsis
 poenas reposcunt: & in amicis idem facere sole-
 mus. Quod si amicos aut filios offendere multo
 grauius putamus quā poenas luere, multo ma-
 gis erga deū sic affici decet, & omni gehenna gra-
 uius putandum est aliquid fecisse quod illi displic-
 ceat. Talis erat beatus Paulus, propterea dice-
 bat, Certus sum quod nec angeli, neque princi-
 patus, neque potestates, neque præsentia, neque fu-
 tura, neque altitudo, neque profundum, nec alia
 creatura poterit nos separare à dilectione Dei,
 quæ est in Christo Iesu domino nostro. Quin &
 martyres cum mactos uocamus, ob uulnera pri-
 mum prædicamus, mox ob præmia, prius ob pla-
 gas, & tum demum ob coronas repositas. præ-
 mia enim propter uulnera contingunt, & non
 uice uersa. Ita beatus quoq; Paulus non tam repo-
 sitis sibi bonis, quā molestijs propter Christum
 perferendis gaudebat, clamabatq; dicens: Gau-
 deo in passionibus pro uobis. & iterum, Non so-
 lum autem, uerum & gloriamur in tribulationi-
 bus. & rursum, Quoniam uobis donatū est à deo,
 ut non solum in eum credamus, sed etiam pro eo
 patiamur. Est enim gratia uerè maxima dignum
 cenferi propter Christum aliquid pati, & corona
 uere perfecta, & merces futura retributione non
 minor: & hoc norunt, qui legitime ac feruenter
 Christum diligere sciunt. Talis erat & hæc mu-
 lier, ardentissimum habens in deum desiderium,
 & ignitū amorem, propterea dicebat: lætata sum
 in salutari tuo. Nihil enim ipsi cum terra fuit cō-
 mune, sed omne humanum auxiliū despiciēbat,
 & erat eleuata spiritus gratia & sublimis, & in o-
 mnibus ad deū respiciebat, & ab urgentibus mo-
 lestijs liberationē illius beneficium esse rogabat.
 nouerat enim, planè nouerat, quod humana qui-
 dem, qualiacunq; sint, dantium imitantur natū-
 ram. nobis autem diuino semper opus est auxi-
 lio, si uelimus ancoram in tuto firmare. quapro-
 pter ad deum semper cōfugiebat, & accepta gra-
 tia, quod deus autor eius esset, magis gaudebat,
 & gratias agens dicebat: Non est sanctus, ut est
 dominus: & non est iustus, sicut deus noster. Et
 non est sanctus præter te. Etenim irreprehensibi-
 le, inquit, iudiciū eius, & incorrupta infallibi-
 lisq; sententiā. Vidisti gratæ animæ cogitatum?
 Non dixit

Non dixit intra se. Quid magnum, aut quid præ
 alijs accepit? Quod æmula meæ iam dudū copio-
 se contigit, id ego uix tandem magno conatu, &
 lacrymis, & precibus, & indefessis supplicationi-
 bus impetraui. Sed quoniam bene sentiebat de dei
 prouidentia, rationem beneficentiæ non reposcit
 à domino, quod multi faciunt, per singulos dies
 dominū iudicando. si uiderint hunc prædiuitem,
 alium inopem, nō desinunt aduersum eius prou-
 dentia obloqui. Quid facis o homo. Conferuum
 te iudicare nō sinit Paulus dicens: nolite ante tē-
 pus iudicare donec ueniat dominus: & tu domi-
 num in iudiciū trahis, & rationē ab eo exigis, nec
 exhorres aut expauescis? & quā speras ueniam,
 obsecro, quā excusationē? cum per singulos dies,
 imò uero singulis horis experimētum prouiden-
 tiæ capias, tamen ob inæqualitatē, quæ inter diui-
 tes & pauperes uidetur, omnium rerum bonam or-
 dinationē damnas, idq; iniuste. Si enim ita ut de-
 cebat cum magna mentis intentione hæc scrutari
 uoluisses, etiamsi nullum aliud diuinæ prouiden-
 tiæ argumentū habuisses, certè ex diuitijs & pau-
 pertate eam deprehendere potuisses. paupertate
 enim sublata, uita totius constitutio tolleretur, &
 omnis uiuēdi ratio perturbaret. nā neq; nauta e-
 rit neq; gubernator, nō agricola, nō cœmentarius
 nō textor, nō sutor, nō materiarius, non ærarius,
 non corarius pistorue, nec alius ullus opifex: qui
 bus si nobis carendum sit, omnia pessum ibunt.
 nunc enim, quasi magistra quædam optima, ne-
 cessitas paupertatis singulos ad opera uel inuitos
 perurget. quod si omnes essent diuites, omnes e-
 tiam in otio uiuerent, atq; ita omnia corrumpere-
 tur, & nihil non periret. præterea suis ipsorū uer-
 bis conuinci possunt & ad silentium redigi. Cur
 enim, quæso, dei prouidentia accusas? nēpe quod
 alius plus, alius minus, pecuniarū possidet. Quid
 tum? si in maioribus rebus, & quibus uita nostra
 constat, pares esse omnes homines ostendam, ne-
 cesse erit ut per omnia diuinam prouidentia ap-
 probes. nam si inde colligis nullā esse prouiden-
 tiam, quod una in re potior sit diuitum conditio,
 uidelicet pecunijs: si compertum fuerit omnes æ-
 qualiter potiri, non una re neq; tam uili, sed pluri-
 bus & multo maioribus, perspicuū est quod inde
 uel inuitus dei prouidentia cogere astipulari. A-
 ge ad ea, quibus nostra uita constat, sermone pro-
 grediamur, eaq; diligenter inquiramus, & uidea-
 mus an in illis plus paupere diues habeat. Puta di-
 ues habet Thalium, & alios multos fictitios po-
 tus, & ad uoluptatem conditos: at fontes aqua-
 rum omnibus pariter sunt propoliti, tam paupe-
 ribus q; diuitibus. Ridebis fortè, audiens hanc æ-
 qualitatē. Audi igitur quanto præstantior sit quo
 uis uino aquæ natura, magisq; necessaria et utilis:
 & reuocabis tuam sententiā, uerasq; pauperum
 diuitias intelliges. nam uino quidem sublato non
 magnum fuerit detrimentū, præter q; infirmis so-
 lis: Siquis autē fontes sustulerit & aquarū elemen-
 tum, uitam omnē nostram subuerterit, & omnes
 perdiderit artes: ac ne biduum quidem durare po-
 terimus, sed statim omnes moriemur morte qua-
 dā miserabili atq; grauissima. In necessarijs itaq;
 rebus, quibus uita cōstat, pauper nō est inferior,
 imò si mirum quiddam dicendum est, superat e-
 tiam diuitem. multos enim diuites cernimus pro-
 pter delicias ualetudinarios, ut plurimū aquæ po-
 tu abstinere: pauper autē per omnē uitā his fluen-
 tis libere fruit, tanq; ad mellis fontes sic ad aqua-
 rum currēs riuulos, sinceram inde & purā perce-
 pturus uoluptatem. Quid autē ignis natura, nōne
 ne quibusuis thesauris utilior, humanisq; diuitijs
 omnibus? & hic quoq; thesaurus ex æquo diuiti
 pariter ac pauperi propositus est. Quæ uero na-
 scitur ab aere corporib; nostris utilitas, & lux so-
 laris nūquid diuitibus magis q; pauperibus exhi-
 betur, & eam illi quatuor, hi duobus tantum ocu-
 lis uidēt? sed neq; hoc quicq; dicere potest. utriq;
 enim pari mensura ea perfruunt: imò uero & hic
 pauperum partes sunt potiores, quanto & sensus
 habent uegetiores, & acutiorem oculum, & uim
 percipiēdi præstantiorē. quapropter & ueriores
 hauriunt uoluptatem & creaturarum contempla-
 tione magis delectantur. non in solis autē elemen-
 tis, sed in omnibus alijs naturæ muneribus, mul-
 tam uidebis æqualitatem, imò prærogatiuā etiam
 pauperum. nam somnus omnibus delicijs suauior
 magisq; necessarius, omniq; utilior nutrimento,
 pauperibus est q; diuitibus faciliior, atq; sincerior
 etiam. Illi enim ut qui in delicijs degunt, cibo fa-
 mem, potu sitim, somno dormiendi necessitatem
 præueniunt, atq; ita omnē uoluptatē sibi metipsis
 interceptiunt. nō enim perinde in natura istorum,
 ac in usu necessario, uoluptas cōsistit. non ita pla-
 centas edere iuuat, sicut esuriendo quēuis cibum
 sumere: non ita molli recubare strato, ut oppres-
 sum somno ubiuis iacere: quæ omnia magis apud
 pauperes sunt q; apud diuites. Quæ uero perti-
 nēt ad corporis ualetudinē, & omnem aliam bo-
 nam habitudinem, nōne communia sunt diuiti-
 bus iuxta ac pauperibus: nemo dicere potest aut
 ostendere, quod pauperes soli ægrotent, diuites
 semper prospera utantur ualetudine. Contrarium
 quidem uidere licet, pauperes nō facile insanabi-
 libus morbis capi, sed eos passim in diuitum cor-
 poribus provenire. certè podagræ, grauedines,
 dissolutiones neruorum aut contractiones, uarij
 fluxus uitiosi ac corrupti, delicatos illos magis
 infestant, eos qui unguenta olent, non eos qui la-
 borant & exercent, & quotidiana opera uictum
 sibi cōparant. quapropter mendicis etiā misero-
 res sunt quotquot in delicijs uiuunt, id quod nec
 ipsi inficiari possunt. frequēter quippe diues mol-
 li lectulo cubans inter omnimoda seruatorū ac an-
 cillarum obsequia, audito mendico per uicū cla-
 more panem petente ingemuit, & cum lacrymis
 precatus est, ut talis fieret dummodo sanus, po-
 tius q; in diuitijs aduersa labore ualetudine. Nec
 tantum ualetudinis prosperitate, sed prolis etiam
 felicitate, diuites nihilo potiores uideas q; paupe-
 res, sed utrobique in differenter aut nullam aut nu-
 merosam sobolem: quin potius & hac parte diui-
 tom, i tem ui-

rem uideas inferiorē. pauper enim licet pater nō fiat, haud multum sentit dolorē: diues autē quanto magis auctam rem uidet, tanto magis orbitate angitur, hāc heredis desiderio nullam sentiens uoluptatem. Et pauperis quidem hāc hereditas, licet sine liberis decedat, cum propter exilitatē non sit contentione digna, ad amicos trāsit atq; cognatos. diuitis autem eo quod multorū undiq; ad se alluciat oculos, non raro ad inimicos defuncti deuenit. Quod cū ille uiuēs in alijs fieri uideat, uitā degit mortē molestiorē, in se quoq; expectans idem factum iri. Quod autē ad mortē attinet, nōne et hic eadē aequalitas? nōne tā diuitibus q̄ pauperib. immaturae mortes accidunt: atq; etiā post mortē nōne tam his q̄ illis omnibus similiter corpus dissoluit, fauilla q̄ fit & puluis, & uermes gignit? At funeralia nequa q̄ similia. at quae utilitas? cum enim defuncto multa inculcaueris uestem pretio sam & auratam, nihil aliud nisi maiorē inuidiam & criminationē attuleris, et aduersus defunctum omnium ora referaueris, & innumeras ei paraueris maledictiones, dum singuli rumpuntur indignatione, & mortuū execrantur, qui ne post obitum quidē insanire in pecunias desuerit. huc accedit aliud malum, quod furum oculi irritantur. itaq; quo maius est officium, eo maioris illi fit occasio contumeliae. pauperis enim cadauer nemo spoliare curat, ipsa indumentorū uilitate tutum. hic autē obices & serae, fores atq; custodes, omnia incassum adhibentur, cum pecuniarum auaritate nihil non audeant qui talibus maleficijs sese affue fecerunt. itaq; maior honor defuncto maiorē infert iniuriam, & cui uilia funeralia contigerunt, iacet inuiolato sepulcri honore; cui uero pretiosa, is spoliatur ac illuditur. aut si hoc ludibriū euadat, ne sic quidem potior erit, nisi quod maior corruptio fiet, largiusq; uermi pabulum. Hęcine sunt quae ob quae beatos praedicemus? & quis est a deo miser ac erumnosus, ut ob hanc hominem existimet inuidiosum? Verum & alia singula percurrentes, diligenterq; scrutates, pauperes diuitibus praeponeudos comperiemus. Hęc igitur diligenter considerantes, & omnia reliqua percurrentes (dicitur enim, Da sapienti occasionem, & erit sapientior) & illud continue retinentes memoria, quod pecuniarū copia nihil amplius affert possessoribus q̄ curas, sollicitudines, timores & pericula, nihil deteriorē q̄ diuitum nostram conditionem putemus. si enim aduigilauerimus, potiores etiam partes habebimus, tam in huius seculi rebus quam in diuinis, nam & uoluptatem & securitatem, bonamq; opinionem ac ualitudinem, tum rectam uiuendi rationem, spem in futurum bonam, minoremq; peccandi occasionem, apud pauperes magis q̄ apud diuites inuenias. Absit igitur ut more seruorum ingratorum murmuremus, aut uituperemus dominum, sed pro omnibus rebus gratias agamus, nihil malum ducentes nisi peccatum, nihil bonū nisi iustitiam. Si sic senserimus, non aegritudo, non inopia, non ignominia, nihil denique simile molestum nobis erit: sed

puram ex omnibus rebus percipientes uoluptatem, futura cōsequemur bona, gratia domini nostri Iesu Christi, cū quo patri gloria, simul & sancto spiritui, in secula seculorum, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI HOMILIA DE DAUID & SAULE, DE Q̄ TOLERANTIA, & QUOD OPORTET INIMICIS PARCERE, nec de absentib. male loqui. DOMINE MISERERE. Des. Erasmo interprete.

Quoties diutina quāpiam ac dura inflatio corporibus inhæsit, tum & longo tempore, multoq; labore, & multa sapientia in ad mouendis remedijs est operatus, ut collectus tumor, absq; uitę periculo dissoluatur. Idem uidere est in anima. Quoties enim aliquis morbū qui iam radices egit in anima, multoq; tēpore cōcretus sit, radicatus euellere uoluerit, non satis est ad correctionē unius duorum ueruerit admonitio: uerū oportet frequenter ac diebus cōpluribus in hac cura uersari: si modo nō in ambitionem ac uoluptatē, sed ad fructum, & utilitatem munus hoc publicū gesturifumus. Eoq; quemadmodum de iurando fecimus, multis ordinē diebus uobis de eodē differentes argumēto: ita dem de ira nunc faciemus, continuamq; de ea faciemus exhortationem pro nostra quidem uirili. Nam hic mihi uidetur optimus esse docendi modus, si non prius desistamus cōsulendo quacunq; de re, q̄ uiderimus admonitionē ad effectum peruenisse. Etenim qui hodie de elemosyna, cras de orando, perēdie de humanitate, deinde rursus de animi modestia differit, nihil horū in auditorum animis perficere rectē poterit, ab hoc ad illud, rursus ab illo semper aliō transiliens. Sed necesse est, ut qui uelit orationē in auditorū animis fructum destinātū assequi, non ante desistat iisdē de rebus admonēs cōsulensq;, nec prius ad aliud quippiā transiliat, q̄ conspexerit superiorē admonitionē in eis bene fixam ac radicātā. Idem hoc facere solent praepceptores. Non prius ad syllabas, hoc est, literarū cōiunctionē adducūt pueros, q̄ elementorum cognitionē in eis uiderint rectē confirmatam. Hesternō igitur die parabolam uobis de decem denarijs, ac decem milibus talentorum enarrantes, ostendimus quātum esset malum, iniuriarum meminisse. Quem enim decē milia talentorum non perdidit, hunc centū denarij exitio demerserunt, ac ueniam pro debitis cōcessam, in irritū reuocarunt, debiteq; pecuniae condonationem dissiparunt: eumq; qui fuerat à criminibus liberatus in iudicium retraxerunt, atq; ipsum debitorē in carcerē coniecerunt, deniq; immortalī supplicio tradiderunt. Sed hodie de diuerso argumento dicere tentabimus. Oportuit enim de humanitate ac mansuetudine uerba facientē, ē domo atq; ex sese istius praclare philosophiae exempla prebere, atq; ita demū simul & uerbis eam docere, & factis ad eam instituire. Quoniam autem nos ab hac uirtute longo absumus interuallo, uo quoq; tā numero sanctorum in mediū producto, oculisq; uestris subiecto, perspicuā quandam ac poten-

De Tomatha q̄ Saule, uide in ulti. tomo ad populum Antiochenum Homilia XIII

mod. 2. r. e.

ac potentem uobis ad mouebimus exhortationē, admonētes ut dum uelut ad archetypi cuiusdam aemulationem adhortamur, admoneamus & nos ipsos. Quis igitur in mediū proferendus est, de humanitate dicturo? Quis uero alius, quā is qui caelesti testimonio laudari meruit, ob hoc ipsum maximē suspiciendus? Inueni, inquit, Dauid filium Iesse, uirum secundum cor meum. Porro posteaquā deus pronuntiauit, nulla cōtradicens reliqua est occasio. Nam illius calculus incorruptus est, eō quod deus nec ad gratiā, nec per odiū iudicat, sed pro mera animi uirtute fert suffragiū. At non ob id tantū hūc in mediū produximus, quod numinis suffragio fuerit laudatus, uerum etiam quod sit de numero eorū qui sub uetere lege sunt educati. Si quidem sub lege gratiā extitisse quēpiā ab ira purū, & inimicis delicta cōdonantem, ac partem ijs à quibus fuerit molestia affectus, nihil sanē mirū: uidelicet post Christi mortē, posteaq; ille tam clemēter nobis omnia peccata remisit, post tot praepcepta referta euangelicae philosophiae. Ceterū in uetere testamento quū lex permitteret oculum pro oculo effodere, ac dentē pro dente extundere, eūq; qui laesisset talionis aequilibrio ulcisci, aliq; extitisse qui praepceptorū fines transiit: ita, atq; ad apostolicā peruenerit philosophiā, quem hominū si audierit, non adducet in stuporē? Quē si quod audiuit, nequaquā imitet, nō prius omnia uenia omniq; excusatione? Sed ut exactius pleniusq; huius Dauidis uirtutē cognoscatis, cōcedite mihi ut orationē paulo altius repetā, eiusq; benefacta cōmemorem quae beatus ille uir in Saulem contulit. Nam nō ulcisci eū qui simpliciter inimicus laesit, nihil miri est. Atqui hominē à se multis affectū beneficijs, sed qui p̄ benefactis beneficū semel atq; iterū imō frequenter interficere conatus sit, posteaq; in manus incidisset, ut iam liceret occidere, sustinuit non ipsum dimittere tantū, uerum etiam ex aliorū insidijs eripere, praesertim quū sciret illum post eadem moliturū, quid is reliquū fecit, quod ad summā philosophiā possit adiungit? Quibus autē beneficijs Dauid affecerit Saulem, quando, & quo pacto, paucis enarrantem me sustinete. Quū aliquādo Iudaei bello difficilimo premerentur, adeo ut oēs pauore essent consternati, nec quisquam auderet erigere caput, sed in extrema desperatione esset ciuitas, singulis mortē praeculis habentibus, quotidieq; mortem expectantibus cunctis, ut uita agerent miseriores ijs qui degunt in teterrimo carcere, hic ab ouibus ueniens ad exercitum, quū per atatem nec artem bellandi callere posset, ac laborum militarium rudis esset, ipse pro uniuersis bellum in se recepit, ac feliciter rem gessit, supra quā quisquam sperasset. Quanquā etiā si uirtuti defuisset euentus, tamen ob solam animi promptitudinē egregiumq; propositum coronandus erat. Iam si quis ē numero militū atate uigens facinus hoc designasset, nihil fuisset mirū, uidelicet id postulante militari lege. At hic qui usq; adeo nullā uidebat necessitatem huc adigentem, ut multos etiam haberet dehor-

Chryf.

tantes: Nam & frater illum increpauit, & rex perispiciens illum nondum atate maturum ac periculis inhabilem cohibuit, ac manere iussit dicens: Non poteris ire, quoniam puer es: ille uero est uir bellator ab adolescentia sua: attamen quum nulla illum prouocaret occasio, suapte sponte & ex sese diuino accensus zelo, patriaeq; charitate, perinde quasi oues cerneret uerius q̄ homines, & quasi canes inuasurus esset, potiusq; tam numerosum hominum exercitū, adeo intrēpidē ad Barbaros cucurrit: idq; temporis tantam erga regem sollicitudinem declarauit, ut illum etiam ante praclū ac uictoriā in faciem prostratū erexerit. Neq; em̄ factis modo iuuit illum, sed ante factum etiā uerbis hortatus est bono animo ut esset, ac persuasit, utq; de euentu bonam conciperet spem effecit, ita loquens: Ne cōcidat cor domini mei in ipso, quoniam niam seruus tuus ibit, pugnatib; cum alienigena hoc. Quae num hoc parum uidetur, nulla necessitate compulsum, suam ipsius uitam prodere, & in eorum utilitatem à quibus nihil unquā acciperat beneficij in medios hostes irruere? An non par erat, hunc post tale facinus ornare titulo domini columnis inscripto, & publicū ciuitatis seruatorem appellare: qui & regni decus, & ciuitatum fundamenta, & omnium uitam opitulante de gratia seruarit? Quod esse poterat aliud beneficium hoc maius? Neq; enim in gloriam aut potentiam, sed in ipsam ipsius uitam beneficū hoc contulit, & ab ipsis mortis portis reuocauit. Atq; hoc beneficiū peruenit ad hominem. Per illum deinde uicit rex, ac principatū obtinuit. Et postea, quā illi reposuit gratiā? Nam si quis perpendat praclare gestorum magnitudinem, etiam si rex à suo capite detractam coronā Dauid capiti imposuisset, nunquam parem retulisset gratiā, sed ampliorē debuisset. Hic enim & uitam & regnū illi donauit: ille uero huic regnum tantū erat cessurus. Verum etiam cōsideremus relatā pro benefactis gratiam. Quae tandem erat illa? De cetero & ab illo die suspectum habuit Dauid, & ab illo metu it sibi. Quis, & quam ob causam? Nam & suspicionis causa cōmemoranda est. Neq; enim protinus quicquid aliquis dixerit, idē dicet esse iustū. Quanquam erga eum qui animam impendit, uitam dedit, quae poterat esse iusta suspicionis causa? Sed tamen ipsam inimicitie causam inspiciamus, ut aliquid discatis, quod nec ipsa uictoria sit inferius: quodq; Dauid sit honore dignus, ob ea ipsa propter quae deinceps uenit in suspicionē & insidijs appetitus est. Quae igitur erat suspicionis causa? Posteaquam Barbari illius caput abstulit, & spolia gestans rediit: Exierūt, inquit, mulieres canentes ac dicentes: Percussit Saul in milibus suis, & Dauid in decem milibus suis. Et iratus est Saul, & suspectū habuit Dauid ab eo die ac deinceps. Cuius obsecro rei gratia? Etiam si haec praeter meritum fuissent dicta, ne sic quidem oportebat hostilem in Dauidem gerere animum. Sed posteaq; ex rebus gestis, illius erga se beneuolentiam habebat compertam, quippe qui nullo cogente aut

1. Reg. 17. d

tom. 1 C 2 com

compellente, suapte benevolentia tantū subisset A
discriminis, non oportebat deinceps quicquā de
illo suspicari mali. Nunc autē ecce etiam ipsa laus
dabatur pro merito, & si fas est vera proloqui, in
Saulis gratiā illa dicta sunt potius q̄ in Davidis.
Debebat autē esse sua laude cōtentus, quod illi
tribuissent mille. Quir igit̄ indignatus est, quod
Davidi tribuerint decem milia? Etenim si rex ad
bellum finiendum uel paululum aliquid momēti
contulisset, recte tum dictum fuisset, Saul in mili-
bus, David in decem milibus. Quod si ipse quidē
pavidus ac tremēs domi desedit, in singulos dies
mortem expectās, hic autē totum facinus peregit:
an non absurdum erat eum, qui nihil ad depellen-
da pericula contulerat, ob id indignari quod hic
plus laudis tulisset? Nam si indignandū erat, Da-
uidem potius cōueniebat indignari, quod quū so-
lus totum gessisset, alterū haberet laudis partici-
pem. Sed horū nihil dico. Verū illud dixerim: ut
donemus non recte fecisse mulieres, easq̄ fuisse
crimini obnoxias & accusatiōe dignas: quid hęc
ad Davidem? Neq̄ enim ipse cōposuerat cantio-
nem, neq̄ illas iusserat ea dicere que dicebāt, neq̄
adornarat illū laudationis modū. Proinde etiam si
indignandū erat, mulieribus oportuit indignari,
non publicitus de Rep. benemerito, & infinitis
digno coronis. At Saul omīsis illis in David fere-
batur. Iam si ea laude sublatus ille beatus inuidis-
set rerum potenti, fuissetq̄ in illum contumax, &
aspernatus fuisset eius imperium, forsitan aliqua
fuisset inuidēdi causa. At si fact⁹ fuit humanior ac
modestior mitiorq̄, si in subditorū ordine se cōti-
nuit: quā tandē erat iusta dolēdi causa? Siquidem
cum is qui honore afficit̄, attollit̄ aduersus eum a
quo prouectus est, nec desinit in illius cōtēptū
honore abuti: habet dolor nonnullam excusatio-
nem. Ceterum ubi persistit in honorando illum,
aut potius magis obsequitur ceditq̄ in omnibus,
quem postea potest habere prætextum inuidiæ?
Itaq̄ etiam si nihil aliud præclarē gestum fuisset,
ob hoc ipsum tamen magis erat diligēdus, quod
quum tantam nactus esset occasiōē occupandi
regni, persistit in sua modestiā. Neq̄ enim quæ
prius gesta sunt tantum, uerum nec ea quæ conse-
quuta sunt superioribus illis multo præclariora,
sustulerunt illi animos. Quæ tandē illa? Erat, in-
quit, David prudens in omnibus uis suis, & do-
minus omnipotēs erat cum eo, uniuersusq̄ Israel
& Iuda diligebat David, quoniam ipse ingredie-
batur, & egrediebatur ante conspectum populi,
& Melcho filia Saul & uniuersus Israel diligebat
illum, & sapiebat super omnes seruos Saul, & ho-
norabatur nomen illius ualde. Et Ionathas filius
Saul diligebat David uehementer. Veruntamen
quum uniuersum populum ac regis familiam sibi
conciliatam haberet, quum ubiq̄ in bellis uince-
ret, nec usquā frustraretur successu, quumq̄ pro
bene gestis rebus illis, talem gratiā reciperet: non
erexit ceruicem, nec regnū affectauit, nec hostem
ultus est, sed perseverauit in benefaciendo & in
bellis pro rege feliciter gerendis. Quis est tam ef-

1. Reg. 13. b

feratus & crudelis, cui ista nō fuerint persuasura,
ut inimicitia deponeret, & inuidiā abijceret? At
crudelem illum & inhumanū nihil horum flexit,
sed ad hęc omnia cæcus, & inuidiæ permittēs ani-
mum, conatus est illum e medio tollere: & quid,
obsecro, facientem (nam id maius est, ac stupen-
dum) canentē cythara & ipsius infantiā sedantē.
David, inquit, psallebat manu sua quotidie, & ha-
sta in manu Saul: ac sustulit Saul lanceā dixitq̄,
infigam in David, & fixit in parietem: & declina-
uit David a facie eius bis. Age, potest ne huic ma-
litiā quicquā adūgi? Qui nuper hostes abegerat,
per quem ciuitas sibi fuerat redita, cūctis pro ui-
ctoria uictimas immolantibus: Saul benemeritū
& seruatorem, ac honorū illorum autorē conatus
est interficere, idq̄ psallentē: ac ne beneficiorum
quidem memoria furentē illum ac delirantē coer-
cuit, sed iterū atq̄ iterū torfit in illum lanceā, cu-
piens occidere. Et huiusmodi mercedem illi pro
suspectis periculis reposuit. Idq̄ fecit nō uno die,
sed sæpius. At sanctus ille post hęc omnia perseue-
rauit curare regis negotia, proq̄ salute illius susci-
pere pericula, & in acie stare in prælijs omnibus,
suoq̄ periculo seruare trucidatorē suū: deniq̄ nec
dictis nec factis cōtristauit immitem illam bestiā,
sed cōcessit in omnibus, dictoq̄ auditiōis fuit. Cūq̄
uictoriæ præmiū non accepisset, sed omnīū illorū
periculorū mercede fraudatus esset, ne uerbo qui-
dem exoptulauit unquā: nō cum militibus, non
cum rege: propterea quod hęc non gessisset spe-
mercedis, cœlitus expectans retributionem. Nec
id solum est admiratione dignū, quod non popo-
scit præmiū, sed quod etiā quum dare, ob eximi-
am animi modestiā recusauit. Siquidem posteaq̄
Saul, omnia molitus, & omnibus tentatis, nō po-
tuit illum interficere, consuit illi dolū per nuptias,
ac nouam quandam dotis ac dotaliū formā com-
mentus est. Non enim cupit, inquit, rex dotē, sed
ut centū preputia exoluat ab hostib. regis. Quod
sentit tale est: Occide mihi, inquit, centū uiros, atq̄
hoc erit mihi dotis uice. Hęc autē dicebat, cupiens
illum obtentu conjugij hostibus obijcere. Nichilo-
secius David pro sua modestiā res astimans, recu-
savit coniugiū, nō deterritus periculis aut hostiū
metu, sed quod existimaret sese indignum affini-
tate regia. Atq̄ his uerbis respondit ad seruos il-
lius: An leue est in oculis uestris me facere gene-
rum regis, quum ego sim uir humilis & inhonora-
tus? Atqui debebatur hoc honoris, ut merces ac-
pensatio laborum. Verum usq̄ adeo cor habebat
contritum, ut post tot res cum laude gestas, post
adeo splendidam uictoriam, post expressam pro-
missionem, indignum se iudicaret, qui debitā re-
ciperet mercedem, idq̄ quum denuo esset se peri-
culis obiecturus. Posteaquam autē hostes deuice-
rat, ac filiam regis acceperat, rursus psallebat Da-
uid, & quærebat Saul eū lācea percutere: David
autē declinauit, & hasta impacta est parieti. Quē
non ista uel exacte philosophiā gnarum animiq̄
moderatissimi ad iracundiā excitassent? Quē, ut
nihil aliud, certē quo familiæ suæ incolumitatem
providentia

1. Reg. 19. b

providentia tueretur, nō perpulissent ad occiden- A
dum præter meritum insidias molientem? Neq̄
iam res intra metum consisterat. Eriam si cōstitū-
set, sic quoq̄ uindictæ modum a lege præscriptū
manserit uindictæ superasset. Nam illa oculū pro oc-
lo iussit effodere. Saul autē occidebat etiam, ut
David pro tribus homicidijs, unū fuerit exactu-
rus, pro tribus, inquam, homicidijs, nulla proba-
bili de causa tentatis. Nichil tamen horū tentauit
David, sed potius habuit fugere, & a patrijs ædi-
bus exulare, atq̄ erronee profugumq̄ agere, &
in calamitate sibi necessarium parare uictum, q̄
regi cædis occasiōem dare. Nec enim eō specta-
bat, ut seipsum ulcisceret, sed ut illum ab eo malo
liberaret. Hanc ob causam ab oculis inimici sub-
dixit sese, ut subsidere faceret uomicā, contrahe-
retq̄ tumorem hulceris, & inuidiā mitigaret. Sa-
tius est, inquit, me miserum esse, innumeraq̄ pati
acerba, q̄ hūc apud deū de innocentis cæde con-
deinnari. Hęc non audiamus tantū, uerum etiam
imitemur, nihil nō tum faciamus, tum patiamur,
ut inimici simulatē erga nos deponant: nec illud
inquiramus, utrum meritō an immeritō maleuo-
lum animum erga nos gerant: sed hoc modo spe-
ctemus, qui fieri possit, ut nobis inimici esse desi-
nant. Siquidem hoc spectat medicus, ut morbo li-
beret ægrotum, non utrum meritō an immeritō
sibi morbum contraxerit. Tu quoq̄ igitur medi-
cus esto ei qui te læsit, unum hoc quære, quo pa-
cto illi morbum adimas. Id quod fecit hic bea-
tus, ægestatem præ diuitijs, solitudinem præ pa-
tria, labores periculaq̄ præ delitijs ac securitate,
perpetuū exilium præ terrarū orbe elegit, ut Sau-
lem ab illo in ipsum odio maleuolentiāq̄ liberaret.
At ne sic quidem melior factus est Saul, sed perse-
quebatur, sed ubiq̄ circumibat quærens eum, qui
non solū nihil læserat, sed quū esset læsus, tum ma-
xima, tum innumerabilia pro iniurijs bona repen-
derat. Ac Saul imprudēs post incidit in retia Da-
uidis. Erat em̄, inquit, ibi spelunca, & ingressus est
Saul ut exoneraret aluū. David autē cum comiti-
bus suis in interiore speluncæ parte sedebat. Dixit
runq̄ uiri David ad illū: Ecce dies de quo dixit
dñs: Tradam inimicū tuū in manus tuas, faciesq̄
illi quod placitū erit in oculis tuis. Et surrexit Da-
uid, sustulitq̄ laciniā chlamydis Saulis elanculū. D
Et post hęc percussit Davidem cor ipsius, quod
abstulisset laciniā chlamydis, dixitq̄ David ad ui-
ros suos: Auertat a me dñs, ne faciā uerbum hoc
domino meo, Christo dñi, mittamq̄ manū meam
in illum, quoniā Christus domini est. Vidisti tenfa
retia, uidisti uenatū insidiantem, uidisti uenatorē
erectum, uidisti oēs adhortantes, ut ensē in ho-
stis pectus immergeret: Nunc mihi specta philo-
sophicā animi moderationem, specta luctā, uicto-
riam, coronā. Nam spelunca illa campus erat, in
eo lucta quædam admirabilis dictuq̄ incredibilis
facta est. Luctatus est David, pugilē egit iracun-
dia: Saul positus erat certaminis materia; Agono-
theres erat deus. Quin potius, non ipsi modo ad-
uersus seipsum, propriaq̄ cupiditate erat præliū,
Chryf.

sed & aduersus milites qui aderant. Etenim si uo-
lisset animo moderari, ac parcere ei qui læserat,
consentaneum erat, ut & illos metueret, ne forte
ipsum contrucidarent in spelunca, tanq̄ qui illo-
rum salutē prodidisset, exitiumq̄ attulisset, ac pu-
blicum ipforū hostem seruasset. Probabile em̄ est
illorū unumquemq̄ dolore percitū, hęc suo cum
animo dicturos fuisse: Errones exulesq̄ facti su-
mus, domo, patria, cæterisq̄ omnibus excusis, o-
mniumq̄ difficultatū tuarū cōsortes sumus. Et tu
eum qui horū malorū tibi est autor, in manus tuas
traditū cogitas dimittere, ne nobis unq̄ liceat ab
his calamitatibus respirare, ac proditis amicis ho-
stem seruare studes? Et quo pacto ista sunt æqua?
Nam si tuā ipsius salutē negligis, nostræ certē ui-
tæ parcas. Non tibi dolent antea cta, neq̄ memor-
es eorū quæ ab illo perpessus es mala: certē ob ea
quæ futura sunt tolle hostē, ne maiora & acerbio-
ra perpetiamur mala. Hęc ut uerbis nō sint pro-
loquuti, tamen animo secū uolebant, quū ista, tū
istis etiā alia maiora. Verū nihil horum iustus ille
apud se perpendebat, unū illud spectās, quō pos-
sit redimiri tolerantia corona, ac nouā quandam
admirabilemq̄ philosophiam philosophari. Neq̄
enim perinde mirū erat, si quū esset solus & absq̄
comitibus pepercisset illi a quo fuerat læsus, atq̄
nunc est quod hoc idem alijs presentibus fecit, eo
quod militū illorum præsentia geminum adferat
obstaculum iræ moderandæ. Nobis ipsis frequen-
ter euenit, ut quū statuerimus uindictā remittere,
& cōmissa cōdonare, post ubi uiderimus aliquos
nos iritantes, & ad ultionē cōcitantes, mutemus
sententiā, & illorū dictis obtemperemus. Verum
hoc nō accidit huic beato, sed etiā post illorū con-
siliū & exhortationē, perseverauit animi sui de-
creto. At ne hoc quidem tantum est admiratione
dignum quod nec aliorū admonitū dimotus est a
proposito, quodq̄ non est illos ueritus, sed quod
perfecit, ut & illi eandem animi moderationē fir-
merent. Magnum quidem, si quis suis cupiditati-
bus imperet: sed multo maius est & alijs persua-
dere posse, ut & ipsi mentē eandem sumant cum
ipso: alijs, inquam, qui nec modesti sunt homines,
neq̄ temperantes, sed milites, qui multis difficul-
tibus iam in desperationem erant adducti, a qui-
bus paululum respirare cupiebāt, haud ignari nō
modo totā malorū dissolutionē in hostis nece sitā
esse, uerum etiā plurimorū honorū acquisitionē,
quando nihil obstabat quo minus illo trucidato
protinus regnū transfiret ad Davidem. Attamen
quum essent tam multæ res quæ milites iritabant,
tantū ualuit ille generosus, ut satellites his omnib.
fuerint superiores, hostiq̄ parcerent. Operæpre-
tium uero est, etiam ipforū militum audire cō-
sultationem, eo quod exhortationis uersuta ma-
litiā, illustrat iusti mentem solidā & inconcussam.
Non em̄ ita loquuti sunt: Ecce qui multa in te mo-
litus est mala, qui necem tuā concupiuit, qui nos
immedicabilibus uallauit difficultatibus: Sed ubi
perspexerūt quod hęc omnia negligeret David,
nec magnā haberet rationem in se cōmissorū, alle-
tom. 1 C 3 gant

gant illi diuinam auctoritatem, deus, inquierentes, illum tradidit, quod uidelicet iudiciu a deo profectum reueritus, promptius iret ad homicidium. Non enim, inquierunt, tu a ipsius uicem ulcisceris, deo subseruis, ac minister es, illius sententia comprobas. Sed quo magis hac illi dicebant, eo magis hic pepercit hosti. Intelligebat em quod deus ideo tradiderat eum, ut ipsi maiores occasiones probada uirtutis suppeditaret. Proinde tu quoq si quando hostis tuus inciderit in manus tuas, caue putes esse data ulciscendi opportunitatem, sed seruandi hostis oblatam occasionem. Eoq tum maxime parcendum est inimicis, quu illi forte uenerunt in potestatem nostram. At hic fortasse dixerit aliquis: Et quid magni, aut quid miri, parcere ei que habes in tua potestate? Cōplures enim & alij reges ad principatum euecti, se indignu iudicantur in tanto regni fastigio ab ijs pœnas exigere, a quibus olim fuerant offensi. Nam ipsa potentia sublimitas causam adfert reconciliationis. Veru in hoc negocio tale nihil possit dicere. Neq enim Dauid ad principatu euectus, neq regnum adeptus, ac Saulem in manibus habens, ita demu illi pepercit, ne quis causari possit regni magnitudine dilutam fuisse iram: sed quum sciret, fore, ut ille seruatus rursus ad eade rediret, & ipse in grauiora pericula conijceretur, ne sic quide occidit. Profecto hunc cum illis ne conferendu quidem duxerimus. Siquidem illi quonia habent certum tutumq pignus futurae deinceps securitatis, merito parcunt. Hic uero quu sciret se hostem in sua ipsius perniciem amittere, ac salutem dare inimico, haud tamen illum occidit, idq quum haberet multa ad eam caedem impellentia. Etenim solitudo regis ob absentiam eoru qui possent Sauli esse auxilio, dein exhortatio militum, praeterea antea ceterorum memoria ac futuroru metus: Ad hac q si interfecisset inimicum, non posset damnari caedis, quodq post caedem peracta liceret ipsi uiolare legem: Hac, in qua, cumq his alia plura urgebant cōpellebantq gladiu in illum stringere. Ast horum incitamentorum nulli celsit, sed adamantis inuicti more perstitit, philosophia moderatio nisq legē seruans. Ceterum ne dicas illum nihil eorum sensisse affectu quales nos illi per coniecturā tribuimus, sed id quod accidit nō fuisse philosophia sed stuporem: considera, q uehementer exasperatus, sibi temperarit. Siquidem quod iracundia fluctus in animo illius intumuerint, multaq cogitationu iactatio concitata fuerit, sed eam tempestatem refrenarit timore dei, animosq represserit, ex ijs que facta sunt perspicere licet. Surrexit, inquit, & abstulit ora chlamydis Saulis clanculum. Vides quata irae tempestas coorta fuerit? At non processit ulterius, neq fecit naufragiu, eo quod gubernatrix illico sentiens periculum, uide licet pia ratio, tempestatem uertit in tranquillitatem. Percussit em inquit, Dauidem cor ipsius, ac uelut equu subsilentem ac ferocientem, reuocauit iram. Huiusmodi sunt sanctoru anima, priusquam concidant, resurgunt: priusquam ad peccatu perue-

1. Reg. 24. b

nant, refrenant, eo quod sobria sint, semperq uigilent. Et tamen quantulu erat interuallum inter corpus & clamydem? At tamen ille seipsum cohibuit, ne progredere ulterius. Quin insuper & ob hoc ipsum grauius seipsum cōdemnauit. Percussit em, inquit, illu cor ipsius, quod abstulisset extremum chlamydis, dixitq ad uiros: Nequaquam hoc mihi sit a dno: propitius, inquit, sit mihi, si hoc uoluissim. Ne concedat, unquam in hoc faciam deus, neq permittat me ad tantu deuenire scelus. Quonia uidebat hanc philosophia superare penenaturam humanā, coelestiq opus habere momento, seq propemodum collabefactu ad eadem, precatur ut dñs conseruet illi manū impollutam. Quid tandē hoc animo possit esse mitius? An huc post hac dicemus hominē qui in natura humana uitā praestitit angelicā? Veru id non passura sunt diuinae leges. Quis enim, obsecro te, facile sustineat a deo eiusmodi petitionē petere? Quid dixi, huiusmodi? Quis sustineret, non precari aduersus eum qui molestus fuisset? Quis hoc, quaso, facile perferret? Nam pleriq mortales eo feritatis abrepti sunt, ut quu sint adeo imbecilles, ut non queant eum a quo lacessiti sunt ullo incōmodo afficere, deum ad ultionem inuocent, obsecrantes ut ipsis donet ijs a quibus laesi sunt manus iniicere. Hic uero illis omnibus uelut ex diametro cōtraria precando, rogat ne permittat ut manus iniiciat, loquens hunc in modum: Ne mihi hoc accidat, o domine, ut iniiciam manū meā in illum: perinde quasi de filio, ita de hoste loquitur, quasi de prole germana. Neq pepercit tantu, uerum & excusationem pro eo componit. Vide uero q prudenter quamq sapienter. Siquidem quu uitā Saulis perscrutans nihil inuenisset boni, ut dicere possit, nō sum ab illo laesus, nec affectus incōmodo: (protinus enim his reclamaturi erant milites qui aderant, regisq malitiam experimento cognouerāt) alia ex parte circūmibat studens probabilem inuenire excusationē. Id quu nō posset, nec ab illius uita, nec a factis, ad dignitatem illius confugit dicens: Quoniam Christus domini est. Quid ais, inquierunt: quod sceleratus, quod sceleribus operatus, ac uitijs innumerabilibus refertus, & in nos extrema cogitans? Non. Sed rex est, sed princeps, sed praesidentia in nos suscepit. Neq tamē dixit, rex est, sed Christus dñi est, non ab humano honore, sed a coelesti iudicio sumpto honorifico testimonio. Contemnis, inquit, conseruum tuu, reuerere dominum. Aspernaris electu, metue eum qui elegit. Etenim si uulgares istos principes ab imperatore designatos, etiam si sint improbi, si fures, si praedones, si iniusti, si deniq quodcuq aliud fuerint: timemus cu horrore, nō propter malitia despicientes eos, sed propter dignitatē illius a quo electi sunt, reueretes: multo amplius id facere cōuenit, in his quos elegit Deus. Nondum, inquit, deus abdicauit illu principatu, nondū fecit eum ex rege priuatu. Itaq ne inuertamus ordinē, neq rebellemus deo, apostolicu illud dictu factis praestantes: Quonia quisquis resistit potestati, dei ordinationi

Rom. 13. d

dinationi resistit. Quicunq autem resistunt, sibi ipsis accipient damnationem. Non solum appellauit illum, Christu: hoc est, unctum & regē, uerum etiā suu dominu uocat. Non est profecto medicus philosophia, hostem honoris & obsequij uocabulis appellare. Atq id rursus q sit magnu, ex his quae ceteris accidunt, queat aliqs perspicere. Pleriq siquidē inimicos suos ne nudis quidē ac simplicib. nominib. appellare sustinēt, sed alijs uocabulis accusationē habentibus eos nomināt: puta illum impium, illum insanu, illum mente captum, illum delirum, illum pestilentē, aliq multa contexunt, hisq notis designant hostem. Id esse uerum, exēplo non eminus petito, sed e proximo sumpto docebo: nimirum ab hoc ipso Saule: qui iustum hunc ob uehementē odiu non sustinuit proprio uocare nomine, sed quum aliquando festum quoddā celebraretur, requirens eū dicebat, ubi est filius Iesse? Sic aut appellauit eum, partim odio proprii nominis, partim genitoris humilitatem notās, sperās fore, ut hoc pacto iusti fama cōtaminaretur, haud intelligēs hominē nobilē illustremq reddi solere nō progenitoru claritate, sed animi uirtute. At non itidem fecit beatus Dauid. Neq em patris cognomento uocauit illu, quanq is quoq fuit admodu humilis & cōtempus: neq nudo simpliciq nomine designauit, sed dignitatis & principatus titulo: Vsq adeo puru ab omni maleuolentia gerebat animum. Proinde tu quoq charissime, hunc imitans, illud in primis discito, ne unq inimicu famosis nominibus, sed honorificis potius appelles. Etem si os assueuerit eum qui Iesit, honoris designat, nominibus appellare, & animum hac audiens a lingua doctus, nō refugiet cum illo redire in gratiam. Nam ipsa uerba remedium erunt optimu huleris in corde tumescentis. Hac nunc loquutus sum, non tantu ut laudem Dauidem, sed ut emulemur quoq. Hanc igitur historiam in suo quicq corde sibi depingat, cōtemplatione ueluti manu assidue proponēs oculis, speluncā illā, illā chlamydē, ipsum Saule intus dormientē somnoq perinde ut catena uinctum, eumq qui grauissimē laeserat dextrae subiectum, Dauid imminente dormienti, praesentes milites & ad cedē adhortantes, beatu illum philosophantem: hoc est, & illoru animos, & suā ipsius irā cohibentē, eumq qui tā multa peccauerat excusantem ac defendentē. Hac, in qua, non solum in animo depingamus, uerum etiā in consensibus inter nos assidue loquamur: has apud uxorem, has apud liberos frequēter renouemus narrationes. Etenim siue de rege loqui uoles, ecce rex: siue de militibus, siue de re familiari, siue de publicis ciuilibusq negotijs, uidebis in scripturis horu omnium magnā copiam. Huiusmodi commemorationes maximam afferunt utilitatē. Impossibile est enim, impossibile, inquam, est, animum in hoc genus historijs uerfantē, a cupiditatib. superari. Ergo ne tempus inutiliter cōsumamus, neue uitam nostrā frustra teramus, in nugis ineptis ac superuacaneis, sed fortitu uirorum discamus res gestas.



Os quidē hesterno die laudastis Dauidem ob maloru tolerantia, ego uicissim admirabar uestrā erga Dauidem beneuolentia ac charitatis affectum. Non em oportet expetere modo & aemulari uirtutem, uerum etiā eos qui uirtutem amplectuntur laudibus uehere, & admirandos praedicare, nobis fructum aliquē eumq haud uulgarem affert: Quāadmodum ex aduerso prauitatem non aemulari tantum, uerum etiā in ea uiuentes laudare, supplicium haud mediocrenobis conciliat: & si fas est quiddam nouu & admirandum dicere, grauius supplicium manet q illos ipsos qui male uiuunt. Id declarās Paulus postea q omnē malitia specie enumerasset, accusassetq oēs qui leges dei cōculcāt, de illis ipsis mox subiicit, Qui quum dei iustitia nosset, quod qui talia faciunt, digni sunt morte, non solū ea faciunt, sed & cōprobant illa facientes: demonstrans hoc esse grauius illo. Nam collaudare insuper delinquentes, quod ad supplicij pertinet aestimationē, longē plus est q delinquere. Idq iure optimo, propterea quod hoc suffragium proficiatur ab animo planē corrupto, & insanabili morbo laborate. Si quidē is qui dum peccat, cōdemnat interim peccatu suu, poterit aliquādo tēporis progressu ad se redire: ceterum qui laudat malitia, is seipsum priuauit curatione quā adfert poenitentia. Proinde merito Paulus pronūtiat hoc illo esse grauius. Itaq sicuti qui praua nō tantu faciunt, uerum etiā tales collaudant ac praedicant, eandem aut etiā grauiorē pœnam sortiunt: ita qui bonos laudibus uehunt ac suspiciunt, coronaru illis repositarum sunt participes. Quod ipsum ita esse, e scriptura licet perspicere. Deus enim ita loquitur Abraham: Benedicentibus tibi benedicā, & maledicentibus tibi maledicā. Idem in Olympiacis certaminibus accidere uidebit aliquis. Neq em athleta tantu coronā gestans, quiq laborē ac sudorem pertulit modō, uerū et is qui admirat uictorē, nō minimā laudis illius ac uoluptatis partē decerpit. Quapropter et ego nō solū generosum illu ac magnanimu ob animi moderationē effero beatuq praedico, uerū & uos ob beneuolu erga illum ani-

Rom. 1. d

Gen. 12. d

mum. Ille quidē certavit ac vicit, coronāq̄ tulit: A uos autē quia uictoriam collaudastis, non medio-
crem coronā laudisq̄ partē uobis tulistis. Vt igitur
uberior sit uobis ista uoluptas, ac fructus abun-
dantior, agetis reliquas quoq̄ huius historiae par-
tes uobis persoluamus. Quū historiae scriptor cō-
memorasset uerba, quibus Dauid abhorruit à cæ-
de, subiicit: Non permisit illis ut surgerent & oc-
ciderent Saul: simul & illorum animos ad egedem
promptos, & huius fortitudinē demonstrare uo-
lens. At isti sanē qui uidentur per philosophiā ha-
bere moderatos affectus, etiā si ipsi in se non reci-
piunt homicidii, uolunt tamē alios occidere pa-
rantes cohibere. At nō ita Dauid, sed perinde ac
si depositū ac pignus aliquod suae fidei concredi-
tum accepisset, pro quo rationē foret redditurus; B
ita nō tantū ipse non attigit inimicū, uerū etiā a
lios occidere uolētes coercuit, fatelles optimos &
corporis custos pro hoste factus. Itaq̄ nequaquā
aberravit a uero qui dicat, Dauidem id tēporis in-
grauius incidisse discrimē, q̄ ipsum Saulē. Neq̄
enim leue certamen periculumq̄ sustinebat, dum
omnibus modis conat̄ illum ab insidijs eripere,
quas ei parabant milites: neq̄ perinde metuebat,
quū ipse esset occidendus, ac formidabat, ne quis
militū irā obsequens perderet hominē: eamq̄ ob
causam eiusmodi cōmentus est excusationē. Atq̄
illi quidem accusabant, accusabatur autē Saul dor-
miēs, sed defendit inimicus; Deus uerō iudex e-
rat, ac Dauidis sententiā confirmauit. Neq̄ enim
absq̄ dei praesidio ualuisse illos furentes deuince-
re: sed haec erat dei gratia, in prophetā labijs resi-
dens, quae ueluti suradelā quādam addebat illius
uerbis. Tametsi nō leue momentū & Dauid huc
attulit, qui quoniā illos superiore tēpore sic insti-
tuerat, idcirco in articulo certaminis paratos il-
los ac morigeros reperit. Praesuerat enī illis non
ut belli dux militibus, sed ut sacerdos, tamq̄ spe-
lunca illa erat ecclesia. Neq̄ enī aliter atq̄ aliquis
episcopi fortitus munus, ad illos concionē habe-
bat: ac peracta hac cōcione sacrificiū obrulit, idq̄
admirabile quoddā dictūq̄ incredibile: haud qui-
dē maculato uitulo, aut occiso agno, sed quod his
erat multo honorificentius, mansuetudinem & hu-
manitatē offerēs deo, atq̄ irrationabili animi mo-
tu maculato, occisāq̄ iracūdia, uidelicet mortifica-
tis mēbris quae sunt super terrā. Et factus est idē,
tum uictima, tum sacrificus, tum altare. Siquidē &
ratio quae offerebat mansuetudinē atq̄ humani-
tatem, & ipsa humanitas ac mansuetudo, deniq̄
cor in quo offerebantur, omnia erant eiusdem ho-
minis. Posteaquā igitur hanc immolasset pracla-
ram uictimā, posteaq̄ uictoriam tulit, neq̄ quic-
quam praetermisit quod ad trophaū faciebat, sur-
rexit tandem horū certaminū materia Saul, & e-
gressus est ē spelūca ignarus omnium quae gesta fue-
rant. Egressus est autē post illum & Dauid, liberis
deinceps oculis caelum intuens, ac tum temporis
magis exultans, q̄ quum Goliath deiecisset, ac
Barbari caput amputasset. Siquidem haec illa ma-
gnificentior erat uictoria, haec magnificentiora spo-

lia, haec praeda illustrior, hoc gloriosius trophaū.
Siquidem illic & funda & lapidibus & acie habe-
bat opus. Hic uero cū cū prudentia ratione q̄ per-
acta sunt, ac sine armis contigit uictoria, atq̄ in-
cruentū trophaū erectum est. Itaq̄ redijt, nō Bar-
bari illius caput gestās, sed animi commotionem
mortificatam, sed iram eneruatam. Neq̄ haec spo-
lia reposuit Hierosolymā, sed in caelo inq̄ super-
na illa ciuitate. Nūc haudquaquā in choris obuiam
ueniebant foeminae excipietes illum cū laudibus:
sed angelicus populus ē sublimi applaudebat, ad-
mirans eius philosophiā & humanitatē. Ascēdit
enim hoste uulneribus innumeris sauciato, ut qui
tametsi seruasset Saulem, tamen illum reuera ho-
stem diabolum multis plagis confixit. Quem ad-
modum enim nobis per iracūdiā inter nos pu-
gnantibus. & mutuo conflictu collisis, ille tum gau-
det, tum floret: ita nobis pacem habentibus & cō-
cordibus, iraq̄ moderantibus, rursus cōtrahitur
ac deijcitur, nimirū hostis pacis, inimicus cōcor-
diae, & inuidiae pater. Egressus est igitur Dauid,
dextrā illam totius orbis pretio parē, simul cū ca-
pite coronatā gestans. Quemadmodū enim saepe
numero sit, ut imperatores eorū qui egregie sese
in pugilū certamine, aut in reliquis certādi gene-
ribus gesserunt, ante caput coronēt dextrā: ita &
deus manū illam coronauit, quae gladiū purū po-
tuerit educere, ense q̄ deo nullo sanguine cōta-
minatū ostendere, deniq̄ aduersus tantā iracūdiā
procellā resistere. Nō egressus est gestans Saulis
diadema, sed egressus est gestans coronam iusti-
tiae. Non egressus est gestans regis purpuream ue-
stem, sed egressus est amictus humanitatis, natu-
rā humanā superante, quod palliū est quauis sto-
la magnificentius. Egressus est ē spelunca, tanta cū
gloria, cū quanta tres pueri egressi sunt ē camino
ardente. Nā quemadmodū illos nō exussit ignis,
ita hic nō cōflagrauit irae incēdio. Et illis quidē so-
ris nihil ignis in quo uersabant nocuit: hic uero
quū intus haberet carbonēs accētos, quū foris ui-
deret diaboluī caminū incēdentē, idq̄ uarijs mo-
dis, ab inimici cōspectu, ab exhortatiōe militū, a
facilitate perficiēdi cādem, a solitudine eorū, qui
Sauli possent auxiliari, a praeteritorū memoria, a
futurorū periculorū metu: siquidē haec & fermen-
tis, & stipulis, ac caeteris omnibus quibus caminus
ille Babylonius incendebatur, lucidiorē excita-
bant flammā: tamen nō exarsit Dauid, neq̄ ullo
pacto sic fuit affectus, quēadmodū cōsentaneum
erat hominē affici tot modis iritātū: sed exiuit pu-
rus, & intuitus inimici faciē, hinc maxime sum-
psit animū fortē ac philosophicū. Cum enim ui-
deret illum manere immobilē, neq̄ quicq̄ posse fa-
cere, cū animo locutus est Dauid. Vbi nunc ille
furor: ubi illa malitia: ubi tot technae, tot insidi-
ae? Abierunt omnia illa, perierūtq̄ exigui somni in-
cursu. Iacet alligatus rex, quum nihil horum nos
neq̄ cogitauerimus, neq̄ perfecimus. Conspi-
ciebat illum dormientē, ac de morte omnibus cō-
muni philosophabatur. Somnus enī nihil aliud
est, quam mors tēporaria, & unius diei interitus.
Haud

Haud intempestiuum fuerit, si quis hic memine-
rit etiam Daniēlis. Quēadmodum enī ille ascēdit
ē lacu superatis feris leonibus, itidem hic ē specu-
prodijt, alijs bestijs longē sauiorib. deuictis. Nam
sicut iusto illi leones hinc atq̄ hinc dissidebāt, ita
hunc omnibus leonib. efferatiorēs ac ualidiores a-
nimi motus inuaserūt, hinc indignatio de preteri-
tis, hinc futuroitū metus: uerū horū utrūq̄ hic co-
ercuit, ora bestijs occludens, ipsiis factis docēs, ni-
hil esse tutius q̄ parcere inimico. Contra nihil pe-
riculosius, q̄ uelle ulcisci ac uindictā sumere. Al-
ter igit̄ qui statuerat inuadere, nudus & inermis,
omnibusq̄ destitutus auxilijs, non aliter q̄ capti-
uus in manus inimici traditus iacebat: hic uero
dum cedit, & ubiq̄ dat locum, dumq̄ ne iuste qui-
dem uult manus inijcere, sine machinis, sine ar-
mis, sine equitatu, sine militibus, hostem in pote-
statē suam recepit, & quod est omnium maximum,
deum erga se beneuolentiorē reddidit. Nō enim
eō beatū praedico sanctū illum, quod hostem ui-
derit sub pedibus suis iacentē, sed quod illi in ma-
nus dato pepercerit: quorū alterū fuit opus diui-
nae potentiae, alterū Dauidicae philosophiae. Quo-
modo milites deinceps illum obseruasse cōfenta-
neū est, quāta erga illum beneuolentiae fuisse affe-
ctus: Nā si mille habuissent uitas, an nō promptē
impendissent pro suo duce, iam ex reuerentia q̄
hosti praestitit re ipsa perspectū habentes, q̄ bene-
uolum animū gereret erga suos? Caeterū qui mi-
tis ac mansuetus est in eos a quibus molestia affe-
ctus est, multo magis erit erga beneuolos eum af-
fectum gesturus: quae profectō res fuit illi maxi-
mum securitatis pignus. At non in ipsum modō
beneuolentiorēs erāt, uerū etiam aduersus hostes
proptiores: quod sciret se deū habere propugna-
torē, qui semper adesset duct, omēs illius actiones
prosperans. Idcirco postea Dauid, non iam ut ho-
mini, sed ut angelo parebāt. Itaq̄ Dauid & prius-
quā deus ipsi mercedem repēderet, etiā in hac ui-
ta maius accepit praemium, ac illustriorē tulit ui-
ctoriā seruato Saule, q̄ si eum maculasset. Quo-
d enim tanti pretij lucrificasset praemium occiso ho-
ste, quantū nunc tulit, illi parcēdo? Haec igitur &
tu tecū expēde, ubi ceperis eum qui te laelit, mul-
to esse maius ac lucrosius parcere q̄ perdere. Si-
quidē is qui occidit inimicū, frequenter & ipse se
se condemnauit dum prauam gerit cōscientiam,
dumq̄ in singulos dies, & singulas horas, a pec-
cato illo urgente affligitur. At qui pepercit, bre-
uicq̄ tempore uicit affectus suos, post exultat ac
delectatur optima spe fultus, ac tolerantiae brabia
expectans a deo. Quod si quādo maculasset. Quo-
d enim tanti pretij lucrificasset praemium occiso ho-
ste, quantū nunc tulit, illi parcēdo? Haec igitur &
tu tecū expēde, ubi ceperis eum qui te laelit, mul-
to esse maius ac lucrosius parcere q̄ perdere. Si-
quidē is qui occidit inimicū, frequenter & ipse se
se condemnauit dum prauam gerit cōscientiam,
dumq̄ in singulos dies, & singulas horas, a pec-
cato illo urgente affligitur. At qui pepercit, bre-
uicq̄ tempore uicit affectus suos, post exultat ac
delectatur optima spe fultus, ac tolerantiae brabia
expectans a deo. Quod si quādo maculasset. Quo-
d enim tanti pretij lucrificasset praemium occiso ho-
ste, quantū nunc tulit, illi parcēdo? Haec igitur &
tu tecū expēde, ubi ceperis eum qui te laelit, mul-
to esse maius ac lucrosius parcere q̄ perdere. Si-
quidē is qui occidit inimicū, frequenter & ipse se
se condemnauit dum prauam gerit cōscientiam,
dumq̄ in singulos dies, & singulas horas, a pec-
cato illo urgente affligitur. At qui pepercit, bre-
uicq̄ tempore uicit affectus suos, post exultat ac
delectatur optima spe fultus, ac tolerantiae brabia
expectans a deo. Quod si quādo maculasset. Quo-
d enim tanti pretij lucrificasset praemium occiso ho-
ste, quantū nunc tulit, illi parcēdo? Haec igitur &
tu tecū expēde, ubi ceperis eum qui te laelit, mul-
to esse maius ac lucrosius parcere q̄ perdere. Si-
quidē is qui occidit inimicū, frequenter & ipse se
se condemnauit dum prauam gerit cōscientiam,
dumq̄ in singulos dies, & singulas horas, a pec-
cato illo urgente affligitur. At qui pepercit, bre-
uicq̄ tempore uicit affectus suos, post exultat ac
delectatur optima spe fultus, ac tolerantiae brabia
expectans a deo. Quod si quādo maculasset. Quo-
d enim tanti pretij lucrificasset praemium occiso ho-
ste, quantū nunc tulit, illi parcēdo? Haec igitur &
tu tecū expēde, ubi ceperis eum qui te laelit, mul-
to esse maius ac lucrosius parcere q̄ perdere. Si-
quidē is qui occidit inimicū, frequenter & ipse se
se condemnauit dum prauam gerit cōscientiam,
dumq̄ in singulos dies, & singulas horas, a pec-
cato illo urgente affligitur. At qui pepercit, bre-
uicq̄ tempore uicit affectus suos, post exultat ac
delectatur optima spe fultus, ac tolerantiae brabia
expectans a deo. Quod si quādo maculasset. Quo-
d enim tanti pretij lucrificasset praemium occiso ho-
ste, quantū nunc tulit, illi parcēdo? Haec igitur &
tu tecū expēde, ubi ceperis eum qui te laelit, mul-
to esse maius ac lucrosius parcere q̄ perdere. Si-
quidē is qui occidit inimicū, frequenter & ipse se
se condemnauit dum prauam gerit cōscientiam,
dumq̄ in singulos dies, & singulas horas, a pec-
cato illo urgente affligitur. At qui pepercit, bre-
uicq̄ tempore uicit affectus suos, post exultat ac
delectatur optima spe fultus, ac tolerantiae brabia
expectans a deo. Quod si quādo maculasset. Quo-
d enim tanti pretij lucrificasset praemium occiso ho-
ste, quantū nunc tulit, illi parcēdo? Haec igitur &
tu tecū expēde, ubi ceperis eum qui te laelit, mul-
to esse maius ac lucrosius parcere q̄ perdere. Si-
quidē is qui occidit inimicū, frequenter & ipse se
se condemnauit dum prauam gerit cōscientiam,
dumq̄ in singulos dies, & singulas horas, a pec-
cato illo urgente affligitur. At qui pepercit, bre-
uicq̄ tempore uicit affectus suos, post exultat ac
delectatur optima spe fultus, ac tolerantiae brabia
expectans a deo. Quod si quādo maculasset. Quo-
d enim tanti pretij lucrificasset praemium occiso ho-
ste, quantū nunc tulit, illi parcēdo? Haec igitur &
tu tecū expēde, ubi ceperis eum qui te laelit, mul-
to esse maius ac lucrosius parcere q̄ perdere. Si-
quidē is qui occidit inimicū, frequenter & ipse se
se condemnauit dum prauam gerit cōscientiam,
dumq̄ in singulos dies, & singulas horas, a pec-
cato illo urgente affligitur. At qui pepercit, bre-
uicq̄ tempore uicit affectus suos, post exultat ac
delectatur optima spe fultus, ac tolerantiae brabia
expectans a deo. Quod si quādo maculasset. Quo-
d enim tanti pretij lucrificasset praemium occiso ho-
ste, quantū nunc tulit, illi parcēdo? Haec igitur &
tu tecū expēde, ubi ceperis eum qui te laelit, mul-
to esse maius ac lucrosius parcere q̄ perdere. Si-
quidē is qui occidit inimicū, frequenter & ipse se
se condemnauit dum prauam gerit cōscientiam,
dumq̄ in singulos dies, & singulas horas, a pec-
cato illo urgente affligitur. At qui pepercit, bre-
uicq̄ tempore uicit affectus suos, post exultat ac
delectatur optima spe fultus, ac tolerantiae brabia
expectans a deo. Quod si quādo maculasset. Quo-
d enim tanti pretij lucrificasset praemium occiso ho-
ste, quantū nunc tulit, illi parcēdo? Haec igitur &
tu tecū expēde, ubi ceperis eum qui te laelit, mul-
to esse maius ac lucrosius parcere q̄ perdere. Si-
quidē is qui occidit inimicū, frequenter & ipse se
se condemnauit dum prauam gerit cōscientiam,
dumq̄ in singulos dies, & singulas horas, a pec-
cato illo urgente affligitur. At qui pepercit, bre-
uicq̄ tempore uicit affectus suos, post exultat ac
delectatur optima spe fultus, ac tolerantiae brabia
expectans a deo. Quod si quādo maculasset. Quo-
d enim tanti pretij lucrificasset praemium occiso ho-
ste, quantū nunc tulit, illi parcēdo? Haec igitur &
tu tecū expēde, ubi ceperis eum qui te laelit, mul-
to esse maius ac lucrosius parcere q̄ perdere. Si-
quidē is qui occidit inimicū, frequenter & ipse se
se condemnauit dum prauam gerit cōscientiam,
dumq̄ in singulos dies, & singulas horas, a pec-
cato illo urgente affligitur. At qui pepercit, bre-
uicq̄ tempore uicit affectus suos, post exultat ac
delectatur optima spe fultus, ac tolerantiae brabia
expectans a deo. Quod si quādo maculasset. Quo-
d enim tanti pretij lucrificasset praemium occiso ho-
ste, quantū nunc tulit, illi parcēdo? Haec igitur &
tu tecū expēde, ubi ceperis eum qui te laelit, mul-
to esse maius ac lucrosius parcere q̄ perdere. Si-
quidē is qui occidit inimicū, frequenter & ipse se
se condemnauit dum prauam gerit cōscientiam,
dumq̄ in singulos dies, & singulas horas, a pec-
cato illo urgente affligitur. At qui pepercit, bre-
uicq̄ tempore uicit affectus suos, post exultat ac
delectatur optima spe fultus, ac tolerantiae brabia
expectans a deo. Quod si quādo maculasset. Quo-
d enim tanti pretij lucrificasset praemium occiso ho-
ste, quantū nunc tulit, illi parcēdo? Haec igitur &
tu tecū expēde, ubi ceperis eum qui te laelit, mul-
to esse maius ac lucrosius parcere q̄ perdere. Si-
quidē is qui occidit inimicū, frequenter & ipse se
se condemnauit dum prauam gerit cōscientiam,
dumq̄ in singulos dies, & singulas horas, a pec-
cato illo urgente affligitur. At qui pepercit, bre-
uicq̄ tempore uicit affectus suos, post exultat ac
delectatur optima spe fultus, ac tolerantiae brabia
expectans a deo. Quod si quādo maculasset. Quo-
d enim tanti pretij lucrificasset praemium occiso ho-
ste, quantū nunc tulit, illi parcēdo? Haec igitur &
tu tecū expēde, ubi ceperis eum qui te laelit, mul-
to esse maius ac lucrosius parcere q̄ perdere. Si-
quidē is qui occidit inimicū, frequenter & ipse se
se condemnauit dum prauam gerit cōscientiam,
dumq̄ in singulos dies, & singulas horas, a pec-
cato illo urgente affligitur. At qui pepercit, bre-
uicq̄ tempore uicit affectus suos, post exultat ac
delectatur optima spe fultus, ac tolerantiae brabia
expectans a deo. Quod si quādo maculasset. Quo-
d enim tanti pretij lucrificasset praemium occiso ho-
ste, quantū nunc tulit, illi parcēdo? Haec igitur &
tu tecū expēde, ubi ceperis eum qui te laelit, mul-
to esse maius ac lucrosius parcere q̄ perdere. Si-
quidē is qui occidit inimicū, frequenter & ipse se
se condemnauit dum prauam gerit cōscientiam,
dumq̄ in singulos dies, & singulas horas, a pec-
cato illo urgente affligitur. At qui pepercit, bre-
uicq̄ tempore uicit affectus suos, post exultat ac
delectatur optima spe fultus, ac tolerantiae brabia
expectans a deo. Quod si quādo maculasset. Quo-
d enim tanti pretij lucrificasset praemium occiso ho-
ste, quantū nunc tulit, illi parcēdo? Haec igitur &
tu tecū expēde, ubi ceperis eum qui te laelit, mul-
to esse maius ac lucrosius parcere q̄ perdere. Si-
quidē is qui occidit inimicū, frequenter & ipse se
se condemnauit dum prauam gerit cōscientiam,
dumq̄ in singulos dies, & singulas horas, a pec-
cato illo urgente affligitur. At qui pepercit, bre-
uicq̄ tempore uicit affectus suos, post exultat ac
delectatur optima spe fultus, ac tolerantiae brabia
expectans a deo. Quod si quādo maculasset. Quo-
d enim tanti pretij lucrificasset praemium occiso ho-
ste, quantū nunc tulit, illi parcēdo? Haec igitur &
tu tecū expēde, ubi ceperis eum qui te laelit, mul-
to esse maius ac lucrosius parcere q̄ perdere. Si-
quidē is qui occidit inimicū, frequenter & ipse se
se condemnauit dum prauam gerit cōscientiam,
dumq̄ in singulos dies, & singulas horas, a pec-
cato illo urgente affligitur. At qui pepercit, bre-
uicq̄ tempore uicit affectus suos, post exultat ac
delectatur optima spe fultus, ac tolerantiae brabia
expectans a deo. Quod si quādo maculasset. Quo-
d enim tanti pretij lucrificasset praemium occiso ho-
ste, quantū nunc tulit, illi parcēdo? Haec igitur &
tu tecū expēde, ubi ceperis eum qui te laelit, mul-
to esse maius ac lucrosius parcere q̄ perdere. Si-
quidē is qui occidit inimicū, frequenter & ipse se
se condemnauit dum prauam gerit cōscientiam,
dumq̄ in singulos dies, & singulas horas, a pec-
cato illo urgente affligitur. At qui pepercit, bre-
uicq̄ tempore uicit affectus suos, post exultat ac
delectatur optima spe fultus, ac tolerantiae brabia
expectans a deo. Quod si quādo maculasset. Quo-
d enim tanti pretij lucrificasset praemium occiso ho-
ste, quantū nunc tulit, illi parcēdo? Haec igitur &
tu tecū expēde, ubi ceperis eum qui te laelit, mul-
to esse maius ac lucrosius parcere q̄ perdere. Si-
quidē is qui occidit inimicū, frequenter & ipse se
se condemnauit dum prauam gerit cōscientiam,
dumq̄ in singulos dies, & singulas horas, a pec-
cato illo urgente affligitur. At qui pepercit, bre-
uicq̄ tempore uicit affectus suos, post exultat ac
delectatur optima spe fultus, ac tolerantiae brabia
expectans a deo. Quod si quādo maculasset. Quo-
d enim tanti pretij lucrificasset praemium occiso ho-
ste, quantū nunc tulit, illi parcēdo? Haec igitur &
tu tecū expēde, ubi ceperis eum qui te laelit, mul-
to esse maius ac lucrosius parcere q̄ perdere. Si-
quidē is qui occidit inimicū, frequenter & ipse se
se condemnauit dum prauam gerit cōscientiam,
dumq̄ in singulos dies, & singulas horas, a pec-
cato illo urgente affligitur. At qui pepercit, bre-
uicq̄ tempore uicit affectus suos, post exultat ac
delectatur optima spe fultus, ac tolerantiae brabia
expectans a deo. Quod si quādo maculasset. Quo-
d enim tanti pretij lucrificasset praemium occiso ho-
ste, quantū nunc tulit, illi parcēdo? Haec igitur &
tu tecū expēde, ubi ceperis eum qui te laelit, mul-
to esse maius ac lucrosius parcere q̄ perdere. Si-
quidē is qui occidit inimicū, frequenter & ipse se
se condemnauit dum prauam gerit cōscientiam,
dumq̄ in singulos dies, & singulas horas, a pec-
cato illo urgente affligitur. At qui pepercit, bre-
uicq̄ tempore uicit affectus suos, post exultat ac
delectatur optima spe fultus, ac tolerantiae brabia
expectans a deo. Quod si quādo maculasset. Quo-
d enim tanti pretij lucrificasset praemium occiso ho-
ste, quantū nunc tulit, illi parcēdo? Haec igitur &
tu tecū expēde, ubi ceperis eum qui te laelit, mul-
to esse maius ac lucrosius parcere q̄ perdere. Si-
quidē is qui occidit inimicū, frequenter & ipse se
se condemnauit dum prauam gerit cōscientiam,
dumq̄ in singulos dies, & singulas horas, a pec-
cato illo urgente affligitur. At qui pepercit, bre-
uicq̄ tempore uicit affectus suos, post exultat ac
delectatur optima spe fultus, ac tolerantiae brabia
expectans a deo. Quod si quādo maculasset. Quo-
d enim tanti pretij lucrificasset praemium occiso ho-
ste, quantū nunc tulit, illi parcēdo? Haec igitur &
tu tecū expēde, ubi ceperis eum qui te laelit, mul-
to esse maius ac lucrosius parcere q̄ perdere. Si-
quidē is qui occidit inimicū, frequenter & ipse se
se condemnauit dum prauam gerit cōscientiam,
dumq̄ in singulos dies, & singulas horas, a pec-
cato illo urgente affligitur. At qui pepercit, bre-
uicq̄ tempore uicit affectus suos, post exultat ac
delectatur optima spe fultus, ac tolerantiae brabia
expectans a deo. Quod si quādo maculasset. Quo-
d enim tanti pretij lucrificasset praemium occiso ho-
ste, quantū nunc tulit, illi parcēdo? Haec igitur &
tu tecū expēde, ubi ceperis eum qui te laelit, mul-
to esse maius ac lucrosius parcere q̄ perdere. Si-
quidē is qui occidit inimicū, frequenter & ipse se
se condemnauit dum prauam gerit cōscientiam,
dumq̄ in singulos dies, & singulas horas, a pec-
cato illo urgente affligitur. At qui pepercit, bre-
uicq̄ tempore uicit affectus suos, post exultat ac
delectatur optima spe fultus, ac tolerantiae brabia
expectans a deo. Quod si quādo maculasset. Quo-
d enim tanti pretij lucrificasset praemium occiso ho-
ste, quantū nunc tulit, illi parcēdo? Haec igitur &
tu tecū expēde, ubi ceperis eum qui te laelit, mul-
to esse maius ac lucrosius parcere q̄ perdere. Si-
quidē is qui occidit inimicū, frequenter & ipse se
se condemnauit dum prauam gerit cōscientiam,
dumq̄ in singulos dies, & singulas horas, a pec-
cato illo urgente affligitur. At qui pepercit, bre-
uicq̄ tempore uicit affectus suos, post exultat ac
delectatur optima spe fultus, ac tolerantiae brabia
expectans a deo. Quod si quādo maculasset. Quo-
d enim tanti pretij lucrificasset praemium occiso ho-
ste, quantū nunc tulit, illi parcēdo? Haec igitur &
tu tecū expēde, ubi ceperis eum qui te laelit, mul-
to esse maius ac lucrosius parcere q̄ perdere. Si-
quidē is qui occidit inimicū, frequenter & ipse se
se condemnauit dum prauam gerit cōscientiam,
dumq̄ in singulos dies, & singulas horas, a pec-
cato illo urgente affligitur. At qui pepercit, bre-
uicq̄ tempore uicit affectus suos, post exultat ac
delectatur optima spe fultus, ac tolerantiae brabia
expectans a deo. Quod si quādo maculasset. Quo-
d enim tanti pretij lucrificasset praemium occiso ho-
ste, quantū nunc tulit, illi parcēdo? Haec igitur &
tu tecū expēde, ubi ceperis eum qui te laelit, mul-
to esse maius ac lucrosius parcere q̄ perdere. Si-
quidē is qui occidit inimicū, frequenter & ipse se
se condemnauit dum prauam gerit cōscientiam,
dumq̄ in singulos dies, & singulas horas, a pec-
cato illo urgente affligitur. At qui pepercit, bre-
uicq̄ tempore uicit affectus suos, post exultat ac
delectatur optima spe fultus, ac tolerantiae brabia
expectans a deo. Quod si quādo maculasset. Quo-
d enim tanti pretij lucrificasset praemium occiso ho-
ste, quantū nunc tulit, illi parcēdo? Haec igitur &
tu tecū expēde, ubi ceperis eum qui te laelit, mul-
to esse maius ac lucrosius parcere q̄ perdere. Si-
quidē is qui occidit inimicū, frequenter & ipse se
se condemnauit dum prauam gerit cōscientiam,
dumq̄ in singulos dies, & singulas horas, a pec-
cato illo urgente affligitur. At qui pepercit, bre-
uicq̄ tempore uicit affectus suos, post exultat ac
delectatur optima spe fultus, ac tolerantiae brabia
expectans a deo. Quod si quādo maculasset. Quo-
d enim tanti pretij lucrificasset praemium occiso ho-
ste, quantū nunc tulit, illi parcēdo? Haec igitur &
tu tecū expēde, ubi ceperis eum qui te laelit, mul-
to esse maius ac lucrosius parcere q̄ perdere. Si-
quidē is qui occidit inimicū, frequenter & ipse se
se condemnauit dum prauam gerit cōscientiam,
dumq̄ in singulos dies, & singulas horas, a pec-
cato illo urgente affligitur. At qui pepercit, bre-
uicq̄ tempore uicit affectus suos, post exultat ac
delectatur optima spe fultus, ac tolerantiae brabia
expectans a deo. Quod si quādo maculasset. Quo-
d enim tanti pretij lucrificasset praemium occiso ho-
ste, quantū nunc tulit, illi parcēdo? Haec igitur &
tu tecū expēde, ubi ceperis eum qui te laelit, mul-
to esse maius ac lucrosius parcere q̄ perdere. Si-
quidē is qui occidit inimicū, frequenter & ipse se
se condemnauit dum prauam gerit cōscientiam,
dumq̄ in singulos dies, & singulas horas, a pec-
cato illo urgente affligitur. At qui pepercit, bre-
uicq̄ tempore uicit affectus suos, post exultat ac
delectatur optima spe fultus, ac tolerantiae brabia
expectans a deo. Quod si quādo maculasset. Quo-
d enim tanti pretij lucrificasset praemium occiso ho-
ste, quantū nunc tulit, illi parcēdo? Haec igitur &
tu tecū expēde, ubi ceperis eum qui te laelit, mul-
to esse maius ac lucrosius parcere q̄ perdere. Si-
quidē is qui occidit inimicū, frequenter & ipse se
se condemnauit dum prauam gerit cōscientiam,
dumq̄ in singulos dies, & singulas horas, a pec-
cato illo urgente affligitur. At qui pepercit, bre-
uicq̄ tempore uicit affectus suos, post exultat ac
delectatur optima spe fultus, ac tolerantiae brabia
expectans a deo. Quod si quādo maculasset. Quo-
d enim tanti pretij lucrificasset praemium occiso ho-
ste, quantū nunc tulit, illi parcēdo? Haec igitur &
tu tecū expēde, ubi ceperis eum qui te laelit, mul-
to esse maius ac lucrosius parcere q̄ perdere. Si-
quidē is qui occidit inimicū, frequenter & ipse se
se condemnauit dum prauam gerit cōscientiam,
dumq̄ in singulos dies, & singulas horas, a pec-
cato illo urgente affligitur. At qui pepercit, bre-
uicq̄ tempore uicit affectus suos, post exultat ac
delectatur optima spe fultus, ac tolerantiae brabia
expectans a deo. Quod si quādo maculasset. Quo-
d enim tanti pretij lucrificasset praemium occiso ho-
ste, quantū nunc tulit, illi parcēdo? Haec igitur &
tu tecū expēde, ubi ceperis eum qui te laelit, mul-
to esse maius ac lucrosius parcere q̄ perdere. Si-
quidē is qui occidit inimicū, frequenter & ipse se
se condemnauit dum prauam gerit cōscientiam,
dumq̄ in singulos dies, & singulas horas, a pec-
cato illo urgente affligitur. At qui pepercit, bre-
uicq̄ tempore uicit affectus suos, post exultat ac
delectatur optima spe fultus, ac tolerantiae brabia
expectans a deo. Quod si quādo maculasset. Quo-
d enim tanti pretij lucrificasset praemium occiso ho-
ste, quantū nunc tulit, illi parcēdo? Haec igitur &
tu tecū expēde, ubi ceperis eum qui te laelit, mul-
to esse maius ac lucrosius parcere q̄ perdere. Si-
quidē is qui occidit inimicū, frequenter & ipse se
se condemnauit dum prauam gerit cōscientiam,
dumq̄ in singulos dies, & singulas horas, a pec-
cato illo urgente affligitur. At qui pepercit, bre-
uicq̄ tempore uicit affectus suos, post exultat ac
delectatur optima spe fultus, ac tolerantiae brabia
expectans a deo. Quod si quādo maculasset. Quo-
d enim tanti pretij lucrificasset praemium occiso ho-
ste, quantū nunc tulit, illi parcēdo? Haec igitur &
tu tecū expēde, ubi ceperis eum qui te laelit, mul-
to esse maius ac lucrosius parcere q̄ perdere. Si-
quidē is qui occidit inimicū, frequenter & ipse se
se condemnauit dum prauam gerit cōscientiam,
dumq̄ in singulos dies, & singulas horas, a pec-
cato illo urgente affligitur. At qui pepercit, bre-
uicq̄ tempore uicit affectus suos, post exultat ac
delectatur optima spe fultus, ac tolerantiae brabia
expectans a deo. Quod si quādo maculasset. Quo-
d enim tanti pretij lucrificasset praemium occiso ho-
ste, quantū nunc tulit, illi parcēdo? Haec igitur &
tu tecū expēde, ubi ceperis eum qui te laelit, mul-
to esse maius ac lucrosius parcere q̄ perdere. Si-
quidē is qui occidit inimicū, frequenter & ipse se
se condemnauit dum prauam gerit cōscientiam,
dumq̄ in singulos dies, & singulas horas, a pec-
cato illo urgente affligitur. At qui pepercit, bre-
uicq̄ tempore uicit affectus suos, post exultat ac
delectatur optima spe fultus, ac tolerantiae brabia
expectans a deo. Quod si quādo maculasset. Quo-
d enim tanti pretij lucrificasset praemium occiso ho-
ste, quantū nunc tulit, illi parcēdo? Haec igitur &
tu tecū expēde, ubi ceperis eum qui te laelit, mul-
to esse maius ac lucrosius parcere q̄ perdere. Si-
quidē is qui occidit inimicū, frequenter & ipse se
se condemnauit dum prauam gerit cōscientiam,
dumq̄ in singulos dies, & singulas horas, a pec-
cato illo urgente affligitur. At qui pepercit, bre-
uicq̄ tempore uicit affectus suos, post exultat ac
delectatur optima spe fultus, ac tolerantiae brabia
expectans a deo. Quod si quādo maculasset. Quo-
d enim tanti pretij lucrificasset praemium occiso ho-
ste, quantū nunc tulit, illi parcēdo? Haec igitur &
tu tecū expēde, ubi ceperis eum qui te laelit, mul-
to esse maius ac lucrosius parcere q̄ perdere. Si-
quidē is qui occidit inimicū, frequenter & ipse se
se condemnauit dum prauam gerit cōscientiam,
dumq̄ in singulos dies, & singulas horas, a pec-
cato illo urgente affligitur. At qui pepercit, bre-
uicq̄ tempore uicit affectus suos, post exultat ac
delectatur optima spe fultus, ac tolerantiae brabia
expectans a deo. Quod si quādo maculasset. Quo-
d enim tanti pretij lucrificasset praemium occiso ho-
ste, quantū nunc tulit, illi parcēdo? Haec igitur &
tu tecū expēde, ubi ceperis eum qui te laelit, mul-
to esse maius ac lucrosius parcere q̄ perdere. Si-
quidē is qui occidit inimicū, frequenter & ipse se
se condemnauit dum prauam gerit cōscientiam,
dumq̄ in singulos dies, & singulas horas, a pec-
cato illo urgente affligitur. At qui pepercit, bre-
uicq̄ tempore uicit affect

est aduersum me mēdax delatio & calumniā. Ha-
rum rerū non alium, sed temetipsum testē inuo-
co, te ipsum, inquam, qui meo beneficio seruatus
es. Sed quomodo potuit Saul harū rerū esse te-
stis, qui quā hęc fierent dormiebat, ac neq; uerba
audiuit, neq; Dauidē uidit tum præsente, neq; cū
militibus colloquentē? Quomodo igit ut euidēs
esset declaratio, ad testimoniū nō citat eos, qui id
tēporis cū ipso fuerant? Nā Saul suspectū habuis-
set eorum testimoniū, eosq; iusto gratificantes ea
loqui putasset. Quod si ratiocinationibus ac pro-
babilibus argumentis tentasset excusare sese, fu-
turū erat ut minus ipsi crederet, quippe iam cor-
rupto iudicis animo. Quomodo em̄ is qui tor be-
neficijs affectus nihilo fecius bello persequebat
nihil cōmeritum, suspicari potuisset, quod aliquis
iniuriā affectus, eum qui fecerat iniuriā nactus in
manus, peperisset? Plerunq; enim uulgus homi-
num ex suo animo de alijs iudicat: Velut qui as-
siduē inebriat, haud facile credere posset esse quē
piam hominē sobriē frugaliterq; uiuentem. Qui
scortis indulget, etiam pudicē uiuētes habet pro
incōtinentibus. Rursus qui res rapit alienas, nō
facile persuadēbitur, esse homines qui sua quocq;
profundant. Similiter & hic semel occupatus ira,
haud quaquā facile credidisset esse hominē usque
adeo suis affectibus superiorē, ut nō modō nihil
laderet, uerū & eum qui lēserat seruaret. Quoniam
igitur & animus iudicis erat corruptus, & testes
si producti fuissent in suspitione erant futuri, cō-
silio prudenti reperit probationē quandam, quā
posset & uehementer impudentibus ob turare os.
Quenam est hęc? Lacinia chlamydis quam indu-
tus dicebat, ecce lacinia chlamydis tuā in manu
mea, quam abstuli, nec occidi te. Mutus quidem
testis, sed omnibus uocē habentibus euidētor.
Neq; em̄ si non fuisset, inquit, proximus, ac cor-
pori tuo uicinus stetitsem, potuisset chlamydis
amputare partē. Vides quantū sit ortū boni ex eo
quod initio cōmotus fuerat Dauid? Nisi enim ad
iram cōmotus fuisset, neq; philosophiā hominis
cognouisset, sed pleriq; quod accidit, stupor
potius fuisset uisus q̄ clementia, neq; chlamydis
partē amputasset. Quod si nō amputasset, nō po-
terat alijs argumētis inimico fidē facere. Nunc ue-
ro, quoniam & cōmotus fuit, & amputauit, suę pro-
uidētia certissimū prębuit argumentū. Quoniam
igitur hunc in modum uerū & indubitabile testi-
moniū exhibuit, ipsum mox inimicū, & iudicē &
testem facit suā erga regē reuerētia, loquens hęc
in modū: Cognosce & uide hodie quod nō est in
manu mea iniquitas, neq; contemptus tui, & alli-
gas animā meā ut capias eam. Hinc uel maximē
quis admirari debeat illius magnanimitatē, quod
non sumit excusationē nisi ab ijs quæ eo die acci-
derāt. Nam hoc innuit quū ait, Cognosce & uide
hodie. Nihil em̄ loquor de antea cōtis: Mihi ad pro-
bationē satis est hic dies: tæti poterat multa ma-
gnaq; enumerare beneficia, quæ prius in illū con-
tulerat, si uoluisset: poterat cōmemorare singula-
re certamen, quod cum Barbaro susceperat, ac di-

1. Reg. 24. c

cere: Quum bellum Barbaricū ceu diluuiū quod-
dam uniuersam ciuitatem esset dissipaturū, con-
sternatis uobis ac metu trepidis, quotidieq; mor-
tem expectantibus, ego accedens adeo nemine
compellēte, ut tu quocq; prohiberes ac retineres,
dicēs: non poteris ire, quoniam puer es, ille aut uir
bellator à iuuentute sua: non me continui, sed u-
nus pro omnibus insiliū, hostem excepi, caput am-
putaui, ac ueluti torrentis impetū quendā, Barba-
rorū illorū insultus depulsi, rem publicā uacillantē
constabiliui, ac per me tu quidē regnū ac uitā, cæ-
teri uero omnes præter uitā, ciuitatem ac domos,
liberos & uxores obtinent. Ac post illud rursus
trophæū, & alia bella quæ fortiter ac feliciter ges-
serat commemorare, hoc non inferiora. Ad hęc
quod quū semel atq; iterum, imō sæpius tentasset
ipsum ē medio tollere, lanceamq; in caput illius
torsisset: nō tamē meminī malorū, neq; refricit,
quod post illa gesta, quū Saul deberet prioris pu-
gnæ reddere præmia, poposcit dotē, non aurum,
non argentū, sed cædem & exitiū ipsius. Ac ne id
quidē abnuīt Dauid. Nec ista tantū, sed his etiam
multo tum plura tum maiora dicere poterat. Ve-
rū nihil horū dixit, neq; ei erat animus illi expo-
brare beneficia, sed tantū persuadere, se esse unū
ex eorū numero, qui ipsum & amarent & reuere-
rentur, nō qui rebellionē aut insidias molirētur.
Eoq; prætermisissis illis omnibus, tantū quod eo ac-
ciderat die, in excusationē adduxit. Vtq; adeo pu-
rus erat, & ab omni inani gloria immunis, nec a-
liō respexit, q̄ ad unius dei uoluntatem. Deinde
ait, Iudicet dominus inter me & te. Hoc uerbū di-
xit, nō quod cuperet puniri Saulē, aut de illo pœ-
nas sumi, sed ut illi formidinē injiceret, uēturę cō-
demnationis cōmemoratione: neq; ut timorē in-
citeret tantū, uerū ut seipsum à criminis suspicio-
ne purgaret. Præcipuam quidem, inquit, proba-
tionem ex ipsis habeo factis: quod si non credis,
ipsum deum inuoco testem, qui & cuiusq; mentis
arcana nouit, & scrutari potest conscientias. Hęc
autē locutus est, declarans, quod nequaquā ausus
fuisset appellare iudicē illum cui nō potest impo-
ni, & in sese condemnationē accersere, nisi certis-
simū haberet, quod ab omni insidiarū crimine pu-
rus esset, quodq; ea quæ dicebat non essent cōie-
cturæ, sed simul & sese purgare cupiens, & illum
ad sobrietatem reuocare, illius iudicij fecit men-
tionem. Atq; illa quidem quæ iam gesta fuerant,
suffecissent ad innocentia declarationē: non mi-
nus autē his & illa quæ postea acciderunt, huius
rei fidē facere possunt. Nam quū rursus Saul inci-
disset in manus ipsius, post datā salutē immine-
nti, & occidere uolens, quumq; posset hostē cum
uniuerso exercitu cōcidere dimisit illū integrū &
incolumē: idq; quum sciret morbū regis immēdi-
cabilem esse, neq; illum unquā hostilem in se ani-
mum positurū, submouit sese ab oculis illius, & a-
pud alienigenas ac Barbaros uitam agebat, serui-
tutem seruies, honore priuatus, pudore suffusus,
labore ac miseria sibijpsi parans ad uictū necessa-
ria. Atq; nō hoc tantū est quod miremur, sed illud
quocq;

quocq; quod posteaq; audierat regem in acie ceci-
disse, & discidit uestimenta sua, & cinere consper-
sus est, & eo lectu luxit, quo quis lugeret amisso
primogenito germanoq; filio: subinde nomen il-
lius in clamans, unā cum filij nomine, composito
etiā in defuncti laudem encomio: ac uoces acerbi
doloris testes emittens, impastus durauit usq; ad
uesperam, execrans & ipsa loca, quæ Saulis san-
guinem exceperant. Montes, inquit, Gelboe, ne
eadat super uos neq; ros neq; pluuia, mōtes mor-
tis, quoniam illic sublata sunt tabernacula poten-
tium. Quod sæpenumero patres faciunt, ut do-
mum etiam auerent, & limen dolentem aspiciant
per quod extulere filiū: hoc & hic fecit, eos mon-
tes deuouens, qui cædem illam acceperant. Odi,
inquit, ipsum etiā locū, propter mortuos illic pro-
fratos. Ne igit irrigemini posthac cœlestibus plu-
uijs, quia semel irrigati estis amicorū meorū san-
guine: eaq; nomina subinde repetebat ita loquēs:
Saul & Ionatha, amabiles ac speciosi, qui ut in ui-
ta sua non fuerant disiuncti, ita nec morte sua se-
parati sunt. Quoniam enim præsentia illorū corpo-
ra nō licuit amplecti, nomina illorū cōiuncta cō-
plexus est, suū dolorē hęc modis quatenus licuit
leniens, & calamitatis magnitudinē mitigās: præ-
terea quoniam uulgo malū putabat insanabile, am-
bos eodem cecidisse die, hoc ipsum arripuit in cō-
solationis argumentū. Nam quod ait, in uita sua
non fuerant disiuncti, nec in morte sunt separati,
uerba sunt nō aliud agentis, q̄ ut hoc cedat in so-
latiū doloris. Iam em̄, inquit, nō potest dici, quod
filius orphanū esse se luceat, neq; quod pater or-
bitatē suam deploret. Verū quod nullis, inquit,
obtigat, illis contigit, uidelicet uno eodemq; die
uiuis eripi neutro alteri supersitite. Existimabat
enim uitā inuicundam fore, si alter ab altero fuis-
set diuulsus. Commouemini ne nunc, lachryma-
mini ne nunc, & animo perturbamini: Equidem
usq; ad lachrymarū effusionē mutabiles facti sunt
oculi uestri. Nunc mihi quisq; recordetur inimici
qui læsit, dolore etiam nū in animo astuante, atq;
hunc & uiuū obseruātia prosequat, & uita defun-
ctum deploret, haud quidē ad ostentationē, sed
ex animo ueroq; corde, etiā si quid perferendū sit
incōmodi. Ne quid offendat eum qui læsit, omnia
tum faciat, tum patiat, magna à deo expectans
præmia. En hic noster Dauid, etiā regnū adeptus
est, nec tamē inquinauit cæde manus, sed dextrā
habens purā, sic corona redimitus est, sic ad thro-
num ascendit, honesti nominis argumentum ge-
stans, purpura ac diademate magnificentius, ui-
delicet quod hosti peperisset, quod eundem ex-
tinctū luxisset. Atq; ob hęc, non uiuus modo, sed
& mortuus hominum memoria celebratur. Qua
propter o homo si cupis & hic perpetuam conse-
qui gloriam, & illic solidis perfrui bonis, huius iū-
sti uirtutē imitare, huius æmulare philosophiam,
ostende factis ipsis hanc iniuriarum tolerantiā,
ut eodem cum eo labores sustinens, eadem cum
hoc bona consequaris. Quæ utinā contingat no-
bis omnibus adipisci, gratia & benignitate domi-

ni nostri Iesu Christi, cui cum patre unā cum san-
cto spiritu, gloria, imperium, honos nunc & sem-
per, & in secula seculorum, Amen.
PERICVLOSVM ESSE ADIRE SPE-
ctacula, quodq; ea res adulteros perfectos facit,
& hinc socordia bellumq; nascatur: tum quod o-
mne tolerantiæ genus Dauid in his quæ fecit erga
Saulē superarit: postremò quod rapinā æquo
animo ferre, nō minor uirtus sit q̄ largiri eleemo-
synam. Des. Erasmo interprete.



Quidem arbitror multos ex his qui he-
ri nos desituerāt, & ad iniquitatis spe-
ctacula discesserāt, hodie præsentēs es-
se: optarim autem istos qui sint, palam
nosse, ut eos à sacris uestibulis arceam, nō ut per-
petuò foris maneant, sed ut correcti denuò rede-
ant. Quandoquidem & patres filios delinquentes
frequenter ex aedibus exigunt & à mensa sub-
mouent, non ut semper illinc exulent, sed ut hac
correptioe redditi meliores, cum debita laude in
paternum redeant contubernium. Idem sanē fa-
ciunt & pastores, dum oues scabie oppletas à sa-
nis segregant, ut misero morbo leuata, denuò tu-
rò ad sanas reuertant, potius q̄ ægrotæ gregem
uniuersum suo illo morbo impleant. Has ob res
cupiebamus & istos nosse, sed quāuis eos oculis
dignoscere nō ualeamus, uerbū tamen dei filius
eos prorsus agnosceret, correptaq; illorū conscien-
tia facile persuadēbit ut sua spontē uolentes q̄ re-
deant, docens quod ille solus sit intus, qui mētem
hac exercitatione dignā largiat ueluti cōtra, qui
corruptē uiuens huius congregationis particeps
est, etiāsi corpore hic astiterit eiectus est, ueriusq;
submotus est, q̄ hi qui sic foras exclusi sunt, ut
nondū liceat illis sacræ mensæ participes esse. Si-
quidem illi secundū diuinas leges expulsi, forisq;
manētes haftenus spei bonæ sunt, si modō uelint
corrige delicta sua. Per ecclesiam eiecti sunt,
possunt denuò cū pura cōscientia reuerti. At qui
se ipsos contaminant, & admoniti ne prius intro-
eant, donec maculā è sceleribus cōtractam reput-
garint, dein pudet agere poenitentia, hucus ani-
mi reddūt acerbi ac maius. Neq; em̄ tā graue est
delinquere, q̄ post delictū de remedio erubescere,
nec parēre sacerdotib; talia iubētibus. Et quid
hic, inquit, adeo magni sceleris cōmissum est,
ut ab istis sacris cancellis arcedi sint? Imò quod de-
lictum his grauius quæris: quum seipos planē a-
dulterio cōtaminarint, impudenter ac rabiētium
more canū, ad sacrā hanc mēsam irrunt: Quod
si auetis adulterij modū cognoscere, nō mea uer-
ba uobis referā, sed illius qui de tota hominis ui-
ta iudicaturus est: Qui uiderit, inquit, mulierē ad
cōcupiscendā illā, iam mox chatas est eā in corde
suo. Quod si mulier spōtē ac fortē in foro obuia,
& neglectius culta sæpenumero curiosius inueni-
tē cepit ipso uultus aspectu: isti qui nō simpliciter
neq; fortuito, sed studio & rāto studio, ut ecclesiā
quocq; contēnant, & hac gratia pergūt illuc, ac to-
tum ibi desidentes diē in facies fornicarū illarū nō
bilium defixos habent oculos, qua frōte poterint
dicere

dicere, quod eas non uiderint ad concupiscendum. ubi uerba quoque accedunt fracta lasciuiaque, ubi cantiones meretriciae, ubi uoces uehementer ad uoluptatem incitant, ubi stibio picti oculi, ubi coloribus tinctae genae, ubi totius corporis habitus suorum impostura plenus est, aliaque insuper multa lenocinia ad fallendos inescandosque intuentes instructa: ubi socordia spectantium multaque confusio, & hinc nascens ad lasciuia exhortatio, tum ab istis qui spectaculis interfuerunt, tum ab illis qui quae uiderunt in spectaculis, post alios enarrant. Accedunt huc iritameta per fistulas ac tibias aliaque huius generis modulatio, in fraudem illiciens mentisque robur emolliens, ac meretricum insidiosis delectatione praeparans illic desiderium animos, efficiensque ut facilius capiantur. Etenim si hic ubi psalmi, ubi diuinorum uerborum enarratio, ubi dei metus multaque reuerentia, frequenter ceu latro quispiam uersutus clam obrepit concupiscentia, quomodo qui desident in theatro, qui nihil sani neque audiunt, neque uident, qui undique obsidione patiumtur per aures, per oculos, possint illam superare concupiscentiam? Rursum si non possunt, quomodo poterint unquam ab adulterij crimine absolui? Tum qui non liberi sunt ab adulterij crimine, quomodo poterint absque poenitentia ad haec sacra uel stibula accedere, huiusque praecleari conuentus esse participes? Quapropter equidem hortor rogoque ut prius confessione ac poenitentia, aliisque remediis omnibus sese a peccato ex theatricis spectaculis contracto, perurgent, atque ita diuinos audiatis sermones. Neque enim hic mediocriter a nobis delinquitur, id quod uel ab exemplis cuiusvis perspicue uidere licet. Nam si famulus in arcula ubi herilia uestimenta pretiosa aureaque recondita sunt, seruilis tunica sordibus ac multis pediculis referatam imponat: age, dic mihi, num eam contumeliam aequo animo ferres? Quid autem si quis in uasculum aureum, in quo semper unguenta seruari consueuerint, stercus ac coenum infundat: an non & plagas infligeres qui scelus hoc commiserit? Et post haec, scriporum ac uasorum, uestium & unguentorum tanta cura sollicitabimur, animam uero non stram, omnibus istis uilior esse putabimus? atque ubi spiritus infusum est unguentum, eo diabolicas pompas immitemus: eo fabulas Satanae, eo cantilenas meretriciae turpitudinis plenas? Agedum dic mihi, quo animo ista feret deus? Atqui non tantum est discrimen inter unguentum & coenum, inter uestes heriles & seruales, quantum est inter spiritus gratia, & istam peruersam actionem. Non metuis, non expauescis, dum oculis quibus illic lectum qui est in orchestra spectas, ubi detestanda adulterij fabulae peraguntur, istidem hanc sacramentam intueris ubi tremenda peraguntur mysteria: dum istidem auribus audis & scortum obscene loquens, & prophetam apostolumque ad arcana scripturae introducentem: dum eodem corde, & latalia sumis uenena, & hanc hostiam sanctam ac tremendam? An non haec sunt uitae subuersio, coniugiorum corruptela, bella pugnaeque & rixae in domibus?

Quum enim spectaculis illis dissolutior ac mollior lasciuiorque omnisque pudicitiae hostis factus, domum redieris, uxoris aspectus minus erit iucundus, qualiscumque etiam illa fuerit. Siquidem inflammatus illa concupiscentia quam in spectaculis hausisti, & ab illa noua spectatione, quae te demeritauit captus, sobriam ac modestam uxorem, uictuque plebeio contentam despicias, contumelia afficis, innumerisque probis operis: non quod quicquam habeas quod in illa culpes, sed quod erubescas confiteri morbum, quod pudet uulnus ostendere quo in spectaculis sauciatus redisti domum: alias neccis causationes, iniquas inimicitiae quaerens occasiones, omnia quae domi gerenda sunt fastidians, & ad scelestam illam & impuram inhians concupiscentiam, a qua uulnus accepisti: dumque sonitu uocis geris in auribus tinnientem, cumque his, uultus, motus, breuiter omnia illa meretriciae libidinis simulachra, nihil eorum quae domi sunt cum uoluptate intueris. Et quid loquor de uxore aut familia, quando ipsam etiam ecclesiam postea minus libenter uisurus es, cum tadio audies sermonem de pudicitia deque modestia? Neque enim iam ea quae dicuntur tibi pro doctrina sunt, sed pro accusatione, teque paulatim in desperationem adducunt: tandem & abrupte te ipsum a disciplina ad publicam omnem utilitatem adhibita. Quapropter rogo uos omnes ut & ipsi praeuas in spectaculis commorationes uitetis, & alios ab his deductos retrahatis. Quicquid enim illic geritur, non est oblectatio, sed pernicies, sed poena, sed supplicium. Quid prodest illa temporaria uoluptas? dum hinc perpetuus nascitur dolor, dumque nocte pariter ac die a concupiscentia stimulus omnibus molestus es & inuisus. Excute igitur te ipsum, reputas qualis fias ab ecclesia rediens, rursus qualis a spectaculis, atque hos dies cum illis conferas: id si feceris, nihil opus erit meo sermone. Satis enim fuerit, hunc diem cum illo comparasse, ad ostendendum & quae magna sit hinc utilitas, & quanta sit illinc noxa. Haec nunc ad uestram charitatem dicenda putauit, nec unquam dicere cessabo. Sic etiam & eos qui huic morbo obnoxij sunt, admonebimus: & qui sani sunt, confirmabimus: utriusque enim fuerit utilis haec oratio, alteris quidem ut desistant, alteris uero ne incidant. Caeterum quoniam opus est & increpationem esse moderatam, hic admonitioni finem imponendo, quae de superiore restant argumenta persoluemus, redeuntes ad Dauidem. Siquidem hic pictoribus mos est quoties imaginem aliquam ad uiuum expressam absoluerunt cupiunt, non unum tantum diem ac duos, sed & complures dies absident istos quos effingunt, ut assidua contemplatione citra errorem exacteque formarum exprimant similitudinem. Itaque & nos non corporalis formae imaginem, sed animi pulchritudinem, ac spiritualement decorum cupimus uobis hodie proponere, ipsum uidelicet Dauidem, ut omnes in eum intuentes, in suum quisque animum imitatum referamus pulcherrimum, huius iusti imaginem, mansuetudinis, tranquillitatis, in summa, uirtutum omnium. Etenim si corporis imagines non

nullum

nullum intuentibus solatium adferunt, multo magis idem facient mentis imagines. Atque illas quidem non licet ubi uis intueri, sed eodem in loco consistas oportet: haec uero nihil uetat quod minus quocumque uelis tecum circumferas. Nam postquam eam in animi penetralibus reposuisti, ubi cumque locorum fueris, poteris contemplari, plurimumque ex ea utilitatis capere. Et quemadmodum qui laborant ab oculis, si spongas ac uestium cyaneo colore pannos tenentes frequenter in ea intueantur, ex eo colore nonnullum capiunt morbi leuamen: similiter & tu, si Dauidis imaginem pro oculis habeas, & in hanc assidue defigas oculos, etiam si millies obtundet ira, mentis oculum perturbans, ad hoc uirtutis exemplar respiciens, perfectam consequeris sanitatem, puramque animi philosophiam ac tranquillitatem. Ne quis igitur mihi dicat, inimicum habeo scelestum, improbum, corruptum, incorrigibilem. Quicquid dixerit, non est tamen Saule deterior, qui semel & iterum, imo saepius seruatus a Dauide, quum ipse mille modis illi struxisset insidias, tamen pro tot beneficiis acceptis, perseuerauit in sua malicia. Quid igitur habes quod incuses inimicum? Quod terrae partem ademit, quod in agris fecit iniuriam, quod domus limites transgressus est, quod macipia tua rapuit, quod uim attulit, quod tua praeter ius occupauit, quod ad paupertatem redegit? At nondum eripuit uitam, quod molitus est Saul: quod si & uitam eripere conatus est, fortasse semel id ausus est, non semel atque iterum, non saepius, quemadmodum fecit Saul. Quod si etiam semel, si bis, si ter, si saepius hoc tentauit, at non tot affectus abs te beneficiis, at non quum semel atque iterum incidisset in manus tuas, seruatus est. Et si hoc quocumque factum est: sic etiam rursus superat ipse Dauid. Neque enim paria sunt, sub uetere lege degentem & nunc post illustratam euangelij gratiam talia condonare gratis. Non audierat Dauid parabolam de decem milibus talentorum, neque de centum denarijs. Non audierat precationem dicentem, Remittite hominibus debita ipsorum, quemadmodum & pater uester caelestis: non uiderat Christum crucifixum, non uiderat effundi pretiosum illum sanguinem, nec audierat innumerabiles domini sermones de refrenandis animi cupiditatibus. Non contigit illi gustare talem hostiam, neque particeps fuerat sanguinis dominici, sed legibus imperfectioribus educatus, neque tale quicquam exigentibus, tamen ad euangelicam philosophiam fastigium peruenit animi moderatione. At tu frequenter praeteritarum iniuriarum memoria offenderis, hic uero quum & de futuris metueret, certo sciens fore ut si hostem seruaret, & ciuitate exularet, & uitam egenam calamitosamque ageret, non destitit tamen illius habere curam, sed omnia fecit, hunc talem hostem fouens. Quis commemorare ualeat tolerantiam hac maiorem? Porro ut non tantum ex praeteritis, uerum ex his quoque quae nunc sunt discas fieri posse, ut cum quouis homine animum in te hostilem gerente redeas in gratiam, quid leone sauius? Et tamen hunc cicurem

Chrysi

mansuetumque reddunt homines, arte naturam superantes: istaque quauis oue mitius animal bestiarum omnibus immittius regalibusque, adeo ut per forum ambulet, neminem expauescens. Quam igitur habituri sumus excusationem, quam impetrabimus ueniam, si quum seras bestias cicuremus, negauerimus homines unquam posse placari, beneuolosque erga nos reddi? Atqui bestiae quidem praeter naturam est esse mansueti, homini uero praeter naturam est feritas. Ergo quum in illis naturam uincamus, qua fronte nos excusabimus, si in homine causamur, animi propositum non posse corrigi? Quod si adhuc cotendis, illud dixerim, quantum in sanabili morbo aegrotet homo, quod plus fuerit laboris, hoc tibi merces erit amplior, si assideas, curans immedicabili morbo laborantem. Vnum igitur illud spectemus, non, ne quid mali patiamur ab inimicis, sed qua ratione fieri possit, ne quid illis mali faciamus. Ita nihil patiemur mali, etiam si innumera perferamus mala: quemadmodum nec Dauid, dum eiecitur, dum in exilium agitur, dum usque ad uitae discrimen insidiosis appetitur, quicquam acerbi passus est: quin potius tum hoste suo factus est illustrior honorabiliorque, tum caeteris omnibus amabilior, idque non hominibus tantum, sed ipsi etiam deo. Quid enim detrimenti cepit sanctus ille, quum tam multa perpetueretur a Saule? An non in hodiernum usque diem canit, illustris in terra, illustris in caelo? An non illum inenarrabilia manent bona, nonne caelorum regnum? Rursum quid commodi cepit infelix ille ac miser, tot insidias molitus Dauidi? Nonne regno excussus est? Nonne miseranda morte perijt una cum filio? Nonne ab omnibus uituperatur? & quod his grauius est, aeterna luit supplicia. Postremo quid tandem est quod incusas, quamobrem non uis cum illo redire in gratiam? pecunias eripuit: sed si fortiter perferas rapinam, tantumdem accipies mercedis ac si eas in manus pauperum reposuisses. Siquidem & qui dedit egenis, & qui aliena usurpanti, neque parat illi insidias, neque male precatur, ambo propter deum id faciunt: proinde quum impendij causa sit eadem, perspicuum est & unam eandemque fore coronam. Sed uitae insidiatus est, & conatus est occidere. Ea res tibi pro martyrio imputabit, si insidias molientem, & ad tantam prouectum maleuolentiam, inter bene meritos numeraris, non desinens orare pro illo, deum obsecrando ut illi fiat propitius. Ne igitur illud reputemus, quod deus uetuit ne Dauid occideret Saulem: sed illud considera, quod ex insidijs Saulis tripla quadruplaque martyrij corona redimitus est. Etenim qui seruauit hostem, eum qui semel atque iterum imo frequenter lanceam in caput illius uibrarat, quum esset occidendi potestatem nactus, tamen pepercit, idque cum sciret post eam praestitam clementiam fore, ut denuo ab illo impeteretur: perspicuum est, quod millies coronam meruit animi proposito, millies autem interfectus propter deum, plurimas tulit martyrij coronas: qui quemadmodum & Paulus ait: Quotidie mortuus est propter deum. Quum

i. Reg. iii. b

i. Cor. i. 5. d

tom. i

D

enim

enim posset hostem sibi insidiantem e medio tol-
lere, propter deum noluit, maluit quotidie peri-
clitari, quam iusta caede a tot mortibus liberari.
Quod si usque ad ipsius uitae periculum insidiantem
ulcisci atque odisse fas non est, multo minus li-
cet eum qui uulgariter laesit uindicare. Plerisque ab
amicis affici conuictis, aut in suspicionem adduci,
uidetur omnibus mortibus intolerabilibus. Age
igitur & istud expendamus. Aliquis tibi maledi-
xit, adulterum ac scortatorem appellauit, hoc si uere
dicit, corrige: sin falso, irride. Si tibi ipse conficius
es eorum quae obijciuntur, respice: si non es, de-
spice. Imo potius non solum deride ac negligere, ue-
rum etiam gaude atque exulta iuxta domini sermo-
nem qui nos iubet ita facere. Quum, inquit, ex-
probrauerint uobis, & dixerint omne malum uer-
bum aduersum uos, mentientes, gaudete & exul-
tate, quoniam merces uestra copiosa est in caelis.
Ac rursum, Gaudete & exultate, quia eiecerint
uos, nomen malum mentientes. Caeterum ubi con-
uiciator quidem uera dixerit, tu uero modeste per-
tuleris ea uerba, non regerens contumeliam, neque
conuicta conuictis retalians, sed amare ingemue-
ris damnans tua delicta, haud minorem ferens mer-
cedem, quam ille prior: idque uobis e scripturis ap-
probare conabor, uti per noscatis quod quantum
utilitatis non adferunt amici dum laudant & ad-
gratiam loquuntur, tantum utilitatis adferunt ini-
mici uituperando, etiam si uera dixerint, tantum
ut nos reprehensionibus illorum ad id ad quod oportet
uti uelimus. Nam amici frequenter ad gratiam
adulantur: contra hostes delicta proferunt in me-
dium. Quoniam cum nos nostra peccata non uide-
mus ob amorem nostri nobis insitum, illi quia
propter odium ea melius quam nos perspiciunt,
opprobando nos ad correctionis necessitatem
impellunt: ut illorum maleuolentia nobis cedat
ad maximam utilitatem, non ob id tantum quod
per illos admoniti intelligimus errata nostra, sed
quod ea deponimus quoque. Itaque si inimicus op-
probrauerit tibi crimen, cuius tibi conficius es, tu
uero audiens, non conuictiaris illi uicissim, sed
cum amaro gemitu deum imploras, protinus om-
nem culpam deposuisti. Rogo quid hoc esse po-
terit felicitus? quid ad criminum abolitionem faci-
lius? Sed ne uideamur uos uerbis humanis exci-
tare, e diuinis scripturis super hac re proferemus
testimonium, ne quid praeterea dubites. Erat pha-
risaeus quidam & publicanus: quorum hic qui-
dem ad summam progressus erat malitiam, alter
ad summam peruenerat iustitiam, ut qui faculta-
tes suas dissiparet in pauperes, assidueque ieiuna-
ret, purus a rapinis. Contra alter in rapinis ac uio-
lentis uitae tempus omne consumpserat. Ambo
ascenderunt in templum orandi gratia. Mox ille
stans dicebat, gratias ago tibi domine, quoniam
non sum sicut caeteri homines, rapaces, auari, ne-
que uelut hic publicanus. At publicanus procul
stans, non regesit contumeliam, neque uicissim di-
xit conuictum. Non protulit ista uulgaria uerba:
Tu ne audes meae uitae mentionem facere: tunc

audes mea facta reprehendere? An non sum te me-
lior? Referam tua peccata, faxoque ne unquam in
haec sacra confendas atria: nihil unquam, istius-
modi frigidorum uerborum loquutus est publica-
nus, quibus utimur quotidie nos, conuictis ac ma-
ledictis aspergentes: sed amare suspiras peccatusque
percutiens, hoc tantummodo dixit, propitius
esto mihi peccatori, & descendit iustificatus. Vi-
des celeritatem? Accepit probrum, & abluit pro-
brum. Agnouit peccata, & deposuit peccata, &
criminum accusatio facta est illi criminum remis-
sio, & hostis inscius factus est beneficus. Quot
labores erant publicano subeundi, ieiunando,
humi dormiendo, uigilando, bona sua egenis im-
partiendo, longo tempore in sacco & cinere se-
dendo, ut illa tam multa peccata posset deponere.
At nunc quum nihil tale fecerit, simplici uer-
bo omnem deposuit iniquitatem, ac probra con-
uictaque pharisaei qui uidebatur illum contumelia
afficere, pepererunt iustitiae coronam, idque sine su-
doribus, sine laboribus & absque longi temporis
mora. Vides ne, quod etiam si quis uera de nobis
praedicet, quorum nos ipsi nobis conscij sumus,
nos uero ista praedicantem non uicissim impetie-
rimus maledictis, sed amare ingemiscetes, deum
pro delictis nostris implorauerimus, omnia pec-
cata deponere possumus? Hoc pacto & hic iusti-
ficatus est, quoniam pharisaeum non repetijt con-
uictis, sed pro suis peccatis ingemuit, descendit ius-
tificatus praeter illo. Vides quantum adferat utilita-
tis inimicorum exprobratio, si modo eam philo-
sophico pertulerimus animo. Quod si pariter &
mentientes & uera loquentes nobis profunt, quam-
obrem dolemus? quam ob causam urimur? Ni te-
ipsum laeseris o homo, neque amicus, neque inimi-
cus, ne ipse quidem diabolus poterit te laedere. Ete-
nim quum & ij qui nos contumelijs afficiunt, qui
traducunt, qui usque ad ipsius uitae discrimen insi-
diantur, utilitatem adferunt, dum alij martyrij co-
ronam nobis plectunt, quemadmodum ostendi-
mus: & alij rursum dum peccata nobis exprobrant,
ea subducunt, nosque ex iniustis reddunt iustos,
quemadmodum accidit in publicano: quum in il-
los efferamur & incandescimus? Ne dixerimus
itaque, ille me atrociter iritauit, ille me lacessendo
perpulis, ut dicerem inhonesta uerba: nos ubique
taliu causa sumus. Nam si uelimus philosophari,
ne daemones quidem poterit nos ad iram concitare,
idque liquet, quum ex alijs compluribus, tum ex hac
ipsa quae nunc in manibus est historia, de Dauidet
quam operae pretium fuit & hodie in medium ad-
ferre, quaequam heri super ea charitatem uestram
admonuerimus, quum absolueremus concionem.
Vbi igitur eam absoluimus? in excusatione Da-
uid. Proinde necesse est, ut hodie uobis Saulis uer-
ba referamus, quod uideamus quid hic ad iustissi-
mam illius excusatione responderit. Neque enim
uidelicet e uerbis tantum quae Dauid loquutus est,
uerum etiam e Saulis oratione, Dauidis uirtutem
perspiciemus: eoque si Saul aliquid placide man-
suetaque responderit, huius causam Dauidi impu-
tamus

tamus qui immutarit hominem, qui que erudierit &
ad sobrietatem composuerit illius animum. Quid
igitur ait Saul? posteaquam audierat Dauid lo-
quentem, Ecce lacinia chlamydis tuae in manu
mea, aliaque cuncta quae in excusationem attulit:
Vox, inquit, ista tua fili Dauid. Quanta subito fa-
cta est mutatio? qui nunquam sustinuerat illum uel
simplici uocare nomine, ipsam etiam appellatio-
nem habens exosam, nunc adoptat eum in cogna-
tionem appellans eum filium. Quid igitur Dau-
de felicitus, qui ex homicida fecit patrem? e lupu-
ouem, qui fornacem iracundiae multo impleuit ro-
re, qui que tempestatem uertit in tranquillitatem,
qui que tumorem omnem ira exstuantis animi res-
tinxit. Verba uero Dauidis ingressa in animum
istius efferat, totam hanc perfecit immutatio-
nem, quod e Saulis uerbis deprehendas licet. Ne-
que enim dixit, sermones tui isti fili Dauid: sed,
uox tua ista fili Dauid: adeo mox ad ipsam uocem
incauit. Et quemadmodum pater ex longo inter-
uallo audita filij reuertentis uoce, non ad conspectum
modo illius, uerum etiam ad ipsam uocem excitat: sic
& Saul simul ut accepit uerba Dauidis in animum
ingressa, abiicit inimicitiam, iamque sanctum agno-
uit, positoque affectu, recepit affectum. Siquidem
posita ira, recepit tranquillitatem & condolens-
tiam. Et quemadmodum quando nox adest, saepe
ne presentem quidem amicum agnoscimus, at
mox ut exortus est dies, etiam eminus conspectum
agnoscimus: itidem & in iracundia solet usu ue-
nire. Donec inter nos maleuolum gerimus ani-
mum, & uox audita nobis aliter sonat, & ipsam
faciem corrupta mente aspiciamus. Caeterum ubi
posuerimus iram, & uox que prius erat inuisa at-
que hostilis, placida nobis ac iucundissima uide-
tur, & aspectus ipse prius inimicus & iniucundus,
tunc sit amabilis & iucundus. Idem accidit in tem-
pestate. Non patitur nubium concursus nobis con-
spicuum esse caeli pulchritudinem, sed quamuis
millies habeamus oculos perspicaces & acres, ne-
quaquam pertingere possumus ad illam supernam
iucunditatem. Caeterum ubi iam radiorum calor,
perruptis ac discussis nubibus Solem ostendit, rur-
sus & caeli decorem ostendit. Idem accidit in no-
bis ira feruentibus, dum similtas uelut densa nu-
bes, ante oculos & aures stat, facit ut uoces as-
pectusque uideantur aliter quam sunt. Verum simul
atque aliis animi robore posuerit odium, nubemque
diruperit agrimoniam, tunc demum incorrupta men-
te, & uidebit & audiet omnia: quod & huic eue-
nit Sauli, qui simul atque nubem maleuolentiae dis-
rupit, agnoscens uocem Dauidis ait: uox tua ista
fili Dauid. Quoniam ista quae Goliath deiecit,
quae ciuitatem periculis eripuit, quae cunctos in
seruitutis ac mortis periculo constitutos, in liber-
tatem restituit, & in tuto constituit, quae Saulis fu-
rorem sedauerat, quae multa magnaque beneficia
in eum contulerat. Siquidem haec barbarum illum
& alienigenam prostrauit, eo quod priusquam mit-
teret lapidem, eum precationis robore fuerat ag-
gressus. Neque enim uulgari more proiecit lapidem,
Chryf.

sed prius dixerat: tu uenis ad me in dijs tuis, ego
autem uenio ad te in nomine domini Sabaoth,
cui exprobrasti hodie: Atque haec loquutus, emisit
lapidem, atque haec uox lapidem ueluti manu di-
rexit in Goliath, haec pauorem incussit barbaro,
haec hostis confidentiam fregit. Et quid miraris,
si uox iusti, & furorem mitigat, & hostes deiecit,
quum impios quoque spiritus expellat? loqueban-
tur tantum apostoli, & fugiebant aduersariae po-
testates. Vox sanctorum frequenter & elementa
stare fecit, & potestates illorum immutauit. Lo-
quutus est tantum Iesu Naue, & constitit sol & lu-
na. Sic & Moses mare ingressus est, & celsit: sic
tres illi pueri ignis uim extinxerunt, hymnis illis
suis ac uoce. Idem & Saul ad eandem uocem inca-
luit, dicens, Vox tua ista fili Dauid. Quid igitur
Dauid? Seruus tuus domine mi rex. Posthac cer-
tamen oritur & contentio, uter alterum maiore
prosequatur honore. Saul quidem ad cogratio-
nem ascituit, filium appellans: Dauid autem do-
minum eum appellat. Quod autem dicit tale est:
unum, inquit, unum illud quaero, salutem tuam
ac uirtutis profectum: filium me appellasti, mihi
uero satis est, si me pro famulo habeas, tantum ut
iram ponas, tantum ut ne quid de me suspicere ma-
li, neu me ducas hostem aut insidiatorem. Imple-
uit illam legem apostolicam, quae iubet, ut nos ipsos
uincens honore inuicem praueuiamus: non iux-
ta plurimorum morem qui peius affectu sunt quam
ipsae pecudes, qui proximum ne affari quidem prio-
res sustinent, existimantes sese contumelia affici,
& a dignitate deijci, si que uel affatu simplici im-
pertiant. Quid ista dementia possit esse magis de-
ridiculum? quid hac arrogancia fastuque foedius?
Tunc enim, tunc, inquam, a dignitate deiectus es
o homo, tunc iniuria affectus es, tunc contumelia
affectus es, quoties expectas, ut proximus te prio-
r alloquatur. Quid enim arrogancia deterius?
quid fastu & inani gloria magis deridiculum? Nam
si prior alloquaris, & deus ipse collaudabit, quod
est omnium maximum, & homines insuper com-
probabit, tuque illius appellationis mercedem to-
tam accipies. Quod si expectaris, ut prior hono-
ratus, tum denique proximum honores, nihil iam
magis feceris. Nam is unde honoris coepit initium,
idem relati abs te honoris totam mercedem acce-
pturus est. Proinde ne expectemus, ut alij priores
nobis honorem deferant, sed accurramus ad exhi-
bendum proximo honorem, semperque a nobis o-
riatur salutationis initium: neque putemus hoc offi-
cium esse contemnendum ut uulgare, si libeter &
amanter salutemus. Nam hoc praetermissum mul-
tas amicitias dirupit, multas peperit similtates:
quemadmodum e diuerso idem studiose exhibitu,
& ueteres inimicitias dissoluit, & amicitias prio-
res confirmauit. Noli igitur charissime his in re-
bus studium negligere, sed, si fieri potest, obuios
qualescumque fuerint, tum in salutando, tum in cae-
teris omnibus priores deliniamus. Quod si quis
te praueuerit, repende honorem cum faenore. Na
& hoc admonuit Paulus, ita loquens: inuicem alius
tom. i D 2 alio

alio se existimet præstantiorē. Ira fecit David, qui A
& prior honorem detulit, & honoratus maiorem
honorem reposuit dicēs, Seruus tuus domine mi
1. Re. 24. a. b. rex. Vide uero quantum fecerit lucra David hæc lo
quutus: non iam sustinuit Saul hanc uocē audire
sine lachrymis, sed plorauit amarē, animi sanitate
ac philosophiam, quam David in seuerat, lachry
mis declarans. Quid esse possit hoc Propheta bea
tius, qui breui temporis momento sic hostem e fu
rore ad sobrietatem composuit: & animū na ctus
sanguinis ac cædis sumentem, repente ad lamenta
& eiulatus cōpulit? Non perinde miror Mosen,
Exod. 17. b. quod e saxo prærupto fontes elicit aquarum, ut
admiror Davidē, quod ex oculis lapideis fontes
eduxerit lachrymarum. Siquidem ille quidem uic
cit naturam, at hic uicit animi decretum: ille uirga
percutit lapidem, hic sermone pepulit cor, nō ut
contristaret, sed ut purum mansuetumq; redde
ret. Quod etiam perfecit, maiore beneficio regem
afficiens quā antea fecerat. Est quidem & illud
laude summaq; admiratione dignū, quod ensem
non tinxerit sanguine, nec caput illud hostile re
fecuerit: sed longē maiore corona dignum erat,
quod ipsum inimici propositū immutauit, eumq;
reddidit meliorem, idq; priusquā ipse suam immu
taret humanitatem. Hoc beneficium illo præstan
tius est. Neq; enim paria sunt cōdonare culpā, &
ad animi sobrietatem adducere. Non sunt paria,
liberare a morte, & liberare ab ira cædem iniustā
spirante: eximere a cæde, & eximere a furore, ad
tantum properante nephas. Dum etiam satellites
suos David cohibet ne Saulem occiderēt, præsen
ti quidem uitæ profuit: cæterū quum mitibus uer
bis malitiam ex animo depellit, futurā illi uitam
æternaq; largitus est bona: quod quidem erat in
ipso. Quoties igit David laudas ob ipsius man
suetudinem, magis illum lauda, quod Saulem im
mutarit. Siquidem multo minus est proprijs tem
perare cupiditatibus, quā alienum uincere fu
rorem, quā cor ira intumescens compescere, eq;
tanta tempestate tantam facere tranquillitatem,
quā oculos homicidium præ se ferentes calidis
implere lachrymis. Atq; hoc est stuporis ac mira
culi plenū. Etenim si Saul fuisset homo modera
tus & æquus, non admodum magni erat negotij,
ad solitam reuocare uirtutem. At efferatum & ad
extremam prouectum malitiam, iamq; ad cædem
properantem breui temporis momento sic affice
re, ut omnem illam amaritudinem euomat ex ani
mo, quem non obscuret omnium, qui unquā su
per philosophiæ doctrina clarum promeruere no
men. Et tu igitur si quando hostis inciderit in ma
nus tuas, ne illud specta, quomodo illum ulciscaris
innumerisq; conuictijs cōspersum emittas, sed
quomodo sanes, quomodo ad sobrietatem redu
cas: neq; prius delistis omnia tum facere tum pa
ti, donec tua mansuetudine superaris illius trucu
lentiā. Nihil enim humanitate potentius, quod
Prom. 2. 5. b. ipsum quidam declarauit, dicens: Sermo mollis
confringit ossa. At qui quid osse durius: Et tamen
si quis æque durus sit & rigidus ac præfractus, ni

hilominus facile uicerit illum qui mansuetē tra
ctet. Ac rursus; Responsio submissa auertit iras.
Vnde liquet, ut hostis iriteretur, aut reconcilietur,
magis in tua potestate esse quā illius. Non enim
in ijs qui ira commoti sunt, sed in nobis sitū est, ut
uel extinguatur illorum ira, uel ad maius iritetur
incendium. Et hoc item qui priora dixit simplici
declarauit exemplo: quemadmodū enim, inquit,
si inflēs in scintillam ignis, excitās incendiū: con
trā si inspiras, extinguīs, & utrumq; tibi in manu
est, quoniam utrumq; inquit, ex ore tuo proficisci
tur. Idem fit & in inimicitia proximi, si inflatos ac
uecordes ingeras sermones, excitās ignem illius,
accendis carbonēs: Sin mites ac moderatos ad
moueas sermones, priusquam exardescat, iram
omnem extinxeris. Ne dixeris igit, hæc aut hæc
audiui, quā hæc omnia sint in tua potestate. Hoc
enim pacto iram ueluti scintillam, uel extinguere
uel accendere, furoremq; uel excitare, uel contrā
sedare in te situm est: quum uideris inimicū, si in
mentem ueniat, quā multa tum audieris, tum
perpessus sis molesta, fac omnium horum obliu
scaris. Etiam si recorderis, tamen fac ea calumnia
tori imputes: collige uero si quid unquam huma
niter uel dixit uel fecit. Si in horum recordatione
commoratus fueris ocyus dissolues inimicitiam.
Quod si est animus illum incusare, cumq; inimi
co exostulare: fac prius abijcias animi motum,
iramq; extinguas, ac tum cum illo exostula, tum
argue, & facile poteris uincere. Siquidem ira cō
moti nihil sani poterimus unquam uel dicere, uel
audire. Sed a perturbatione liberi, nec ipsi uerbū
asperius unquam emittemus, nec alijs acerbē lo
quentibus, eodem modo audiemus. Neque enim
ipsa perinde natura eorum quæ dicuntur, atq; ani
mus odio occupatus, nos exasperare solet. Fre
quenter enim fit ut quū eadem conuictia audimus
ab amicis iocantibus facit ijs ueludentibus, aut a
pueris paruulis, nō solum nullam sentiamus mo
lestiam, neq; incrudescamus, sed rideamus etiam
atq; exilaremur, eo quod illa nō audimus animo
affectu corrupto, neq; mente ira præoccupata: itē
dem inimicis, si extinxeris iram, si odiū eieceris,
nihil eorū quæ dicuntur te poterit offendere. Quid
autem loquar de uerbis? Ne facta quidem offen
derint, quemadmodum nec beatum hunc quic
quam horū offendit: sed quū uideret inimicū ad
uersus ipsius incolumitatē belligerantē, huiusq;
gratia nihil intentatum relinquenterem, nō solum
non est exasperatus, uerum magis illius indoluit
malis: quo uehementius insidiabatur ille, hoc im
pensius eum defleuit. Nouerat enim, nouerat, in
quam certō, non eum qui patitur iniuriā, sed
qui facit, lachrymis ac lamentis esse dignū, ut qui
lædat seipsum. Eoq; proluxa apud illū excusatioe
est usus, neq; prius delistit, q; & hostem commoue
ret ad excusationem cum lachrymis ac lamentis.
Posteaquā enim plorauit, uocemq; amarā emi
sit, posteaquā clarē eiulauit, quid dicat audī: ius
stior tu me es, quoniam tu mihi retribuisti bona,
ego uero reddidi tibi mala. Vides ut suam ipsius
damnat

damnat malitiam, ac iusti uirtutem prædicat, nul
loq; cogente sese purgat. Idem tu facito, quum ho
stis inciderit in manus tuas, noli accusare illū, sed
teipsum purga, ut illū perpellas ad sui ipsius con
demnationem. Nam si nos accusemus, exaspera
tur: Sin nos excusauerimus, ille reueritus nostrā
humanitatem, mox seipsum condemnabit. Hoc
pacto simul & redargutio fit carens suspicione, &
ille omnē exiit malitiā. Quod & hic euenit: quū
tacet is qui affectus erat iniuria, is qui fecerat mul
ta cum uehementia seipsum acculat. Neq; em sim
pliciter dixit, fecisti mihi bona: sed retribuisti mihi
bona. Hoc est, pro insidijs, pro cæde, pro malis il
lis innumerabilibus magna mihi rependisti bene
ficia. At ego ne sic quidem factus sum melior, sed
post illa tua benefacta perseueraui in malitia: tu
uero ne sic quidem es immutatus, sed constanter
tuum obtinuiisti morem, nos iterum atq; iterū tibi
insidiantes, beneficijs profequens. In hisce singu
lis uerbis, quot coronis dignus apparuit David:
Quanquam enim os Saulis ista sonabat, sapien
tia tamen & ars Dauidis ea in animum illius inse
uerat. Renuntiasti, inquit, mihi hodie, quæ mihi
feceris bona, quum me dominus hodie conclusere
rit in manus tuas, nec occideris me. En rursus de
aliena uirtute perhibuit testimonium, uidelicet, q;
benemeritus non tacuerit, neq; dissimularit, sed
accedens narrarit: nō quidem ad ostentationem,
sed ipsi factis illum docere cupiēs, se de numero
eorum esse, qui regi bene cuperent, eiusq; cōmo
dis prospicerent, nō eorū qui tenderent insidias.
Tum enim fas est propria commemorare benefa
cta, quum insignis hinc sperat utilitas. Nam quo
ties nulla data occasione factat quis ac deprædi
cat sua in alium beneficia, nihil potior est expro
brante: cæterum quoties id facit, ut correpto per
sura deat, & malam de ipso opinionem habentem
flectat in diuersum, is & curator est & beneficus:
quod sanē fecit & hic David, haudquaquā a Sau
le gloriam captans, sed iram in illo radicātā euel
lere studens. Atq; hoc nomine Saul collaudauit
eum, quod & benemeritus esset, & merita sua cō
memorasset. De in quum Saul referre gratiam cu
piens, non inueniret ullam parem, ipsum deum
illi pro se constituit debitorem, ita loquens: Si in
ueniet aliquis inimicum suum in angustia, & di
mitret illū in uia bona, & dominus reddet illi bo
na, quemadmodū fecisti tu mihi hodie. Quid em
poterat Saul reponere dignum meritis, etiam si re
gnum dedisset, cum omnibus oppidis: neq; enim
oppida modo & regnum, uerum & uitam ipsam
donarat illi David: ille uero non habebat alteram
uitā, quam rependeret, eoq; illum relegat ad deū,
& ab illo manaturis præmijs honorat: pariter &
hunc laudans, & uniuersos erudiens, quod tum
maiora nobis apud deum præmia reposita sunt,
quum pro innumeris beneficijs in hostem colla
tis, diuersa recipimus. Post hæc ait: Ecce agnosco,
quod regnans regnabis, quodq; regnū Israel con
stituetur in manu tua: Et nunc iura mihi per do
minum, quod non aboliturus sis semen meū post
Chry,

me, nec extinguēs nomen meum de domo pa
tris mei. Sed dic obsecro, unde istuc fecis? penes te
sunt exercitus, penes te sunt pecuniæ, arma, ciui
tates, equi, milites, breuiter uniuersa uis appara
tus regij: hic contra desertus ac nudus, nec ciuita
tem, nec domum, nec familiam habens. Vnde igit
tur, te quæso, ista loqueris? Nimirum ex ipsis Da
uidis moribus. Neq; em nudus & inermis ac de
fensus me armatum, tantaq; circumuallatum po
tentia superasset, nisi deum haberet adiutorem.
Porro qui deum habet fauentem, omnibus est po
tentior. Vides ad quantam philosophiā Saul post
insidias deductus sit: uides qui fieri possit, ut ini
micus omnem expuat malitiam, immutatusq; ad
meliora sese recipiat? Ne uelimus itaque nostram
iporum salutem per iracundiā deuouere. Quan
doquidem etiam si ad ipsa malitiæ barathra fueri
mus deducti, fieri potest, ut nos ipsos inde reuoce
mus, & omni deposita malitiā ad meliorem fru
gem redeamus. Deinceps quid ait: Iura mihi per
deum, quod non abolebis semen meum post me,
nec obliterabis nomen meū de domo patris mei.
Rex priuatum rogat: qui diademate cinctus est,
supplicem agit pro filijs suis, obsecrat exulem. Et
hoc ipsum arguit uirtutem Dauidis, quod hostis
ausus sit hæc ab hoste petere. Nam quod iusiuran
dum exigit, non eo facit, quod diffidat Dauidis
moribus, sed quod reputer quot malis illum affe
cisset. Iura mihi te non aboliturum semen meum
post me. Hostem filijs suis relinquit tutorē, suasq;
proles in illius deponit manus, dum his uerbis fi
liorum ac Dauidis manus apprehendens, deum
sequestrem inducit. Quid igitur David? Num
uel leuiter dissimulatione & ironia ad hæc usus
est: nequaquam. Sed protinus annuit, quodq; pe
tebatur concessit: ac mortuo Saule, non modo
non occidit illius posteros, sed tum plura præsti
tit, quā erat pollicitus: siquidem filium eius quū
esset claudus ac debilis cruribus, in suam ipsius
domū induxit, suæq; mensæ fecit participem sum
mo illum honore dignatus, nec erubuit, nec oc
cultauit, nec arbitratus est regiam mensam elau
dicatione pueri dehonestari, sed decorari potius
ac lautiorē fieri. Quotquot enim cum illo discum
bebant, abibant magnā philosophiæ doctrinam
consequuti. Cum enim uiderent Saulis filium, il
lius qui tanta mala patrarat aduersus Davidem,
tanto in honore haberi apud ipsum, etiam si feris
omnibus fuissent immittiores, pudore tamen ac
rubore cum omnibus inimicis redibant in gra
tiam. Quanquam si etiam ipse aliunde illi cibum
dari iussisset, certumq; uictus modum ordinasset,
ualde magnū erat: sed illum ad suā ipsius mensam
recipere, eximia cuiusdā est philosophiæ. Scitis
profecto, nō esse facile, hostiū filios diligere, qd di
xi diligere: nō odisse, nō persequi magnū est. Itaq;
multi, defunctis inimicis, in illorum liberos, iram
quā in eos habebant, effuderunt. At non ita ge
nerosus ac magnanimus iste, sed & uiuentem ini
micum obseruauit, & illo defuncto, beneuolen
tiam quā erga illum gesserat, filijs exhibuit. Quid
tom. 1 D 3 illius

illius mensa sanctius: quam cingebant filij hostis, hostis, inquam, occidere conati. Quid illo conuicio spiritalius? in quo tam multæ abundabant benedictiones. Angelo potius quam homini erat plausibile. Siquidem inimici filios amplecti & amare, & illius filium qui toties ipsum tentasset è medio tollere, atq; id moliens excesserat è uita, facit ut ille chorus celebretur. Hoc tu quoq; facito charissime, & uiuentium & mortuorum filios foues: uiuentium quidem ut modo parentes illorum tibi concilies, defunctorum uero filios curans, ut à deo multum tibi pares fauorem, plurimisque coronis decoreris, utq; innumera ab omnibus uota precibus consequaris, non ab ijs tantum qui tuis beneficij adiuti sunt, uerumetiam ab ijs qui uiderunt. Hoc pro te stabit in illo die magniq; tibi futuri sunt patroni in articulo iudicij, hostes tuo beneficio adiuti: magnaq; ex parte à peccatis liberaberis, & reposes mercedem. Etia si innumera commiseris peccata, si proferas illam precationem quæ dicit: remittite inimicis uestris, & pater uester remittet uobis peccata uestra: multa cum fiducia commissorum omnium remissionem consequeris: atq; hic interim, bona cum spe uitæ, habitus oēs amater erga te affectos. Quorum enim uiderint, quod inimicos & inimicorum filios sic diligis, qui fieri poterit, ut non affectent tibi amici, tuiq; studiosi fieri, & omnia tua causa tum facere, tum pati? Porro quæ tantum apud deum tibi pares fauorem, quæ cunctos habes eas omnia bona tibi cõprecantes, quam sensurus es molestiam, aut quis te uitam uiuat felicior? Hæc in uita non tantum miremur, uerumetiam factis exequamur, ac obambulantes, inimicos perscrutandi gratia, suos quisq; sibi reconciliemus, & ex inimicis synceros reddamus amicos. Quod si etiam excusatione fuerit opus, ueniamque ab ipsis petenda fuerit, ne recusemus, etiam si ipsi fuerimus iniuria affecti. Hoc pacto copiosior nobis erit merces, hoc pacto maior fiducia, hoc pacto cœlorum regnū haud dubie consequemur, munificentia & bonitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul & sancto spiritui, gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

HOMILIA DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI de Dauid, ubi Goliath immanem hostem deuicit.

DOMINVS deus cum Dauid regem populo destinasset, cumq; primo singulos homines ac diuersos attingeret, examinaret cunctos, plurimosq; peruideret, è quorum numero eligeret regem, rectorem proponeret, ducem populo præficeret, inuenit Dauid cuius meritum transiri non potuit, cui & testimonium reddidit dicens: Inueni mihi Dauid uirum secundum cor meum, qui faciet omnem uoluntatem meam. O beatū Dauid sanctissimi meritum quod laudat deus, prædicat dominus, iudex præfert summus. Dum enim Dauid sanctissimus homo secundum cor dei quicquid deus cogitat, gerit: quicquid mente concipit, perficit: Dum

1. Reg. 13. c.

enim, inquam, Dauid cordi dei cor propriū iungit, & menti eius mentem suam adnectit: hoc est, ut quæ uult deus, uelit: & quæ non uult, similiter nolit: sic eum dominus in diuino amore & coniuncta charitate dilexit. Deniq; deus Dauid elegit obsequentem, & Saulem reprobat cõtemptorem. Dauid qui notus populo non erat promouetur, & Saul qui regnauerat, spernitur. Hic ab ouibus ad regnum deligitur, ille à regno ad gladium destinatur. Hunc sancta uita promouit, illū mandatorum despectio reprobauit. Dauid adhuc pastor debellat leonem, interfecit ursum, Saul contemnendo dominum, malum in se prouocat spiritum. Regnat Dauid sanctissimus, sed latenter: Saul reprobus efficit euidenter. Hic iam rex est, ille putatur: hic iam obtinet, ille tantummodo dicitur: hic occultam possidet dignitatem, ille habet publicam regni imaginem. A deo Dauid sancto spiritu inundatur, Saul uero spiritu isto deseritur. Deniq; Saul Dauid persequitur innocentem, Dauid uero traditū sibi illatum exhibet peccatorem: ut & in Dauid spiritus sanctus mitesceret, & in Saule malus spiritus in innocentem saureret: ut uitæ diuersitas diuersa iam merita demonstraret, & causæ istæ hominibus deputarentur, non deo: qui malè uel bene gerentibus regnum aut tollerent, aut conferrent. Interea ab Allophylis Saul prouocatur ad bellum, disponitur acies, præparatur exercitus, pugna dirigitur. At contra hostes haud aliter præparantur, ardescunt ira, tolluntur insania, furore feruescunt, pendet in inuicem uterq; exercitus, expectat signum, sustinet iussum: & cum nondum aut lituorum sonitus, aut tubarum clangor, aut strepitus armorum colliderent, profiliuit in medium de Allophylorum castris uir corpore immani uastissimus, horrendus statu, mirabilis uisu, cristato uertice galeatus, coruscus armis, fulgens gladio, umbone tectus, lorica uestitus, nomine Goliath. Qui stupentibus cunctis, uos, uos, inquit, exercitus Saulis admo-neo, uobis mea uerba depono. Nolite, inquit, nolite pugnare nobiscum, ut pugnetur in bello: nolite contra nos solita exercere bellorum, nemo contra alterum pugnet, nullus cõminus hostem solito more debellet, eligite si potestis unum ex uobis, qui mecum fortiter pugnet. Eligite unum qui contra me si poterit dimicet, cuius uirtus uirtutem totius monstrat exercitus, cuius potentia potentes exhibeat cunctos, cuius uictoria aut nos uobis seruos efficiat, aut si fuerit uictus uos nobis in seruitutem subiciat. His dictis Saul rex populusq; terretur, formidant cuncti, trepidant omnes, uniuersos inuadit metus, formido occupat, possidet tremor. Non in forti uirtus, nõ in audace animus, non salus in bellatore consistit. Fuit enim Goliath metuendus uisu, metuendus armis, metuendus & uerbis: & tremantibus cunctis solus Dauid consistit intrepidus. Non eum immanitas hostis exterruit, non armorum enormitas fregit, aut superbia uerborum imminuit, sed fortior cunctis uirtus diuina constituit. Noli, inquit ad Saulem

1. Reg. 16.

Reg. 17. d.

1. Reg. 17.

lem, noli rex domine formidare, noli eius immania uerba aut armaturæ potentiam pertimescere. Ille enim quod minatur leue est, quod loquitur facile, quod ostentat mortale. Ego cõtra illum exeam, ego pugnam contra eum institutam, & iactantiam eius, & superbam uocis insaniam deo mitigante consternam. Nam cum pascere gregem in campo, ouem mihi à leone & urso arreptam, his beluis interemptis prædam excussi, ouem eripui, nocentes bestias interfeci. Hoc ex emplo etiã istam immanem beluam prouocem bello, pugna congregiar, dei populum de eius manu eripiam, & ipsum ut nocentissimam beluam dei uirtute percussam: Non poteris, inquit Saul, non poteris pugnare cum eo. Tu enim puer es, ille bellator: tu insuetus es, ille peritus: tu pastor es ouium, ille rex & imperator est populorum. Pugna ista, inquit Dauid, quæ loqueris dei est: bellū quod geris, cœleste atq; diuinū. Nihil isthic humanum inuenies, nihil quod hominis uirtus conficiat, aut potentia bellatoris exerceat. Adest dominus, adest, inquam, qui me in prælium cogit procedere, adest qui me bellum desiderat gerere, & hostem immanissimum iugulare. Induitur Saulis armis Dauid sanctissimus puer, ut quasi potentibus armis rex potentissimus uinceretur. Sed tam ista arma ut puer gestare non potuit, quàm Goliath his armis non meruit interire. Deniq; istis armis abiectis, noua & inopinati generis Dauid arma conquirat, quia quæ lapides eligit, fundam sumit, situlam pastorem corripuit, contra Goliath debellandum exiuit. Quem Goliath cum contra uenientem aspiceret, irrisit ætatem, irrisit arma, irrisit & puerum. Irripit, inquam, ætatem, sed non intellexit in Dauid esse dei uirtutem: irripit & puerum, nec tamen sciuit dimicare in puero dominum: lapides & fundam irripit, sed uno se lapide moriturum nesciuit. Quasi ad canem, inquit Goliath, existi cum lapidibus & uirga. Tu, inquit Dauid, si canis fuisset, nunquã in hac pugna dimicare auderes, nunquam cõstanter in hoc prælium processisses, nunquam ad dimicandum contra te dominum prouocasses: sed ut canis bellum fugeres, prælium declinares, interitum tibi futurum & dignum supplicium metuisses. Peior es autem cane, qui nec uirgam metuis, nec lapidem quo moriturus es, extimescis. Et maledixit alienigena Dauid in dijs suis, & dixit: Veni, inquit, ueni ad me, & faciam te uolucrum cibum, & pabulum bestiarum. Et Dauid dixit ad eum: Tu uenis ad me fidens in gladio, ego in deo. Tu terrenis dimicas, ego cœlestibus pugno. Tu in lancea, ego in fide. Tu in clypeo, ego in prece. Tu uenis ad me in armorum uirtute, ego in potentissimo genitore. Denique in te tua arma uertentur, in te tuus gladius exeretur. Dei est enim hæc pugna, dei erit & ipsa uictoria. Interea in utrunq; ducē uterq; pendet exercitus, stupet metu, formidine tremit, uicinitatem mortis horrescit. Procedunt ad inuicem contra semet idem pugnatu-ri duces, & excitati in sese iam querunt dilatum bellum conficere, iam desiderant al-

ternam uictoriam perpetrare. Sed Dauid prope lapidem de situla rapit, fundæ apponit, & con-torto uertice in Goliath excussit. Qui lapis per inane uolans uerberat auras, aerem scindit, & uio-lento impetu Golix frontem inuadit. Qui nuta-bundus ac tremens totam molem corporis cum armorum potetia secum ipse deiecit. Dehinc Dauid festinans accurrit, hostis gladium sumit, ca-pit eius abscidit, & de tam immani belua hæc-te-nus uictoria perpetravit. Quem cum extinctum focij uidissent, in fugam uersi, & Israelitarū sunt cæde maclati. Reuertentis populi laudes & gloria David sanctus excepit dicens: Percussit Saul in milibus suis, & Dauid in denis milibus suis. Quibus ego te laudibus, quibusq; glorijs præfe-ram sancte ac religiose puer, qui innocentia pa-res, uirtute fortes, senes merito præuenisti: qui po-tuisti desistentibus cunctis immanem beluam uin-cere, hostem prosternere, inimicū populi detrun-care. Tu enim deficiente rege, rex ipse & dignita-te & merito extitisti. In desistentibus fortibus forti-ter in prælium profilisti. Tu formidanti populo & Golix sauitiam molienti dum fortissime ge-ris, uictoriam de hoste dei populo tradidisti. Tu hac pugna monstrasti, nec pueros esse posse im-belles, nec à gloria maiores immunes, nec senes unquam esse degeneres: quoniam in omnibus æ-ratibus uictor si pugnauerit deus, uictus iacebit & deficiens inimicus. Ideoq; pro his omnibus gra-tias agamus domino per Christum dominum no-strum, cui est gloria & potestas cum spiritu sancto per immortalia secula seculorum, Amen.

1. Reg. 18. b. Religiosi pueri Dauid præconium.

DE EO QVOD SANCTVS DAVID dixit: quis sum ego, quod talem gratiam inuenierim ante faciem tuam? Ego, nec



Mitatores Christi lineas tenent humili-tatis, & sola est quæ charitatem acquirit, pacem inuenit, sereno corde totum intendit: humilitas non habet unde cadat, communitio non inuenit quod dissipet, cõcordia bonitate plena est. Et quia de humilitate proposuimus, dictionem hanc sequamur. Dixit Propheta, ut modo cantauimus: Quis sum ego domine mi, quod talem gratiam inuenierim ante faciem tuam? Ego enim minimus fui in tribu mea, & elegisti me ex ouibus, & assumpsisti me. Attendisti hominem gratia plenum, & deo non esse ingratum? Videtis quomodo agnoscit se quis fuerit, quis est, & quid erit? Ibi est ergo plenitudo gratiæ, ut se in omnibus unusquisque agnoscat. Primò, quia mortalis est. Secundò, quia casibus uita humana plena est. Tertiò, quia tribulationes & dolores in seculo inuenit. Quarto, ut sciat, quia patientia pauperum nõ peribit in æternum. Psal. 9. Quintò, ut norit quia perseverantia perducit ad deū. Sexto, ut intendat, quia quanto magnus est, humiliatus si fuerit & humilitatis uias tenuerit, inueniet gratiam in cõspectu dei. Septimò, quia non est sine peccato nec infans unius diei natus super terrā. Octauò, quia contra insidias diaboli oportet semper orare & non deficere. Non d

LHC. 18. d.

ut in oratione non captiuemur terrena cogitatio ne. Decimo, ut in spe non deficiamus. Undecimo, ut contempnamur delectationem domini & protectionem speremus diuinitatis. Duodecimo, quia non tacebimus trino illo clamore, dicentes: *αὐτῷ, αὐτῷ, αὐτῷ*, sine cessatione. In his omnibus qui se agnoscit, ut in capite posuimus, uia tenet humilitatis. Nam omnes patriarcharum, prophetarum, apostolorum, martyrum, eremitarum in monasteriis constituti, clerici & episcopi has tenuerunt semitas, in quibus potuerunt ad deum peruenire. Si uoluerimus singulorum uerba dicere, quomodo clamauerunt ad deum in humilitate cordis, syluolum est. Sed quod non credo fastidium ingeret auribus, ad uersiculos reuertamur, quos nunc proposuimus. Diximus: Quis sum ego domine mihi? Agnouerat iste sanctus, quod dixerit Abraham deo: Ego sum terra & cinis. Et singuli ita deo dixerunt, ut forma esset perfectae humilitatis. Ergo quis sum ego domine mihi? Ecce nihil se esse dixit, & seruum se esse non negauit; quia omnis qui confiteatur seruitutem, meretur gratiae libertatem. Ergo dicit: Quis sum ego domine mihi? Videtis ubique regnare gratiam, ubique pia uiscera possidere, cor humile illustrare, benignos sibi redigere, confessores suos citare, dixit enim: Quis sum ego domine mihi, quod talem gratiam inuenierim ante faciem tuam? Nouerat se pastorem esse ouium, & non genere nobilitatum. Sed quando factus est nobilis, agnouit se ex nihilo fuisse subleuatum: & quia non est oblitus quis natus erat, perseuerauit in culmine regali. Inuenit gratiam, ut & regnum perciperet, & inimico persequenti se Sauli, malum pro malo non redderet. Videtis quanta culmina procedunt de radice humilitatis, quam uberem fructum deo offerret? Inde omnes uirtutes, inde omnes bonae actiones, inde cunctae potentiae ascendunt, id est, totum posse. Ergo dixit: Quis sum ego domine mihi, quod talem gratiam inuenierim ante faciem tuam? Ego enim minimus fui in tribu mea, & elegisti me ex ouibus, & assumpsisti me. Videte quomodo subiunxit humilitati innocentiam, ut cum esset homo, diceret: Elegisti me ex ouibus. Demonstrauit, quia hoc genus pecudis innocens est. Significabat enim illum pastorem bonum, qui animam suam ponit pro ouibus suis. Illum agnum dei, qui uenturus erat, ut tolleretur peccatum mundi. Electus ergo ex ouibus, ut pastorem ostenderet, & innocentiam non negaret, dicit: Ego enim minimus fui in tribu mea. Quam suauis est, quam dulce in auditione uerae confessionis, ut diceret se minimum in tribu sua: non erubuit quod erat, ut esset quod non erat. Confessio eius adduxit ei non peccatum, sed gloriam & misericordiam. In ista confessione confusio non est dicenda, sed gloria & exultatio. Quod dixit: Minimus fui in tribu mea, significabat perfectam domini humilitatem in mundo uenientis, qui formam non ingenui, sed serui assumeret uoluit. Quid humiliter seruo? tamen hoc dominus esse dignatus est, ut ex seruis liberos faceret, & seruitus ipsius nobis ingenuitatem donaret.

Gen. 18. d

iodh. 10. b

Hoc significabat, quod dixit: Minimus fui in tribu mea. Eia nunc erigite mentes genus electum, & nolite esse pigri, neque superbi, neque de uobis aliquid sentientes: quia quicumque putat se aliquid scire, cum nihil sciat, quemadmodum oportet scire. Nullus in morbum superbiae cadat: Quia deus superbis resistit. Sed orandus est ille deus, ut ipsa superbia quando in corde cadit, agnoscat ille interior homo, & excutiat a se & dicat: Nihil mihi conscius sum. Dicit quod ait apostolus: Non sum dignus uocari apostolus. Aequo alio loco audi quid dicit: qui prius sui blasphemus & persecutor & inuidiosus, sed misericordiam consecutus sum. Videtis quomodo muneratur omnis qui non oblitus scitur quod erat, & efficitur quod non erat: Nam sanctus Cyprianus in epistola sua ita loquitur: De humilitate ad summum ascendimus, dicimus unde placeamus. Hoc dicere debet omnis Christianus. Ecce quanta est humilitas, quam dulcis, quam radicata, quae nulla tempestate mouetur, quia non habet unde cadat. Humilis homo omnibus subditus est, non alio inuidet. Quando uidet meliorem sibi non possidetur spiritu zeli. sed laudat deum in homine sibi meliori, & dicit: Diues es domine & in me facere misericordiam. Non attendere unumquodque debet, quod in tempore isto, sed quod in futuro bene uiuentibus referatur. Imitatores ergo debemus esse bonorum, non carnalium, non eorum qui ornant corpus suum, ut uideatur ab hominibus, qui fatiant carnes suas delictibus & ebrietatibus, qui numum numo reponunt, & uiscera sua pauperibus claudunt, qui propter habere uiuunt, & nesciunt habentem. Ipsi sunt qui dicunt, non in lingua, sed in opere: Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. De ipsis clamat Propheta: Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. De ipsis dicit Apostolus: Animalis homo non percipit quae sunt spiritus dei, stultitia enim est illi. Ipsi in limo seculi haeserunt, in uia dei ambulare non possunt, quia tenentur. Ipsi sunt, qui pro temporaliter uiuunt, & non propter aeternitatem promissam. Separemur ergo a talibus, quia scriptum est de nobis: Separamini, separamini, qui fertis uasa domini. Quae sunt uasa domini, nisi corpora sancta plena dei gratia accepta? quomodo dicitur est de illa sancta domini matre: Aue gratia plena, dominus tecum. Fugiamus ergo caducos mores, temporales & terrenos, carnales & superbos seipos amantes. Amatores pecuniae, procaeces inuentores malorum, parentibus non obediens, insipientes, incompressos, sine affectu, sine misericordia, tales fugiendi sunt. Qui ergo sunt appetendi? Sancti & humiles corde, benigni & pacifici, misericordes, lugentes in isto mundo, quia ipsi in aeternum consolabuntur. Misericordes misericordiam consequentur, pacifici filii dei uocabuntur. Istos ergo imitari debemus, illos fugere. Illi dicuntur in futuro: Quid nobis profuit superbia, aut quid diuinitarum iactantia contulit nobis? Imputabunt sibi in illa uita, ubi iam non erit misericordia. Ecce dicuntur sunt istos, quos habuimus in risu, & quorum uita aestimabamus

Iaco. 4. b

1. Cor. 4. e

1. Timoth. 1

Eph. 2. d

Psal. 3. c

1. Cor. 2. d

Esaie 52. c

Luce 1. c

Sapient. 5. d

aestimabamus insaniam, quomodo computati sunt a inter filios dei, & inter sanctos fors illorum est. Gementes, stridentes, plangentes in ipsa regione, ubi iam non erit indulgentia, sed plenissima sententia. Quia uita aut hic tenetur, aut hic amittitur. Cum tempus habetis, imitatores estote honorum, laudantes deum summam bonitatis patrem, ut cum ista obseruaueritis, & doctrinam nostram non neglexeritis, deus pacis & humilitatis sit nobiscum, Amen.

SERMO DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI DE ABSALON UBI PATREM PERSEQUI, & DE PRALIO FUGIENS, obligato gutture, arboris ramo suspenditur.



Erdidit Absalon scelestissimus mentem, perdidit sensum, amisit consilium, infectatus patrem, fugat innocentem, insequitur genitorum, usurpat imperium, potestatem arripit, regnum inuadit: non ut cum patre societate regni iniret, sed ut totum regnum patris sanguine possideret. Perdidit, inquam, Absalon consilium, dum parricidio cupit mercari imperium: amisit sensum, dum per exitum patris cõsequi desiderat regnum. Festinat properat, quarrit innocentem opprimere reus, patre superstitite moriturus. At contra David humilis ac mitis cedit domo, persequentem fugit, declinat hostem. Reliquit affectus, ne aut parricidæ interitus ei lucrum afferret, aut peremptio eius reum filium exhiberet. Vult furorẽ filij fugiendo, compescere: desiderat declinando, parricidæ scelerem temperare, sed crudelitas mente cõcepta iam sedari non potuit, quã immanis scelerum ad perficiendum facinus prouocauit. O innocentia, quantum apud reos, periculi suscipis: quantum malitiae per flagitiosos incurris? David sanctissimus tot dementes exercitus, quia non deliquit, offendit: tot populorum rabie, quia non laesit, incurrit. Absalon unus est reus, & uniuersus contra patrem conspirat exercitus. Armatur in caedem fumeſce multorum manus, prouocant in innocentem ulcisci facinus alienum. Vnus parricidæ furor tot milia insaniam cõpellit, unius demetia dementes efficit multos. Offendit enim David filium, quia fratris in eum uoluit ulcisci parricidium. Semper enim scelera, dum non reſecantur, incrementum, & in augmenta facinorum profilitur, quoties secura impunitate peccatur. Dum enim in Absalon fratris occisi facinus non uindictam, in parricidio patris reciditum facinus iterat. Vos, uos, inquam, exercitus infelices admoneo, uos ad affectum pietatis exhortor. Cur in alienum facinus ruitis? cur furentis insaniam adiuuatis? cur parricidæ similes ac demetis existitis? Deſerite, quæſo: deſerite reum, nouo supplicio moriturum. Forsitan enim si deſeritis, cessabit: qui, ut auderet, ueſter numerus prouocauit. Certè solus pereat, qui naturæ iura debellat. Solus concidat, qui pietatẽ patris impugnat. Aut enim cessabit, dum poenitet, aut perſerabit & periet. Ego doleo reum, doleo impium, doleo nouo supplicio moriturum. Quis te in hoc facinus proſilitre, parricida terribiliter docuit? Quis te furor audere tam immane facinus prouocauit? Si offendit, pater est:

Reg. 17. b

si laesit, genitor. Quinimo nec offendit, nec laesit. Vincat furorem pietas, affectus insaniam superet: crudelitate natura debellet. Aut nuncquid te pater, quia non laesit, offendit: aut idcirco te offendit, quia non laesit? Qui forsitan non offenderet, si laesisset. Sed de affectu exhibe pietatem. Tibi parcis, dum a patre manus auertis: quæ defendere deberes, si quod audes, alterum audere cognouisses. Vbi nam solatiu patres, ubi praesidium genitores inuenient, si filios senserint parricidas? Aut quando externa tuta sunt, si domestica nobis obſiſtunt. Bestia & mutæ pecudes pietatis iura conseruant: & quibus natura denegat rationem, non tamen denegat pietatem. Innocentem perimere, nefas est: patrem occidere, scelus: Prophetam iugulare, facinus inauditum, & ante hoc tempus mortalibus cunctis ignotum. Cessa iam ab isto scelere: cessa, cessa, inquam, ne te boni omnes semper exhorreant: ne audaces ex te, quod non nouerant, discant. Cessa, inquam, ne qui post te tantum facinus perpetrarunt, te utatur autore. Cur mundo nouum facinus tradis? Cur doces, quod natura non nouit? Cur cupis, quod pietas ipsa horrefcit? Cur audes perficere, quod nouo supplicio cogat deus uindicare? Inter ea parricidæ furor non minuitur, non frenatur. Ardeſcit in peius, in maius accenditur. Cupit facinus cõceptum festinanter implere, desiderat scelus dispositum instantissime perpetrare, properanti ad nefas, tarda sunt cuncta: festinanti ad facinus ut dentur remorari disposita. Cupit parridium antè complere, quæ gerat: festinat patrem antè intercipere, quæ occidat. Sicut sanguinem patris, cruorem appetit genitoris. Timet differre uel modicum: ne aut ira remorata deficiat, aut furia dilata languescat. Disponitur properè bellum acies dirigitur, pugna paratur: cognatae classes in semet ardescunt. Inde parricida exercitum contra patrem inflamat: hinc David, ut parcat filio, abeuntes duces exorat. Parcite, inquam, filio meo Absalon. Inde demetia contra genitorem exurgit, hinc clementia, ut parricidæ parcat, exposcit. Inde furor, hinc pietas operatur. Inde insaniam, hinc misericordia interponitur. Inde crudelitas, hinc bonitas ostenditur. Parricida non laesus insanit, David laesit & mitescit. Debella ab impietate pietas, nec mouet: pietas patris nec gladio uincit, nec terrore mutat. Parricida nec ratione frangit, nec imminenti interitu deterritur. Obdurat in poenam, in supplicium cogitur, nec salutem in aliquo iam mereſ, qui patrem spoliare conatur. Respice iam scelestissime hostis ac nephæde, iam respice parricida, respice, inquam, usquequaque in te cuncta conuertit: respice contra te ab ipsa natura pugnari. Et quauis contra te dimicet caelum, moueatur terra, exercitus pugnet: tamen aliud te ignotum et inopinatum sustinet bellum, aliud tibi iam paratum praelium est, quod fugientem excipiat, properantem interimat, festinantem occidat. Non enim isti exercitus, quos cernis, quos cõspicis, aut tuus furor contra patrem armauit, aut patris contra te necessitas prouocauit: qui quauis dignè contra te exerant gladios, uibrant enses, lanceas torqueant

Reg. 19. b

queant, ut dolor læsi patris tuo interitu diluatur: A tamen te fugientē arbor excipiet, rami interimēt, ligna suspendent. Adest, inquā, arbor in cāpo ramorum telis ornata, quæ te excipiat fugientem, properantem rapiat, patris iniuriā in parricidam defendat. Adest, inquā, arbor, quæ nec patrem, ut tibi parcaratur, audiuit, & iussa dei instanter implere contendit. Nec poteris hoc bellum impunitus euadere, qui genitori necē conatus es irrogare. Igitur cōmissio bello, prosternuntur hostes, aduersarii cadunt, inimici uincuntur, nudatur hostis, deseritur parricida: iam suam in suis cōspicit pœnam: iam supplicium debītū sibi, suorum interitu recognoscit. Iam timer, iā formidat, iam proprium meditatatur interitum. Deniq; animal petit, mulum conscendit: dat se in fugam præcipit. Paratam properē festinat ad arborē, cui est traditus, & ictu uolēto immisus, animali subduco & subter in cāpos elapso, inserit ramis: obligat lignis, transfixo gutture colligatus. Pendens iam mortuus, ab hominibus inuenit, quē iam nec coelum potuit conspiciere uiuū, nec terra ulterius sustinere. O nefandum meritū parricidæ. Iniuriā patris non pugnantis gladius, non hostilis manus, non iaculantis ictus defendit: sed uindictant ligna, arbor ulciscitur, rami defendunt. Nec est ulla creatura, quæ mora non fuerit, cū ipsam dominū senserit moueri auctorē. Igitur redeunt cuncti de bello, parricida autore belli prostrato, cuius sanguine scelus diluitur, cuius supplicio immanis crudelitas sepelitur. Gaudent omnes, cum cū lætantur: solus Dauid plangit filiū, parricidæ lamentat interitū. Quid plangis gloriose pater, qd lamentaris, quasi Absalon quod ausus est cōprobaris? Quid fles scelestū, quasi eum parricidū perpetrare uolueris? Frangis gloriā uictoris exercitus, si fletur hostis interitus, nec letitia esse poterit in uictoria, si parricida plangit pœna. Ille tuus nō fuit filius, qui sic uiolauit paternos affectus. Ille tuus dici nō meruit, qui ius patris sanctissimi uiolauit. Te non contēpserunt exercitus, non duces, quibus parci scelesto mandasti. Sed illa arbor, illa te primū ulta est: illa defendit, illa læsi patris iniuriā, qui te non audierat uindictauit. Defensio tua securitatem patris attulit, & parricidarū audaciā reuocauit. Per te, & iniuria naturæ defensa est, & patrū pietas reuocata. Nouo em̄ supplicio debuit interire, q seculo nouū scelus, per patris exitū, uoluit inferre.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI in Heliam prophetam sermo.



Loriosus olim prophetarum possessio- ne, uti peculiaris quædam illorū agricultura erat Iudæorū populus: sed plaudite. Gloriatio hæc nunc ab eis in ecclesiam trāsata est. Ecce apud nos & prophetarum corpora. Neq; em̄ congruit, ut prophetas agricolas adhuc habeat sterilis ille populus. Neq; decet, ut apud illos seruentur propheta, qui eum, quem isti prædixerunt, crucifixerunt, pro mortuis quos apud illos excitauit, pro cæcis quos apud illos uisu donauit, pro esurientib. quos apud illos pauit,

pro uiolentia quā Beato Helia deus omnium dominus propter illos fecit, & raris modis, ut dicemus, ad reuocandū, quā cōtra illos tulerat sententiam, coegit. Quem precor, ut & nunc mihi in cōmemorandis prophetæ huius factis dux sit & doctor. Igitur Helias ille, zelo dei insignis, ut uidit Iudæorū gentē, contēpra dei misericordia, perpetuō in delicijs uiuere, et idolorū cultui deditā: & a deo quidē impietate tolerari, ipsos autē longanimitate ista, ad maiorē uitæ impoenitentia abuti: uolens eos punitū iri, cogitabat quid nam aduersus eos diuine bonitati opponeret, quæ paruis lachrymis statim moueretur ut iram ponat: decernit tandem, ut ad conceptā contra eos pœnā, deum iuramento astringat, quo ligatus, sententiam in eos non facile solueret. Non ignorabat enim & iustorum zelo deum placari. Dicebat itaq; Bonus erga illos deus est, paucisq; eorū flectit lachrymis: uerū, bonitas illa populo male cedit: longanimitate enim abutentes, perditē uiuunt, & simulacra colunt, atq; ita & deus ipse contēnitur. Viuit dominus, inquit, & non erūt per annos illos ros & pluuia. Deinde, cum deus ei responderet: Quid ergo, si pœnitentes illi mihi blandientur, si lachrymas afferentes spectem, si a delictis respiscentes uideā, statim ne dare debeo pluuia? Minime, inquit, uiuit dominus, nisi per os meū. Nō, uiuit dominus. Illi idolis se addixerunt, ego per deitatem tuam iuro. Ostēde mihi, quod iuramentū hoc, & contra te ualeat, ut & per hoc idolorū infirmitas declaretur. Non, uiuit dominus, nō erunt tribus annis ros & pluuia, nisi per sermones oris mei. Non, quando tibi uidebit, pœnæ finē facias. Tibi enim pro clementia tua semper uideatur misericorditer agendum. Sed tunc, quando ego pro eis orauero, & iudicauero quod dignā animæ suæ curam gerant, probeq; respiscant. Igitur propheticam sententiā reueritus est deus, & honorē iuramento illi dedit. Rem tamē moderatus dominus sic est, ut & prophetā simul reuereri uideret: & populi, quē fame puniebat, miserere. Et quid facit? Prophetā unā cū populo punit, ut dum etiā ipse in famis supplicio cōprehenditur, aliquid misericordie in relaxando sententiæ suæ iuramento adiscat. Et punit quidem prophetā cum populo, leuiori tamē pœna eum corripit, & mirabili sapientia misericordie opus cōplet. Prophetā em̄ per illas potissimū aues, quibus sui fetus inuisti, nutrit. Odit em̄ prolem suā coruus, & natā non educat. Id quod propheta insinuans dixit: Et pullis coruorū inuocantibus eum. Quoniā enim pulli coruorū, imō omnes auiū pulli, recens nati, infirmiores sunt, q; ut ipsi cibū sibi parēt, unde adhuc implumes a parentibus suis enutriuntur. Sed ab ea parentū cura coruorū pulli destituti, attamen ab illis nō curatū permanet coruorum genus. Vnde Dauid diuinā nobis misericordiam subinde com monstrans, eorū educationē deo ascribit. Expositis em̄ ad aerē, utpote a parentibus neglectis, obuolūt animalcula quædā, diuina prouidentia suspeditata, quæ captantes illi, crescunt & aluntur. Vnde

3. Reg. 17.

17. b

Psal. 146

Vnde dicit: & pullis coruorū inuocantibus eum. A Proinde per patres illos filiorū suorum osiores, apud Heliam, qui Iudæis ut filijs male frugis succensebat, deus intercedit, quasi ad eum silenter ita diceret: Ne tanto Iudæorū filiorū tuorū odio teneare, quanto erga pullos suos corui. Et ecce illi nūc conuersi sunt, uide uel eorū misericordiam. Qui natura pullis sunt immisericordes & inhumani, illi ipsi ut hospites tibi seruiunt. Absurdum est o Heliam, quod apud te misericordie meæ patrocinatur corui: tu autē pro Iudæis, in quos sæuio, nō intercedis. Erubescere, & uel coruorū exemplo Iudæis esto clemētiōr. Ego em̄, ut tuæ sententiæ honorem do, ita & illorū qui affliguntur misereri uelim. At Helias quū deo nondū crederet, reuocaf alumni corui beneficiū, & alia recōciliandi uia quæritur: nēpe ut fame uictus, sententiā ipse soluere cogatur. Verū ille coruorū ministerio destitutus, nihil mitior inediā etiā ipse sustinuit, & inquit: Non ingrātū est, quod fame crucior, tantum ut impios puniri uideā, pereat etiā corpus meū cum his qui fame affligunt. Itaq; cū deficiente per coruus alimonia, transiret multū temporis, iterum corripitur Helias & in alium transire locū iubetur, ut famelicus ipse, famelicę uiduę, quę & ethnica erat, supplex esset. Quod hoc consilio dominus fecit. Nam cum Iudæis interdictum sit habere cōmercium cum Gentilibus, uolens eum ad misericordiam prouocare, prædixit ei futurū, ut a muliere Gentili & uidua pascatur. Quō, mox ut audiret Gentilis nomen, ab alimento ab ea sumendo abhorreret, & uel sic deū pro effundendo imbri imploraret. Surge, inquit, hinc, & uade in Sarepta Sidoniorū, ut præcipiā illi mulieri uiduę ac Gentili ut te pascat. Ille autē neq; ad hanc uocē mitior factus cucurrit ad ethnica mulieris alimonia. Iam quod maius est, excitat deus uiduam, ut esurienti uerba aspera loquatur, ita undequaq; ipsū ad benignitatem compellens. Et quidnam inquit mulier ethnica ad illū? Viuit, ait, dominus deus tuus. Et unde mulierculæ Gentili hæc uox ut dicat? Præuenerat deus, & ei per uisionem prophetam ostendit. Hoc enim est, quod deus propheta dicit: Præcipiā illi uiduę, ut te pascat. Ostendit enim deus mulieri figurā, formam, etatem, & futuram petitionē prophetæ. Vnde ipsa reuelationis diuinæ cōscia, statim ut aduenit propheta, & cibum poposcit, clamabat: Viuit dominus deus tuus: non est mihi subcinericius panis, nisi quantum pugillus farinæ in hydria: & parū olei in amphora, ut cum intrauero, faciā illum mihi, & pueris meis, ut comedamus & moriamur. Nihil em̄ nobis, inquit, residuum q; mors, ubi pugillū hūc farinæ insumpserimus. Ad hanc tandem uocem affici aliquo modo cœpit Helias. Et in maiori angustia est hæc, inquit, q; ego sum. Ego solus esuriō, illa cum puero fame laborat, non sim hospiti mortis autor. Quid tum? Ad hanc uocem relaxatur seueritas eius. Incipit mitefcere, & intra se misericordiam exercere. Dicit: Non deficiat oleum cadi, neq; farina hydriae, donec det dominus plu-

uam super terram. Iam tandem submeminit imbris dandi. Anteq; fame domare, misericordiam in danda pluuia deo permittere nolebat, dicens: Non erunt tribus annis pluuia uel ros super terram, nisi iuxta uerba oris mei. Nunc autē permitit, & soluendo iuramento præludit: & submeminit quidem, petitionem tamen nondum adhibet. Quid igitur misericordie fons ad hæc? Tertiam ei misericordie machinam admouet, præcipiēs animam pueri uiduæ e corpore migrare. Saluus manus Prophetæ honor, benedictio nō soluitur, hydria & cadus nō deficiūt. Atq; adeo hinc magna misericordie necessitate Propheta cōstringitur. Erat em̄ cōtumelia Prophetæ, si benedictio Gentilis uiduæ, apud quam agebat, periret, & obfusset uiduæ fidei, si ex hac cōsuetudine non maioris benedictionis sensisset cōmodum. Eapropter deus benedictionē quidem non iritauit, prophetam autē tertia machina oppugnat. Faciens enim mori filiū uiduæ, in eam necessitatē induxit prophetam, ut se orare cogere. Nam uidua mortui pueri mater, lachrymabunda stabat apud prophetam, & dicebat: Utinā pridē fame mortua essem, & ante hanc benedictionē emigrassem & nō essem misera filij mortui spectatrix. Quo euetu cōfusus propheta: Hæ sunt, inquit, uiduæ hospitalitatis mercedes: Anteq; me in domum suam suscepit, erat ei proles: posteaq; autem me suscepit, dilectum filium mortuum plangit & lamentatur. Hoc euentu, ut dixi, confusus propheta, & apud seipsum expendens factum, sensit opus domini, sensit technas diuinas, et exclamat: Heu mihi, domine testis uiduæ apud quā ego habito. Quid autem est, quod hic uult diceret? Habeo, inquit, domine penes me testimonium tuū de muliere hac. Tu enim dixisti: Præcipiam mulieri uiduæ, ut te alat: testificās mulieris piam uoluntatē. Ad hanc ex illis me locis huc transire fecisti, & quam prius testimonij tui honore dignatus es prosequi, eam nūc filij morte punis? Heu mihi, domine testis uiduæ apud quam ego habito, tu occidisti filiū eius: Non est mors illa naturæ euetus: tuum opus est, tuæ technę, quibus me in misericordie necessitate adigis: ut si dicere tibi uoluerō, Domine miserere filio uiduæ mortuo: tu mihi ex aduerso respōdeas, miserere filio meo Israel. Ad misericordiam me cōpellis. Sentio artes tuas. Hoc agis domine, ut si dixero tibi, Salua filium uiduæ mortuū, Tu mihi ex aduerso respōdeas, Filium meū Israel tu fame occisum misericordia dignare. Petis a me gratiā, petitur uicissim & a te gratia. Solue famis sententiā, & soluā mortis calculum. Postq; igitur uidit deus Heliam bene domitū, & aliquanto misericordiorē redditū, tandem & ipse misericordiores cū eo cōfert sermones. Neq; enim soluisse ulationē, ultrā iniuria erat. Proficiscere, inquit. Verba legationis dei sunt. Deus ipse per semetipsum de misericordia apud seruū legationis munus obit, & intercedit. Proficiscere, inquit, quia factus es misericordior, declara q; misericordes sint sermōes tui. Quia me agnouisti, agē & ego parturio

miserere

miseri cordiam, audias posthac de ea re memani-
festius. Parturio uindictae solutionem, urgeo ut re-
concilietur, reueor lachrymas eorum qui puni-
untur. Omnes peccatores, o Propheta, misericor-
diae meae chirographum habent. Ne mendacij a-
pud illos me argui feceris, audi autē & ipse chiro-
graphi uocē, quam certē & ipse nosti. Nolo mor-
tem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat. Arri-
git ad haec aures Helias, & animā his quae a deo
dicebantur, accommodat. Proficiscere, inquit, &
compare apud Achab. Reconciliari eis uolo, sed
absq; te non recōciliabor: tu gratiā illis prēbe, qui
nunc castigantur. Ego clam apud te pro illis inter-
cedo, tu autē manifestus amicitiae relaxtae sis au-
tor. Vade & cōpare apud Achab, & dabo pluuiā
super terram, tu cōcilia, tu significa, tu pluuiā con-
cessam pronuntia, & aede: ego autem tuis senten-
tijs subscribā. Currit igit uolens & nolens, & im-
bres futuros praedicit. Verum impietate eorum
adhuc uidens, iterum tristēm quādam in eos me-
ditabatur sententiā. Et quid tunc ad ea deus? Vi-
dens pertinacē Heliae animū, adhuc a misericor-
dia abhorrentem, a peccatoribus ipsum segregat.
Ego, dicit, scio zelum tuum, grata est mihi anima
tua. Verum interim & peccatoribus misericors
sum, cum supra modū puniuntur, tu uero ualde
seuerus es pietatis exquisitor. Vnde, quia pecca-
tores ob zeli nimietatem ferre non uales, ascēde
quasi in caelum, ego autem in terra peregrinus e-
ro. Nam si diu tibi manendū in terris, propediem
humanum genus, quod a te continuo plectitur,
aboleretur. Dein transi in caelos o Helia. Nō po-
test cohabitare ignis calamo. Impeccabiles cōtu-
berniones posthac habiturus es: inter angelorum
choros habitare te faciam; ego autem cum pecca-
toribus peregrinabor, qui in humeris ouem erra-
ticā baiulare possum, qui clamo peccatoribus om-
nibus: Venite ad me omnes qui laboratis, ego
non punio uos, sed requiescere uos faciam. Illi sit
gloria in secula, Amen.

SERMO DIUI IOANNIS CHRYSO-
stomi de Helia.



Vm gesta peccata recēsemus, & uir-
tutes domini auida cupiditate tra-
ctamus: & officiorum studijs accen-
dimur, & in obsequia debita excita-
mur. Neq; em̄ alia de causa, ista con-
scripta sunt nobis, q̄ ut prouocemur, dum legi-
mus: dum loquimur excitemur. Hoc em̄ modo,
& uirtutum laudes, & gestorum domini glorias im-
molamus: dum nos ipsos gratiarū actionibus cō-
potes esse cognoscimus. Dignum enim sese gesto-
rum laudibus deputat semper, qui gesta laudib.
digna silentio se non patitur preterire: ut dum ista
assidue frequentamus, mentem nostram in amo-
rem domini prouocemus. Et locutus est, inquit,
Helias ad populum, dicēs: Viuit dominus, si erit
his annis ros aut pluuiā, nisi per uerbū oris mei.
Cumq; Helias propheta sanctissimus populum
prauaricatum aspiceret: cumq; Baal & lucos, de-
specto domino, coli a sacrilegis peruideret: cūq;

Exec. 18. g

3. Reg. 18. a

Mat. 11. d

3. Reg. 17. d

A creatore despecto, signētis sese, nemoribusq; o-
mnis populus addixisset: zelo dei commotus, lu-
dāam terram siccitatis sententiā & pluuiarū ster-
ilitate addixit. Tunc subito anhelat terra, sicca-
tur caelum, sitiunt amnes, fontes arefcūt. Omnis hu-
mor ima petit, supera deserit, aer feruet, serenitas
torquet, tranquillitas poena est. Aestuāt noctes,
dies arefcunt, fata torrenf, arbuta agrotant, pra-
ta deficiunt, nemora languēt, cāpi ieiunāt, squal-
let terra, herbas, quas produxit, interimūt, irā dei
uniuersa creatura testatur. Molesta est fames, ubi
quod esurit necessitas deesse inuenit. Tandē poe-
na, quod torqueat: & culpa meruit competēs ali-
quando supplicium. Sera ultio foenerat meruit
poenam: & diu dilatatum est quod quandoq; dignē
ac merito interueniret. Proh nefas, nulla ex poe-
na correctio, & quasi aduersis hominum malitia
prouocetur: sic crescit quotidie quod puniatur.
Amant poenā, supplicium diligunt: nolunt recor-
dari, ut uiuant: nolunt corripi, ut euadant, & qua-
si frugem mentis sterilitas arefecerit siccitatis, sic
arefcunt terra aruerant et hominū corda. Interea
solus Helias altior mundo, proximus caelo, mon-
tis habitaculo & dei colloquio fruebatur, ne illo-
rum poenā perspiceret, quorū scelera uidere non
posset. Tunc dominus ad eum loquitur, dicens:
Exurge, inquit, & uade in Sarepta Sidoniae. Ec-
ce precepti tibi mulieri uidue, ut te pascat. Ad quā
cum Helias uenisset ignotus ad ignotam, ad ino-
pem indigens, ad religiosam deuotus: uictum pe-
tit, pabulum quaerit, modicū panis exposcit. Nec
cunctatur uidua, quod habebat, offerre: ut suffi-
cientiā possit, quam nō habebat, accipere. Neq;
enim uidua uictu potuit indigere, quē nefarijs in
scelere nunq; potuit cōsentire. Aut in eam famis
potuit dominari sententiā, quam iniquorum pro-
uocauerat causa, ut diuersa merita fames discerne-
ret, & iustitia in necessitatibus nō egeret. Nunq;
enim diuersa merita una astringit sententiā: nec ius-
ti potuerunt cum iniusto cōiungi, quos cōstat ui-
tae diuersitatib. separari. Quia nec potest par exer-
ceri iudiciū, ubi dispar esse cōstitit meritū. Hor-
rea enim diuitum finiuntur, apothecae scelestorum
deficiunt, & capsa iustorum non minuuntur. Opu-
lentos fames occidit, & uiduae filios dominus per
Heliam pascit. Fidelia farris, quod erogat, acci-
pit: quod commodat sumit: quod tribuit, domino
reddente acquirit. Nec enim aliquo pacto potuit
finiri, quod dominus iusserat per famis tempora
dispensari. Interea perseuerat in populo fames,
malis perseuerantibus populi. Crescit malitia po-
pulorum, crescit & inopia rerum. Sauiūt cuncto-
rum impietas, sauiūt & in cunctos necessitas. Vni-
uersi deficiunt uictu, & ab idolorū non deficiunt
cultu. Et quasi diuersitas ista inuicem cōcertaret,
sic sese ista superari contendunt, ut putarent de-
mentes sceleribus famem uincere, facinoribus ne-
cessitatem auertere, peccatis inopiam superare.
Sed postq; dominus populum quassatum uidit,
miseratus, iubet Heliam de monte descendere: iu-
bet eum uniuersum populum congregare, ut sa-
cificio

Reg. 18. g

Reg. 2. b

Reg. 2. b

crificio perfecto, pluuias uenire faceret, quas sce-
lerato populo antea denegasset: afferendisq; plu-
uijs Helias autor existeret, ut qui commoti dei
iram ostenderat, idem & placati beneuolentiam
demonstraret. Deniq; stabat Helias medius in-
ter deum & populum. Stabat, inquam, inter sacri-
legos sanctus, inter peccatores iustus, inter pro-
phanos deuotus, aduocationem populis cunctis
praestaturus, obiurgat populū, exorat deum, iram
domini auertit, & errantem populum a dei cultu-
ra, ad dei patriam reuocauit. Coniūgit dominum
populo, & deo populū. Fit per Heliam una con-
cordia inter deum & hominem, inter populum
& genitorem. Et ut uniuersi dicerent, uerē domi-
nus deus ipse est deus: clauis caeli fit sermo Heliae
sanctissimi. Iubet enim & clauditur: orat post mo-
dum, & aperitur. Claudit, inquit, caelum, & ape-
rit: ligat, & soluit: reserat, quod conclusit: ut san-
ctorum meritum monstraretur, non solum in ter-
ris posse, quod uoluit: sed & in caelestibus posse
impetrare, quodcunq; petierit.

DE ASCENSIONE HELIAE HOMIL.



Pud quosdam ueteres reges moris
erat, ut si quis fortiter pro rege fe-
cisset in bello, & corpus & animam
periculis obijcere nō timuisset, cur-
ru, atq; alijs regie dignitatis insigni-
bus donaretur. Igitur reges terreni atq; mortales,
ita sibi deuotissimos remunerare consueuerunt.
Quātō magis omnipotēs deus, quia rex regū, &
dominus dominorū est, Helia suū tota se corporis
& animae deuotione zelantē, post multorū la-
borū sudores, post dirarū persecutionū grauissi-
mas fatigationes, post tantorū bellorū magnas, il-
lustresq; uictorias, opima de mundo, & diabolo
spolia referentē igneo curru, atq; equis flamma-
ntibus impositū triumphali gloria praesulgente, ad
sua regna uoluit peruenire? Oportebat nanq; er-
ratis populi rectorē & gubernatorē, sacrorū mo-
deratorē, discrepantiū uoluntatū Israelis aurigā,
qui ad iugū timoris dei equorum lasciuos & ua-
gos animos reuocauit, frenis, lorisq; astrinxit, &
ad iter disciplinae recto tenore currendū cōcordi
quadam copulatione composuit, ad regna coele-
stia curru atq; equis transuolare euectum. Hinc
poetas, atq; pictores in figuranda Solis imagine
exempla credo sumpsisse. Qui curru atque equis
fulgentibus, ipse rutilans atq; radians, & fluctu
Oceani subleuatus inter praeruptos montiū sco-
pulos euadens, quasi ad caelestia uideretur ascende-
re in similitudinem luminis eius inductus. Sol e-
nim Graeco sermōe Helios appellatur. Vnde He-
lias uerē Helios, quoniā curru atq; equis fulgen-
tibus, igne de Oceani fluctu, id est, de mūdi cō-
mōtione: per montiū scopulos, id est, per magno-
rum laborum difficultates progrediens ad coele-
stia deuectus ascēdit. Huic coelestis ignis nō mo-
do currum quadrigarum subprebuit ad superna,
uerumetiam iussis eius obsequutus saepe mōstra-
tur. Armatum deniq; militem, qui ad capiēdum
eū ab improbilissimo rege fuerat destinatus, eius
Chryf.

A succensione caelo lapsus ignis absumpsit, ad pu-
niendos idolorum quoq; sacerdotes uerā diuini-
tatis index de caelo ignis hoc orante descendit.
Quantū iste ergo gehennae ignibus illuisset, qui
sic caelestibus allueuerat imperare: Igitur postre-
mo currus ignei simul, & equi profecturū de se-
culo Propheta praestolantur intenti. Qui opifex
hunc currū, quae manus illas rotas in orbis uolu-
mine circuegit, remonē protendit, iugū in super-
aptauit, ceteraq; cōposuit, cum materies om̄ium
unus ignis arderet. Quae regio illos equos, quae ue-
lurpe progenitos, quorum natura ignis, destina-
uit? Si animalia dixeris, ignis occurrat: si ignē cre-
dideris, forma se animalis opponit. Aliud tibi for-
ma, aliud tibi natura demōstrat. Si animalia con-
trictare uelis, ignis urit: si ignē refrigis, animalia
nō credis. Rīdicolosa sanē gentiū semper opinio
diuersas animalū formas, currus, atq; alias res in
theatris feruētissima semper natura singulari qua-
dam praedita soliditate cōstituit. Sed nos tam ue-
rē currum & equos fuisse, q̄ uerē fuerit & ignis,
credentes ac profitentes, nequaq; Gentiliū ua-
nos confirmare uidemur errores. Quae autē apud
nos istius igneae formae natio fuerit, uel origo, pau-
lopōst dicemus. Interim ex improuiso currus, &
equi apparuere flammātes. Quis hos ad Heliam
perduxit equos, quis illis tam subito cursum sta-
tuit, quis iter suum in aere currentibus demōstra-
uit, quōd currū dirigerent, ubi aer ille onus expo-
neret, nullus omnino praeterq; qui sapit: soli autē
equi subito ueniunt, Helia ut uiderunt subsistūt,
& ut ascensuro currū praebent, terga spōtē con-
uertunt. Statim uero pio onere suscepto, in auras
uentosq; profiliunt, et rapidis per inane passibus
aeris spatia corripiunt. Hoc illis aer, quod cāpus
erat: hoc inane, quod terrenū: quod dicas, an ali-
ter dicas. Vbi rogo alternos figunt pedes, dum ci-
tis saltibus glomerant cursus: quod est in aere so-
lum, quod duro calcibus cornu feriunt? Vbi ro-
tarum instabilis illa sic currit inuersio, ut impetu
globoso cōtinuo in semet uolubilitate redeunte,
radiorū tibi discrimine uelox uertigo confusa lu-
ce surripiat, ut om̄ino dubitare possis an currat?
Mirum prorsus & incredibile penē spectaculum
equis currere supinis utiq; ad regna caelestia ren-
dentibus. Stat secus auriga, nec funditur: sed om-
nia ignis erat, qui lenitate naturae, & per inane di-
scurrit, & ad superna semper insurgit. Hoc ipsum
magis mirū est, tenue ac liquidū corpus ignis soli
dum auferre potuisse, aut ambulare nō potuisse.
Stat intrepidus super igneam cratem, nec incalē-
scunt om̄ino uestigia. Totū corpus ignis ambit,
nec laedit, per colla, per latera flāma discurrit in-
noxia. Mira prorsus ratio, hominē & illicita itine-
ra petentē ignis euehit, & munit, & quicquid coe-
lestis naturae est iustorum itinera semper obsidere
noscunt. Contra quos apostolus nos Paulus in-
struit: Non est uobis, inquit, lucratio aduersus car-
nem & sanguinē, sed aduersus principes harū te-
nebrarum, aduersus spiritalia nequitiae in caelesti-
bus. Quis itaq; putat hos omnes spiritus uagos,
tom. 1 E inquit

Eph. 6. b

inquietos, ac semper exsomnes cum t̄to, & tam
 pr̄fulgente triūpho Heliam per aerem transeun-
 tem ignorare potuisset. Accurrunt omnes, nouum
 mirantur spectaculū, hominē uident, dubitāt, co-
 minus accedere cupiunt, ignē metuumt: & si quis
 improborum fuerit, plus in eum custos & uector
 exarsit. Quocumq; deinde currus impetū tulerat,
 spiritus nunc metu densantur in agmina, nunc di-
 spersi uenētū locū turpi fuga citius derelinquūt.
 Ignis est ista natura, an aliqua illa censura uersa-
 tur, ut unus atq; idem ignis propheta uoluptatē
 tribuerit, hostibus minaretur incendia: Hoc quō
 magis credas Babylonius te caminus edoceat,
 qui uno eodemq; momento iustis refrigeria, iniu-
 stis uerō mouebat incendia. Quin etiā ille ipse la-
 tro, ipse princeps in summa aeris arce residēs, ue-
 luti peregrino sua transeunte mirat, stupet, ac sic
 deinde secum ipse uolurat, & querit. Verūne
 istud quod uideo, an aliquid erit, quod meos fal-
 lere possit obtutus: equos atq; currū uideo coru-
 scantes, ignes rutila luce fulgentes, & quod ma-
 gis mirādum sit, hominē desuper insistere, equos
 agitare, nec lædī. Quid tamē istud est, quōd sic mi-
 hi mens confusa turbatur, uires torpent, conatus
 omnis infringitur? Obuiā procurere cupio, non
 possum: solita tela torquere conor, nō ualeo. Non
 sine causa est, quōd sine cōgressiōe afficior, quōd
 solo uincor aspectu. Quis tamē iste sit, curru pro-
 pinquante iam cognosco: ipse eum fulgor, qui ce-
 labat, ostendit. Helia uideo, Helias est iste. Agno-
 sco fortissimum bellatorem, sed de me fateor sa-
 pe uictorem. Quoties ego illi sum fortiter in bel-
 lum cōgressus, quoties in eū milites quoq; meos
 iratus armaui, quoties armis pressi, pepuli, fuga-
 ui, fame, siti, solitudine fatigauī, uincere tamē nō
 potui, Quinimō acrior rediit ad pugnam, & ine-
 ptas, inermesq; legiones meas crudelli strage deie-
 cit. O regis mei misera ac semper deslenda condi-
 tio, o uirtus ipsa suis se armis frequenter expu-
 gnans: prohdolor, hostes meos ipsa, quæ dederō,
 uulnera faciunt saepe uictores. Quōd si meū uin-
 cere perdere est: num tibi satis est Helia toties in
 terris regē famosum uicisse? Nunquid & hæc re-
 gna me iterū expugnaturus inuadis, me iterū pe-
 tis, me terribilis ac metuendus inquiris? Tibi ce-
 dens, tuq; robur uirtutis effugiens ad hanc aeris
 arcem, tanq; ad tutissimū prælidium, ubi nullus
 unquā mortalis accessit, cōuolauī, nec hæc mihi
 iam tuta sedes est, nec hic licet iam sine timore cō-
 sistere. Quōd si, quod credere magis libet, quia
 hæc iter ad cœlū est, summū regem uisurus ascen-
 dis, non inuideo, nec tibi iam toties uictus obli-
 sto. Felix de me perpetuō triūphaturus in regno.
 Nunc iam dilectissimi currus, equorumq; igneo-
 rum, ut superius proposuimus, rationē breuiter
 exponamus. Scriptum de deo est: Qui facit ange-
 los suos spiritus, & ministros suos ignē urentem.
 Horum natura cum sit cōuertibilis, in eas se for-
 mas uertunt, quæ prosint causis, ob quas dirigun-
 tur necessaria: Diximus iam quibus ex causis o-
 portuerit Helia sic ad superna transferri, & ideo

hic ignis est, qui & ministri dei, & ipsius iussione
 Helia leuaturus ad cœlū, currus, & equorum for-
 ma executurus iussa suscepit. Igitur si Helias cur-
 ru, atq; equis igneis ad cœlestia transuectū se glo-
 riat: quātō magis maior hæc q̄ credidimus gloria
 est, ipsum scilicet dominū de inferis, de diabolo,
 de mūdo, de omnibus mūdānis uirtutib. tā glorio-
 sum trophæū ferentē, nulla angelorū opera, nul-
 lo adminiculo ministrorū, non ad cœlū, sed ultra
 omnes cœlos sola sue maiestatis ascendisse poten-
 tia: Quod & uos quidē, qui ad consequendū dei
 munus acceditis, tota fidei deuotione credentes,
 percipietis ea quæ deus pater datorū se credenti-
 bus promisit, per Christū dominū nostrū, cui est
 gloria, & imperiū, in secula seculorū, Amen.

SERMO DIVI IOANNIS CHRYSO-
 stomi De Naaman Syro, ab Helisæo curato.

Cum Naaman regis Syriæ princeps
 perfusus lepra fuisset, cumq; horren-
 dæ plagæ maculoso affectus cōtagio
 & sibi iam, & cunctis horreret: dole-
 bat rex Syriæ talis se uiri priuatum au-
 xilio, per quem plurima confecerat bella, gentes
 domuerat, uictorias perpetrarat: & de manu ho-
 stium, Syrorum populū liberauerat. Tunc au-
 dit Naaman apud Israhelē populū, Helisæum
 esse prophetam sanctissimum mirandis uirtuti-
 bus præditū, & stupendis operibus nominatum,
 per quem & possit causæ periculo liberari, & per-
 niciosa uarietate detergi. Mox suum pergit ad re-
 gem, commendari se literis Israhelitarum regi de-
 poscit. Confestim in hunc modum, ad regē lite-
 ras mittit: *Misi, inquit ad te Naaman seruum me-
 um, ut cures eum à lepra ipsius. Has literas cum
 rex à rege missas acciperet, & legisset: scidit uesti-
 menta sua, dicens: Videte, inquit, uidete, quoniam
 malitiam iste conquirat. Misi enim ad me, homi-
 nem, ut curem eum à lepra ipsius. Nunquid deus
 sum ego, ut mortificare, aut uiuificare possim? O
 fides Naaman principis. O istius perfidia regis.
 Naaman Syrus, fideliter festinat ad deum, & rex
 perfidus, suū scidit uestimentū. Diffidunt, qui no-
 uerant: & qui non nouerant, credunt. Domestici
 repugnant, & externi festinant. Rex Syriæ credit
 posse fieri, quod nouerat. Alieni currunt ad auxi-
 lium, & proprij cœlestē denegant donū. Qui præ-
 dicare debuit, destruit: & qui destruere potuit, fe-
 stinauit: ut t̄to gloria potior esset externis, quan-
 tō perfidia innotuerat regis. Tunc ad Helisæum
 cum regis cōmotio perferretur: Mitte, inquit, ad
 me: mitte Naaman Syrū: ut sciat, quia est deus in
 Israhel. Adducitur itaq; ad hospitium hominis dei
 Naaman Syrus cū quadrigis & equitibus, & po-
 tentatu magnifico: ad quē misit homo dei, dicens:
 Vade, & baptizare in Iordane septies, & munda-
 beris. Quo auditō Naaman cōmotus, proripuit
 se, dicens: Ego dicebam, quoniam exhibit ad me ho-
 mo dei, & imponet super me manū suam, & inuo-
 cabit dominū deum suum, & curabit me à lepra
 mea. Sed enim aquis me mūdari oportet: nōne
 meliores*

prorsus tacitū fuisset, quis ad pietatem euolasset? A
 Meritō ergo dilecto Iob uentura non ostendit,
 quō auditorum animū exciter, quō mundi ro-
 borementem. Multi nunc regnum & audiūt, &
 despiciunt prauitatemq; induunt, multi à malitia
 non recedunt, honorāt hodie ieiunia multi, & di-
 cunt: hodie aduersario meo nihil dico, transibit
 passionis Christi dies, causamq; peragā, ulciscar
 iniurias, multam faciam. Nōne igitur frater es
 Esau: hæc cogitās, eadem ipse quæ & Esau dicis.
 Etenim tūc & Esau fratrem interficere uoluit, sed
 uenerabatur patrem. Et quid dixit: Venient dies
 luctus patris mei, & occidā Iacob fratrem meum:
 transeat patris mei mors, & tunc interficiam. Et
 tu quid dicis: Transeat Christi passio, & tūc con-
 tra aduersarium meū litigabo. Vide ne frater Esau
 sis, audi quid Paulus dicat: Ne quis prophanus &
 fornicator, ut Esau. Hæc à nobis nō iritatione fra-
 trum, sed susceptionis auxilij loco atq; ad eorū fa-
 lutem dicta sunt. Contingat autem nos & uerbo
 instructos, & historijs edoctos, sanctorumq; pa-
 trum & prophetarum certaminibus ad perfectio-
 nem dirigentibus, & opere perficientibus, conti-
 nuō deo gloriam reddere, & nunc & semper, &
 in secula seculorum, Amen.

HOMILIA QVARTA

BI QVE quidem, ac omni (ut ita dicā)
 in diuino sermone rebus inferiora sunt
 uerba, materia inferiores dictiones, sed
 præcipue in his, quæ summē perfecteq;
 à beato Iob acta sunt. Nemo unquam potuit ser-
 mone sancti huius præconia abūdē elucidare: ete-
 nim tamen si mille de eo, decemq; milia dicant, ser-
 mo tamen à condigna ueritate relinquit. Quoniā
 uero quæ præcesserunt à nobis pro uirili, quauis
 medio critere, dicta sunt: nihil hodie impedit, quō
 minus easdē ipsas narrationes attingamus: Nec
 quisquam existimet materia iniuriā fieri, si nar-
 rationem concidamus. Nam neq; Iob incisus do-
 let: si enim inciso corpore non doluit, quomodo
 narratione concisus? Cognouimus ex præmissis
 quemadmodum uniuersa amisit, magis autē uni-
 uersa inuenit. Cuncta enim læta amittens, lætitiæ
 radice non amisit: amisit lirā, sed artifex reman-
 sit: amisit abundantia fructus, sed beneficentiæ fru-
 ctus superfuit. Nudatus est omni re familiari, at-
 qui haud est uirtute nudatus. Abiecit diabolo o-
 pes, uitæ cōmoditates abiiciens, quemadmodum
 Ioseph palliū impudicæ mulieri: in passione nō
 patiebatur. Oportet enim naturæ passionē fateri,
 atq; animæ utilitatē laudibus celebrare. Ostensa
 sunt naturæ indicia, sed & uirtutis excellentia o-
 stensa est. Audiuit liberorum exitum, & scidit uesti-
 menta, quō naturæ cōpensationem ostenderet.
 Nisi em̄ passus fuisset, fortasse ueluti uirtutis ama-
 tor non laudaretur, sed ueluti insensibilis damna-
 retur. Sed passus quidem fuit, ut homo, sustinuit
 autem uelut amator dei: & naturæ infirmitatē re-
 prehendam prodidit, sed non pietatis modū.
 Scidit uestimenta, sed adorauit. Igitur diabolus
 non tam intulit, quā accepit plagas: nō tantum
 Chryf.

uulnerauit, quantum uulneratus est: sed primum
 ad agonem bene certantē adducit deus, quō cla-
 riori eum patientiæ diademate coronet. Item ex
 secundario angeli assunt, & diabolus in medio
 interrogatur ab eo qui omnia nouit: Vnde tu ue-
 nis? Num sapientiam diuidens nouerat unde ue-
 nit, quōd uictus à iusto uenerat? Vult ergo disce-
 re, si optimē scienti suam fateatur fugam, pande-
 re nanq; confundeatur: eadem ipsa prima uoce
 utitur: Circumui terrā, & quæ sub cœlo sunt per-
 ambulans, assum. In hoc em̄ existiisti, hæc postula-
 sti: nōne tu dixisti: Da mihi Iob & uniuersa quæ
 possidet: quare certamen abscondis, quō iusti co-
 ronam occultes? Dic certamen maledicte, dic lu-
 ctam, quō uictoria iudicet. Sed quod occultabat
 inuidens diabolus, id eximia philosophia extol-
 lit omnium dominus. Nunquid considerasti ser-
 uum meum Iob: quod occultas, ego palam facio.
 Interrogat deus sæpenumero, non ut discat: sed
 quō interrogatorum mentem experientia intuea-
 tur, si uerē scienterq; fateantur. Sic interrogauit
 Cain: Vbi est Abel frater tuus? Voluit nanq; eū,
 qui malū fecerat, uel suū ipsius accusatorem stare,
 quō sui accusatione facinoris magnitudo lenire-
 tur. Omnis em̄ qui seipsum accusat, iudicis iram
 mitigat. Quemadmodū igitur tūc interrogabat
 Cain: Vbi est Abel frater tuus? Ille autem putans
 interrogationem ab iustitia procedere, dicit: Ne-
 scio, nunquid custos fratris mei sum: atq; ubi men-
 tem probauit, tūc increpauit facinus, dicens: Vox
 sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Sic &
 nunc ubi diabolū interrogans fugam, quā per-
 tulerat ab eo, nō didicit: ipse tandem edicit fugā,
 uictoriaq; iusti laudibus celebrat: Nunquid con-
 siderasti seruum meum, quōd non est similis ei su-
 per terram, & adhuc retinens innocentiam? Hic
 mihi diligenter attende, neq; transeas diuinarum
 scripturarum uerba. In primo testimonio minime
 dictum est, & adhuc retinens innocentiam, sed in
 secundo. In primo dixit deus: Nunquid conside-
 rasti seruum meum Iob? Quoniam non est ei simi-
 lis in terra, homo irreprehensibilis, & timēs deū,
 iustus, uerax & recedens ab omni malo opere. Et
 adhuc retinens innocentiam, non apposuit: post
 certamen uero, postq; uictoriā quasi coronam
 adducit famæ celebritatem suis certaminibus cō-
 uenientem. Cum enim mille decemq; milibus mo-
 dis patiens, absq; malitia tulisset calamitatē con-
 tra dominum non blasphemans, cūcta boni con-
 sulens, & dicens: Si bona suscepimus de manu do-
 mini, mala quare non suscipiamus? quandoqui-
 dem innocentia fuit uerbum, coronam ei plecit
 innocentia, & dicit: Quoniā non est homo ei si-
 milis, retinens innocentiam. Tu autem quare in-
 cassum dixisti, perde uniuersa quæ possidet, inua-
 num suā inuidisti substantiæ: Dixisti enim homi-
 nem pecuniarum occasione deū colere, nudatus
 est pecunia, sed non uirtute etiā. Tu uero diabole
 inuacuū dixisti: perde uniuersa quæ possidet. Nō
 stupet malitia in sui prauitate, aliam rursus mali-
 tiam cōperit, quæ iusti uirtutem superare ac pro-
 sternere

sternere posset: Dicit ergo deo: Pelle pro pelle, & cuncta quæ habet homo, dabit pro anima sua. Nihil, inquit, magnum, si pecunia excidit, libenter omnia spreuerit, quò se seruet. Sed si uis hunc ipsum probare, carnes eius tange: si in faciem benedicat tibi, id est, maledicat: etenim scriptura benedicat tibi maledicta uelauit. Et quare hæc scripta sunt: ut tu fidelis discas, cū alieni mala turpia naraueris, eadem uerborū honestate uelare: neq; honestis turpibus operam præbens, sed turpiū locutionem fugiens. Propterea, inquit Apostolus: Omne uerbū turpe non exeat de ore uestro. Hinc deus iustum secundæ dimicationi tradit, non ipse ea ex tentatione discēs, qualis sit dimicator: sed ex tentatione diaboli pudefaciens. Deus em̄ prius uniuersa cognouit. Egressus autē diabolus a facie domini, percussit Iob hulcere pessimo, à plāta pedis usq; ad uerticem eius. Totū eius corpus unum uulnus effecit, unam cicatricem: oportuerat enim totum, ac per totum coronari luctatorem, à pedibus usq; ad caput. Salutare uulnus, uictoriosum hulus: hulus quidem apparenter scaturiens sanie, quantū uero quis intellectu consequi potest, famæ celebritate plenū. Sanies hulus affuit paruo tempore, ea uero famæ celebritas, quam lucta peperit, nullis deficiet. Percussit eū hulcere pessimo, à pedibus usq; ad caput, quò totus per totum membra coronatus appareat: Hinc ubi eum corpore tam inualide se habentem, nullus caperet locus: sed omnis domus, ueluti corruptelam quandam eijceret: neq; enim secus erat uulnus Iob, q̄ fœda corporis quædam corruptio: exiuit ciuitatem, non humanū habens certamen, sed uim nostram ualde superās: nam & extra ciuitatem esse, Christi imago erat: propterea Paulus dicit: Quorum enim animalium infertis sanguinem in sancta, horum corpora cremantur extra castra. Propterea Iesus ut sanctificaret populum, extra portam passus est. Christus extra portam, Iob extra ciuitatem sedet in sterquilinio, expectat suscitantem de terra inopem, de stercore erigentem pauperem. Videbat propriū corpus labens, animam uero stabilitam. Videbat corpus uermibus ebulliens, animam uero pietatem parturire: uidebat corruptum terreum uas, atq; ante Paulum recordatus est uerborum Pauli, licebat enim sibi dicere: Sed licet is qui foris est noster homo corruptatur, tamen qui intus est renouat de die in diem. Testam accepit qua saniam abraderet. Testa quidem saniam abraderat, hostis uero patientia frangebatur. Decuit & ipsum dicere habentem testā: Habemus thesaurum hunc in uasis fictilibus. Sed dit in stercore, qui multos de stercore erexit: testā suscepit, qua saniam abraderet: mortuo luto uiuens lutum abradebit. Venerunt tres amici, trahunt enim ad solamen aduersa: uenerūt Eliphaz, Baldath, & Sophar, tres reges ad regem. Rex em̄ erat ante hæc, qui dicebat: Cum sederem quasi rex, circumstante exercitū. Et sederunt, inquit, septem diebus, ac septem noctibus, & nemo loquebatur. Mediocres enim calamitates solamen

recipiunt, magnitudo uero calamitatis silentio honoratur. Interdum enim consolatio ab aduersitate uincitur. Et quemadmodum morbi in suo uigore non admittit curationē, sic etiam calamitates priusquam deferuerint, omne solatium fomentūq; repellunt. Siluerunt inquit, tacite condolentes. Et quid facit? Cum enim illos calamitas superasset, nemoq; ausus fuisset in solatiū uocem erumpere, primus ipse uerba incipit, ianuam aperit, patiens non patientibus. Scimus omnes, quoniam his qui passionibus, qui tribulationibus, aut alio mœstitiæ malo laborant, prior silentium rumperet quisq; pudore tenetur, ne importunus uirtutis magister uideatur. Si autem uiderit incipientem, sine periculo & pudore sequetur. hoc fratres & consuetudo docet, & re ipsa exercitatio suggerit. Ut uidit calamitatem suam amicorū solatium excludere, portā aperit calamitosus, & quamprimum incipit ueluti tragice de miseria dicere, ubiq; tamen blasphemiam suspicionem fugiens. Prima uox Iob: Pereat dies illa in qua natus sum, & nox in qua dicitū est, natus est homo. Non præ impietate hæc dicit, sed præ dolore. Et uide quid facit. Quemadmodum si quis apostematis morbo circumuentus, ferro recidatur à medico: non habēs quomodo recidenti aduersetur, circumstantia tangit, atq; adstantes mordet, illis quidē inferre nihil habens, ad medicū autem extendere manum nō uolens: Sic & Iob blasphemiam magnitudinem timens, facit inanimatis iniuriam, atq; ita dolorem suum explet, non contra deū audens, sed se & suū natalem accusans. Maledicit autē non creaturam, sed suis ipsius diem. Potestatem, inquit, habeo diei mei, non maledico conditorē, meis ipsius diem maledico. Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dicitū est, natus est homo. Hæc dicit Hieremias: Heu mihi mater, ut quæ me talem peperisti uirtū iudicatum & damnatū, maledicta dies in qua natus sum. Hæc omnia quasi mœsta quædam tragediisq; similia sancti exprimunt, ut tu postea discas, non in delicijs egisse uitā, sed mala innumera tolerantis, in agone certasse. Fleuit ergo Hieremias, dicens: Heu mihi mater, ut quæ me peperisti uirtū. Et patiebatur quidem ueluti homo, ueluti autē quasi dei amicus. Moses pari modo magnus dei legislator, qui tabulas sacras suscepit, qui eorum quæ conducunt ad uitam, prior magister fuit, & ipse præ multitudinē calamitātū deo dicebat: Domine tu dixisti, quoniam inueni gratiam apud te, & noui te super oēs. Si ergo inueni gratiam in conspectu tuo, tolle animam meam à me, non possum ferre onus populi huius, penem lapidant. Nunquid ego eos genui? nunquid ego eos peperī? quoniam dicis, porta eos quemadmodum nutrix portat puerū: non possum ferre populi defectus. Tamen ingemiscens & flens, ut homo, non ut infidelis blasphemauit: sed ostendebat naturæ passionem, quasi per ipsas argueretur. Sic ex perfectis quisq; ingemiscit. Similiter Habacuc dicit: Ut quid mihi dolores ostendisti, & labores inspicere miseras hominum? In conspectu meo

nunc nisi propter seruū meum Iob morti uos forrasse tradiderim. Simul ergo & corripit, & seruat. Seruat quidem, eo quòd nihil mali contra deum dicatur: corripit autē iustum, integritatem in melius reformans. Et honorat quidem amicos per illum, honorat autem iustum per certamen, datq; ei duplici atq; de tenebris ei lumen & tunc illuxit, & nunc. Vnum etiam addentes, rei excellentiam ostendemus. Suscepit oues in duplum, decem autē amittens liberos, uiginti non recipit. Hic exquirendum est, quomodo iumenta quidē in duplum, in simplum uero restituit libere: Bestiæ quidem & iumenta, quoniam quidem amissa perierāt, homo autem uiuens in uita reseruat, nō ei liberos in duplum dat: ne per hoc eis qui obeunt spem tollat: sed ut ostendat, quoniam illi tamen si præcepti sint, uiuunt tamen. ac illi quidem omnes sancto Iob lætitia sunt, cohæredesq; applaudunt: quamobrem ei non dat præter decem, quò Iob inueniatur, non à uita in mortem, sed à domo in domum transiens. Cum eum decem filij uitæ terminum finientem ad tumulum usq; duxerunt, decem eundem iterum in resurrectionis die à tumulo in regnum suscipient, atq; ineffabilibus illis sempiternisq; bonis, simulq; parili lætitia perfruetur. Quibus omnes nos dignos fieri contingat, gratia & pietate domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium cum patre & sancto spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

HOMILIA QUINTA

Reponamus igitur uobis dilectissimi, si placet, pro patientiæ solatio, iusti Iob fortia gesta. Hic est enim qui amplitudine gloriæ tanta dignatus, armisq; multorū uallatus, atq; ubiq; plurima in nobilitate plurimq; in celebritate prædicatus, magna repente tactus paupertate, et morbo, & liberorum interemptione, hostium prædatione, amicorum impari fide pesteq; & carnis doloribus calumnijsq; laborauit. Et id intolerabilis, quòd incogitato sibi omnia eadē, inexpertoq; ingruerunt. Nam qui parentibus quidem egenis, talisq; in domo nutritus, quòd & exercitio eadē & cogitatione pensauerit, facile onus paupertatis tulit: qui uero lautus affluentia, totq; pecuniarum delicijs gaudēs, si repente patiat, ab his casum, non facile sustinuerit talem mutationem. Iterum & qui liberos amittit, tamen si omnes amiserit, nō tamen uno atq; eodem tempore, reliquos solatio abeuntium tenet: atq; prioris amissionis deficiente dolore, si secunda post tempus amissio acciderit, id sibi tolerabilius fiet malū: non enim hulus obuiat recenti, sed dormienti iam dudū & extincto, quòd nō parum doloris amputet: hic autē uniuersum sibi totaliter chorū in uno momento, atq; modo mortis amarissimo surreptū uidit, conuiuij hora: atq; ea domus, quæ aduenis hospitarijs erat aperta, tumulus facta est illis. Quis autē dixerit, famem illam nouam, & interpretatu difficilem, uoluntariam an inuitā nescio. Quomodo enim appellem? Voluntariā? sed nolebat apposita degere.

Chryf.

stare. inuitam? sed aderāt cibi nemoq; impediens erat, apposita sedebat mensæ, uisusq; non tangebatur cibos. Nam is qui circa corpus ab hulusibus erat foetor, deceptioni accidens, desiderium resoluēbat, ipsamq; mensam erumna quadā replebat. Putores, inquit, meos cibos esse uideo. Et famis quidem necessitas apposita tangere cogebat. Foetoris uero magnitudo è carne proueniēs, uim famis superabat. Quò enarrauerim dolores, quomodo uermium fontes, scaturientem saniam, amicorum improperia, domesticorū neglectū: Non enim pepercerunt, inquit, domestici mei à sputis faciei, & nūc derident me iuniores tempore, quorum non dignabar patres ponere cum gregibus patris mei. Num igitur arma hæc esse uident? Nam & arma & intolerabilia, tamen cum dignatus est amator hominū deus dicere ei certaminis huiusmodi causas, quòd uti iustus appareas, contra te hæc permilla sunt: sic respiraui quasi ex illis malis nihil triste sensisset. Quemadmodū enim in sudatione luctatorē sudore & puluere, & calore multo, & laboribus, & miserijs pugnare decet: sic iusto multa hic tolerare expedit, generoseq; ferre uniuersa, si clarā hinc coronā sit accepturus. Nam & si corpus illud laudamus, quòd & frigora illæse & calores ferre posset, egestatemq; & famem, itineraq; & miseras alias: multo magis animā dicere beatā decet, quæ fortiter generoseq; dolorū inuasionem qualisq; sufferre, mentemq; suā in cunctis potest seruare liberā. Sicut igitur ea, quæ otio & licentia uicinat anima, facile à passionibus uincit: sic quæ continuo in agone pro pietate uersat, robusta inuictaq; perseverare cōsueuit. Neq; otium egit eadem ipsa cogitans, cura ab illis eam ad certamen traducente. Non modò em̄ facere quid bonum, sed & quid malū pati, mercede multa rependitur: atq; Iob ipse passionibus uidet magis, q̄ uirtutis actionibus profecisse. Nam neq; ita illustris est habitus, cum pecuniā possidebat, cum domū pauperibus referabat, substantiamq; erogabat, q̄ quòd audiens ruinā non se acerbè egit. Nō adeo tum clarus erat, cum de uelleribus ouium nudos uel stiebat: q̄ illustris probabilisq; cū de celo ignem cecidisse cōsumpsissetq; omnia audiebat cum gratiarum actione. Tūc amator hominū, nūc amator sapientiæ fuit: tunc pauperū miserebat, nunc dño gratias solvebat. Neq; ipse dixit, Quidnā hoc est? greges cōsumpti sunt quorū ope decem mille enutriebantur pauperes: & si indignus ipse erā in rerum affluentia assistens, propter eos certe, qui longe ab eo distabant, parci oportuerat. Nihil dixit tale, neq; cogitauit: sed deū nouit, cūcta & utiliora dispensantē. Atq; ut discas, quoniam maiorē postmodū diabolo plagā intulit, cū sublati sibi bonis gratias egit, q̄ cum possidens miserebatur pauperum, audi. Cum possidebat, uel suspicionem diabolus habuit, quoniam non gratis te colit Iob: ubi uero uniuersa surripuit omnibusq; nudauit eum, hic uero eandem deo seruauit mentē, tūc obstructum est turpe illius os, nec tunc quid habuit dicere: clarior nāq; q̄ in prioribus, iustus erat, clarior tom. 1 F 3 inquam

inquam, quæ in delicijs uiuens eleemosynas præbens surrepta enim bona, generose ac cum actione gratiarum tolerare multo maius est. Nam secundis quidem sese rebus habentibus gratias referre deo, non admodum mirabile: porro cum multus fuerit fluctus, cymba circumacta periclitat, tunc magna atque excellens est patientiæ atque bonæ uoluntatis offensio. Si enim infinitorum malefactorum sibijpsis conscij, cum parum quid auri amiserunt, & id plerumque ex præda habentes, acerbâ sibi atque intolerabilem uitâ esse dicunt: quantis quibusque corporis dignus fuerit Iob, cui iustissime parta, simpliciter a se diripi uideri cõtigat, subireque mille alias procellas post illa omnia, atque in cunctis sese immobilem reddere, debitasque propensius domino gratias agere: Nam si quis cætera omiserit, sola mulieris uerba uel saxum mouere poterat. Si enim his qui iucundè uiuunt nihilque erumnosum patiunt, mulieres sæpenumero suadere potuerunt: puta quæ ualida erat anima, quæ illam post tot arma repulerit. Cum enim mulier sic uerba miseranda dicat, Tempus accommodatum atque cõparatio simul facta, uulneraque & cicatrices, milleque calamitatum fluctus: quod quis omni adamante duriores eam animam negauerit, quæ tanta in tempestate non succubuerit? Data mihi pace, oportet dicere, quoniã & si non maior Apostolis, minor beatus ille non fuit. Hos enim eadem pro Christo pati solabatur, ille autem hoc solatio destitutus, quodque maius, multis in delicijs educatus, nequaquam de piscatoribus & colonis, atque ex his qui tenuiter uiuunt, sed tot honoribus dignus effectus, passus est omnia. Et grauisimum in apostolis uidebatur, quod ab amicis domesticisque, atque ab his qui sua beneficia susceperant: & sic Iob non ab inimicis odio & iniuria affectus. Quod uero sic se hæc habebant, iam ergo & gestorum cum dignitate fortitudinemque, passionum simul cõparationem dicamus, quod & manifestè pateat, non benefactorum modo, sed & passionum manere meritum: & meritum quidem admodum magnum, neque merito benefactorum inferiorius. Introducamusque, si placet, ipsum hunc magnum patientiæ luctatorem Iob, hinc atque inde illustrem, simulque uideamus cõpatientes. Quando fuit illustrior, cum domum cunctis aperuerit, aut eadem cadente, cum benedixit deum, nulloque amaro sermone locutus est: Quando alacrior fuit, dic mihi, cum pro natis agebat sacrificium, atque concordiam adducebat: aut quando ipsi contumultatis, factisque è uita amarissimo mortis genere, multa cum philosophia casum sustulit? Quando magis claruit, cum de uelleribus agnorum suorum calefacti sunt nudorum humeri: aut cum audiens de celo ignem descendisse, gregemque consumpsisse cum pastoribus, nec est turbatus, non tumultuans quid peregit, sed mansuere tulit calamitatē? Quando maior fuit, cum ad oppressorum defensionem corporis sanitate utebatur, conterens molares iniquorum, & è medio dentium eorum prædam eripiens: aut cum hoc ipsum corpus oppressorum scutum cõsumi uermibus uidebat, sedensque in sterquilino, idem ipse sanie radebat, testam accipiens. Et illa quidem omnia præclara gesta, hæc autem patibula, tormentaque erant: sed tamen plus hæc, quam illa Iob clarior ostenderunt. Si quidem cum illa siebant, quamuis turpiter ualdeque atrociter, contra dixit tamen diabolus, dicēs: Nunquid frustra colit deum Iob? His uero contingentibus se occultans, terga dedit, neque turpis sermonis aliquid cuius causas, umbram uel inferre habuit. Igitur si quando uirum iustum, magnorum operum profectu fulgere iustis, multisque subesse malis, ne mireris. Nam è diuerso mirari oportuerat, si multas accipiēs diabolus plagas taciturnus fuisset, mansuereque uulnera perlaturus. Neque enim si serpens assidue stimulus indignetur, atque resiliat contra stimulantem, mirandum fuerit: & à prælio uictoriaque & cade redeuntem, pugnare necesse est, sæpenumero autem & uulnera habere. Cum ergo uideris quempiam eleemosynas facientem, aliaque mille operantem bona, præcedentem diaboli uires, postea tentationibus periculisque circumduci, idcirco ne turberis: nam propterea in tentatione cecidit, quod diabolo plagas uehementer infligeret. Et quomodo id Deus, inquis, permisit? quod magis scilicet coronetur, quod plures ille recipiat plagas. Magnum quidem secundis se rebus habentibus & misereri, uel florere uirtute: longè autem maius malè patientem, inuictum sese, maiorisque cum proposito præstare pro uirtutis laboribus. Quem admodum enim in peccatoribus contingit, qui nihil hic patiuntur mali, maiorem illic subeunt uirtutis poenam: sic & hi qui se officiose gerunt, qui multa hic tolerant aduersa, multo illic honore dignantur. Et quem admodum peccatoribus duobus existentibus, si alter quidem hic tormētis affligatur, alter non: afflicto ille non afflicto melior erit: Sic & duobus iustis hic existentibus, si quidem alter plures, alter pauciores erumnas sustulerit: qui plures sustinuerit, beatorum erit. Qui enim dei disciplinam cum gratiarum actione non suffecerunt dedignant, & ex hoc nullum sequi fructum contingit, & calamitatibus ultimis se implicent. Si in paupertate degis, & fame, innumerisque periculis, disce uel ab egenis domino gratias reddere. Si autem uitam eorum mendicando terentes, non blasphemant, non turbantur, non indignantur: sed cum gratiarum actione tolerant. Quid enim tale es passus, quale ille? Oculo priuatus es, ille ambobus. Morbo diuturno laborasti, sed ille insanabili. Amisisti liberos, sed ille & proprii corporis sanitatem. Damno magno plecteris, at nec ad id peruenisti, ut alijs indigeas. Sed neque satis tibi sunt hæc. Considerabo Iob patientiæ turrim minime nutantem. Quis enim hoc pauperior? qui publica ad balnea abiectis pauperior fuit, his qui super fornacis sedent cinere, atque omnibus prorsus hominibus inferior. Hi namque uel uestimentum lacerum habent, ille uero nudus sedebat: & quod habuit indumentum à natura, carnis scilicet uelamen, sanie acerba diabolus corruptit. Et pauperes quidem uel sub tecto sunt, stipulaque uel

saltem

saltem operitur: ille uero sub dio nocturnus semper agebat, neque tugurij tenuis solamen habens: atque quod maius, quoniã multorum malorum pro exacta iam uita sibi conscij sunt. Neque paruum ad solatium ingruentis calamitatis, se sibi conscium esse, iustisque punitum. Hic autem & eo priuatus solatio erat, utpote qui consolationem, conuersationem, uirtutem plenam ostenderet: eorum qui ultimi maudent mala poenas pendebat. Et illi quidem olim & à principio de erumna calamitateque cogitauerunt: ille uero calamitatem inopinatâ subijt, repentinâ accipiens ex diuitijs mutationem. Vidisti eum in ultimam uenientem paupertatem, & eam postquam non est aliâ inuenire? Quid enim uel nudo, uel tectum non habente pauperius? non enim in terra, sed in sterquilino sedebat. Itaque cum temetipsum uideris in paupertate urgeri, cogita huius iusti tormenta, atque illico exurges paruipendensque propriam calamitatem. Si autem uis bellum à natura uehementia multa, multaque uolentia generoso huic illatum audire, ad ea quæ dico, aduerte. Decem amisit liberos, decem repente, & decem ipso in ætatis flore, decem multa uirtute, non communi lege naturæ, sed nece uolenta ac miseranda. Quisnam poterit talem calamitatem explicare? quis uel ferreus homo? quis adamas tot mala pertulerit? nam est nemo: nam si horum quodlibet intolerabile per se est, cogita cum simul uniuersa coierunt, qualem excitauerunt tu multum. Cum filium amisit, filiamue, refuge ad iustum illum, solatiumque tibi prorsus summum inuenies. Memento eius in miseranda illa liberorum calamitate uerborumque, mille coronis angustiae sanctum id caput ornauerunt. Cogita calamitatis magnitudinem, nouumque id naufragium, extraneamque illam inopinatam tragœdiã. Tu quidem fortasse unum amittes, uel secundum, uel tertium: ille uero tot natos, natasque: & qui multis abundat liberos, repente liberos orbatum est, neque sibi sensim uiscera carpsit, sed omnis repente fructus arreptus est: neque assidentem assidentem, quod uel ultima audiens uerba, ullum haberet funeris tam acerbi solatium, sed repente præter spem omnem, horum alterum lugubre, alterum horribile, superauit. Non enim mors importuna solū, sed & in ætatis uigore omnes consistere, oēs uirtute præstare, amabiles oēs simul, omnesque sexus utriusque esse, non communi lege naturæ, post talem tantamque iacturam, quod nullius mali nec sibi, nec illis erat conscius, quod eiusmodi patere. Horum quodque potuerat & à semetipso turbare. Cum uero una concurrere apparuerunt, cogita fluctuum altitudo quanta fuerit, quanta hyemis procellæ illius exuberantia fluctuatio. Miranda quidem hæc, uel auditu solū accepta. Si autem solerti eadem diligentique indagare perscrutatus fueris, tunc maius admodum esse prospicias. Cogita enim quod non quidem diabolus surripuit, dimidiumque reliquit, sed prorsus, atque omnino fructum omnem legit, arboremque non deiecit: omne superinduxit mare cum fluctibus, cymbamque non demerit: omnem euacuat uirtute,

turrimque uel quatere nequirit, sed stabat assidue iustus minimeque nutans. Multitudo telorum ferebatur, neque territus erat: magis autem mittebatur quidem, non autem uulnerabant. Excogita quantum est tot liberis orbari. Quid enim? satis ne fuit lachrymis uti? nonne in ipso ætatis flore, nonne multa uirtute præstantes, atque modo ultionis tam acerbo finiure uitam? Nonne post tot plagas nouissima hæc illata est? Num pietatis amore feruebat, qui genuerat: nonne abeuntes tot oprabiles? Cum enim malos quis amittit liberos, passionem quidem mordetur, sed acerbitate, uehementiaque minori: nam decedentiū malitia acerbior non finit esse dolorem. Cum autem uirtute præstiterint, permanens uulnus fit, non modo à natura, sed à uirtutis honesto desiderio faciente. Cæterum cum partim surripiunt, eadem passio aliquod solatium facit: nam & reliqui qui sunt, abeuntes tristitiam obumbrat. Cum uero funditus obierit uniuersus chorus, ad quemnam respicere poterit, qui in multis filijs repente filijs orbatus? Si enim tribus, aut quinque diebus quibusdam decedentibus, mulieres & proximi quique id maxime plorant, quod cito repenteque ab illorum moriens raptus est oculis: multo magis hic doluerit, cui non diebus duobus tribusue, aut uno, sed hora una sic omnes surripiuntur. Cogita tum: namque tempore malum non iam ualde fuerit intolerabile, expectatio id leue fortasse de facili faciente: contra uero spes quid contingere, ac repente fieri intolerabile, omnemque sermonem superat. Non ipsos enim lectulo expirantes, animam reddentes uidit, sed domo contumultatos omnes. Cogita igitur quis erat ille macerem effodiens, & nunc quidem lapidem, nunc filij membrum retrahens, & manum uidens adhuc phialam tenentem, dexteraque alteram recubentem cyatho, & ipsam corpore corruptam filiam, capite dissipato, nasoque conuito, oculis extinctis, cerebro disperso, uulnerumque uarietate non permittente faciei desiderata formam nosse. Confusi estis hæc audientes, & lachrymas funditis. Cogitate igitur quis ille erat hæc uidens. Si enim post tantum temporis, sine lachrymis nequiuimus tragœdiæ huiusmodi ferre auditum, idque alienam audientes calamitatem: qualis ille adamas fuit, coram hæc accipiens, non in alienis, sed proprijs philosophans in malis, neque tamen iracundia auersus est, neque dixit: Quidnam hoc est? ea est pietatis continentia merces? A duenis idcirco domum aperui, eam ut uiderem liberorum sepulturam? omnem in eos idcirco uirtutis modum exercui, quod talem subirent exitum? Nihil horum dixit, neque cogitauit: sed tale tantumque post studium orbatum, cuncta generose pertulit. Igitur sibi sola hæc contigerunt mala? Et amicorum desertio proditioque, increpationes & iniuria, subsannatio & derisus, & distrahi à cunctis: tolerabile hæc & solatio digna? hæc non modo rebus ipsis, sed ne quidem auditu ferenda. Neque enim talis calamitatum natura, ut sint qui etiam nobis impropere, nostramque consuecunt mordere animam. Respice mihi consequenter uel hoc

F 4 in loco

in loco mansuetudinem ad deumque religionem, ge-
nerosae illius adamantinae animae. Vbi enim se-
metipsum implicitum malis uidit, qui totius uirtu-
tis summam impleuerat; malos autem homines,
& ueneficos uitam secundis agentes rebus, non di-
xit quid tale, quale quidam ex infirmioribus con-
fueuerunt. Ad haec filios educaui, cumque solertia
instruxi omnia, ad haec meam pauperibus domum
aperui, quod illos post cursus pro egenis susceptis,
pro nudis, pro orphanis id me sequatur meritum.
Sed horum loco etiam omnis sacrificij meliora uer-
ba protulit, illa dicens: Dominus dedit, dominus
abstulit. Si autem scidit uestimenta, comamque to-
tondit, ne mireris. Pater enim erat, & amator pa-
ter piusque: & oportuit quidem naturae passionem
ostendi, mentisque philosophiam. Si uero neque id
fecisset, fortasse quis & insensibilem hanc putas-
set esse philosophiam. At tu pecuniam si amiseris,
ne ira, aut alio perturbationis malo concite-
ris; sed uiriliter tolerans, gratias agas deo, & Iob
uerba loquaris: Dominus dedit, dominus abstulit:
lucrum per hoc damnatum facies. Quid dicis,
dominus abstulit: fur abstulit, & tu dicis dominus
abstulit? Ne mireris, nam & Iob que diabolus sur-
ripuit, eadem & dominum abstulisse dixit. Et quo-
modo cum hac fur eripuerit, tu dicis quoniam domi-
nus abstulit. Nam neque illam gratiam minime ha-
beo. Non mea, suum factum: neque scienti, neque uo-
lenti facta sunt. Quomodo enim, sed tum nihil mi-
nus habet his qui dant elemosinas, ille qui tunc
non dat. Si autem & ad uates te hortabuntur qui-
dam, tu uero dei timore, quoniam quidem prohibe-
tur, eliges magis non accipere pecuniam, quam
deo aduersari: eorum merito qui in pauperes con-
tulerunt, mercedem habes, quoniam amittens gra-
tias egisti, potensque ad uates abire, sustines non
accipere magis, quam sic accipere. Quemadmo-
dum enim ille dei timore actus, pauperibus im-
pendit: sic & tu dei timore, expertos nummos ere-
ptos non recepisti. Priuauit te ille pecunia, tu te
ipsum salute minime priuaueris. Dolens enim in
his quae a ceteris male es passus, ipse pluribus te-
metipsum implicabis malis. Ille te fortasse pauper-
tate circumdedit, tu te fumestis offendis. Ille auctor
mali, tuis te exterioribus priuauit bonis, tu a ter-
renis temetipsum diuitijs priuas. Tristitia te diabo-
lus confecit pecuniam surriprens, confice & hunc
ipsum gratias agens, neque gaudio eundem accu-
mulaueris. Si ad uates abieris, laetum effeceris: si
gratias egeris deo, mortalem illi plagam intuleris.
Et respice quid fiet: neque eam inuenies ad uates
abiens: non enim illorum est uidere. Si autem quid
dixerint rei quomodo libet compotes, & animam
ipsam perdes, & fratribus tuis derisio eris, atque ite-
rum eandem male amittes. Nam daemon sciens
unam te non ferre tentationem, atque pro hac tuum
negare deum, iterum praebit pecuniam, quod sibi
occasio accedat iterum seducere te, atque abduce-
re. Et quemadmodum nos aduersus hostes illa ex-
ponimus arma, quibus eos dolore afficiamus: si
uero eos minus dolere uiderimus, recedimus

quasi non habentes quo ipsos mordere possimus.
Sic ergo diabolus, si uiderit deridentem te ac despi-
cientem suos conatus, cedit ex uia hac, non iam ul-
terius propinquas. Licet ergo tibi sufferenti, mer-
cedem accipere tantam, quantam si pecuniam uo-
lens proieceris. At qui non immerito admirabun-
tur magis eum, qui cum gratiarum actione tenta-
tiones tulerit, quam qui ultrò dederit. Quid enim,
quoniam hic quidem laudibus enutritur & con-
scientia, bonasque habet spes, & primo uiriliter fe-
rens pecuniarum penuriam, tunc abiicit eas: Illi
etiam annexae uiolenter arripuntur. Neque uero
aeque est, eum qui prius paratus atque suafus erat a
pecunia recedere, hancque sic a se emittere, atque esse
qui amore huius etiam tenetur, eadem illico esse pri-
uatum: neque iterum multo tempore pecuniam despi-
cere, & repente contingens damnum tolerare posse.
Qui enim paratus ad ingruentia mala fuerit, illata
facilius tulerit: qui autem cadens animarum sese co-
gitationibus inuoluerit, si quid tale contigerit, du-
plici turbatur malo, ex insperato scilicet, quodque
omne studium suum pereat, omnisque ad id praeparatio
non parum ad dolorem interest. Sed omnium est
intolerabilis, si quis malis se exutum putans,
atque ipsum peruenisse ad finem, & curam om-
nem cogitationemque deposuerit, iterum principium
aliud malorum inueniet. Quare enim uxorem
Iob cum liberis non extinxit diabolus: Quoniam
uiderat, scilicet, magna se cum illa operaturum
ad illius infidias. Si enim, inquit, paradiso eieci
Adam, multo magis a sterquilinio Iob supplantare
potero. Et respice malitiam. Neque enim bobus
pereuntibus hac machinatione est usus, neque asinis,
neque camelis, neque domo diruta, neque liberis
macerie tumulatis. Sed tacet tandem, atque silere
permittit, dimicatorem uidens. Cum autem uermium
fons erupit, pellemque corrumpi atque dilabi, uidit,
ex eam carne sanie multis scilicet putoribus plenam,
cumque torqueret eum & sartaginis & fornacis
omni flamma acerbiore consumens diaboli manus,
omnisque fera truculentior, continuo comedens
atque exedens corpus, & pleraque tempora tali in
calamitate transirent: propterea sitiens liberationem,
mori que cupiens, utpote qui respirare non poterat.
Si possem dicebat memetipsum uindicare, uel
alterum qui mihi id conferat deprecari, Tunc
ipsam introducit, & inquit, usquequo expectas,
dicens: Ecce sustineo tempus, adhuc paululum
expectans spem salutis meae, & molestante semper
ille solans ac repellens, talia dicebat: Paululum
adhuc expecta, & celeriter horum erit finis. Impro-
perans igitur sibi, inquit: Nunquid & nunc id ipsum
dices? Multum iam tempus praeteriit, horumque
non uides finis: perijt enim memoria tua de terra,
filij tui & filiae uentris tui, labores & dolores
quibus inuanum cum gemitu laboraui, atque errabunda
ego & serua quaedam locum ex loco, domum
ex domo petens. neque enim mendico solum, sed
errans uado, seruitioque nouo & insueto serui-
o, ubique circueiens, pignusque calamitatis meae mecum
ferens, cunctos edocens mala mea. Et quod om-
nium est

nium est miserius, Solis plerumque occasum praesto
lor, quod uel ab erumnis meis, atque ab his qui me
circumdederunt laboribus quiescam. Sed dic ali-
quod uerbum ad dominum, & morere. Quid autem
beatus hic adamanteque durior? respiciens in
eam amare. O mentem castam, o morigeratam,
atque ante uocem ab ipso prospectu machinamen-
ta repulit. Illa quidem uisa est lachrymarum mo-
uere fontem, hic autem leone truculentior factus,
furore plenus & iracundia, & inquit: Vt quasi una
de insipientibus mulieribus locuta es. Si bona sus-
cepimus de manu domini, mala autem quare non
sustineamus? Quibus ex causis illa nobis dedit
deus, qualem rependis mercedem? nullam: neque
enim meritis praeeuntibus nos in terra beatos ha-
ctenus effecerat dominus, sed ultrò, atque sua de
bonitate solum humanitateque. Nudus exiui de uen-
tre matris meae, nudus reuertar illuc. Fingite igitur
uobismetipsi dimicatorem ipsum, atque existi-
mate summum illum uidere, sinuque medio seden-
tem statuam auream pretiosam. Quomodo eum
nominem nescio, nequeo tam preciosam inuenire
materiam, ut comparare queam percussum illud
uulneratumque corpus: adeo pretiosa omni mate-
ria, ualde supraque modum carnis illius natura cla-
rior apparuit, uulneraque solaribus radijs laetiora.
hi enim corporis illustrant uisum, illa uero men-
tis nostrae illuminant oculos. Quis uidit, quis au-
diuit tales, tamque mirandas dimicationes? nam ex
ternorum agonum pugiles, cum aduersariorum
capita ceciderunt, tunc demum uincunt & corona-
nantur, hic autem cum iusti corpus deleuit, tunc
& uictus fuit, & abiit. Quid factum est o diabo-
le? cuius rei cedis gratias? Nonne cuncta pro nutu
sequuntur? Nonne eius perdidisti greges? Nonne
houm, equorum mulorumque armenta: nonne cho-
rum illum liberorum perdens, & uniuersam insur-
per carnem uicisti? Quoniam factum est, inquit,
omne quod uolui, quod autem fieri maxime uo-
lueram, atque ob id cuncta fueram conatus, id mi-
nus factum. Neque enim blasphemauit: id dum mi-
nus fit, nihil magis ab illa pecuniarum iactura ac-
cedit liberorum interemptione & corporis pla-
ga: quinimo contra, quod minime uolebam con-
tingit, hostem laetorem, aduersarium clarorem effe-
ci. Nosti quale tribulationis sit lucrum? Bonum
quidem erat, corpus sanitate uigere, multo tamen
pretiosius uel uulneribus confisum. Quoniam
uero & uellera pulchra quidem, etiam dum illota
perdurant, cum uero lauatoris opera demersa atque
extersa fuerint, incomparabilem pulchritudinem
decorumque suscipiunt. Nisi enim eundem spoliasset,
nunquam optimam coronandi huiusmodi no-
uisset habitudinem. Nisi enim uulnerum stimulis
eius dississet corpus, nusquam interiores radij re-
luxissent. Nisi in stercore sedere coegisset uirum,
nequaquam eius diuitias cognouissemus. Neque
enim rex tam illustis in throno sedens, quam ille
tunc in sterquilinio erat, sic insignis & celsus. Na
post regalem thronum mors, post uero sterquilini-
um illud coelorum regnum. Propterea enim eius

ille sacrilegus bona surripuerat, non quod afficeret
morbo, sed quod uirtutem in eius anima supplan-
taret. Sed tamen uniuersa remouens eius machi-
namenta, & pauperem pro diuite faciens: hicque quod
magis horridum cunctis uidetur, & cum qui mul-
torum fuerat liberorum pater, orbatusque omnino,
ulcerisque feriens eius totum corpus crudelius his
carnificibus, qui publicis uersant in iudicijs: neque
enim illorum ungues sic effodiunt eorum latera,
quos poena in suas dederat manus, sicut eius lam-
bebant corpus uermium ora. Et pellens eum non
urbe solum & domo, atque in aliam transferens ur-
bem: sed stercore sibi pro domo, pro urbe statuens.
At eo modo nusquam existimauit, sed & per eas
quas tetendit infidias splendidiorē reddidit, totum
& tanta diripiens, maioris sibi uirtutis diuitias cu-
mulauit. Tu igitur si quis tibi tuam surripuerit pe-
cuniam, ac generose tuleris, ipsam eorum qui pau-
peribus erogant, uniuersam mercedem accipies.
Quemadmodum studiosi, etiam ab iniuriantibus
lucrari consueuimus: sic & pigritantes neque ab his
qui profunt meliores efficiuntur. Si enim Iob tot
tantaque passus est, non ab homine, sed a daemone,
omnibus hominibus peiore: quis ergo ex eorum
est nota, qui dicunt, hic mihi est iniuriatus, ille me
spreuit: quale responsum habebit? Si enim diabo-
lus tanta redundans malitia, uniuersa eius mouens
organa, uniuersa mittens tela, atque quotquot in
hominibus erant mala atrocitate multa, multaque
cum uehementia, & in domum iusti, & in corpus
nullam intulit uiro iniuriam, sed magis profuit:
quomodo poterunt alij illum, & illum accusare,
quasi ab his, non uero a semetipsis iniuria affici?
Miraris tres pueros? & ego, quoniam contra cam-
inum ignis sunt ausi, quoniam contra tyrannum in-
surrexerunt, Deos tuos (dicentes) non colimus, ^{Dan. 3. c.}
& statuam auream quam erexisti non adoramus:
sed grande illis erat solamen, manifeste scire, quo-
niam propter deum haec eadem patiebantur. Beatus
uero ille nesciebat certamina, & palaestra esse quae
patiebatur: si enim sciuisset, nequaquam omnino
quae fuerunt facta sensisset. Cum igitur audiuit,
Nunquid uanum putasti iudicium meum, sed ut ^{Iob 40. d.}
appareas iustus: cogita quomodo nudo ex ore re-
spirauit, quomodo exinanuit sese, quomodo se
nihil passum fuisse putauit, ex his quae pertulerat,
sic dicens: Quid etiam iudicor correptus a domi-
no, & reprehensus audiens haec? Imitemur igitur
huius sancti modestiam & dignitatem, discentes
quotquot a patientia germinant bona. Sicut enim
in communi orbis theatro stans beatus ille, glo-
riosusque uir, omnesque sibi pertinentes passiones
mouet, nouitque omnes contingentes tolerare ca-
sus, neque usque ingruentibus malis cedere: haud enim
in humanis est passio, quae solatium inde accipere
non possit. Quae enim in omni orbe sparsae passio-
nes sunt, si in unum coeant, facile in illius corpo-
re apparuerint: quae igitur erit illorum excusatio,
qui nequeunt uel partem hanc illatorum malorum
cum gratiarum actione ferre, qui non modo partem,
sed uniuersa amittit: Alij naufragijs incidentes,
ad pauper

ad paupertatem redacti sunt: item alij infirmitate & morbo, à nullo neq; ullum auxilium suscipere. Et quid hoc? recordare eorum quæ Iob euenerunt, gratias agere domino prohibere potentem, & non prohibenti. Si in paupertate degis, & fame, milleq; periculis: Lazari recordare paupertatis, solitudinis, milleq; alijs huiusmodi dimicantis, & hæc plurimam præstabit uirtutem. Memento apostolorum qui in fame & siti nuditateq; uiuebant, prophetarum, iustorum: atq; omnes ipsos inuenies, non diuitum, non in diuitijs positum: sed pauperum, sed tribulationibus, suspirijs afflictorum, partes sustulisse. Hæc autem huiusmodi apud te colligens, redde deo gratias, qui te ad hanc sortem uocauerit, non iam odiens, sed uehementer amans. Qui quidem non illos odiens, tot permittebat aduersis laborare, sed quoniam uehementer diligebat eos, per ipsa mala splendidiores illos reddidit. Si enim homines qui in eorum causa insudant, sine mercede, sine retributione abire non sinunt: multo magis deus eos, qui tot insudauerunt laboribus, non permittet quandoq; suorum laborum repensatione fraudari. Sed necesse quoddam alterum tempus esse post mortem, quo laborum mercedem accipiant. Nam & multos audiui dicentes, Ille & ille mansuetus quidem, mitisq; existens homo, ab altero iniquo quodam maloq; quotidie in iudicium trahit, alter iniquus calumniatus, alter demersus est, inquit, alter præcipitatus, & deus hæc fieri permisit. Quare? ne cito in insaniam eleuentur mirabilium magnitudine, ac operum perfectione, permisit eos deus affligi: atq; ne maiorem de humana natura ceteri habeant suspicionem, deos, non homines eosdem esse, dicentes. Et uti dei uirtus appareat, per infirmos, per uictos uincens & superans, prædicationem suam adaugens, atq; uti illorum ipsorum patientia manifestior fiat, non pro mercede seruientium, sed ad bonam tam abunde uoluntatem ostendendam. Et uti post tot mala tempestatem atq; opportune, sancta eorum mens appareat, omnesq; stimulat aduersis, abundantius & solatium habeant & fomentum, ad illos respicientes, atq; memoriam habentes eorum malorum, quæ sibi ipsis contigerunt. Atq; uti quando exhortamur uos ad illorum uirtutem, & ad uerbum dicimus unumquemq; imitare Paulum, zelo Petrum sequere, nequaquam existimantes gestorum excellentia perfectioneq; altera eos participasse natura, propterea ad imitationem pigrius excitemini: atq; cum oportet aliquot uos uel beatos dicere, uel miseros, dicamus quos quidem & beatos existimari decet, quos uel in erumna miseriaq; constitutos. Si autem discere uolueris, quoniam non malefacere hoc fortiores facit, sed inferentes mala, tolerare respice Iacob, quomodo quantum cunctis à Laban iniuriatur. Quis ergo fortior erat, qui eum in manus acceperat, non audens tangere, sed timens: aut quis sic absq; armis & exercitijs mille regibus sibi terribilior factus? nonne hic? Quemadmodum enim calcans, semetipsum excoquit: & adamantem percutiens seipsum lædit: & qui contra stimulum calcitrat, seipsum uulne-

rat: Sic qui offendere cogitat, seipsum offendit, omnibus luto fit infirmior. Excidit quandoq; patria, & sanctus David, atq; de libertate deq; anima ipsa periclitabatur, & exercitum aduersus impudentem adolescentem tyrannum illum & parricidam parans, errabat per desertum, neq; exasperabatur zelo, neq; à deo aduersus est: neq; dixit, Quidnam hoc est? Permisit puerum aduersus genitorem insurgere: tametsi pro iustis habuit inculcare, non sic fieri oportuisse: nam in paruo à nobis iniuria læsatus, circuit dexteram patrio sanguine inquinare, & hæc deus uidens sustinet. Sed nihil horum dixit, neq; cogitauit: quodq; magis admirabile, quoniam erranti sibi, & uniuersis nudato, Semei homo quidam malus, & contaminatus sese exposuit, uirum sanguinum eum appellans & impium, milleq; malis infectum, neq; sic iritatus est: quin imò imperatorem exercitus rogantem, ut descenderet permitteret, & illius truncare caput, non modo non permisit, sed & insuper ira concitatus, dixit, Quid mihi & tibi fili Saruiar? Dimitte eum ut maledicat, si forte aspiciat dominus afflictionem meam, & reddat mihi bonum pro maledictione hac hodierna. Vides quomodo nouit iustus quoniam generoso animo perferre maledicta, occasio maioris sit meriti: Etenim res sic se habebat. Nam maledicta, & mille perferentes aduersa, eos qui nobis improprietat, si fortiter toleramus, maiorem in nobis dei gratiam cumulamur. Voluit & Moses iniuriato cuidam opem ferre, atq; ultimis ferè implicatus est periculis: patriaq; excidit deo permitte, ut & tu sanctorum patientiam discas. Si enim prouidentes, quod nihil patiamur mali, sic ad spiritalia concedamus, nihil magni facere uidebimur: hoc & tres pueri dicebant, Est deus in celo potens eripere nos de manibus tuis, tametsi incognitum tibi sit: quoniam deus tuis non sacrificamus, & statuam quam erexisti non adoramus. Et tu igitur si quando ea quæ secundum deum sunt attingere uolueris, multa proinde pericula, multa detrimeta, multas mortes sustinebis. Nec quidem arbitris extraneum, neq; turberis his contingentibus. Fili, inquit, si accesseris seruire domino, præpara animam tuam ad tentationem. Nemo certare uolens, sine uulneribus coronari expectat. Cum igitur ipse quid boni egeris, atq; contraria receperis, uel alterum id ipsum uideris patientem, latere & gaude. Iure enim maior exigitur tribulatio: neq; à proposito concidas, neq; has defidior, sed magis cum maiori proposito superincumbe, tametsi mille uideris diabolum recidentem tuos gressus, nunquam aut deficias aut recidas. Quoniam quidem & apostoli cum prædicabant, uerberati continuo, mancipati uinculis, non post periculorum euasionem, sed ipsi in periculis maiori cum proposito ueritatis annuntiauerunt prædicationem. Atq; uidere Paulum licet in uinculis ipsis, in catena habitantem, docentem, atq; in iudicio id ipsum facientem. Intuereq; beatam ipsam animam, in quibus gloriatur, in uinculis, in tribulationibus, in catena, in stigmatibus. Vado, inquit, & in Hierusalem

2. Reg. 16. b

Dan. 3. b

Ecc. 2. d

mus, glorificamus, admiramur, dies eorum pia solennitate celebramus, merita eorum ueneramus, & si possumus imitamur. Est profecto magna martyrum gloria, sed nescio utrum minor gloria fuit sancto Iob. Nec tamen ei dicebatur: Thus pone, idolis sacrificia, & dijs alienis, nega Christum: nec dicebat, si blasphemaueris, putredo omnis abscessura, sanitasq; reditura est: sed si blasphemaueris, dicebat inepta & insulla mulier, morieris, & moriendo tormentis carebis: quasi uero morti blasphemum non æternus dolor succederet. Mulier fatua presentis putredinis horrebat molestiam, æternam flammam minimè cogitabat. Ferebat ille pressens in cædium, ne incurreret in futurum. Tenebat cor à mala cogitatione, linguam à maledicto, seruabat animæ integritatem in putredine corporis. Videbat quidem & iudicium de se futurum, eadebat, præstante Christo domino nostro, cui est gloria, & imperium in secula seculorum, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI,
in beatos Iob & Abraham, Sermo.



Thletam in certamen impellit erecta uictori statura, armigerum in prælium prouocat decreta fortibus gloria: Christianos autem confirmant in patientia, eorum qui strenue certant præconia. Quis autem tam strenuus & fortis, uti beatus Iob: quem uidit quidem diabolum, aggredi tamè primò detrectauit. Vnde sapiens agonotheta fidens athletæ suo, aduersarium iritat, & ad certandum mouet: & idcirco beato Iob testimonium dans, præfert hunc suum, & apostatam inferiori facit. Nam posteaq; diabolum circumsisset omnia tentassetq; omnes, ab uno autem hoc forti fugisset, cum eo congregari timens, ne proderet se ignominiose uictum, ipsum cauellatus est. Dicebat igitur diabolo deus, qui omnia uidet: Animaduertisti ne seruum meum Iob, quod non sit ei similis super terram, uir inculpatus, uerax, iustus, pius, abstinentes ab omni malo? Testificat deus, uirum diabolum. Non permittitur ei aliud aduersus superiorè. Irridet ergo et cauellatur, dicens: Nonne tu munuisti omnem domum eius intus & foris? Tanta cõcedis, & admiraris si gratias agat? Accipe quod dedisti, & accipia quod habet. Nam si in calamitates inciderit, desistet etiam ipse à gratiarum actione. Dixit cõiectans, nec cõsecutus est quod sperabat. Quæ admodum præsentia scire, ita futura ignorare ostensus est. At deus sciens athletæ sui gratitudinè inde prædabilem, iritauit fugientem, ut coronaret uincetem. Magnam præconium Iob, quod tam gratus in felicitate: sed amplius, quod sui similis inuenit in aduersitate. Itaq; in bonum cedunt tentationes. Et diabolum certat, ut uictus cõfundatur. Iob autem dum tentatur, apparet scientia, quæ post multa tempora danda erat, spiritu sancto erudiente, edoctus. Quo pacto demonstrabitur hoc? Nondum erat lex, & longe ante euangelij prædicationem præcessit. Quintus enim erat ab Abraham, & nepos Esau, & legem seruauit sacrificando, & euangelium cum cogitationibus certando. Vitulum enim sacrificabat, quasi le

Chryf.

gem uidens: & de internis cogitationibus sollicitus erat, quasi euangelium spectans. Dicebat enim Iob: Ne forte filij mei mala cogitarint in corde suo contra deum. Quis enim legem posuit cordi, nisi qui dicit alibi: Qui uidet mulierem ut concupiscat, iam mœchatus est eam in corde suo: Et qui dicit: Omnis qui irascitur fratri, reus erit iudicio: Vidit futura, qui ita mentis curam habuit, uidit euangelium ante datam legem. Oportebat autem, ut is, qui proficiebat, & ad perfectionis apicem ascendebat, & propria recte ageret, & pro pueris sollicitus esset. Amabat autem pueros, quibus ornatus erat, & honestè educabat eos, offerebatq; pro incertis eorum peccatis sacrificia: Melius existimans offerre, cum non debeas, qm ingratum esse, cum debeas. Diues erat ex benedictionibus, utebaturq; pro necessitate diuitijs, ita ut satiendo pauperes, diabolum mirum in modum contristaret. Bona enim opera humana, plagæ & uulnera sunt demonibus. Porro audiuit deus quæ sciebat, ab eo, qui quæ diceret nesciebat. Opinabatur enim satan, quod si auferretur possessio, auferret & gratiarum actio, et tolleretur patientia. Verum, deus sciens cui cõsuebat, permisit diabolo, ut abraderet beati facultates, quod cõprobaretur perpetuo uigens eius gratiarum actio. Vide autem dei prouidentiam: Imperfectum petit diabolus, sed non obtinet. Vnde saluator & Simonis dicit: Satanas expetiuit uos, ut cribraret sicut triticum: Ego autem oraui pro te, ut ne deficiat fides tua. Quæ diu imperfecti sumus, nobis paratur: quando laetamur, paternè fouemur: ubi autem perfectiores facti fuerimus, perfectiorum certamina etiã suscipimus. Dicit enim: Ablati à laete, auulli ab ubere: afflictionem super afflictionem suscipe, spem super spem. Non dixit ablati ab ubere: sed, auulli. Proficiens enim ad perfectionem cogitur, ut cedat à laetando. Sciebat suum athletam agonotheta, uidebatq; eius futura, de cuius presentibus testabatur, & dicit diabolo: Ecce omnia quæcumq; habet do in manu tua, sed ipsum ne attingeris. Saluus sit accusatus, tollantur ab eo quæ existimantur gratiarum actionis causæ, diues gratiarum actione appareat. Et exiuit diabolum à domino. Et factum est, cum filij Iob, & filia eius biberent uinum in domo fratris sui senioris. Honestum cõuiuuium erat, id quod ostendit omnium fratrum præsentia, Sorores cum fratribus, honestatis chorus sunt. Aetasq; natu maximi apud eos in honore est. Et ecce nuntius uenit ad Iob, & dicit ei: Iuga bouum arabum, & asinae iuxta pascebantur, & uenerunt latrunculi, abegeruntq; eas, & pueros trucidarunt gladijs: saluus autem mansi ego solus, & ueni ut nuntiarem tibi. Seruus est unus, non miseratione eius, qui tantam substantiam abstulerat, sed ut grauius affligat: & ne ignoret is quæ tristitia afficere cupiebat, nuntium saluum reliquit. Adhuc eo loquente uenit nuntius alius, & dixit ad Iob. Tu interim attende, quomodo continentur sunt tentationes, Fluctus fluctum impellit, sicut in undis marinis. Adhuc illo loquente, uenit nuntius alius. Ut Sanctus cõturbaretur, & quæuis fert, quod prius dicitur, non ferat tantum, i

G men

Psal. 101. d

Psal. 102. c

Psal. 103. a

Psal. 143. a

Psal. 8. b

tem illa imitari. Qua ex re neq; id solum utilitatis affeque-
mur, quin & pleraq; alia quæ nobis cõdu-
cent, referemus. Dixit quidem propheta ille non
solum futura, sed de uisibilibus his, deq; inuisibili-
cœlorum structura disputat, cupienti q; tibi forsitan
edoceri, utrũ hoc cœlum eodẽ sit statu perpetuo
permanens, nõne respõdebit David, dicetq;
Cœli quemadmodum uestimentum ueterascent,
ac uelut amictũ mutabis eos, & mutabuntur. Item
de forma cœlorũ si quid optaueris audire, illud
intelliges: Extẽdo cœlum sicut pellem. Insuper si
de cœli dorso uolueris quid. amplius nosse, dicet
tibi: Qui obtegis aquis superiora eius: neq; his cõ-
tentus, quin etiã de latitudine mentionẽ facit, of-
fendens utraq; hæc parĩ esse mēsurã: Quantum,
inquit, distat Ortus ab Occidẽte, elongauit a nõ-
bis iniquitates nostras, secundum altitudinẽ cœ-
li a terra obfirmauit dominus misericordiã suam
super timentes se. Accedit etiã si terrarum funda-
menta conquiras, neq; illa te clam sit habiturus,
cum psallentem illum huiusmodi audieris: Quo-
niã super maria fundauit eam. Itẽ si terrã discursus
cognoscere causas cõcupisces, intelliges: Qui
respicit terrã, & facit eam tremere. Hoc modo o-
mnem ex animo ambiguitatẽ eximet. Noctis præ-
terea si rationẽ requiris, uel hanc referes ab eo e-
doctus: In ea em pertransibunt omnes bestia syl-
uæ. Ad quam etiã sint montes utilitatem effectũ,
respõdebit: Montes excelli ceruis. Quid opis &
lapides ferant exponit: Petra refugium erinacis.
Quid uel arbores sint infœcundæ creatæ: Ibi em
& passeris nidiculabunt. Quid insuper sibi uelint
in solitudine fontès: In his quidem inhabitabunt
bestia agri. Quid uinũ, ut non solũ eo in potu utar-
is, quando ad id uel aqua facere satis potuisset,
quin ut te faciat iucundiorẽ: Vinũ, inquit, lætifi-
cat cor hominis, ut intelligas quousque uini usus
progradi debeat. Vnde autẽ & aues & fera bestia
nutriantur, audies ab eodẽ hoc pacto dicẽte: Om-
nia ad te respectant domine, ut des illis escã in tem-
pore opportuno. At si de beluis quæras, respõde-
bit uel hastui gratia fuisse creatas, hoc modo: Qui
educit herbas bestiis, & uirẽtia in seruitutẽ homi-
nũ, Quid luna sit opus, audi dicentẽ illum: Qui se-
cit lunã in tẽpora. Quid præterea quæ uisunt uni-
uersa, & quæ nusquã apparent creatas sint, clarẽ
edocet: Ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, &
creata sunt. Quodq; mortis futura sit æternæ solu-
tio, hoc pacto te instruit: Deus liberauit animam
meam de manu inferi, cum me suscepit. Vnde
etiã nostrũ hoc corpus ortũ ceperit, explicat: Re-
cordatus sum, quoniã puluis sumus: quouẽ sit &
in posterũ rediturũ, ita docet: Et in puluẽ suum
reuertetur. Vtq; uniuersa sint in tui gratiã creata,
ita distinet: Gloria & honore coronasti eum do-
mine, & constituisti super opera manũ tuarum.
Quid uerõ mortales ipsi cõmune cum angelis ha-
beamus, ita explicat: Minuisti eum paulõ minus
ab angelis. De diuino autẽ in nos amore illud af-
fert: Quemadmodũ pater filios miseratur, sic se ti-
mentũ miseratur est dominus. De his etiã quæ nos

in futurũ manẽt, deq; uitæ huius sine quietiori ita
dicit: Reuertere anima mea in requiẽ tuam. Cur
autẽ tam uasta sit cœli magnitudine hoc inquit:
Cœli enarrat gloriam dei. Cur nox & dies sint fa-
cti, non ut lucem duntaxat præbeant & quietem,
sed etiã ut erudiãt. Non sunt, inquit, loquelæ neq;
sermões, quorũ non audiãtur uoces eorũ. Quo-
demum pacto & mare & terras obeat. Abyssus si-
cut uestimentum amictus eius, ita quidem apud
Hebræos habetur. Ex his itaq; enarratis fumen-
tes initium & reliqua pernosctis, de Christo sci-
licet, deq; eius resurrectiõẽ, de futuris supplicijs,
deq; his quæ bonis moribus aduersantur, de legi-
bus, ita ut multiplici bono refertos uobis liceat
Dauidicos codices cõuenire. Nã si in molestiam
aut aliquã animi perturbationẽ incidetis, pluri-
mũ hi ad te consolandũ ualebunt: si fueris in pec-
cata prolapsus, q; multa ibidẽ inuenies ad mede-
lã: si paupertate eris, uel pressuris grauatũ, mul-
tos tibi ex his ad trãquillitatẽ portus uidebis of-
ferri. Si iustus, non mediocriẽ eris securitatem na-
ctus: si crimini obnoxius, fidutiã plurimũ. Quip-
pe si pro iustitiã sis mala perpessus, illum audies
prædicantem: Quoniã propter te tota die mortifi-
catus sum. Et illud: Aestimati sumus sicut oues oc-
cisionis: hæc omnia uenerunt super nos, nec obli-
ti sumus tui. At si ex re bene gesta insolescere co-
peris, audies eundem dicentẽ: Ne ingrediaris in
iudiciũ cũ seruis tuis domine, quoniã nõ iustifi-
cabitur coram te omnis uiuens: sic mox humilita-
tem sectaberis. Quinetiã si quippiam commiseris
uel desperatiõẽ capieris, intelliges illum frequen-
tius id incinentem: Hodie si uocem eius audieris,
nolite obdurare corda uestra, quo audito sta-
tim respices. Porro si regio fueris diademate in-
signitus, elatus, insuper & tumidus, illud edifies:
non salua rex magnis uirib. nec gigas suæ uirtu-
tis magnitudine. Sic poteris modũ superbiã po-
nere. Si opibus præterea afflues & gloria, rur-
sus audies modulantẽ: Væ qui confidunt poten-
tiã suã, & multitudine diuitiarũ suarũ gloriãtur,
& illud. Nam homo sicut fœnũ dies eius, nec de-
scendet cũ eo gloria eius: hoc pacto nihil duxeris
fore in terris magnificẽdum: siquidem gloria &
potentiẽ fulgore cuncta excedunt: quæ duo si fue-
rint per te neglecta, quid esse aliud potest cuius
apud te ratio cõstet? Quod si in aliquo fueris ani-
mi mœrore cõstitutus, intelliges: Quare tristis es
anima mea, & quare cõturbas me? Spera in domi-
no, quoniã confitebor illi. At si nõ nullos uideris
probari immerito, id dices: Noli æmulari in mali-
gnatibus, quoniã quemadmodũ fœnũ exarescẽt,
& tanq; olera uirentia concident. Si iustos specta-
ueris æquẽ atq; iniustos pœnã affici, senties haud
parẽ fore supplicij causam. Pleraq; sunt, inquit,
peccantium flagra, quæ tamen iustis inferri Pro-
pheta non asserit, quãdo multas, inquit, iustorum
angustiã, & ex his omnibus liberauit eos domi-
nus. & rursum: Mors peccatorum pessima, & ho-
norabilis coram domino mors sanctorum eius.
Hęc itaq; frequẽtius repete, instructusq; istiusmo-
di erudi

Luc. 22. d

Psal. 118. a

per psalmũ
eli enarrant
oriã dei, re-
ries nõnihil
ultimo tom.
populũ An-
cherum Ho-
milia nona

Psal. 43. d

Rom. 8. g

1. Ioh. 4. c



& inimicorum Christi: sed deus qui uolebat pa-
ri suos, & multas pœnas tolerare, dimisit eos tor-
queri, cruciari, affligi, ut ubi esset magna pugna,
concederet eis & gloriosa uictoria. Exurgit er-
go in nobis Christus, quando tolerantiam habe-
mus, quãdo erigimur ad dulcedinem eius: quan-
do uigilamus, ne nobis inimicus surripiat, non
preualeat homo iste filius interitus. Veniat ergo
pietas tua, & iudicentur gentes in cõspectu tuo.
Constitue domine legislatorẽ super eos, ut sciant
gentes quoniã homines sunt. Nunc orandus est,
qui nõ nos sinat tentari supra q; possumus ferre,
sed faciat tentationem cum exitu ut possumus su-
stinere. Vigilate & orate ne intretis in tentatio-
nem: quia omnis qui uigilat, & aduersarium non
timebit, & coronam repositam accipiet.

EXPOSITIO PSALMI XXII ET CXXVI HOMILIA.

Irculo consecrato, anno reuoluto, de
bitum uobis sermonem electis ad si-
dem decreuimus. Et quia constringi
mur suo quoq; tempore ordinem ec-
clesiasticũ repræsentare, & formam
uobis dare, ut sicuti nos uobis reddimus, ita &
uos inuicẽ uobis reddatis: præsertim honore mu-
to præueniẽtes: & charitatem in qua est uincu-
lum perfectionis tenentes, debitũ reddite, & de-
bitum exigite: ut ibi faciamus conclusionem, ubi
Apostolus fecit: testimonio ipso fulciamus, quo
dixit: Nemini quicq; debeatis, nisi ut inuicẽ dili-
gatis. Nam qui diligit alterum, legẽ implet. Nam
non occides, non mœchaberis, non falsum testi-
monium dices, & si quod est aliud mandatũ, hoc
in sermone recapitulatur, in quo ait: Diliges pro-
ximum tuum sicut teipsum. Quia dilectio proxi-
mi malum non operatur: Plenitudo autẽ legis est
charitas. Et ut plenissimẽ sciatis, quẽ sit perfectio,
ait in epistola sua sanctus Ioãnes: Deus charitas
est, & q; manet in charitate, in deo manet, et deus
in illo manet. Ergo de ista charitate cõpellit nos
ueritas, ut psalmũ uobis electis, & ad fidem con-
currentibus exponamus. Hos uersiculos psalmi
memoria tenete, ore reddite, operibus implete.
Non sufficit uerba reddere deo, nisi & cor mun-
dum applicare deo. Dicit ergo quod audistis: Do-
minus regit me, & nihil mihi deerit. Videte quo-
modo se cõmẽdat ecclesia ore filiorũ suorũ: quia
uerẽ quem deus regit, nec cadere potest, nec erra-
re. Iste rex noster, qui regit quotidie corda & cor-
pora nostra, interiores & exteriores sensus cõser-
uat, & nihil deficit. Fortẽ aliqui dicũt, quia quem
regit deus, & nihil ei deficit, tantũmodo de tẽpo-
ralibus sentit. Quid est nihil deficere, nisi petẽtib.
aurem patentẽ præbere? Et regit, & nihil negat.
Quod dixit: Nihil deerit, magnũ est. Quãdo deo
non peccatur, donat sapientiã, prudentiã, tempe-
rantia, fortitudinẽ & iustitiã: Cum ista nõ defece-
rint, quid quærẽt auarus? In istis uirtutibus totus
deus se refundit: & in quo totus est deus, nunquã
erit reus. Dominus regit me, & nihil mihi deerit.
Sequitur uersiculus: In loco pascuæ ibi me collo-

cauit. Grandis est ista pascua. Epulæ istæ & sem-
per satiãt, & nunq; deficiunt. Num uultis nosse,
quomodo pascit deus præfatos suos, id est,
sustinentes se: dixit Propheta: In illis diebus mit-
tam in eis, nõ dico famem panis, aut sitim aquæ,
sed audiẽdi uerbum dei. In isto campo legis & in
floribus testimoniorum cum anima nostra uene-
rit, reficitur, pascitur, nutritur, pinguescit, exul-
tat in simplicitate cordis: proficit ibi anima collo-
cata, requiescit, exultat & gloriãt. Iste pastor bo-
nus, qui posuit animam suam pro ouibus suis, ta-
lia dedit pascua credentibus, sperantibus, perue-
nitibus, ibi collocauit animas fundatas sine mo-
tu. Ergo in loco pascuæ ibi me collocauit. Sequit-
ur, dicens: Super aquã refectionis educauit, ani-
mam meam conuertit. Magna ista aqua. Est alia
aqua, quæ non est aqua refectionis, sed aqua con-
sumptionis: de ipsa aqua dixit Propheta: Fode-
runt sibi lacus detritos, aquam mēdacem, aquam
quæ non habet fidem. Est aqua catholica, in qua
ostenditur fons æternus, qui reficit, id est, iterum
facit, quomodo generatio & regeneratio reficit
animas, quia innoat in fide. Abluit sordes, tollit
maculas, rudẽ facit aptũ, expolians ueterẽ homi-
nem cum actibus suis, induens nouũ eum, qui se-
cundum deum creatus est. Hæc aqua primatũ te-
net in elementis. Sed cum istud elementũ accepe-
rit spiritũ sanctum, fit sacramentũ: & iam nõ erit
aqua potationis, sed sanctificatiõis: nõ erit aqua
cõmunis, sed refectionis. Per istam aquã educit,
purgatos facit pfectos, ratiõẽ claritatis & gratiã
illuminãs & replens eos: ut ubi abũdauerat pec-
catum, faceret diuites in gratia. Super aquam re-
fectionis educauit me, animam meam conuertit.
Quid est enim conuertere? ex aliquo alicubi du-
cere, ex peccato ad iustitiã, ex falsitate ad uerita-
tem, ex miseria ad misericordiã, ex opere carna-
li ad spiritualem intellectum. Sic conuertit ad se
deus animas. Animam meam cõuertit. Deduxit
me super semitas iustitiæ propter nomen suũ, Sic
sequitur. Istæ semitæ agnoscuntur diuersæ uia ge-
neris humani, licet uniuersas semitas domini a-
gnoscamus, misericordiam & ueritatẽ: tamen se-
mita una agnoscitur, quæ est prima in semitis, id
est, uirginitas: secunda, continentia, quæ est & ui-
dualis: tertia, cõiugalis. Sunt alia semitæ quæ ad
patriã perducunt. Nam semitæ id eo dicuntur, eo
quod planẽ uia non sunt, sed semitæ, id est, an-
gustæ. Audite, istæ semitæ angustæ quæ sint. Ora-
re pro inimicis, nulli malum pro malo reddere, ci-
bare inimicũ, potare & uestire, iniuriã pati & nõ
facere: & ut concludamus semitas iustitiæ: Quod
tibi fieri non uis, alij ne feceris: semitæ sunt iusti-
tiæ. Et hoc facit non pro merito nostro, sed pro-
pter nomẽ suũ. Sequit, dicens: Nam etsi ambulẽ
in medio umbræ mortis, non timebo mala, quõ-
niã tu mecum es. Mediũ umbræ mortis agnosci-
mus uitã tentationis. Nam ille in medio umbræ
mortis ambulabat, qui dicebat: Inhabitaui in ra-
bernaculis Cedar: id est, cũ filiis tenebrarũ. Cum
his qui oderũt pacẽ, eram pacificus, dũ loquebar

Amos. 8. d

1. Ioh. 10. b

Hier. 2. e

Tobie 4. e

Psal. 118. b

illis, debellabant me gratis. In medio umbrę mor-
tis ambulabat, quia talia tolerabat. Nam aposto-
lus quando inter falsos fratres ambulabat, in me-
dio umbrę mortis incedebat. Maledicebatur, be-
nedicebatur: iniuriam patiebatur, & nō commina-
batur: lapidabatur, uirgis cędebatur: quando ista
patiebatur, in medio umbrę mortis ambulabat.
Ille cū illo erat, qui ei de cęlo clamauerat, dicens:
Saul Saul, quid me persequeris? In medio ergo
umbrę mortis, ut diximus, uita est tentatiōis. Sed
non timemus, quia deus pro nobis est, & fortior
nobiscum magis quā illis, & potior est ille
ad protegendum, quā illi ad expugnādum. Si
ambulauero in medio umbrę mortis, non time-
bo mala, quoniam tu mecum es. Sequitur: Virga
tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Duo
ista sacramentis sunt plena, uirga & baculus. In
uirga dualitas intelligit, uigor legis & uirgo Ma-
ria: nam ait Apostolus: Quid uultis: in uirga ue-
niam ad uos, an in sermone spiritus mansuetudi-
nis? Et alio loco dicitur est: Reges eos in uirga fer-
rea, & tanq̄ uas figuli cōfringes eos. Et uirgo Ma-
ria intelligitur, ut dixit Esaias propheta. Exiet uir-
ga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.
Quid est, Florebit uirga de radice Iesse, nisi de tri-
bu Iesse surget flos? Partus eius reddidit nobis
istum: florem in odorē suauitatis. Baculus intelli-
gitur: quę ipsa lex, quę ostēdere nouit peccata,
nō auferre: quia lex ostendere nouit peccata, gra-
tia auferre peccata. Nam agnitio peccatorū cum
ostensa fuerit, subsequitur & correptio. Nam Gie-
zi ille puer sancti Helisęi, cum mitteretur ad fi-
lium cuiusdam mulieris defunctum, baculum illi
dedit sanctus Helisęus, ut resuscitaret puerum.
Sed non potuit illum resuscitare baculo, nisi ipse
ueniret, & breuiaret corpus suū, ut infantis pone-
ret oculos ad oculos, os ad os, manus ad manus,
pedes ad pedes, projiciēs se super puerū mortuū,
& resuscitauit eū. Quid ostendebat in baculo, qui
suscitare nō potuit, nisi legis ostensionem? Et in
Helisęo significabat Christi natiuitatē, qui se ha-
buit minorare, assumens quod nō erat, non amit-
tens quod erat: ut resuscitaret mortuum, id est, ge-
nus humanum, quod acceperat sententiam pri-
mi hominis: Morte morieris. Nā baculus susten-
tatio est senectutis. Et quia populus, qui legē ac-
ceperat secundum literam intelligebat, & tremu-
la membra in ipso baculo incumbabant: Quia li-
tera occidit, spiritus autem uiuificat. In senectute
mundi uenit ueritas, ut figura auferretur, & ad-
impleret legem, & non solueret. Ergo in uirga ui-
gor legis, in baculo ostensio peccatorum. Ipsa me
consolata sunt: quia uidebat in spiritu ipse Propheta,
de quo dicebat dominus: Quanti prophetę cu-
pauerunt uidere, quę uideris, & nō uiderunt? Sed
in corpore duntaxat, non in mente, intantum ut
diceret: Abraham uidit diem meū, & gauisus est.
Nec enim nō uiderat Abrahā diem ipsius, quan-
do dixit seruo, Mitte manū tuā sub fœmur meū,
& iura per uiuentem in secula, non te ducturum

1. Cor. 4. d

Psal. 2. c

Esa. 11. d

4. Reg. 9

Gen. 2. c

Mat. 13. c

Gen. 24. d

A uxorem filio meo de filiabus Chananæorum. Et
utiq; quale secretū uidemus in fœmore patris no-
stri Abraham, nisi ex fœmoribus eius secundū car-
nem uenire Christū in seculo? Ergo ipsa me con-
solata sunt, uirga & baculus. Sequitur, dicēs: Pa-
raſti in cōspectu meo mensam aduersus eos qui
tribulant me. Ista mensa agnoscitur altaris domi-
ni consecratio. Nam uide quid dicit sapientia: Sa-
pientia ædificauit sibi domum, supposuit colum-
nas septem, parauit mensam suam, misit seruos
suos conuocans omnes, & dicens: Venite & edi-
te de panibus meis, & bibite uinum quod miscui
uobis. Et quia istam mensam preparauit seruis
& ancillis in conspectu eorum, & quotidie in si-
militudinem corporis & sanguinis Christi, pa-
nem & uinum secundum ordinem Melchisedec,
nobis ostenderet in sacramento, ideo dicit: Para-
ſti in conspectu meo mēsam aduersus eos qui tri-
bulant me. Qui sunt isti, qui nos tribulant: sugge-
ſtiones inimici, exagitationes, cupiditates, dele-
ctationes, seculi honores. Isti tribulant, quia hu-
iusmodi quī ita uiuunt, tribulationes carnis ha-
bent, sed ueniunt ad mensam potentis, conside-
rantes ea quę apponuntur eis accipere cum timore
& tremore, & tribulationes efficiuntur conſo-
lationes. Auferunt ea quę sunt carnis, infundunt
ea quę sunt spiritus, & ex mensa preparata
proficiunt cōtra eos, qui tribulant eos. Sequitur,
dicēs: Impinguasti in oleo caput meum, & calix
tuus inebrians q̄ præclarus est. Gratias tibi domi-
ne Iesu, qui ostendisti nobis istud oleum: nō illud
oleum quod habent hæretici, de quibus dictum
est: Mulcæ morituræ exterminant oleum suauita-
tis. Nec illud oleum, de quo dictum est: Oleū pec-
catoris non impinguet caput meum: sed istud o-
leum, quod significabat Esaias propheta, dicens:
Spiritus domini super me, propter qd̄ unxit me: Eua-
gelizare pauperibus misit me, prædicare an-
num acceptabilē remissionis, dimittere captiuis
remissionem, & cæcis reddere lumē. Istud oleum
agnoscimus oleum chrisinatis. Christus enim di-
citur unctus, Christiani, ab unctiōne. Impinguat
caput nostrum, id est, Christum dominum. Ca-
put enim uiri, Christus. In isto oleo facies cordis
exhilaratur, de quo dixit Propheta: Ut exhilaretur
facies in oleo. Quę est ista facies in oleo quę
exhilaratur, nisi imago & similitudo dei: cum de
peccatore dicitur: Impinguasti in oleo caput me-
um, & calix tuus inebrians quā præclarus est.
Qualis est iste calix, audite. Ipse est calix, qui fuit
in manu domini uini meri plenus mixto, & incli-
nauit ex hoc in hunc. Veruntamen fex eius non
est exinanita. Iste calix est, de quo clamauit tem-
pore passionis, dicēs: Pater, si fieri potest, transeat
à me calix iste. Et quia obedientiæ nobis formam
dedit, subsecutus adiunxit: Veruntamen non si-
cut ego uolo, sed sicut tu uis. De isto calice bibit
ecclesia, inebriauit martyres, ut nō agnoscerent
proximos carnis suę nimio amore Christi: neq;
patres filios, neq; filij parētes. Inebriauit uino san-
ctitatis, nō uino erroris. Non agnouerunt suos, &
sanguis

Proverb. 9. d

Acto. 2. b

Psal. 83. a

Heb. 3. b

1. Cor. 11. d

Psal. 116. d

Mat. 26. d

Osee 2. d

sanguinem fuderunt. De mēsa illa inebriati sunt, a
de qua dictum est: Accedens ad mensam poten-
tis, considera ea quę apponuntur tibi, sciens, quia
talia oportet te præparare. Quid est, Talia oportet
te præparare, nisi corpus & sanguinem quod
accipis? Nā & ipsi apostoli de ipso calice inebria-
ti erant, de quibus dicebatur: Hi ebrij sunt mu-
ſto, cum esset hora diei tertia. Sed quā præcla-
rus est iste calix, uidete quanta est claritas in toto
mundo ex passionibus apostolorū & martyrum.
Vbiq; spiritus immundi clamant se ardere oratio-
nibus & meritis eorum. Virtutes quas operatur
deus uidete: cæci illuminantur, mortui suscitantur,
& cuncta quę fecerunt & faciunt, declarata
sunt & declarantur in toto mundo. Iste calix facit
claros & præclaros, & calix tuus inebriās quā
preclarus est. Et misericordia tua subsequetur me
per omnes dies uitę meę: sic sequitur. Et quia nō
ex merito, sed ex misericordia facta sunt superius
comprehensa, ideo uoce populi subiecit ecclesia,
clamās: Misericordia tua subsequetur me per om-
nes dies uitę meę. Quia uerē quotidie miseri-
cordia fit in populo dei, ut Pagani ad ecclesiam
perducantur, Iudæi conuertantur, hæretici corri-
gantur, peccatores indulgentia munerentur usq;
in finem seculi. hæc misericordia subsequetur ec-
clesiā omnibus diebus uitę eius quā diu est mun-
dus. Sequitur: Et ut inhabitem in domo domini
in longitudine dierum. Hęc domus domini illa
significata est, de qua Propheta cecinit: Beati qui
habitant in domo tua, in secula seculorum lauda-
bunt te. Aequē domum domini agnoscimus cor
humanum, de quo dicebat Apostolus: Quę do-
mus sumus nos. In ipsa domo cordis habitat do-
minus, in corde nostro dominus manet, & nos
cum domino manemus. Nam cum ei locum ha-
bitationis in corde facimus, in domo domini ha-
bitamus, & ibi perueniemus in longitudinē die-
rum. Quare nō dixit: Et longitudinem noctium?
quia illa dies non habet noctem. Ideo dixit tan-
tummodo, in longitudinem dierum, quia non e-
runt breues, sicut dies illi de quibus dictum est in
alio loco: In illis diebus, si non fuerint abbrevia-
ti dies illi, etiam electos meos seducent. Ista longi-
tudo dierum æternam uitam ostendit, non præ-
sentem. Sed ex corde puro ibi uenitur. Ecce in-
quantum ipse præstitit, nō quantum debuimus,
sed quantum potuimus ipso subministrāte & do-
nante expositum psalmum auribus uestris repræ-
sentauimus. **I V N G A M V S** & breuem propter
tardos, qui prolixos uersus psalmi tenere nō pos-
sunt. Laudate dominum omnes gentes, laudate
eum omnes populi: Quoniam confirmata est su-
per nos misericordia eius, & ueritas domini ma-
net in æternum. Quā breue est, & grandem ha-
bet intellectum. Laudate dominum omnes gen-
tes, intelligimus hic totum mundum, de quibus
dixit Propheta: Vocabo non plebem meam, ple-
bem meam: & non dilectam, dilectam. Et erit in
loco ubi dictum est eis: Non populus meus uos:

ibi uocabuntur filij dei uiui. Isti laudant deum ex
omni tribu, ex omni gente, ex omni lingua lau-
dant deum, Quare? Quia populus factus est sub
charactere Christi, confirmatus est, sub professio-
ne beati nominis eius liberatur. Collaudēt illum
& laudent: quia redempti sunt de manu inimici,
id est, ex opere eius; quia corroborata est super
nos misericordia eius. Quā roborata facta est,
ut quotidie se impendat, & nunquam deficiat,
quotidie gaudeat lucris: Quia gaudium est in cęlo
super uno conuerso à uanitate uitę suę, quā
super nonagintanouem iustis, qui non indigent
pœnitentiā. Corroborata est super nos miseri-
cordia eius, sequitur: Et ueritas domini manet in æ-
ternum. Quę est ista ueritas, quę manet in æter-
num? quę nos perducit ad æternū uetustum die-
rum, ad deum nostrum sine initio, sine fine. Ipsa
est ueritas, quę fidem tenet rectam, ueram, & in-
tegram. Ipsa est in qua Christus requiescit, quam
in se tulit, dicens: Ego sum uia, ueritas et uita: ipsa
est quę manet in æternum. Tenete traditum uo-
bis psalmum, ut cum tenueritis lingua, reddide-
ritis uita, uocibus, & moribus, mereamini audi-
re: Intrate in gaudium domini ueſtri, Amen.

Lu. 15. b

1. Ioh. 14. d

Mat. 25. b

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN
Psalmo XXIII. Dirige me in ueritate
tua, & doce me: Homilia.



latores arctę & angustę uitę, qui se
crucifigunt cum uitijs & concupi-
ſcentijs & passionibus, qui post uo-
luntates suas non pergunt, & sugge-
ſtionibus malignis resistunt, cātant
& dicunt: Dirige me in ueritate tua, & doce me,
quoniam tu es deus salutaris meus. In hac dire-
ctione iste rogabat nō tortuosam, sed rectam. Di-
rectio enim non curua est, sed recta, quę lineas le-
gis tenet, mentem dirigit in uia immaculata. Præ-
ceptis obtēperat, iussa implet, id est, ad perfectio-
nē dirigit. Propheta clamat: Dirige me. Sed quia
hęc directio habet ueritatem coniunctam, à fal-
sitate est separata. Quę est enim ueritas, quę ui-
ta, nisi ille qui ueniens pro nobis clamabat & di-
cebat: Ego sum uia, ueritas & uita: Prophetas er-
go uates Christi futurum Christum dicebat: Diri-
ge me in ueritate tua. Assumēs uocem in isto uer-
ſiculo, etiam totius ecclesię ubiq; diffusa dirigi
querebat: ergo in isto populo qui gentilis erat, &
tortū cor habebat. Ipsa est de qua clamabat alius
propheta, dicens: Vocabo non plebem meā, ple-
bem meam: & non dilectā, dilectam. Et erit in lo-
co ubi dictum est: Non populus meus uos, ibi uo-
cabuntur filij dei uiui. Hęc ecclesia clamat & di-
cit: Dirige me in ueritate tua. In ista ueritate fal-
ſitas nulla inuenitur. Hęc ueritas cunctis ecclesijs
donata est, omnibus appropinquātibus deo timo-
ratis, iustis, beneuolis, & sanctis: quibus mysteria
agnoscere donatū est: qui sunt, ubi nondū sunt: &
non sunt ubi sunt: qui in corpore ambulant, sed
non secundum carnem militant. Hi sunt qui ha-
bent ueritatē, & possidēt eam, & possident ab ea.
Doctrina

Osee 2. d

Doctrina

est qui se dat nobis, & nos ipsos damus illi. Currite ad medicum cum potestis, ne cum uelitis non possitis. Est tempus currere, nullus negligat infirmitatem suam, nullus desidiam possessus non currat ad lumē, ne delectationibus seculi obligatus, obliuiscatur quod minatur deus, postponat quod promittit deus. Fugiamus imitationem malorum, appropinquemus operibus bonis, ut cum illo regnemus in regno cœlorum, Amen.

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN PSALMO XXXIX. Domine deus meus in æternum confitebor tibi, Homilia.



Elebritas confessionis perficitur ex iurgi oratione, quia de præceptis regulis conuenit semper orare. Oratio ergo continua & instans prædicatio necesse est, ut habeat mentis euigilantiam, ut agnoscat quis orat, quid orat, ad quem orat. Nam illud uas fictile thesauro dominico plenum, quod de bono thesauro cordis sui proferat bona, sicut modo cantauimus, uniti charitate, dixit: Domine deus meus in æternū confitebor tibi. Quādo dominū nominant serui, agnoscunt se debere esse subditos, non contumaces & superbos. Ergo dominus iste, qui nos emit ex pretio, qui sudat sanguinē suū, ut nobis æternā uitā donaret, Dominus est, qui nobis impartitus est tantū munus gratiæ, tantā misericordiā inenarrabilē, tantā uirtutem sine lassitudine: iste ergo dominus bonorū seruorū & deus totius creaturæ, confessionē quærit à nobis, non ut ignarus, sed ut nos nobismet ipsis manifestaret. Quid enim occultū est, cui patet omne secretum? nullus dubitet de bono domino clementi, qui cōfitemens suscipit, & non punit ut terrenus iudex: qui non torquet, aut eculeo imponit, quasi ignarus, ut ueritatē exprimat confessionis: sed ille dicit, Confitemini, qui scit omnia antequam fiant, cui nihil est occultum, qui est cordis inspector. Confiteamur illi quæ in actis, quæ in factis, quæ in cogitationibus commisimus. Ideo nos cogit cōfiteri, nolens aliquē perire à se misericordiā, quia deus est: clemētia, qua pius est: bonitate, qua creator est, Confiteamur illi multiplicem confessionem, tamen prima prætermittit cōfessio non debet. Assumentes uocem illam Publicani, qui peccus suum tundeat, & se sicut Pharisæus non iactabat: qui humilis iustificari meruit, & Pharisæus, qui quasi de meritis suis gloriarī cœpit, damnatus descendit. Si bene uiuimus, domino nihil præstamus, quia bonorum nostrorū non indiget: si male uiuimus, nobis contrarij sumus, deo nihil nocemus: humiles ergo & deposita ceruice confiteamur illi, qui totum nouit. Dicamus ergo cum isto humili, qui reatū suum non tacebat, & deposita ceruice peccatum suum semper agnoscebat, & iniustitiā suam non operiebat. Quid ergo dicebat: Propitius esto mihi peccatori. Nunquid singula facinora sua deo enarrabat, quasi nescienti: aut poterat in memoria tenere ex initio nauitatis suæ, quæ commiserat flagitiosus publicanus, reus omnium malorū? Sed collectē summam

Lm. 18. c

Lm. 18. c

timē clamauit & dixit, quia nihil boni in me habeo quod dicam de me, sed totum malum sentio de me: cōfitebor tibi deo bono, qui non punit confitentes, sed liberas ad te cōfugiētes: propitius esto mihi peccatori. Nullus desperet de malis suis, nullus præsumat de meritis suis. Præsumptores & de opera uestra quasi bona erecti timete, Pharisæum agnoscite, ut illius mores ad uestram salutem proficiant. Quare repudiatus descendit: quia non confiteri, sed iactare merita sua in templum ascendit. Nā discutite eius uerba, & uidebitis quomodo erectus est ad apicem superbiæ ubi dixit: Gratias tibi ago, quia non sum sicut ceteri homines. Vnde nostri Pharisæi, quia non es sicut ceteri homines? quasi totum mundū iam discussis, quis, qualis est, aut quomodo habeat uitā quispiā: & cum te ipsum nescias, quomodo sententiā omnibus hominibus cū te iactas dedisti, ut diceres, Quia non sum sicut ceteri homines? Si homo es, calibus plenus es: si temporalis es, feris, feris: uincis, et uinceris: si homo es, pugna cum farina carnis, cum uoluptatibus uentris, cum auaritiæ cupiditatibus: si homo es, sensus tui impugnantur de siderijs. Agnosce miser, quia caro concupiscit ad uersus spiritū, spiritus aduersus carnē. Hæc enim inuicem sibi aduersantur, ut non ea quæ uis, facias. Quomodo ergo non es sicut ceteri homines, cum te ipsum non uideas quis sis: iactas te, quia ieiunas bis in sabbato, qui à spiritu superbiæ non declinas. Quomodo ieiunās, publicano peccatori insultas, & te ipsum sine peccato existimas? Quomodo ieiunas, si ieiunares, ab obseruando peccata in mente, proficeret tibi. Et ieiunū unde te iactas, de uētre insultas publicano, nesciens te futurū in dereprobū. Raptorē te non dixisti, iniustū te non dixisti, sed hoc totū insultando publicanū accusasti. Quid egisti, nisi quod cū nos legimus hanc lectionē, nobis beneficiū præstitisti? Agnoscite fratres, quæ sit in humilitate gratia, qualis in superbia proxima ruina: quod fecit caput fidelium, hoc faciant omnes credentes in fide, ut iure & legitime dicamus: Domine deus meus, in æternū confitebor tibi: non temporaliter, sed in æternū. Qualis est confessio æterna, nisi uox illa angelica: A. Esaiæ 6. b

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN PSALMO XXXIII. Quis est homo qui uult uitam, & cupit uidere dies bonos? Homilia, incerto interprete.



Ermo diuinus peragrans, currēsque per campos singulos, uelut Luminaria, ecclesiis cōtulit claritatem, qui discutiens corda uniuersorum credentiū in Christo clamabat bonis malisque: Quis est homo qui uult uitam? Isto offerēte tantum munus, tantā laetitiam exoptatam toti generi humano, quasi omnes una uoce exilistis ad interrogationem hominis dei dicētes: Ego. Sed qui uult bene uiuere, audivat præceptum. Nec enim potest homo hic accipere

pere id quod promittitur, nisi impleuerit præceptum quod iubet. Ergo cum interrogaret iste ore prophético cuncta corda, & cōueniret omnes aures, & pulsaret omnium conscientias, dicens: Quis est homo, qui uult uitam? Et respondentibus, non in lingua, sed in cōscientia uoluntateque desiderij, Ego: subsecutus adiunxit: Et cupit uidere dies bonos? Aequē talis interrogatio. Nam quid dixit, Quis est homo, qui uult uitā, & cupit uidere dies bonos? Vtrunq; desiderabile promissum ostēdit, sed audi sequentia: Si uis uidere uitam, si uis inuenire dies bonos, cohibe linguam tuā à malo. Eia fratres mei hic modo respondere uolo. Quāti modo dicunt, nolo, qui dicebant uolo? Qui ueterauerunt in detractionibus, qui mordent & comedunt humanas carnes, detrahendo, non timentes ne ab inuicem consumantur, qui adulationibus linguā suam impendunt, qui bifacem habent mentē, præsentibus bene loqui, absentibus detrahere. Quomodo modo dicunt, uolo, perseverantes in malo? Nunquid si esset, quicumque ille est, in officio sine labore acquireret panem? Si militaret, & iudici non obtemperaret, acquisitionem inueniret? Rusticus rura sua colens, sine labore posset colligere fructus? Et quicumque homo in seculo nascit, à sententia primi hominis non potest esse alienus, dicente domino primo homini post lapsum: In labore & sudore uultus tui manducabis panem tuum. Ergo uos qui uultis uitam, & cupitis uidere dies bonos, laborate ut corrigatis malos mores, ut possint uos sequi promissiones bonæ. Cohibe linguā tuā à malo, id est, à mendacio, à furto, à superbia, à detractione, ab adulatione, à fictione: & cū hæc feceris, inuenisti uitam. Et si labia tua non fuerint locuta dolum, occurrunt tibi dies boni. Nam quomodo potest malo occurrere bonū, cum ipse bonus non sit? Sed modo sunt hic aliqui stantes, qui inquirere à nobis non possunt, sed cogitant hoc in cordibus suis, dicentes: Ergo omnes boni bona inueniunt, & mali mala: ergo omnes boni uitam inueniunt, & dies bonos: & mali habentes uitam malam, habent dies malos. Et respondeo eis, ita est. Et illi mihi non inquisitorie, sed contumeliose dicunt, quomodo dixit Hieremias: Quare uia impiorum prosperatur? Et nunc uidemus homines malos abundare filijs, familiā, argento, auro, uestibus, prædijs, & diuersis rebus locupletatos. O homines inanes: & hoc est totum bonū? Quid hic est bonum? audi dominū dicentem ita: Et si omnem mundum lucreris, animæ uero tuæ detrimentum facias, quam dabis cōmutationem pro anima tua? quale bonum est, quod malè utendū creat malum, audi quid audiuit quidam diues: Stulte, hac nocte postulatur anima tua: quæ præparasti cuius erunt? Quid dico de Apostolo, qui dixit: Nihil intulimus in hunc mundum, uerum nec auferre aliquid possumus. Habentes uictum & regumentum, ijs contenti sumus. Nam qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueū, & muscipulam diaboli, Radix omnium malorum est cupiditas, quā quidam appetentes nau-

Gen. 3. d

Hiere. 12. d

Matth. 16. d

Luce 12. c

1. Tim. 6. b

Chryf.

fragauerunt à fide & inseruerunt se doloribus multis. Modo si potestis diuites seculi laudate, quos uidetis naufragare, & ad portum non peruenire. Ecce iste diues mortuus, in malis perseverans, lecto eburneo portatus, ornatus luminibus, holofericis tectus, tota ciuitate exequias ei exhibente perductus ad sepulchrū marmoreum. Ingredditur in tumulum defuncti, laudat diuitem, laudat potentiam, laudat ædificium: uidet locum marmoreum, & non uidet locum tormentorum. Vidisti quomodo à populis deductus est in malis perseverans, & malis suis terminum usque in diem uitæ suæ non ponens? Nunquid intellexisti futurā poenam, quomodo angeli tartarei eum tulerunt, & incarcerauerunt usque in diem iudicij? Audi diuitem purpuratū, comedentem splendide, qui pauperem uidit, & non eius misertus est, & sibi impertiuit. Stultus est, de uiuis peruenit ad mortem: & Lazarus pauper, inops, egenus, pallidus, panis oblitus, hucerosus, uix pane corporis uentrē implens, sed tantum pane cœlesti abundans satiatur. Quādoque Lazarus etiam ex hac luce migravit, simplex, & humilis, & beatus pauper migravit ad cœlum, & diues purpura tectus mansit in inferno. Nonne melius erat pauperem cum bona uita peruenire ad satietatem angelorū, quam diuitem obligatum peccatis ire in tenebras exteriores, ubi est fletus & stridor dentium? Nam iste peruersus diues, sibi & non alij locuples, quomodo erexit oculos in cœlum de loco tormentorum, & clamauit ad patrem Abraham, patrem fidelium, & bene uiuentium, ut mitteret Lazarum, ut contingeret linguam eius, quia cruciabatur in flamma: & tamen non est auditus, quia quādo potuit & habuit, non audiuit. In qua mensura mensus est, in eadem remetitur ei. Eia ille qui dicebas modō, quia hoc erat bonum, quemcumque hominem esse diuitem: modo dic, modo lauda, modo iudica, modo discerne, modo respōde. Ecce transiit quod habebat, perrexit solus sine seruo, sine argento, sine nummo, sine nitore seculi: ecce peruenit ad poenam. Qualis illi fuit in seculo uita, & miserum temporalem uita creauit illi tormentum, & poenam sine fine? Ergo cohibete linguam uestram à malo, & labia uestra ne loquantur dolum. Declinate à malo, & facite bonum: quarite pacem, & sequimini eam, & inuenietis uitā, & dies boni occurrent uobis. Diuitiæ istius seculi malis bonisque communes sunt. Dat ergo illa deus malis, ut non habeant quid queri de deo. Item non illa dat bonis, ut æterna bona de deo sperent, & non propter aliquod temporale colant deum, sed gratis. Item non illa dat malis ut paupertate humilientur. Item dat illa bonis, ut dent formā malis, quomodo utantur bonis. Ergo dat ista temporalia bonis & malis, sed se non dat, nisi tantummodo bonis. Melius ergo eligendum est non habere hic communionem cum malis presentium bonorum, quam hic habere presentiam bonorū, & peruenire ad perpetuum supplicium malorū. Facite ergo quod Propheta prædixit. Cautio & cōditio est

Matth. 7. d

tom. 1 H posita

posita, ut declinemus à malo, & faciamus bonū. Crescite in bonis, decrescite à malis, ascendite ad uirtutes, descendite à peccatis. Proficite in castitate, separamini à luxuria. Quarite pacem omnium hominum, pacem cum corde & carne uestra, que concupiscit aduersus animam, que casu trahit ad lapsum: cupiditatem uitate, que delectationibus inuiscat animam uegetantem. Iam facite terminum malis cogitationibus, date limitem, sufficiat diei malicia sua. Noui surgite, nullus ueustus cum pannis peccatorum suorum incedat. Tu ergo qui carnalis es, & in temporalibus tantum speras, si uideas nudum pannis oblitum, quomodo horres, quomodo execraris, quomodo contemnis, ne in te impingat ex uestimento suo. Pannos pauperum horres: & pannos peccatorum tuorum non horres? Dispicite uobis, placete deo. Sustinet uos genitrix uestra, de celerrimis & bene currentibus in agone sancto gaudet tota ecclesia, de pigris uero & somnolentis contristatur. Sit ergo uobis bona societas, si uultis uidere uitam. Agite dies lætitiæ sancte uiuendo, confitemini domino pie sperando: & non tantum uitam, sed & dies bonos inuenietis, & sine naufragio ad portum salutis peruenietis, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI EPI
scopi Constantinopolitani, expositio in super
scriptione Psalms quinquagesimi.

PICTORES imitantur arte naturam, & colores coloribus permiscentes, uisibiles corporum depingunt imagines, & faciunt homines, & animalia, & arbores, & reges, & rusticos, & barbaros, & pugnas, & rixas, torrētes sanguinū, & lanceas, & loricas, & scuta, & sedem regalem, & imperatorem sedentem, & barbarum subditū, & gladium acutū, & fluuios decurrentes, & campos uarijs floribus adornatos, & omnia que uidentur per artem imitantes, mirabilem historiam uidentibus præstant: sic & Prophetæ uelut quidam pictores uirtutis ac malitiæ. Describunt enim & illi peccatorem, iustum, poenitentem, stantem, cadentem, surgentem, titubantem. Et sicut faciunt pictores, occidētes & occisos: sic & Prophetæ faciunt, aliquando quidem insurgentia peccata, alii quando etiam & allisa: eodem modo & dæmones impugnant, & homines flentes, & pugnantes: sic & diabolum insidiantem, & uictū. Cum ergo talis est eorum descriptio, ut & certius hæc eadem ad discamus, & istas quidem de foris considerantes imagines, nihil acquirimus lucri. Quid enim mihi prodest regis & consulis imaginem intueri, cum neque rex fieri possum, nec quidē cupio? Quæ erit mihi utilitas uisionis, cuius desiderium non habeo? Quod etsi desiderauero, punior: quid mihi proderit hominē uidere locupletem & inopem? Si enim pauper fuero, liuore tabesco: & si diues fuero, similiter alijs in inuidiam ero. Dimitte illas imagines, & considera hanc historiam. Si uidero consulem, quid ad me? Quod si uidero peccatorem cecidisse, & surrexisse, erit mihi uisio ad doctrinam.

A Si uidero iustum stantem, uisio me ad solertiā, & philosophiam deducit. Ex hac namque uisione addisco certamen, & erudior ad uictoriam. Quod si uidero iustum supplantatum, contristor quidem, sed cautior de facto inuenior. Hæc autem omnia non transitorie, neque sine causa sunt dicta: sed quia Psalms, qui hodie lectus est, imago ad hæc nos disciplinae doctrinam adducit. Sic enim ait Propheta.

IN PSALMUM L. HOMILIA I.



MISERERE mei deus, secundum magnam misericordiam tuam: Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Hæc est imago, psalmum enim imaginem uoco. Video enim diuersas in psalmo personas, peccatorem insurgentem & otio deditum: poenitentem adstantem, & cōcertantem, dei misericordiam desuper adducentem, & philosophiam præstantem poenitentiam, multos lachrymarum & confessionis fontes habentem. Istæ sunt personæ imaginis. Sed priusquam ad psalmum ueniam, iustum est eius superscriptionem uobis enarrare. Sicut enim habent imagines superscriptiones deorsum fixas minij colore, in quibus scriptum est, qui rex, & quid prælium euerit. In psalms uero desuper titulus fixus est, que causa sit, que ue doctrina, & quapropter psalmus sit dictus. Præbete itaque uestras attentius aures, non enim de paruo imminet narratio nobis. Psalmus Dauid cum uenisset ad eum ^{2. Reg. 12. d} Nathan propheta, quando intrauit ad Bersabee, uxorem Uriæ. Hæc est superscriptio. Discamus ergo quis est Nathan, discamus & que sit Bersabee uxor Uriæ, quando ad eum intrauit Propheta, & quapropter psalmum istum scripserit. Non enim omnes psalmi in Dauid scripti sunt, nec omnes ab ipso cōscripti sunt: neque enim proprias tantummodo passiones edixit, sed & aliorum cecinit causas. Quando dicit: Super flumina Baby- ^{Psal. 136. d} lonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur Sion: manifestum est, quia non de ipso dicit psalmus. Nec enim perrexit in Babylonem, neque uidit barbaram regionem, neque sedit in aliena terra, & fleuit: sed quæ Iudæis uentura essent, narrauit. Quando iterum dicit: Foderunt manus meas, & ^{Psal. 21. d} pedes meos, & dinumerauerunt omnia ossa mea: non utique passiones suas annuntiat, sed crucem domini, sacrificium orbis terræ, salutem generi humano prædixit. Imago enim est psalmus, uariam in se continens disciplinam, aliquando quidem sua, aliquando autem aliena denuntians. Quia ergo psalmus iste non alienas passiones enuntiat, sed proprias indicat, dicens quando uenit ad eum Nathan propheta: superscriptio psalmi cōstringit nos, & non sinit longius euagari, & ad alia transferre mentem, sed statim ea demonstrans & docens, que textus continet psalmi. Considerate igitur diligentius, siue iusti siue peccatores: utriusque enim parti utilis psalmus est: iusto quidem, ne per negligentiam ac desidiam obrorpescat: peccatori autem, ne semetipsum despiciat. Utriusque enim periculosa cōtemptio est, cum & iustus per negligentiam cadit, & peccator cum